
Digitized by Google

Class. 778
STAATL. BIBLIOTHEK
REGENSBURG

glms Gylia (Maieren)

E. 1



Digitized by Google

245
1415
Juff ac ten

QVINTUS HORATIUS FLACCUS

CUM

NOTIS MARGINALIBUS

JOHANNIS MIN-ELLII

ET

D. FRIDERICI RAPPOLTI,

POES. ANTEHAC, NUNC THEOL. P.P.

COMMENTARIO

I. In Satyras, ubi poſt generalem de Satyris Horatianis tractationem, Satyræ cujusqve Inſcriptio, argumentum diſpoſitio, argumentatio, & forma, verborum item indoles, ritus antiqvi & memorabilia in Philoſophia exponuntur. II. In Epiſtolas, ubi eadem tractandi methodus, qvæ in Satyris, obſervatur. III. In Artem Poëticam, ubi præcepta in ordinem digeruntur, vocesq; ſelectiores enucleantur. IV. In qvinqve Carmina ſeorſim elucidata. & V. in Libros duos Carminum, ubi Horatius ad Philoſophiam tantùm, omiſſis Humanioribus, exigitur,

NEC NON

L. JOACHIMI FELLERI Poëſ. P.P.

Supplemento,

In qvo ex libro III. & IV. Carminum, Libroq; Epodon φιλοσοφικώτερα, ad ductum Dn. Anteceſſoris eruuntur,

&

Indice Verborum ac rerum Memorabilium locupletiſſimo.

CUM PRIVILEGIO SERENISS. ELECTOR. SAXON.

STUDIEN BIBLIOTHEK

Sumptibus JOHANNIS GROSSII & Soc.

LIPSIÆ EXCUDEBAT CHRISTOPHORUS UHMANN.

M. DC. LXXV.

I

1, 2, 15,

III

3, 5, 14

2, 3, 4, 5, 14, 15,

STAATL. BIBLIOTHEK
REGENSBURG
19/2/639

LECTORI BENEVOLO

S.

Videas pleroſqve optimorum Autorum tùm Editores tùm illuſtratores, ut hederam veluti qvandam ſuis mercibus ſuſpendant, operoſam encomiorum undecunqve conqviſitorum ſtruem præmittere. Ego idem ſolenne in Horatio commendando ut ſervarem, impetrare à me haut poteram, magnopere veritus, ne paris abſurditatis cum Sophiſta illo, publico Herculis apud Spartanos encomiaſta, accuſarer. Neqve enim qvisqvam eſt politioris literaturæ hominum, qvin Horatium inter latiniſſimos Scriptores referat, eumqve uti in Carminibus Lyricum incomparabilem, ita in Satyris Epiſtolisqve accuratum vitæ ac morum magiſtrum admiretur. Omiſſis itaqve antepagmentis illis, editionis potius hujuſdem occaſionem, ne nihil planè præliminem, arctato verborum modulo exponam. Rogabar, qvi DEI & ſuperiorum juſſu Poëtas Latiales in hac Philurea interpretor, abs primario hujus Urbis Bibliopola, magnoqve pariter Senatorii Ordinis Ornamento, ut Trium-viris Poëtarum emunctiſſimis, Virgilio, Horatio atqve Ovidio ſuo ſumptu poſtideà recudendis vel commentarii vel notarum qvid afferrem. Ego verò, qvi vaſtos in Poëtas illos, Virgilium maximè atqve Horatium, extare commentarios non ignorabam, qvid ex rivulis meis affluere huic tanto Oceano poſſet, non eqvidem tùm videbam. Illorum autem in mentem mox veniebat, qvæ Anteceſſor in Profeſſione Poëtica meus, qvem Socerum pariter ac Præceptorem veneror, D. FRIDERICUS RAPPOLTUS nunc SS. Theol. P. P. celeberrimus ac Facultatis ſuæ Decanus h. t. ſpectatiſſimus in Horatii Sermones & Epiſtolas,

Artem item Poeticam, & nonnulla ejuſdem Carmina publica ex Cathedra dictitârat. Illa enim tàm elimata atq; exaſciata, tàm variis etiam tùm Philologematis, tùm Philoſophematis perſperſa eſſe ajebam, ut niſi Muſis & Gratiis applaudentibus, maximoqve literariæ juventutis cum fructu publicari non poſſint. Probè enim inſimul recordabar, qvàm ſitibundis olim labris hæc mella cum reliqvo Auditorum Choro exceperim, qvàmq; ſanctè hæc bellaria plusqvã Attica aſſervata à nobis fuerint. Is, uti Rappoltina omnia haut trivialis notæ eſſe, vel me tacente, nôrat, ita conſilium illud ambabus, qvod ajunt, manibus arripiebat, ſeqve pranſum mox ac paratum ad Commentarium Rappolti τοῦ πάνυ *Horatianum edendum offerebat. Et qvoniam Horatium parare animum induxerat, qvi Scholæ æqve ac Academiis, diſcentibusqve pariter ac docentibus uſui atqve emolumento eſſet, è re viſum eſt, JOHANNIS MINELLII Notas marginales, qvibus nulla non vox propemodùm elucidata eſt, præmittere, iisqve poſtmodùm Commentarium Rappoltinum, qvem dixi, ſubjicere, ut haberent nempe & minoris ſubſellii adoleſcentes, qvo juvare ſe in legendo Horatio poſſent, & majoribus ſtudiis jam initiati, unde variæ eruditionis priſcæqve ſapientiæ ſupellectilem qvandam ſibi compararent. Cùm autem Bibliopola jam laudatus diſcurſus D. RAPPOLTI philoſophicos in Carmina Horatii affectos qvidem, ſed non perfectos eſſe intellexiſſet (in hoc enim negotio dum eſſet, à Poëtica ad Theologicam Cathedram vocabatur Vir Theologiæ non minùs, qvàm Poëſeos ac Philoſophiæ famâ inclutus) & verò telam illam à tenuitate mea pertextam fuiſſe inaudiſſet, rogabat & me qvàm humaniſſimè, ut, ne mutilus videri Commentarius hic poſſit, lacinias meas aſſuerem, defectumqve illum prælectionibus meis qvoqvomodo ſupplerem. Ego primùm conſtanter renuebam, ferrea aureis non conqvadrare ratus, profeſſusqve ingenuè, me nec parem ætatem, nec eum variæ doctrinæ prudentiæqve apparatum, qvem debueram, ad Horatiũ explanandum tùm attuliſſe; qvin diſplicere jam*

mihi

Digitized by Google

mihi primitias illas profeſſionis Poëticæ, tantum abeſſe, ut dignas eas publicâ luce tymque nobili veluti connubio habere poſſem. Pervincebar tamen tandem illius precibus, cui hoc quicquid eſt operæ denegari, ſalvâ civilitate, addo & exiſtimatione, non poterat. Rogandus autem Lector B. es, ut, quando χάλκεα χρυσείων addere verecundatus non ſum, id non tàm audaciæ ambitionivé, à qua longè averſiſſimus ſum, quàm ſtudio gratificandi, cui deeſſe non ſuſtinebam, tribuas. Cæterùm cùm φιλοσοφικώτερα tantùm, non item φιλολογικώτερα (quod hactenus, utilia dulcibus ut miſcerentur, in C. Barlæi Cyniſmo, Petronii Carmine Eumolpico, ac nonnullis Statii, Claudiani, aliorumq; Poëtarum Carminibus explanandis diſtrictè obſervavi) ex lib. III. & IV. Odarum, nec non è libro Epodon excerpta à me fuiſſe videas: Rappolti me mei veſtigia legiſſe καδδύταιιν ſcias, ut qui è II. Carminum libris prioribus ea tantùm ſelegerat, quæ aut porticum Stoicorum, aut hortos Epicuri, aut alias Philoſophorum pergulas redolebant, reliquis ad Poëſin & Humanitatem ſpectantibus diſcurſu ipſo declaratis. In illis autem, quæ in Satyras, Epiſtolas, Artem Poëticam, & carmina quædã ſeorſim commentatus eſt Socer Venerabilis, Cornu Copiæ quoddam Philologicarum ac Philoſophicarum eruditionum invenies; quo feliciter uti fruiq; ut poſſis, confectum à me Indicem ſubjeci, dictiones ac res memorabiles omnes in hoc Commentario expoſitas & enucleatas continentem. Præter hunc & alium habes Indicem Minellio ſubjunctum, eumq; Fabricianum, & abs H. Stephano interpolatum, nec non Aldi Manutii tractatum de Metris Horatianis, quem Horatio ipſi cum Minellio lubuit præfigere. Tu, quod facis, Horatium hunc muſteum exoſculare, poſtq; hunc Virgilium quoque atque Ovidium novis veſtibus indutos tibi pollicere. Scrib. in Academia Lipſienſi menſe Auguſti Anno. 1675.

L. Joachimus Fellerus,

Poëſ. Prof. Publ.

ALDI MANUTII *DE* METRIS HORATIANIS TRACTATUS.

Carminum genera, qvibus HORATIUS *in Odis utitur, ſunt undeviginti.*

PRIMUM genus: Ode 1. lib. I. qvæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Choriambici Aſclepiadei tetrametri acatalecti: qvi conſtant è ſpondeo, & duobus choriambis, & pyrrhichio, vel jambo: hoc modo,

Mæce -- nas atavis- vv- edite re- vv- gibus vv
O & -- præſidium & -vv- dulce decus -vv- meum vv

Primi generis Odæ 3.

Lib. I. Ode 1. Lib. III. Ode 31. Lib. IV. Ode 8.

SECUNDUM genus: ut Ode 2. qvæ eſt dicolos tetraſtrophos. Primi qviqve tres verſus ſunt hendecaſyllabi Sapphici pentametri acatalecti: qvi conſtant è trochæo, ſpondeo, dactylo, & duobus trochæis: vel ſpondæo ultimo: ſic,

Jam ſa -v tis ter -- ris nivis -vv atqve -v dira --
Grandi -v nis mi -- ſit pater -vv & ru -v bente -v
Dexte -v râ ſa -- cras jacu -vv latus -v arces --

Qvartus autem qviſqve Adonius dimeter catalecticus, ex dactylo & ſpondeo vel trochæo: ſic,

Terruit -vv urbem --

Secundi generis Odæ 26.

I. 2. 10. 12. 20. 22. 25. 30. 32. 38. II. 2. 4. 6. 8. 10. 16. III. 8. 11. 14. 18. 20. 22. 27. IV. 2. 6. 11. Epod. 18.

TERTIUM genus: ut Ode 3. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qviſqve verſus Choriambicus Glyconius trimeter acatalectus: conſtans è ſpondeo, choriambo, & pyrrichio, vel jambo: ſic,

Sic te -- diva potens -vv- Cypri v-

Secundus verò qviſqve, Choriambicus, Aſclepiadeus te-

trameter acatalectus: è ſpondeo, duobus choriambis & pyrrhichio, vel jambo: ſic,

Sic fra -- tres Helena -uu- lucida ſi -uu- dera uu

Tertii generis Odæ 12.

I. 3. 11. 19. 36. III. 9. 15. 19. 24. 15. 28. IV. 1. 3.

QUARTUM genus: ut Ode 4. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qviſqve verſus eſt Dactylicus Archilochius heptameter acatalectus: conſtans è qvatuor primis pedibus ſpondeis, vel dactylis, indifferenter, ut in verſu Heroïco: deinde è tribus trochæis, vel ſpondeo ultimo: ſic,

Solvitur -uu acris hy -uu ems gra -- tâ vice -uu veris -u & Fa -u voni --

Secundus verò qviſqve eſt Archilochius, conſtans ex penthemimeri jambicâ, id eſt, ex jambo vel ſpondeo, jambo, & ſyllabâ. Deinde è tribus trochæis, vel ſpondeo: ſic,

Trahunt u - qve ſic u - cas -- machi -u na ca -u rinas --

Qvarti generis Ode una.

I. 4.

QVINTUM genus: ut Ode 5. qvæ eſt tricolos tetraſtrophos. Primi qviqve duo verſus ſunt Aſclepiadei, qvalis ille, *Mæcenas atavis edite regibus*. Scanduntur enim ſic,

Qvis mul -- tâ gracilis -uu- te puer in -uu- rosâ u-
Perfu -- ſus liqvidis -uu- urget odo -uu- ribus uu

Tertius autem qviſqve eſt Pherecratius Heroïcus trimeter acatalectus: conſtans è ſpondeo, dactylo & ſpondeo: ſic,

Grato -- Pyrra ſub - uu antro --

Qvartus verò qviſqve eſt Glyconius: qvalis ille, *Sic te Diva potens Cypri*. Scanditur enim hoc modo,

Cui fla -- vam religas -uu- comam u-

Qvinti generis Odæ 7.

I. 5. 14. 21. 23. III. 7. 13. IV. 13.

SEXTUM genus: ut Ode 6. qvæ eſt dicolos tetraſtrophos. Primi qviqve tres verſus ſunt Aſclepiadei, qvalis ille, *Mæcenas atavis edite regibus*. Scanditur enim hoc modo.

Scribe-- ris Vario -vv- fortis & ho -vv- ſtium vv
Victor -- Mæonii -vv- carminis a -vv- lite vv
Qvamrem -- cunqve ferox -vv- navibus aut -vv- eqvis v-

Qvartus autem Glyconius, qvalis. *Sic te diva potens Cypri.* Scanditur ſic.

Miles -- te duce geſ- vv- ſerit vv

Sexti generis Odæ 9.

I. 6. 15. 24. 33. II. 12. III. 10. 16. IV. 5. 12.

SEPTIMUM genus: ut Ode 7. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qviſqve verſus eſt Heroicus hexameter catalecticus in duas ſyllabas: conſtans è ſex pedibus, dactylo & ſpondeo indifferenter in omnibus locis: qvanqvam in qvinto aliqvando ſpondeus ponitur, & in ſexto dactylus: ubi etiam ſæpe pro ſpondeo trochæus admittitur. Sed verſu Heroïco multa diximus in inſtitutionibus noſtris Grammaticis. Scanditur autem ſic,

Lauda -- bunt ali -vv i cla- -ram Rhodon -vv aut Mity- vv lenen --

Secundus autem qviſqve eſt dactylicus Alcmanius tetrameter catalecticus, habens qvatuor ultimos pedes Heroïci verſus, ſic,

Aut Ephe -vv ſum, bimæ - vv risve Co -vv rinthi --

Septimi generis Odæ 3.

I. 7. 28. Epod. 12.

OCTAVUM genus: ut Ode 8. lib. I. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qviſqve verſus eſt Ariſtophanius dimeter acatalectus: conſtans è choriambo & bacchio, ſive amphimacro: hoc modo,

Lydia dic -vv- per omnes v-

Secundus autem qviſqve eſt Choriambicus Alcaïcus tetrameter acatalectus, conſtans ex epitritō ſecundo, duobus choriambis, & bacchio, ſive amphibracho, hoc modo,

Te Deos o -v- vv- ro Sybarim - cur properes -vv- amando v-

Octavi generis Ode unica.

I. 8.

No-

NONUM genus: ut Ode 9. qvæ eſt tricolos tetraſtrophos. Primi qviqve duo verſus ſunt Dactylici Alcaïci acatalecti; qvi conſtant ex penthemimeri jambicá, id eſt, jambo & ſyllabá, qvæ dicitur cæſura: deinde è duobus dactylis, vel ultimo amphimacro: hoc modo,

Vides v– ut al v– tâ – ſtet nive –vv candidum –vv
Sora v– cte, nec v– jam – ſuſtine ––vv ant onus –vv

Tertius autem qviſqve eſt Jambicus Archilochius dimeter hypercatalectus: conſtans qvatuor pedibus: primo & tertio, jambo vel ſpondeo: ſecundo & qvarto, jambo duntaxat, deinde ſupereſt ſyllaba, hoc modo,

Sylvæ – labo v– rantes – gelu v– qve v

Qvartus autem qviſqve eſt Dactylicus Alcaïcus acatalectus: conſtans ex Dimetro Heroïco, & dimetro Trochaïco, id eſt, è duobus dactylis, & duobus trochæis: vel ultimo ſpondeo; hoc modo,

Flumina –vv conſtite – vv rint a –v cuto ––

Noni generis Odæ 37.

I. 9. 16. 17. 26. 27. 29. 31. 34. 35. 37. II. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 20. III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 17. 21. 23. 26. 29. IV. 4. 9. 14. 15.

DECIMUM genus: ut Ode 11. qvæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Choriambici Alchaïci pentametri acatalecti: qvi conſtant è ſpondeo, tribus choriambis, & pyrrhichio, vel jambo: hoc modo,

Tune –– qvæſieris –vv– ſcire nefas –vv– qvem mihi qvem –vv– tibi vv (nios v–
Finem –– Dii dederint –vv– Leuconoë –vv– nec Babylo ––vv–

Decimi generis Odæ 3.

I. 11. 18. IV. 10.

UNDECIMUM genus: ut Ode 18, libri II. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qviſqve verſus eſt jambicus Archilochius dimeter acatalectus: conſtans amphimacro, & duobus jambis, vel ultimo pyrrhichio: hoc modo,

Non ebur –v– neq; au v– reum v–

Secundus qviſqve verſus eſt Jambicus Archilochius trimeter

meter catalecticus: conſtans è qvinqve jambis & ſyllabâ: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Meâ v- reni v- det in v- domo v- lacu v- nar v-

Undecimi generis Ode una.

II. 18.

DUODECIMUM genus; ut Ode 12. libri tertii, qvæ eſt dicolos triſtrophos. Primi qviqve duo verſus ſunt Jonici à minore, Sapphici, trimetri acatalecti, qvi conſtant è tribus jonicis à minore, vel ultimo pæone tertio: hoc modo,

Miſerar' eſt vv-- neqv' amori vv-- dare ludum vv--
Neqve dulci vv-- male vino vv-- laver' aut ex vv--

Tertius item verſus eſt Jonicus à minore, Sapphicus, acatalectus, ſed tetrameter: conſtans è qvatuor Ionicis, à minore: hoc modo,

Animari vv-- metuentes vv-- patria ver vv-- bera lingva vv--

Duodecimi generis Ode una.

III. 12.

DECIMUM TERTIUM genus: ut Ode 7. libri IV. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qvisqve verſus eſt Heroicus, hexameter catalecticus: qvalis, *Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen*, hoc modo,

Diffu -- gere ni -vv ves rede -vv unt jam -- gramina -vv campis --

Secundus qvisqve eſt Dactylicus; Archilochius dimeter hypercatalectus: conſtans duobus dactylis & ſyllabâ: hoc modo,

Arbori -vv busqve co -vv ma-

Decimi tertii generis Ode una.

IV. 17.

DECIMUM QVARTUM genus: ut lib. V. Ode 1. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qvisqve verſus eſt Jambicus Hipponacteus trimeter acatalectus: conſtans è ſex Jam-

Jambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Ibis -- Libur v- nis in -- ter al v- ta na v- vium vv

Secundus qvisqve eſt Jambicus Archilochius dimeter acatalectus: conſtans è qvatuor jambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Ami v- ce pro v- pugna -- cula vv

Decimi qvarti generis Ode 10.

Epod. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

DECIMUMQVINTUM genus: ut Ode 11. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qvisqve verſus eſt Jambicus Hipponacteus trimeter acatalectus: qvalis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium*, hoc modo,

Pecti -- nihil v- me ſic -- ut an v- tea v- juvat vv

Secundus verò qvisqve eſt Sapphicus: conſtans penthemimeri heroïcâ & dimetro jambico, id eſt, è duobus dactylis, & ſyllabâ, deinde è qvatuor jambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Scribere -vv verſicu -vv los - amo v- re per v- culſum -v gravi v-

Decimi qvinti generis Ode una.

Epod. 11.

DECIMUM SEXTUM genus: ut Ode 13. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qvisqve verſus eſt Heroïcus hexameter catalecticus: qvalis ille, *Laudabunt alii claram Rhodum aut Mitylenen*: hoc modo,

Horrida -vv tempe -- ſtas cæ -- lum con -- traxit & -vv imbres --

Secundus verò qvisqve eſt Archilochius, conſtans dimetro jambico, & penthemimeri Heroicâ, id eſt, è qvatuor jambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo. Deinde è duobus dactylis, & ſyllabâ: hoc modo,

Nives v- qve de v- ducunt -- Jovem v- nunc mare -vv nunc ſilu -vv æ -

Decimi ſexti generis Ode una.

Epod. 13.

DE-

DECIMUM SEPTIMUM genus: ut Ode 14. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qvisqve verſus eſt, qvalis, *Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen*: hoc modo,

Mollis in-vv ertia -vv cur tan-- tam dif--fuderit -vv imis --

Secundus autem qvisqve eſt Jambicus Archilochius dimeter acatalectus: qvalis ille, *Amice propugnacula*; hoc modo,

Obli--vio v- nem ſen--ſibus vv

Decimi ſeptimi generis Odæ 2.

Epod. 14. 15.

DECIMUMOCTAVUM genus: ut Ode 16. qvæ eſt dicolos diſtrophos. Primus qvisqve verſus eſt Heroicus hexameter: hoc modo.

Altera -vv jam teri-vv tur bel--lis ci--vilibus -vv ætas --

Secundus verò qvisqve eſt Jambicus Hipponacteus trimeter: qvalis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium*. Qvanqvam in hac Ode ſecundus qvisqve verſus conſtat è ſolis jambis, qvod ſemel tantùm legitur feciſſe Horatius. Qvamobrem verſus ille, *Eamus omnes execrata civitas*, ſic eſt legendus. *Eamus omnis execrata civitas*. Qvod & Prophyrioni placet, ut ſit figurata locutio, *Eamus omnis civitas execrata hac & qvæ poterunt reditus abſcindere dulces*. Sunt enim omnes jambi hoc modo:

Suis v- & ip v-ſa Ro v- ma vi v- ribus v- ruit vv

Decimi octavi generis Ode una.

Epod. 16.

UNDEVIGESIMUM genus: ut Ode 17. qvæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Jambici Hipponactei trimetri acatalecti: qvalis ille, *Ibis Liburnis inter alta navium*, hoc modo.

Jam j' ef--fica v- ci do -- manus v- ſcien v- tiæ v-
Supplex -- & o v- ro re--gna per v- Proſer--pina v-

Undevigeſimi generis Ode una.

Epod. 17.

Q. HORATII FLACCI CARMINUM SEU *ODARUM.

LIBER PRIMUS.

Ode I. Περαγματικὴ.

AD MÆCENATEM.

Alios alia delectant: Horatius verò Poëtæ nomen, præſertim Lyrici, affectat, tanqvam ſibi honorificentisſimum futurū; præſertim ſi eo dignus, vel ipſius Mæcenatis judicio, cenſeatur.

Monocolos.

1 M*Æcenas*, 2 *atavis edite* 3 *regibus*,

* Hæc vox deducitur à Græco vocabulo ἀοιδὴ, contracto in ᾠδὴ, id eſt, *cantus*: & hoc ab ἤοιδα præterito medio verbi ἀείδειν, id eſt, *canere*, qvod proprium eſt Poëtis.

1 Hic fuit eqves Romanus. Ita ſingulis partibus operis Georgici à Virgilio appellatur. Exordium à natalibus Mæcenatis, cum gratâ beneficii atqve accepti honoris commemoratione: ut qvi per Mæcenatem ſit Auguſto gratus factus & familiaris. 2 Qvi antiqvis regibus, prognatus es. Fuit enim Mæcenas filius Menodori, qvi Cæſari contra Pompejum fuit auxilio; cui Menippus pater fuit, filius Cecinnæ regis Etruſcorum, qvi fuit atavus Mæcenatis. De qvorum claritate vide qvatuor verſus Sat. 6. l. 1. primos. 3 Ex regibus Etruſcis. Od. 29. l. 3. *Tyrrhena regum progenies* Propert. l. 3. *Mæcenas eqves Etruſco de ſangvine regum*, &c. Synecd. gen. pro ſpec.

O & 1 præſidium, & 2 dulce 3 decus meum!
4 Sunt, qvos 5 curriculo 6 pulverem Olympicum
Collegiſſe juvat: 7 metaqve 8 fervidis

1 Tutela columen, vel propugnatio mea. Sic Ep. 1. l. 1. *rerum tutela mearum, Cum ſis*, &c. E: Od. 1. l. 2. *Inſigne mæſtis* præſidium *reis*, id eſt, tutela. Metaph. à munitionibus urbium & locorum, qvæ vallis & mœnibus, expugnatu & everſu difficilibus, cinguntur, præſidioqve firmantur, ad qvamvis opem indicandam. Sed hic præter Metaph. eſt qvoqve Meton. qvâ effectum ponitur pro efficiente, id eſt, cuſtodia pro cuſtode & conſervatore, & *decus* pro exornatore Poëtæ. 2 Metaph. à fructibus maturitate ſuavibus, & utentes magnoperè delectantibus. 3 Ornamentum: qvia *Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt*. Sic & Virg. ad Mæc. 2. Georg. O decus, *ò famæ meritò pars maxima noſtra*. 4 Qvidam. 5 Curru. 6 Olympicum certamen, in honorem Jovis Olympii ab Herculo filio poſt Augeam devictum in Elide direptâ inſtitutum, exercuiſſe, inqve illo velocibus eqvis curriculo conjunctis contendiſſe, & hujusmodi curſu agonalem pulverem cumulatim in altum excitaſſe delectat. Synecd. ſpec. pro qvolibet certamine. Nam propriè illud eſt Luctatorum, qvi oleo uncti manus & membra oblinunt pulvere ad faciliùs antagoniſtas ἀλειφθέντας, id eſt, *unctos* etiã comprehendendũ, & ad laſſitudinẽ tollendum. Inter reliqvos Græciæ, ludos longè celeberrimi fuerunt Olympici, qvi ludi magno convẽtu totius Græciæ, certamine eqveſtri, qvinto anno celebrari conſveverunt in honorẽ Jovis Olympici. 7 Terminus lapideus in circo poſitus, ad qvẽ currus & curſus flectendus eſt. *Meta* & *palma*, rebus immotis atqve inanimatis, tribuitur motus & ſenſus, id eſt, accedentes ad metam proximi reliqvorum concurſatorum immortalem ſibi pariunt gloriam & honorem. 8 Vehementi curſu & vertigine calentibus. Sic Virg. l. 1. Æn. *Frenaq;*, ferventesqve *rotas*, nimio ſc. curſu. Idem Georg. 3. *Volat vi* fervidus *axis*.

1 *Evitata* 2 *rotis*, 3 *palmaq́;* 4 *nobilis*
5 *Terrarum Dominos* 6 *evehit ad Deos.*
7 *Hunc, ſi* 8 *mobilium* 9 *turba Quiritium*
10 *Certat* 11 *tergeminis tollere honoribus:*
12 *Illum,* 13 *ſi proprio condidit horreo*

1 Singulari ſolertiâ declinata. Curuli certamine contendentium prima ac præcipua cautio eſt, ut in ipſo curſus flexu contingere qvidem metam videantur, non impingant tamen. In illo ſumma artis laus; in hoc ſummum etiam vitæ periculum. Omnis ergo in circumagendo ad metam certantium labor conſiſtit. 2 Curriculi. 3 Sublimis victoria, qvæqve homines nobiles facit. Meton. ſigni, pro celebri victoriâ ſignificati, cujus inſigne fuit corona ex frondibus palmæ contexta. 4 Meton. effe. pro effic. qvòd palma victores claros reddat. 5 Romanos Imperatores. Virg. 1. Æn. *Romanos rerum dominos, gentemqve togatam.* 6 Ad cœlum extollit, Diis æqviparat. Hyperbolica eſt alleg. è Metaph. 7 Alium, qvem ſolicita ambitio exercet, ſc. *nunqvam dimoveas.* 8 Inconſtantium in ſuffragiis ferendis. Sic Cic. Ep. 2. l. 5. *Nec in te, ut ſcribis, animo fui* mobili, *ſed ita ſtabili, ut meâ erga te voluntate, etiam deſertus ab officiis tuis, permanerem.* Undè Cic. pro Mur. *Qvod enim fretum, qvem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, qvantas perturbationes, & qvantos æſtus habet ratio comitiorum? Dies intermiſſus unus, aut nox interpoſita, ſæpè perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunqvam commutat aura rumoris,* &c. 9 Confuſa illa multitudo civiũ Romanorum. 10 Certatim ſtudet. 11 Honoribus ampliſſimis & maximis, vel Ædilitate majore, Præturâ, & Conſulatu in cœlum usqve efferre & extollere: vel, *honoribus,* id eſt, ad honores. Syneed. ſpec. vel finiti numeri pro infinito. 12 Alium hominem, qui agriculturam exercet. 13 Si ſemel laborum ſuorum fructum recepit, & ſuo horreo omnis generis frumentum repoſuit.

1 Qvicqvid de Libycis verritur 2 areis.
Gaudentem patrios, 3 findere ſarculo
Agros: 4 Attalicis conditionibus
Nunqvam dimoveas, 5 ut 6 trabe Cypriâ
7 Myrtoum 8 pavidus nauta 9 ſecet mare.
10 Luctantem Icariis fluctibus 11 Africum

1 Qvicqvid verrendo colligitur ex agris fertilibus, cujusmodi ſunt in Libya regione frumenti feraciſſimâ. Synecd. ſpe. pro genere. 2 Agris latis, planis & apricis. *Area* propriè locus eſt, ubi frumenta ſecta teruntur & areſcunt: indèqve *area* dicta eſt. Ad hujus ſimilitudinem locus in urbe purus ſine ædificio *area* dicitur. 3 Ligone, vel ferramento illo bicorni fodiendo colere & invertere. Synecd. ſpe. nullus enim ager unicâ culturâ & inſtrumento contentus eſſe ſolet. Vult primùm arari, deinde ſeri, pòſt occari, tùm nocentibus herbis expurgari, meti deniqve. 4 Hunc nunqvam à vitæ ſuæ propoſito abducas, qvamvis regias illi opes, qvas Attalus, Pergami totiusqve Aſiæ rex ditiſſimus, poſſedit, offeras. Synecd. ſpe. pro ampliſſimis opibus, ad qvarum oblatam ſibi conditionem nunqvam deſcenderet. 5 Ut ad navigationem animum applicet. 6 Navi aliqva Cyprum inſulam petente, vel navi ex trabibus Cypriis compactam. Synecd. mem. Meton. mat. & Synecd. ſpe. Virg. 1. Æn. *Vela damus, vaſtumq; cavâ trabe currimus æqvor.* 7 Creticum, à *Myrtoo*, Oenomai regis Arcadiæ aurigâ, in illud præcipitato, ſic appellatum: eſtqve maris Ægæi pars. Synecd. ſpe. pro qvovis mari navigatione trajiciendo ad mercaturam emendo & vendendo faciendam. 8 Ob adverſas tempeſtates & naufragii metum anxius. 9 Navigare ſuſtineat. Metaph. ab acutis inſtrumentis corpora dividentibus. 10 Confligentem, contendentem cum fluctibus maris Icarii. Helleniſmus. Sic enim Græci, παλαίω σοι, *luctor tibi*, id eſt, tecum. Ita Od. 3. l. 1. *Decertantem Aqvilonibus* Metaph. ab Athletis vel à palæſtritis. 11 Impetuoſum illum ventum, ab occaſu hyberno flantem: de qvo Virg. 1. Æn.

1 Mercato-

1 Mercator metuens, 2 otium, & 3 oppidi
Laudat rura ſui: 4 mox 5 reficit rates
Quaſſas, 6 indocilis pauperiem pati.
7 Eſt, 8 qui nec veteris pocula Maſſici,
9 Nec partem 10 ſolido 11 demere de die
9 Spernit; nunc 12 viridi 13 membra ſub 14 arbuto
13 Stratus; nunc 15 ad aqvæ lene 16 caput 17 ſacræ.
18 Multos caſtra juvant, 19 & lituo tubæ

creberq; procellis Africus. Synecd. ſpe. pro vehementiſſimo qvoqve vento: qvalis eſt in *Icariis*, id eſt fluctibus maris cujuslibet. 1 Qvi externis peregrinationibus & negotiationibus lucra rerum ſuarum acqvirit. 2 Agricolarum vitam tranqvillam, ab omni periculo & tumultu remotam. 3 Patriæ ſuæ urbis. 4 Ubi præteriti naufragii timor remiſit. 5 Reſtaurat naves paulo antè naufragio & violentiâ Africi venti disjectas ac laceras, atqve ita rurſus ſe ac ſua mari ventiſqve committit. 6 Qvi neqve adversâ tempeſtate, neqve naufragio, neqve ullis maris incommodis patientiam paupertatis & frugalis vitæ doceri poteſt. Helleniſmus. 7 Alius. 8 Qvi lautiori vitâ delectatur, ita ut capaciora pocula optimi & nobiliſſimi Campaniæ montis vini evacuare non recuſet. In *Maſſici* eſt Senecd. ſpe. pro optimo qvoqve vino. 9 Amat, exoptat. Litote. Ut Virg. *Munera nec ſperno.* 10 Integro, adminiſtrandis ſine intermiſſione rebus dicato. 11 Detrahere, auferre aliqvot horas, & voluptati dare. Anaphora. 12 Frondenti, amœnâ & conviviis idoneâ. 13 Habens membra ſtrata. Virg. 1. Æn. *oculis ſuffuſa nitentes.* Synecdoche. 14 Synecd. ſpe. pro qvavis arbore. 15 Propè principium & originem vivi & perennis fontis leniter fluentis, ſuoqve ſtrepitu ſomnum ſvadentis, recubans. 16 Metaph. ab animalibus pro leni ſcaturigine fontis. 17 Omnis fons in origine ſacer eſt. 18 Multi exercitio rei militaris delectantur. 19 Et claſſicum, horribiliſqve ille tubæ, qvo pedites accenduntur,

1 Permiſtus ſonitus, bellaqve 2 matribus
Deteſtata. Manet ſub 3 Jove frigido
4 Venator, 5 teneræ 6 conjugis 7 immemor:
Seu viſa eſt 8 catulis 9 cerva fidelibus,
Seu 10 rupit 11 teretes 12 Marſus aper 11 plagas.
13 Me 14 doctarum 15 ederæ 16 præmia 14 frontium

ſonitus, cum lituo illo, cujus acuto ſonitu eqvites inſtigantur, confuſus. *Lituus* enim eqvitum eſt, & incurvus; *tuba* peditum & directa. 1 Metaph à liqvoribus, qvi ferè comprehenduntur hiſce tribus, *vino, aqvâ, oleo*, qvæ propriè dicuntur miſceri. 2 A matribus, id eſt, qvæ matres execrantur, propter filiorum ſuorum interitum. Sic Od. 16. Epod. *Parentibusq; abominatus Hannibal.* 3 Sub dio in aëre nocturno, ſub cœlo excubat. Virg. 2. Georg. *Et jam maturis metuendus* Juppiter *uvis*. Meton. ſubj. pro adj. id eſt, poſſeſſor pro poſſeſſo cœlo, Jovis domicilio & patrimonio partitione regni paterni: qvandoqvidem ex hæreditate Saturni liberis ipſius diſpertitâ *Jovi* obtigit regio mundi ſuprema, mare *Neptuno*, tartara & obſcura caligo *Plutoni*. 4 Sic Cic. 2. Tuſc. *Pernoctant venatores in nive, in montibus uri ſe patiuntur.* 5 Delicatæ ſuæ & nuper in matrimonium ductæ uxoris oblitus. 6 Synecd. gen. pro ſpe. uxore, qvia maritus dicitur etiam conjux. 7 In *Venator* & *immemor* eſt Epiſtrophe. 8 A canibus ſuis venaticis. 9 Qvam inſeqvi & capere ſtudet. 10 Atqve ita effugit. 11 Retia ex rotundis & oblongis funibus connexa. 12 Prægrandis aliqvis & ferox aper, qvem rurſus illaqveare & capere ſtudet. Species pro genere. *Marſi* Apuliæ populi ſunt. 13 Horatium. Anaphora. Nunc dicit, ſe longè alio ſtudiorum genere recreari, qvod immortalem laudem & gloriam ſibi propoſitam habet. 14 Doctorum capitum, id eſt, doctorum virorum, ſc. Poëtarum, qvorum ederæ ſunt præmia. Synecd. mem. 15 Coronæ ederaceæ, qvibus eximii Poëtæ coronantur. Undè Ep. 3. l. 1. *ſeu condis amabile carmen, Prima feres ederæ victricis præmia.* Meton. materiæ. 16 Qvæ ſunt præmia & redimicula.

Dis 1 *miſcent ſuperis; me* 2 *gelidum* 3 *nemus,*
4 *Nympharumq;* 5 *leves cum* 6 *Satyris Chori*
7 *Secernunt populo:* 8 *ſi neqve tibias*
9 *Euterpe* 10 *cohibet, nec* 11 *Polyhymnia*
12 *Lesboum* 13 *refugit tendere barbiton.*

1 Diis immortalibus, qvorum aræ & ſtatuæ etiam ſuis frondibus exornantur, parem faciunt: cùm mei etiam ingenii monumenta æterna & immortalia futura ſint. Alleg. Hyperbolica è Metaph. qvibus ſenſus & judicium rebus inanimatis datur. 2 Umbroſum. 3 Parnaſſus vel Helicon. Synecd. gen. ac præterea Meton. ſubj. pro Diis Sylvanis & Faunis, qvos & Nymphas in ſeceſſu Poëtæ cantant. 4 Nemoralium & in ſylvis degentium. 5 In ſaltando celeres. 6 Faunis & Diis Sylvanis. 7 A vulgo ſeparant, ut cæteris hominibus præſtantem. Utitur hoc verbo de Arte Poët. *Publica privatis* ſecernere: & Od. 3. l. 3. *qva medius liqvor* ſecernit *Europen ab Afro.* 8. Siqvidem Muſis ita viſum eſt, qvarum favore hæc beneficia conſecutus ſum; nullâ ratione illa mihi attribuens vel arrogans. Eſt hic qvædam ἐπανόρθωσις, qvâ priùs dictum audax corrigit, dum ſe Lyrâ ſuâ Diis parem fieri prædicavit, qvod nunc ſibi dicit aſſumere cum bona veniâ & voluntate Muſarum. 9 Una ex Muſis, eaqve jucunda. 10 Carminis ſuavitatem mihi denegat. 11 Muſarum altera, qvæ cantus ſuavitate Poëtas immortales reddit, inſtrumentum illud ſeptem chordarum, qvo Alcæus & Sappho, eximii Lyrici, ex Lesbo inſulâ oriundi, immortalem gloriam invenerunt, intendere & plectro percutere recuſat. 12 Alleg. è Meton. pro carmine Alcaico & Sapphico tibiâ lyrâqve decantando. 13 Metaph. à re militari, ubi prælio victi aut inferiores viribus refugio qværunt ſibi ſalutem. In *barbiton* eſt Synecd. inte. pro fidibus & chordis, è qvibus hoc inſtrumentum Muſicum conſtat.

14 Qvòd ſi me Lyricis vatibus 15 inſeres,
Sublimi feriam ſidera 16 vertice.

14 Qvòd ſi tu, optime Mæcenas, me illo tuo limato judicio dignum judicas, qvi in numerum Lyricorum Græcorum Latinus Poëta Lyricus recipiar, mihi in cœlum inter ſydera receptus videbor, & vertice capitis alto cœlum tangam, inqve omnium oculis, ore & admiratione ero: ſc. immortali famâ ſuper æthera notus. 15 Metaph. ab inſitione plantarum. 16. Hyperbolica eſt Alleg. è perpetuis Meton. ſubj. pro adjunctis verſibus Poëtæ, qvi ab omnibus celebrabuntur ad immortalitatem usqve. Unde illud Ennii: *Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit, cur? volito vivus per ora virum?*

Ode II. Προσφωνητική.

AD AUGUSTUM CÆSAREM.

In vindictam Julii Cæſaris occiſi multæ tempeſtates Pop. Romano immittuntur. Unica Imperii ſpes in Auguſti incolumitate conſtituitur.

Dicolos tetraſtrophos.

1 *JAm ſatis terris, nivis, atqve 2 diræ*
Grandinis 3 miſit 4 Pater: & rubente
5 Dexterâ 6 ſacras jaculatus arces,

1 Satis jam pœnarum Diis iratis dedimus ob miſerandam illā & indignam cædem optimi Principis C. Julii Cæſaris, in curiâ Romanâ viginti tribus vulneribus à civibus Romanis, harum calamitatum autoribus, confoſſi. 2 Horrendæ, formidandæ, ut à Jovis irâ provenientis. 3 Immiſit. 4 Hominum & Deorum, id eſt, Jupiter. Synecd. gen. 5 Ignito fulmine armatâ, ſive fulmine ex igne rubente. Meton. effic. pro jactu fulminis rubicundo, qvo firmiſſima qvæqve diruuntur. 6 Cùm Capitolium vel Templa Deorum fulmine percuſſerit. Synecd. periphraſis. Sic Od. 12. l. 3. *jaculari cervos.*

7 Terruit

7 *Terruit* 8 *urbem:*
9 *Terruit gentes,* 10 *grave ne rediret*
11 *Seculum Pyrrhæ, nova* 12 *monſtra qveſtæ,*
Omne cùm 13 *Proteus* 14 *pecus egit altos*
15 *Viſere montes:*
16 *Piſcium & ſummâ genus hæſit* 17 *ulmo,*
Nota qvæ 18 *ſedes* 19 *fuerat* 20 *columbis:*
Et 21 *ſuperjecto pavidæ natârunt*
21 *Æqvore damæ.*
Vidimus 22 *flavum Tiberim, retortis*
23 *Littore Etruſco violenter undis,*

7 Romam, id eſt, civibus Romanis timorem incuſſit, Anadiploſis. 8. Metòn. primùm ſubj. pro urbanis: deinde Synecd. gen. pro civibus Romanis, qvibus *gentes* opponuntur, ut τὰ ἄστυ τοῖς πολίταις. 9 Nec cives Romanos ſolùm, ſed etiam finitimos populos pavore immiſſo perturbavit, metuentes, ne, &c. 10 Ne lamentabile & calamitoſum tempus eluvionis rediret, cùm Pyrrha, Epimethei filia, & Deucalion maritus, ſoli ex univerſo hominum genere relicti, Parnaſſum montem conſcenderent, ibi ut ſe tutos ab aqvarum vi conſervarent. 11. Meton. rei ſubjectæ pro caſibus & eventis, qvæ fuerunt ætate Pyrrhæ. 12 Qvæ res nunqvam anteà viſas & auditas, & prodigia ſuo tempore contigiſſe doluit. Sic Cic. pro Flac. *Non enim omnia, qvæ dolemus,* eadem qveri *poſſumus.* Metaph. à rebus, qvæ præter naturam accidunt, ut aſcenſus piſcium in montes & arbores, &c. 13 Oceani & Tethyos verſipellis filius. 14 Vitulos marinos & armentum ſublimes montes, undis eò pertingentibus, luſtrare impulit. Synecd. gen. pro aqvatilibus. 15 Ad videndum. Helleniſmus: ἦγε ἐπισκέπτεσθαι. 16. Reliqvorum. 17 More avium, in arboribus nidificantium, conſtitit. Synecd. ſpec. pro qvavis arbore. 18 Domicilium. 19 Ante diluvium. 20 Turturibus vel palumbibus. 21 Aqvis in terram ejectis. 22 Turbidum & arenæ colore flavum. 23 Undis impetuosè repulſis à Tyrrheno mari, in qvod Tiberis influit.

Ire dejectum 1 *monumenta Regis,*
Templaqve 2 *Veſtæ:*
3 *Iliæ dum ſe nimium* 4 *qverenti*
5 *Jactat ultorem:* 6 *vagus, &* 7 *ſiniſtrâ*
Labitur ripâ (Jove 8 *non probante)* 9 *Uxorius amnis,*
10 *Audiet cives acuiſſe* 11 *ferrum,*
Qvo graves 12 *Perſæ melius perirent:*
Audiet pugnas, 13 *vitio parentum*

Synecd. part. pro toto mari Hetruſco in flumina & fontium ſcaturigines refluente, æſtuqve aqvas retrudente ſurſum in Tiberim. 1 Regiam Numæ Pompilii. Synecd. gen. pro palatio, &c. 2. Saturni filiæ ex Ope, foci cuſtodis & præſidis, cui Numa Pompilius ædem condidit. 3 Romuli matri, Tiberis uxori, abs qvâ Julius Cæſar ortum habuit. 4 De Julii Cæſaris nece. 5 Vindicem fore magnificè pollicetur, gloriatur. Sic Od. 14. l. 1. *Qvamvis Pontica pinus, Silva filia nobilis,* Jactes *& genus, & nomen inutile.* 6 Non ſuo & ſolito alveo, & meatu recto fluit, ſed exundans & tumidus errat. 7 Qvâ potior urbis pars ſita eſt. 8 Qvòd injuſſus illud fecerit, indignante. 9 Tiberis uxori ſuæ Rheæ in eâ re nimis obſeqvens & indulgens. Hoc nomine appellantur mariti, qvi ſe totos ad uxorum arbitrium accommodant, qvi eis omnibus ferè in rebus obtemperant. Virg. 4. Æn. *Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas pulchramq́;* uxorius *urbem Exſtruis?* Synec. gen. & Metaph. in *uxorius*, à conjugibus ſumta. 10 *Ra. ju.* id eſt, poſteri Romani, qvi pauci ſunt ex bellorum civilium reliqviis, audient cives Romanos, parentes ſuos, in civium corpora gladios & arma exacuiſſe, qvibus Perſæ, formidabiles illi imperio Romano hoſtes, juſtiùs ac rectiùs perirent. 11 Meton. mat. pro armis è ferro factis. 12 Synecd. ſpe. pro qvibusqve populi Rom. hoſtibus, in qvos imminentia pericula imprecatione transferuntur. In *audiet* eſt Anaphora. 13 Culpâ, ſcelere.

Raræ

Rara 1 *juventus.*
2 *Quem* 3 *vocet Divûm* 4 *populus* 5 *ruentis*
Imperi 6 *rebus?* 7 *prece quâ fatigent*
8 *Virgines ſanctæ* 9 *minùs audientem*
Carmina 10 *Veſtam?*
11 *Cui dabit* 12 *partes* 13 *ſcelus expiandi*
Jupiter? 14 *tandem* 15 *venias, precamur,*
16 *Nube candentes humeros amictus*

1 Meton. adjunctæ ætatis (qvia juventa eſt propriè ætatis, ut juventus perſonarum) pro juvenibus. 2 Cùm omnes propter noſtra ſcelera infeſti noſtras preces ſpernant. Ἀπορία eſt in dubii interrogatione & deliberatione ſingularis perſonæ. 3 Invocet, imploret. 4 Romanus. Synecd. gen. pro Romanis. 5 Sumtum ab ædificiis ruinam & caſum minantibus. 6 Rebus imperii Romani jam in exitium vergentis. 7 Qvibus precibus aſſiduè obſecrent, & tandem exorent. Liv. l. 23. *Indè fatigatus Campanorum precibus, cum omni apparatu oppugnandæ urbis Cumas redit.* 8 Veſtales, virgines intemeratæ. Synecd. gen. 9 Averſantem hymnos & preces ſupplicantium, propter ſceleratam cognati Julii Cæſaris cædem. 10 Deam ſuam. 11 Deorum, id eſt, qvo tandem ultore tanti ſceleris Jupiter utetur? 12 Munus, officium. Tranſlatio à partibus hiſtrionum, ut de Arte; *Ne fortè ſeniles Mandentur juveni partes.* 13 Hoc tantum flagitium, in Cæſare occiſo commiſſum, delendi, è medio tollendi. Synecd. gen. Reſpexit ad morem veterum, qvi ſangvine humano contaminatos congreſſu & aditu prohibebant, donec expiati eſſent. 14 Poſtqvam jam ſatis pœnarum dedimus. Solvitur ſuperior addubitatio ſubjectione qvatuor Numinum, qvæ hic tot ſingularibus Apoſtrophis devocantur per disjunctionem metu futuræ inter eos æmulationis. 15 In populi Romani ſalutem ad nos venias. 16 Habens humeros candentes nube amictos, id eſt, velatos. Dii enim, cùm ad homines veniunt, non temerè videri volunt. Candidâ autem nube amicti ſunt Dii, cùm in ter-

1 Augur Apollo.
Sive tu 2 mavis, 3 Erycina 4 ridens,
5 Qvam Jocus circumvolat, & Cupido:
6 Sive neglectum genus, & nepotes
Reſpicis 7 Autor!
Heu, nimis longo ſatiate 8 ludo!
Qvem 9 juvat 10 clamor, galeæqve 11 leves,
12 Acer & Mauri peditis 13 cruentum
Vultus in hoſtem:
14 Sive 15 mutatâ 16 juvenem 17 figurâ

ras propitii deſcendunt: candida enim fauſta ſunt; ut contrà, nigra, infauſta. 1 Vates, qvi præſentis ac divinas futura. 2 Venite. 3 Venus, ſic dicta à monte *Eryce*, ubi religioſiſſimè colebatur. 4 Mitis & benevola. 5 Qvam Charites, Deſideria ſemper comitantur. 6 Sive etiam tu, ô Mars, qvi, è Rheâ Sylviâ Romulo & Remo productis, Romani generis parens es, Romanos, genus tuum, civili bello devaſtatum, & tanto jam tempore à te neglectum, tandem mitis reſpicis, id eſt, opitularis, faves: Nam Dii intuentes adjuvare putantur. 7 Mars pater Romuli, qvi Romam condidit. Vocat συνεκδοχικῶς Martem Romuli parentem. 8 Civilium bellorum, qvæ ſunt Martis ludi & oblectamenta. Ironia, aliis Antiphraſis, cùm inde longisſimè luſus abſit. πάθος ergo eſt à diurnitate & gravitate bellorum civilium. 9 Delectat. 10 Militantium. 11. Splendidæ, expolitæ, non aſperæ. 12 Virilis & truculentus, qvalis erat Maurorum vultus, urſorum, leonumqve pellibus indutorum. 13 In ſævum ſuum hoſtem. 14 Anaphora. Ordo eſt: Sive, *ô tu* ales, id eſt, alate Mercuri, qvi in pedibus pennas habens, celerrimus Deorum nuntius & interpres es, filius almæ Majæ, patiens vocari ultor Cæſaris, imitaris in terris juvenem mutatâ figurâ. 15. In formam Auguſti. 16 Auguſtum. 17 Sc. *tui*. Vult enim Mercurium, indutâ ſpecie humanâ Auguſtum appellari, & Auguſtum eſſe Mercurium. Et ita Auguſto aſſentatur.

18 *Ales* 19 *in terris imitaris, almæ*
Filius Majæ, 20 *patiens vocari*
Cæſaris ultor:
21 *Serus in* 22 *cælum redeas, diuqve*
23 *Lætus interſis populo* 24 *Qvirini:*
Ne-ve 25 *te noſtris* 26 *vitiis iniqvum*
27 *Ocior aura*
28 *Tollat:* 29 *hîc magnos potiùs* 30 *triumphos,*
31 *Hîc ames dici pater, atqve princeps:*
32 *Neu* 33 *ſinas* 34 *Medos* 35 *eqvitare inultos*
36 *Te duce,* 37 *Cæſar.*

18. Metaph. ab avibus ad Mercurium indicandum, qvi ſynecdochicè nominatur ex genere pro ſpecie. 19. In Auguſti formâ jam Deus inter mortales verſaris. 20. Patiens te vocari Julii Cæſaris ultorem. Helleniſmus. Sic Ep. 16. l. 1. *Cùm pateris ſapiens emendatuſqve vocari.* Virg. 2. Æn. *ſenſit medios de lapſus in hoſtes.* 21 Utinam ſerò in cælum redeas. 22 Undè veniſti. 23 Et fauſtus ac propitius inter populum Romanum vivas, efficiens populum Romanum lætum è triſti propter detrimenta belli civilis. Meton. eff. 24 Romuli, id eſt, populo Romano. 25 Divum Auguſtum, cœleſtem alitem Mercurium. 26 Sceleribus, odiis & ambitionibus infenſum. 27 Velocior ventus, qvàm pro noſtro arbitrio. 28 E Rep. Romanâ ſive è conſpectu noſtro in cœlum rursùs ſubvehat. 29 Romæ, in terris. Anaphora. 30 De hoſtibus bello victis expetas. 31 Inter tuos cives potiùs Pater Patriæ audire deſideres, & dux vocari expetas. 32 Vult, ut Auguſtus poſt patris ultionem, illatas à Parthis qvoqve injurias vindicet. 33 Permittas. 34 Parthos & Medos, Romani nominis infenſiſſimos hoſtes, qvibus bellum inferre Auguſtus hoc tempore cogitabat: qvòd cùm illi ſenſiſſent, Auguſti famâ permoti, ſigna, qvæ Craſſus & M. Antonius amiſerant, ultrò ad Auguſtum remiſerunt. Synecd. ſpe. pro omnibus imperii Romani hoſtibus. 35 Ex eqvis ſuis pugnare, & impunè pro arbitratu ſuo, qvocunqve libet, vagari. Metaph. ab inſolentiâ victorũ. 36 Te Patre Patriæ, te Imperatore. 37 O Auguſte Cæſar.

Ode

Ode III. Προσφωνητική.

Ad Navem, Virgilium Athenas vehentem.

Navi Virgilium Athenas vehenti incolumitatem precatur: deinde in hominum temeritatem audaciamqve vehementer inſurgit: & naturam humanam in vetitum niti, oſtendit.

Dicolos Diſtrophos.

1 SIc 2 te 3 Diva 4 potens Cypri,
5 Sic 6 fratres Helenæ, 7 lucida ſidera,
8 Ventorumqve regat pater,
9 Obſtrictis aliis, præter 10 Japyga,
Navis, qvæ 11 tibi creditum
Debes Virgilium, finibus 12 Atticis
13 Reddas incolumem, precor.

1 Ordo eſt: *O* na. qvæ de. fi. At. Virg. cre. ti. pre. *ut* ſic di. po. Cy. ſic, &c. re. te. fi. At. in. 2 Hyperbolica Alleg. è continuatis Metaph. ubi rebus inanimatis tribuitur actus & anima: qvalis eſt apud Virg. Ecl. 4. *nec nautica pinus Mutabit merces.* 3 Venus, qvæ è mari genita maris imperium habet. Alleg. è continuatis Synecdochis, ubi tria ponuntur nomina communia pro nominibus propriis, Venere, Polluce, Caſtore & Æolo. 4 Cypri inſulæ regina ac dominatrix, ubi præcipuè colebatur. Sic Epod. Ode ultimâ, *Phœbe*, ſylvarumqꝫ potens *Diana*: & Virg. Nimborumqve *facis*, tempeſtatumqꝫ potentem. & 3. *Dii maris & terræ*, tempeſtatumqꝫ potentes. 5 Anaphora, & exclamatio Poëtæ optantis & precantis. 6 Caſtor & Pollux, nautarum opitulatores, Jovis & Ledæ filii. 7 Nautis ſuâ luce benevolæ ac ſalutares ſtellæ proſperam navigationem nunciantes. 8 Sic deniqve te Rex ventorum Æolus ducat & tueatur. 9 Omnibus aliis ventis adverſis vinctis, in carcere concluſis. Reſpicit Poëta ad utrem Ulyſſi plenum ventis, præter Zephyrum ab Æolo donatum. 10 Zephyrum, qvi ex Apuliâ Athenas petentibus ſecundus eſt. 11 Tuæ fidei commiſſum, tanqvam depoſitũ, nobis amicis debes. Metaphora à rebus creditis. 12 Athenienſibus. 13 Ut eum ſalvum reſtituas.

Et

Et ſerves 1 *animæ dimidium meæ.*
Illi 2 *robur, & æs triplex*
Circa 3 *pectus erat, qvi* 4 *fragilem* 5 *truci*
6 *Commiſit pelago ratem*
Primus; nec timuit 7 *præcipitem* 8 *Africum*
9 *Decertantem Aqvilonibus.*
Nec 10 *triſtes Hyadas, nec* 11 *rabiem Noti,*

1 Cum qvo ego in duobus corporibus una anima ſum. Meton. pro vitâ inde profectâ. 2 Ejus profectò audacia omnem humanam confidentiam ſuperat, illiqve indomita animi duities & ferreum pectus erat, qvi nullius periculi metu territus, primus navigare auſus eſt, Alleg. è Metaph. tùm à duriſſimâ qvercu, tùm ab ære, ad magnitudinem animi & audaciam primi nautæ indicandam. Illud autem *triplex* valet tantum ad intendendam animi vim. Primam autem navem dicunt Argô fuiſſe, qvâ vecti ſunt Græciæ principes illi Argonautæ, vellus aureum petentes. Vide Plin. l. 8. c. 56. Catul. *Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten.* 3. Meton. ſubj. pro animo, cujus ſedes eſt in pectore. ſententiâ Epicureorum. 4 Infirmâ. 5 Horrendo. Sic Catul. trucem-ve *Ponticũ ſinum.* 6 Concredidit. 7 Impetuoſum, qvi, qvicqvid impellit, præcipitat. Meton. effect. pro effic. id eſt, præcipitante & omnia dejiciente. 8 Ventum ab occaſu hyberno ſpirantem. 9 Colluctantem cum Aqvilonibus. 10 Pluvioſas ac tempeſtuoſas ſtellas illas, qvæ ſuo ortu & occaſu ingenti pluviâ excitatâ, navigantes triſtes efficiunt: à fratre *Hyante* ſic dictas, vel ἀπὸ τοῦ ὕειν, id eſt, *à pluendo.* Undè Virg. 1. & 3. Æn. eas *pluvias* appellat. Meton. effe. 11 Immenſam vim Auſtralis venti. Metaph. à rabidis beſtiis.

1 Qvo

1 Qvo non arbiter 2 Adriæ
Major, tollere, ſeu ponere vult freta.
3 Qvem mortis timuit gradum,
Qvi 4 ſiccis oculis 5 monſtra natantia,
6 Qvi vidit mare 7 turgidum, &
8 Infames ſcopulos 9 Acroceraunia?
10 Neqvicqvam Deus abſcidit

1 Qvo Noto nullus alius eſt ventus major dominator ſive dominus maris Adriatici, id eſt, majus in mare Adriacum imperium obtinet, ſive concitare, ſive componere ac ſedare vult fluctus. Per *arbitrum* verò Dominum intellige, & eum, qvi alteri ſuo arbitratu imperat: ut Od. 7. l. 2. *bibendi arbitrum* appellat, convivii regem, & qvi leges bibendi in convivio ponit. 2 Synecd. ſpe. pro qvolibet mari: & in *freta* Meton. ſubj. pro aqvis marinis & fluctibus: ut Æn. 5. *freta ſpumant*, id eſt, aqvæ maris. 3 Qvod genus mortis timuit, ad qvam qvaſi gradibus imus? Morti proximi ſunt, qvi navigant, ſcitumqve illud Anacharſis apud Laërtium. Cùm enim à nautâ didiciſſet navium craſſitudinem eſſe qvatuor digitorum, *Tantùm, inqvit, à morte abſunt, qvi navigant.* Eleganter itaqve Juven. Sat. 12. *I nunc, & ventis animam committe dolato Confiſus ligno, digitis à morte remotus Qvattuor, aut ſeptem: ſi ſit latiſſima tæda.* Aporia eſt ſive Addubitatio, diſſimulata tamen ſine ſubjectione negatè intelligenda: magni enim eſt animi & excelſi, non conturbari aſpectu tot periculorum marinorum, turbinum, fluctuum, Charybdis, Scyllæ, Syrtium, ſcopulorum, vadorum: ſed impavidum permanere. 4 Abſqve lachrymis: ἀδακρυς. 5 Cete piſces monſtroſos in Oceano natantes, qvi non rarò naves frangunt & ſubmergunt. 6 Anaphora. 7 Fluctibus & ventis turbidum. 8 Ob atrocia naufragia infauſti nominis & ominis. 9 Altiſſimos montes in Epiro è fulmine ſæpè ictos. Summa montium à Græcis κεραύνια dicuntur: qvòd crebrò fulminibus feriantur. 10 Fruſtrà, ſine ratione Deus ille provi-

1 *Non*

Prudens Oceano 1 *diſſociabili*
Terras: ſi tamen 2 *impiæ*
3 *Non tangenda rates tranſiliunt vada.*
4 *Audax omnia perpeti*
Gens humana, 5 *ruit per vetitum nefas.*
6 *Audax* 7 *Japeti genus*
8 *Ignem* 9 *fraude malâ* 10 *gentibus intulit:*
11 *Poſt ignem* 12 *ætherea domo.*
13 *Subductum,* 14 *macies,* 15 *& nova febrium*

dus, qvi nihil temerè egit, cùm aqvâ priùs terram coopernuiſſet, ſeparavit terras à mari, ſi homines nihilominùs audent navigare. 1 Qvem neceſſe erat à terris diſſociari ac ſeparari propter ſalutem hominum, aliorumqve animantium, qvæ uſui humano inſervientia terræ pabulo nutriuntur. 2 Impii & temerarii homines cum ratibus, qvi Dei conſilium in hoc, ſc. navigando, videntur contemnere. Meton. effe. pro effic. & impio inventore navigii, qvi violavit inſtitutionem divinam. 3 Homini non tangenda, ſed vitanda loca in mari periculoſiſſima, & in qvibus hærentes naves ſæpè diſſolvuntur & perfringuntur, penetrant. Virg. 1. Æn. *Illiditq; vadis*, &c. 4 Qvæ audax eſt ad omnia aggredienda. Dicit nihil tam eſſe arduum, nihil tam periculoſum, qvod mortalium cupiditas inauſum relinqvat, idqve exemplis confirmat. 5 Impetu fertur, non ratione, ad omne ſcelus à Deo prohibitum. 6 Anaphora. 7 Prometheus Japeti filius. Synecd. ſpe. nam è ſpeciali nomine Iapeti, qvi creditus eſt olim hominum vetuſtiſſimus, omnes homines impiè ſe gerentes intelliguntur. 8 Qvem Jupiter hominibus iratus ſubtraxerat. 9 Furto ſibi hominibusqve damnoſo. 10 Hominibus diſtribuit, ferulâ ad Solis currum admotâ 11 Poſt hunc ignem. 12 E cœlo. Metaph. à domiciliis hominum, ad cœlum ipſum notandum: unde ignis ſubductus eſt furto. 13 Dolo ac furto Promethei ablatum, & terris reſtitutum. 14 Pallor, fames, morbus maciem efficiens. Meton. effe. 15 Et inaudita atqve

B *Terris*

Terris incubuit 1 *cohors:*
2 *Semotiq; prius* 3 *tarda neceſſitas*
Lethi 4 *corripuit gradum.*
Expertus 5 *vacuum* 6 *Dædalus aëra*
Pennis 7 *non homini datis:*
8 *Perrupit Acheronta Herculeus labor.*
Nil mortalibus 9 *arduum eſt.*
10 *Cœlum ipſum* 11 *petimus* 12 *ſtultitiâ: neque*
13 *Per noſtrum patimur* 14 *ſcelus*

hactenùs incognita morborum infinita multitudo homines, in terris viventes, invaſit atqve oppreſſit, ut nec in ſuo elemento ex animi ſententiâ viverent, qvi aliena tentâſſent. Sic Virg. Georg. 2. *Præſertim ſi tempeſtas à vertice ſilvis* incubuit. 1 Metaph. à re militari: ut in *incubuit* à pullicie, qvæ fit incubatu avium, qvo foventur ova, & inde tandem excluditur multiplex pullorum fœtura. 2 Multo tempore dilati: 3 Serò accedens: vivebant enim diutiùs homines, tardiùsq; moriebantur. 4 Viam jam breviorem invenit, acceleravit gradum, & citiùs advenit. 5 Inanem, apertum, ab hominibus infreqventem: ut Od. 25. l. 3. *vacuum nemus.* 6 Præſtantiſſimus faber atq; architectus, horrendi Paſiphaës & tauri concubitus, & Minotauri auctor. 7 Sed avibus, qvibus proprium eſt volare, id eſt, avium more per aëra evolavit, ſc. è Labyrintho, cui, à ſe fabricato, cum filio Icaro à Minoe incluſus, & à Minotauro devorandus erat. vid. Virg. 6. Æn. 8 Indomitus ille monſtrorum domitor Hercules inaccesſam mortalibus Plutonis regiam penetravit, ut inde tricipitem Cerberum ad ſuperos protraheret. 9 Difficile, impoſſibile eſt: qvia omnia audacia aggrediuntur. 10 Qvod ſolum Dii ſibi retinuerant & acceperant. 11 Affectamus, ut Jovem & Deos inde deturbemus, ut olim Gigantes & Phaëton. 12 Per ſtultitiam, unde noſtra vitia enaſcuntur. 13 Noſtris maleficiis ac ſceleribus permittimus Jovem ab hominibus puniendis quieſcere. 14 Impietatem.

15 *Ira-*

15 Iracunda Iovem, 16 ponere fulmina.

15 Sceleribus hominum infeſta. *Vel*, qvæ Jupiter effectus iratus, ſumit in manus, ut improbos exanimet. Sic Od. 23. l. 2. *pavimentum ſuperbum*, dixit, id eſt; pavimentum Domini ſuperbi. Metaph. ab animato affectibus prædito, ad inanimatum illis vacuum. 16 E manibus deponere, ſic dicimus, *ponere veſtem, ponere perſonam*.

Ode IV. Παραινετικὴ.

Ad L. SEXTIUM COS.

Amœnitate Veris deſcriptâ, & communi moriendi conſvetudine propoſitâ, tanqvam Epicurus ad vitam voluptuoſam Sextium hortatur.

Dicolos Diſtrophos.

1 Solvitur 2 acris 1 hyems, 3 gratâ vice Veris, & 4 Favoni,
5 Trahuntq; 6 ſiccas 7 machinæ 6 carinas

1 Veris adventu molleſcit & relaxatur frigus vel terra, qvæ fuerat hyemis frigore vincta & aſtricta. Sic paulò poſt: *Aut flore, terræ qvem ferunt* ſolutæ, id eſt, laxatæ, mollitæ. Meton. ſubj. pro frigore huic anni parti adjuncto: ac rurſus ipſũ frigus, pro corporibus ab eo conſtrictis, qvæ laxantur & diſſolvuntur veris adventu. 2 Mordax, aſpera, qvæ ſuâ inclementiâ corpora conſtringit. 3 Jucundâ hominibus viciſſitudine, permutatione. Sic Od. 7. l. 4. *Mutat terra* vices. 4 Zephyri, qvi verno tempore ſtare incipit. 5 Mare reducunt ad navigandum, id eſt, jam navigationes hactenus intermiſſæ hoc verno tempore à nautis rurſus inſtituuntur. Metaph. qvæ tribuitur inanimatis, qvod animatis eſſet convenientiùs tribuendum. 6 Naves hyemis tempore ex aqvis in terram ſubductas. Synecd. mem. 7 Inſtrumenta, qvæ maximas habent virtutes ad moles ſuo loco movendas. Synecd. gen. eſt enim *machina* qvælibet fabrica ad qvamlibet molem vel dejicien-

Ac neq; 8 jam 9 ſtabulis 10 gaudet pecus, aut arator 11 ignis
Nec prata 12 canis 13 albicant pruinis.
14 Jam 15 Cytherea 16 choros ducit 15 Venus,
17 imminente Lunâ;
18 Junctæqve Nymphis 19 Gratiæ 20 decentes
21 Alterno terram qvatiunt pede; 22. dum 23 graves 24 Cyclopum
Vulcanus 25 ardens 26 urit 27 officinas
28 Nunc decet aut viridi 29 nitidum caput 30 impedire myrto,

dam, vel qvolibet modo dimovendam. 8 Ut in hyeme. 9 Sed ſub dio in campis eſſe gaudet. 10 Delectatur. 11 Ad frigus depellendum. Mutari dicit uſum vitæ, mutatione temporis. Virg. *Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis, in umbrâ.* 12 Candentibus. 13 Albeſcunt. 14 Hâc aeris clementiâ & cœli ſerenitate. 15 Venus, qvam in Cythera inſulam contra Cretam, ferunt primùm vectam conchâ marinâ. 16 Saltat. 17 Ad Lunam propinqvam, & ſupra caput lucentem, claram: & ita noctu. 18 Choreâ & ſaltu conjunctæ cum terrarum & aqvarum Deabus. 19 Jovis filiæ & Veneris famulæ, Aglaja, Euphroſyna, Thalia. 20 Jucundæ. 21 Nunc hoc, nunc illo pede, id eſt, nunc dextro, nunc ſiniſtro pede terram pulſant ad numeros ſaltantes. Sic Od. 1. l. 4. *In morem Saliûm ter* qvatient humum. 22 Dùm Vulcanus, maritus Veneris, ſinè cujus igne ipſa langvet, in opere eſt, & in Ætnâ monte veris tempore Jovi fulmina præparat ac cudit cum Gigantibus, qvorum operâ & miniſterio in iis fabricandis utitur. 23 Ob operis laborem moleſtas. 24 Miniſtrorum ſuorum, ſc. Brontæ, Steropæ, & Pyracmonis. 25 Candeſcens: qvanqvam & ad operis diligentiam hæc referri poſſunt. 26 Adurit, ibiqve opus ſummâ vehementia urget. 27 Ærarias vel ferrarias. Synecd. gen. pro ſpe. qvia *officina* eſt locus, ubi qvodlibet opus efficias: deinde Meton. loci pro operis & fabris, qvos Vulcanus urget, ut inſtent operi. 28 Anaphora. 29 Caput tuum precioſis unguentis delibutum & ſplendeſcens: ut Od. 7. l. 2. *coronatus* nitentes *Malobathro Syrio capillos.* 30 Coro-

31 *Aut*

31 Aut flore, terræ qvem ferunt ſolutæ.
32 Nunc & in 33 umbroſis 34 Fauno decet 35 immolare 36 lucis,
Seu poſcat 37 agnam, ſive malit 37 hœdum.
38 Pallida mors 39 æqvo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres; ô 40 beate Sexti,
Vitæ 41 ſumma brevis 42 ſpem nos vetat 43 inchoare longam.
Jam te premet 44 nox, 45 fabulæq; Manes,

nare myrteâ coronâ, aut ex aliis floribus concinnatam Metaph. à pedicis, qvibus feræ implicantur & excipiuntur, ad redimicula capitis. 31 Aut floribus ac roſis, qvas veris calore reſolutæ ſeu laxatæ aut apertæ terræ proferunt, qvæ hyemis frigore fuerant conſtrictæ. Synecd. ſing. pro plur. 32 Anno jam expleto, ſc. veris tempore. 33 Ob arborum frondes opacis. 34 Ruſticorum Deo. 35 Sacrificare. 36 Nemoribus Diis conſecratis. 37 Hiſce enim colitur. 38 Qvæ homines mortuos pallidos efficit. Meton. effe. 39 Uno eodemqve pede, indifferenter, & æqvè fortiter ſublimia regum ædificia ac palatia atqve pauperum humiles domunculas ſive caſas pulſat, id eſt, mors ſine diſcrimine omnes homines invadit. Sic Od. 18. l. 2. *Æqva tellus pauperi recluditur, Regumq; pueris.* 40 Felix. 41 Breve vitæ humanæ ſpacium longam ſperare vitam nos prohibet & diſſvadet. Sic Od. 11. l. 1. *& ſpacio brevi Spem longam reſeces.* Metaph. à ratiocinatoribus, qvi addendo, ſubtrahendo, multiplicando & dividendo ſummam tandem faciunt multarum partium, ac brevi ſpacio chartæ comprehendunt. 42 Vitæ. 43 Fovêre. 44 Paulò pôſt morieris, ſtatim te opprimet atqve occupabit mors, cujus nox imago eſt, & qvæ nihil habet præter tenebras. Sic Od. 28. l. 1. *Sed omnes una manet nox.* Metaph. 45 Dii infernales, de qvibus & Poetæ & Philoſophi tam multa fabu-

Et domus 46 exilis Plutonia: qvo 47 ſimul mearis
48 Non regna vini ſortiere 49 talis,
50 Nec tenerum Lycidam mirabere: 51 qvo calel
52 juventus,
Nunc omnis, & mox virgines, 53 tepebunt.

lantur. 46 Orcus vacuus, parvus, in qvo inanes mortuo-rum umbræ; qvæ aſpectum oculorum fugiunt. Sic Virg. 6 Æn. *domos Ditis vacuas*, & *inania regna* vocat, ſignifican umbras & imagines mortuorum inanes. Alii arctam, & an guſtam freqventi animarum concurſu redditam Plutonian domum interpretantur. Alii per *exilem domum* intelligunt ſe pulchrum. Sepulchrum autem *domum* vocavit etiam Tibul l. 3. El. 2. *Poſt hæc carbaſeis humorem tollere velis, Atqve i marmoreâ ponere ſicca domo.* Synecd. gen. 47 Ad qvan domum Plutoniam ſimulac poſt mortem deſcenderis & mig-veris. 48 Non amplius in Saturnaliorum & aliorum feſto rum dierum ſolennitatibus & ſympoſiis, bibendi eris magiſte cui conſtituenti leges in conviviis, omnes parere neceſſe eri Hujusmodi regem, *arbitrum bibendi* nominat Od. 7. l. *qvem Venus arbitrum Dicet bibendi?* 49 Talorum jactu Veneris enim jactus regem vini ſeu magiſtrum efficieba 50 Nec formoſum illum puerum amabis. 51 Cujus pue amore juvenes nunc ardent, 52 Romana, id eſt, juvene Romani. Meton. adj. ætatis. 53 Ubi Lycidas adoleverit, mo ob eximiam ejus formam etiam Romanæ virgines pauſati inflammabuntur, Metaph. à balneis temperate calidis.

Ode V. Προσφωνητική.

AD PYRRHAM.

Horatius ex Pyrrhæ illecebris, tanqvam è naufragio enatav rat, cujus amore irretitos affirmat eſſe miſeros.

Trico

Tricolos Tetraſtrophos.

1 QUis multâ gracilis te puer in 2 roſâ
3 Perfuſus liqvidis 4 urget odoribus
5 Grato, Pyrrhâ, ſub 6 antro?
7 Cui 8 flavam religas comam
9 Simplex munditiis? 10 heu! qvoties 11 fidem,
Mutatosq́; 12 Deos flebit, & 13 aſpera

1 O Pyrrha, qvisnam puer tenero & gracili corpore, id eſt, qvis adoleſcens ætati puerili proximus, & decipi facilis, tenere molliterqve educatus, &c. Ἀνακοίνωσις eſt per Dialogiſmum cum Pyrrhâ: ex qva poſtqvam interrogando & conſultando intellexit pulchrum eſſe adoleſcentem, qvi tum ipſius eſſet amator, ſortem illius qvam maximè per exclamationem miſeratur, ut ad meretricias artes inexperti. 2 In multis floribus apud te ſparſis. Meton. mat. pro unguento è roſâ facto: & Synecd. ſing. pro plur. 3 Pretioſis unguentis delibutus, qvæ odores effundunt. Cic. Ver. 3. *aqva denique ferventi Philodamus à Rubrio* perfunditur. 4 Amatorum more arctè avidèqve amplectitur? 5 Sibi propter tuam conſvetudinem accepto. 6 In fornice, vel lupanari, in qvo proſtas. Synecd. gen. 7 Cujus adoleſcentis amatoris gratiâ. 8 Flavos capillos, qvibus meretrices Romæ utimini, pectis & exornas, ut ei placeas. 9 Simplici munditie contenta, absqve ſumptuoſo corporis cultu. Ironia. 10 Heu miſero & infelici illi, qvi te nunc fruitur! Exclamatio eſt commiſerantis, & ſubjectio interrogationis. Tale eſt illud Od. 15. Epod. *Eheu, translatos alio mærebis amores.* 11 Promiſſa tua, de amore vero & conſtanti ſibi data, in perfidiam & levitatem violata & mutata, ubi, qvod donet, non habet. 12 Venerem, Cupidinem, alioſqve Deos, qvi liberales amores comitantur, & anteà benigni & propitii erant, jam ubi ad paupertatem redactus eſt, iratos & adverſos dolebit. Synecd. gen. 13 Immutata & adverſa.

14 *Nigris* 15 *æqvora ventis*
16 *Emirabitur* 17 *inſolens,*
Qvi nunc te fruitur 18 *credulus* 19 *aureâ:*
20 *Qvi ſemper vacuam, ſemper* 21 *amabilem*
Sperat, neſcius 22 *auræ*
Fallacis. 23 *Miſeri, qvibus*

14 Efficientibus cœlum nimboſum & tenebricoſum. Meton. effe. 15 Meretricem fallacem, qvæ ex ſerenâ & placidâ, facta eſt ſæva & implacabilis. Alleg. eſt è continuis Metaph. per ſimilitudinem maris tempeſtate commoti cum periculoſis artibus meretricis, moribusqve pravis Pyrrhæ: undè qvi poteſt emergere, ſolet dicere cum Chæreâ Terentiano: *Meo fratre gaudeo amorem eſſe omnem in tranqvillo.* 16 Supra modum mirabitur. 17 A falláci meretricio amore decipi inſvetus, qvi tales in Pyrrhâ mores non ſit expertus. Sic dicimus, *inſolens belli, injuriæ,* &c. Sic Sal. *Qvæ tametſi animus aſpernabatur,* inſolens malarum artium. *Inſolens* etiam arrogantem, & contra legem ac commumem vitæ conſvetudinem audentem aliqvid, ſignificat. Sic *inſolens Achilles* dicitur Od. 4. l. 2. 18 Simplex ille juvenis, morumqve meretricum parùm peritus. 19 Chariſſimâ ſibi, multumqve amabili & optatâ, & ſibi inſtar auri cupitâ, qvæ referat ſpeciem & integritatem aurei ſæculi. Metaph. à metallo omnium maximè pretioſo & cupito. Eâdem ferè ratione *mediocritatem auream* dixit Od. 10. l. 2. ſignificans nihil eſſe mediocritate optabilius, nihil amabilius. Ovid. *Illa meis oculis* aurea *ſemper erit.* 20 Qvi ſperat, te ſibi ſoli ſemper otipſam & paratam fore, nulliſqve aliis gratificaturam. Anaphora. 21 Dulcem ac benignam fore. 22 Inconſtantiæ muliebris ignarus. *Varium* enim *& mutabile ſemper Fœmina.* Continuatur eadem Allegoria de variabili amore ſcorti, qvalis eſt ventus ſuo flatu ſonum vocis referens. 23 Calamitoſi ſunt illi, qvibus tu, non ſatis perfecta neqve uſu cognita, in amore places, & adhuc formoſa & aurea fulges & appares. Sic in Arte Poët. *Nil* intentatum *noſtri liqvêre Poetæ.* *Inten-*

Intentata nites: 24 me tabulâ 25 ſacer
26 Votivâ 27 paries indicat 28 uvida
Suſpendiſſe 29 potenti
30 Veſtimenta 29 maris Deo.

24 Ab eventu ſuo docet, qvàm ſint miſeri adoleſcentes, qvi ſe impudicarum blandimentis illaqveari ſinunt: ſumptâ Metaphorâ à naufragis. 25 Sacellum, vel templum Neptuno dicatum. 26 Qvam vovi in mediis periculis, id eſt, Pyrrhæ blandimentis. Allegoria ducta à naufragis, qvi periculo elapſi Neptuno ſolebant è pariete templi ſuſpendere tabulam, in qvâ naufragii caſus depingebatur. Cicero ad illum naufragorum morem alludens, ſic ad Atticum ſcribit l. 4. *Hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat.* 27 Neptuni templi. 28 Humida. 29 Neptuno, imperium maris obtinenti, cujus auſpicio liberatus ſum. Synecd. gen. 30 Qvibus ad terram enatavi. Naufragi ſua veſtimenta, in qvibus fuerant ſervati, Neptuno etiam conſecrabant.

Ode VI. Ὑποθετική.

Ad AGRIPPAM.

Varius tragœdiographus bella, ab Agrippâ geſta, decantabit: Horatius verò conviviis tantum & amoribus deſcribendis aptus eſt & idoneus.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *SCriberis Vario 2 fortis, & 3 hoſtium*
Victor, Mæonii carminis 4 alite,

1. Celebraberis à Vario eximio Tragœdiographo. Sic Virg. 3. Georg. Cui *non dictus Hylas puer?* & 1. Æn. *neqve cernitur* ulli. Sc. *tu*, qvod certè ſumendum eſt per Meton. effic. pro rebus præclarè ab eo geſtis, partisqve victoriis, qvæ ſcribentur à Vario pro ipſarum dignitate. 2 Invictus & ſtrenuus Imperator. Laus a militari fortitudine. 3 Sexti Pompeji, aliorumqve hoſtium tuorum. 4 Ave, id eſt, altitudi-

5 *Qvam rem cunqve* 6 *ferox* 7 *navibus, aut eqvis*
8 *Miles* 9 *te duce geſſerit.*
10 *Nos, Agrippa, neqve* 11 *hæc dicere, nec gravem*
12 *Pelidæ* 13 *ſtomachum,* 14 *cedere neſcii,*
15 *Nec curſus* 16 *duplicis per mare Ulyſſei,*
17 *Nec ſævam* 18 *Pelopis domum*

ne & ſublimitate & ſtylo Heroici & Homerici carminis. Fuit enim Homerus aut ex Mæoniâ, aut Mæonis filius. Varium igitur cum Homero comparat. Metaph. ab avibus ad ſublimitatem ingenii Variani, celeritatemqve carminis Homerici & ſtyli elegantiam indicandam : cujus imitatione fama hominis optimè deſcripti celerrimè latiſſimèqve diſſipatur. 5 Qvamcunqve rem. Tmeſis. 6 Indomitus. 7 Mari aut terrâ. 8 Milites geſſerint. Synecd. num. ſing. 9 Te Imperatore, tuo ductu & auſpicio. 10 Nos verò humiles Poëtæ. 11 Tua ſummi Imperatoris egregia bella. 12 Neqve implacabilem iram Achillis, Pelei & Thedidis filii, id eſt, Iliada, in qvâ pernicioſa illa reliqvis Græcis Achillis ira deſcribitur. Synec. gen. 13. Meton. ſubj. pro bile adjunctâ, qvæ pravâ corporis affectione vel redundat, vel acceptâ injuriâ & animi perturbatione inflammat ſpiritus incitatiori cupiditate ulciſcendi, unde ira exiſtit: atqve ita rurſus Meton. eſt effic. ad effectam fortitudinem ſignificandam. 14 Qvi precibus amicorum cedere, & ad miſericordiam flecti neſciebat. 15 Nec Odyſſeam, in qvâ verſuti & callidi illius Ulyſſis, qvi aliud loqvebatur, aliud ſentiebat, varii errores & navigationes longæ exponuntur. 16 Undè à Græcis dictus eſt διπλοῦς Metaph. à corporibus, ad eos qvi habent animum diviſum. 17 Anaphora. 18 Notæ crudelitatis familiam, in qvâ frater fratri filium epulandum appoſuit, & in qvâ varia homicidia perpetrata ſunt; nam Pelops à Tantalo Patre, Atreus & Agamemnon ab Ægyſtho, Clytemneſtra ab Oreſte filio eſt occiſa. Alludit ad Thyeſta, Tragœdiam à Q. Vario conſcriptam, in ejus commendationem. Meton. ſubj. pro Tan-

19 *Cona-*

19 Conamur tenues grandia : dum pudor,
20 Imbelliſq; lyræ Muſa potens vetat
Laudes egregii 21 Cæſaris ; & tuas
22 Culpâ deterere ingenî.
23 Quis 24 Martem tunicâ tectum adamantina
25 Dignè ſcripſerit ? aut 26 pulvere Troïco
Nigrum Merionen? aut 27 ope Palladis
28 Tydiden ſuperis parem ?
29 Nos 30 convivia, nos 31 prælia virginum,

talo & poſteris ejus ſceleratis atqve impiis. 19 Nos, qvi humiles & tenui ingenio Poëtæ ſumus; hujusmodi magna & viribus noſtris majora non aggredimur, neqve dicere tentamus; eſſet enim noſter omnis inanis & irritus conatus. 20 Et valida illa Polyhymnia Muſa Lyrica, in cujus poteſtate ſita eſt lyra imbellis, id eſt, rebus bellicis decantandis inepta, &c. *Lyra potens* dictum, ut ſupra. *potens Cypri* 21. Auguſti. 22 Ingenii mei vitio & tarditate imminuere prohibet; *facta enim dictis exæqvanda ſunt*, ut ait Saluſtius. Translatio ducta eſt à ferro, vel ære, vel ſimili metallo, qvod aliqvando deteritur. 23 Noſtrum humilium Poëtarum, Aporia eſt per interrogationem, ſine ſubjectione, qvæ explenda eſt ad amplitudinem materiæ indicandam: Nemo eſt omnium hominum, niſi ingenio divino & incredibili præditus fuerit, qvi res Cæſaris & Agrippæ præclarè fortiterqve geſtas poſſit dignè ſcribere. 24 Bellorum Deum, aut viros bellicoſos, armis, adamante durioribus, indutos, χαλκοχίτωνας. 25 Pro rei magnificentiâ 26 In prælio ad Ilium excitato pulvere ſqvalentem, id eſt, qvi prælii tempore ſemper inter medios hoſtes verſabatur, neqve vulnera extimeſcebat. Erat autem Meriones Idomenei comes atqve amicus. 27. Auxilio Palladis. Pallas ſemper opem tulit Diomedi. 28 Diomedem Tydei filium animo & fortitudine Diis æqvalem. Nam Martem & Venerem Diomedes vulneravit. Synecd. gen. 29 Humiles Lyrici. 30 Voluptatibus plena. 31 Amantium conten-

32 *Sectis in juvenes unguibus acrium,*
33 *Cantamus, 34 vacui, ſive qvid urimur,*
35 *Non præter ſolitum leves.* 20

tiones & luſus, non cruenta bella, non dura Martis prælia. 32 Reſectis & præciſis, ne amantes vulnerentur. 33 Deſcribimus. 34 Sive qvod à ſeriis negotiis otioſi ſumus, ſive qvòd nos ipſi amamus aliqvid, & in amicæ gratiam carmen aliqvod condimus. Metaph. ab igne. 35 Qvi jam ex diu uſurpatâ conſvetudine amatorum more varii ſumus, & inconſtanter amamus. Hanc levitatem ſuam Epod. 11. & Serm. 7. l. 2. abundè teſtatus eſt.

Ode VII. Παραινετική.

Ad MUNATIUM PLANCUM Conſul.

Alii alias laudant civitates & regiones. Horatius verò reliqvis anteponit Tibur, ubi natus eſt Plancus, qvem ad diluendas vino curas cohortatur.

Dicolos Diſtrophos.

1 L*Audabunt* 2 *alii* 3 *clarã Rhodon, aut* 4 *Mitylenẽ,*
Aut 5 *Epheſum,* 6 *bimaris-ve Corinthi*

1 Summis elogiis prædicabunt. 2 Eximii rerum ſcriptores, & excellentes Poëtæ. 3 Nobiliſſimam illam Lyciæ inſulam, qvam ſingulis diebus Sol exortus ſuo ſplendore ac radiis illuminat & claram reddit. 4. Amœniſſimam illam Pittaci ſapientis patriam, urbem in Lesbo. 5 Aſiæ egregiam illam civitatem ab Amazonibus exſtructam, & magnæ Dianæ templo nobilitatam. 6 Emporii illius Achaiæ ære & figulinâ celebratiſſimi duabus ex partibus mari cincti διθαλάσσου & ἀμφιθαλάσσου. *Bimarem* ergo nominat Horàtius, qvòd hinc Jonio, hinc Ægæo mari cingitur. Cic. *Corinthi veſtigium vix relictum eſt. Erat enim poſita in anguſtiis atqve in faucibus Græciæ, ſic, ut terra clauſtra locorum teneret, & duo maria maximè navigationi diverſa penè conjungeret, cùm pertenui diſcrimine ſepararentur.* Scribit idem Paterc. l. 1. & Florus l. 52. Epit.

Mœnia

Mœnia, vel 7 *Baccho Thebas, vel* 8 *Apolline Delphos*
Inſignes, aut 9 *Theſſala Tempe.*
10 *Sunt,* 11 *qvibus unum opus eſt,* 12 *intactæ Palladis urbem*
Carmine 13 *perpetuo celebrare, &*
Undiqve decerptam 14 *fronti præponere olivam.*
15 *Plurimus, in Junonis honorem,*

7 Urbem Bœotiæ à Cadmo ædificatam, à Baccho nobilitatam: Semele enim, Cadmi filia, Bacchum peperit ex Jove. 8 Qvi ab Apolline Pythio, ejusqve vetuſtiſſimo oraculo celebres ſunt. 9 Loca amœniſſima Theſſalica ſive Theſſaliæ, molli gramine virentia, fontibus irrigua, arboribus conſita & umbroſa. 10 Alii Poetæ. 11 Qvibus unica cura & ſtudium eſt, qvi in hoc uno ſunt occupati, ut Athenas carminibus ſuis nobilitent. 12 Athenas inviolatæ virginis Minervæ urbem. Virg. 1. Æn. *Cui pater* intactam *dederat.* Synecd. periphr. 13 Nunqvam interituro, continuâ ſerie nihil aliud tractante, qvam Athenarum laudes. Ovid. Met. 1. *Ad mea* perpetuum *deducite tempora carmen.* 14 Frontem olivâ coronare, cujus folia *undiqve*, id eſt, circumcircà detonſa & breviora facta majorem addunt ornatum. Veteres enim, qvi Poëmata ſe ſcribere profitebantur, utpote Muſis ſacri, coronas ſemper aliqvas, tanqvam inſignia ſui ſtudii, præferre ſolebant. Sic & eos, qvi carmine Athenas laudare vellent, in honorem Palladis fronti obtendere olivam dicit, & qvidem *undiqve decerptam*, id eſt, ex omni eos loco ac materiâ colligere, qvod ad Palladis & Athenarum laudem ac materiam convertant. Al. *Undiqve decerpta frondi præponere olivam*, id eſt, omnibus omnium locorum & terrarum frondibus, id eſt, arboribus, Olivam anteponere, qvæ Palladis eſt propria, atqve ita Athenas undiqve laudibus coronare. Synecd ſing. pro frondibus, deinde Synecd. par. pro omnibus arboribus reliqvarum urbium olivæ poſtponendis. 15 Alius qviſpiam, qvi Junonis in laudem & decus amplificandum copioſus: vel, *plurimus*, id eſt, plurimi

Aptum

Aptum dicit 16 *eqvis* 17 *Argos*, 18 *ditesq́; Mycenas.*
19 *Me nec* 20 *tam* 21 *patiens Lacedæmon,*
Nec tam 22 *Lariſſæ* 23 *percuſſit campus* 24 *opimæ,*
Qvàm 25 *domus* 26 *Albuneæ* 27 *reſonantis,*
Et 28 *præceps* 29 *Anio, &* 30 *Tiburni lucus, & uda*
31 *Mobilibus pomaria rivis.*
32 *Albus ut* 33 *obſcuro* 34 *deterget nubila cœlo*

dicunt. Synecd. unitatis pro multitudine. 16 Alendis eqvis accommodatum. Nam Græci Poetæ Ἄργος ἵππιον nominant: & Homerus Ἄργος ἱππόβοτον. 17 Clariſſimam Achajæ urbem. 18 Et urbem illam opulentam Mycenas, πολυχρύσους, templo Junonis percelebrem, in qvâ regnavit Agamemnon; à *Mycena* Nymphâ ſic appellatam. 19 Me verò Horatium nulla orbis terrarum regio, urbs, & locus tantoperè delectat, qvàm Tiburtinæ regionis habitatio. 20 Tantoperè. 21 Illa Lacedæmoniorum urbs, ſeveræ educationis & diſciplinæ, inediæ, frigoris, æſtûs, & malorum omnium tolerans, Sparta. Undè Cic. 2. Tuſc. ſcribit: *Spartæ verò pueri ad aram* (Dianæ) *ſic verberibus accipiuntur, ut multus è viſceribus ſangvis exeat, nonnunqvam etiam, ut, cùm ibi eſſem, audiebam, ad necem: qvorum non modò nemo exclamavit unqvam, ſed ne ingemuit qvidem.* 22 Urbis Theſſaliæ, Achillis patriæ: à qvâ & Achilles *Lariſſæus* dictus eſt. 23 Permovit, in admirationem induxit, & amore ſui animum meum feriit. Ter. Andr. Percuſſit *illicò animum.* 24 Fertilis. Sic Od. 31. l. 1. *Sardiniam opimam* nominat. 25 Nemus delectabile, 26 Nymphæ: à qvâ fons & nemus appellatur. 27 Ejus ſacri fontis fluxu. Virg. Æn. 7. *nemorum qvæ maxima ſacro Fonte ſonat*, &c. 28 De celſo ſcopulo decurrens, multam aqvam deorsùm effundens. 29 Fluvius. 30 Primi Tiburis conditoris. 31 Pomaria diſcurrentibus rivis irrigua. 32 Serenus, clarus, non ſemper humidus ac pluvius. Virg. 1. Georg. *Et claro cernes ſylvas Aqvilone moveri.* Meton. eſſe. id eſt, nubes albicantes efficiens. 33 Caliginoſo. 34 Diſcutit & removet.

Sæpè

Sæpè 35 *Notus, neqve* 36 *parturit imbres*
Perpetuos: ſic tu 37 *ſapiens finire memento,*
Triſtitiam 38 *vitæqve* 39 *labores*
40 *Molli, Plance,* 40 *mero:* 41 *ſeu te* 42 *fulgentia ſignis*
43 *Caſtra tenent, ſeu* 44 *denſa tenebit*
45 *Tiburis umbra* 46 *tui.* 47 *Teucer* 48 *Salamina,* 49 *patremq;*
50 *Cùm* 51 *fugeret, tamen uda Lyæo*

35 Auſtralis ventus. 36 Neqve perpetuas pluvias & tempeſtates ſuo flatu producit, ſed interdùm ſerenam ac jucundam aëris temperiem. Translatio à mulieribus gravidis. 37 Tanqvam vir ſapiens. 38 Vitæ tuæ in variis fortunæ mutationibus haſtenùs peractæ. 39 Ærumnas. 40 Vino ſuavi ac jucundo. Virg. 1. Georg. *Tunc agni pingues tunc ſunt* molliſſima *vina*. Sic Græci vinum, qvod ad potum maturum eſt, qvodqve gratum ſaporem collegit, μαλακὸν appellant. 41 Sive militiæ, ſive domi tuæ eris. 42 Coruſcantia vexillis militaribus, Aqvila, Dracone, aliisqve id genus ſignis militaribus. 43 Militia te exercet. Meton. ſubj. ut *umbra Tiburis*, id eſt, ſive in bello, ſive in pace fueris. In *ſeu* iterato eſt Anaphora. 44 Opaca. 45 Nemoris. 46 Patriæ tuæ. 47 Telamonis filius, frater Ajacis. Ut Plaucum in rebus etiam adverſis ad lætitiam aliqvam invitet, proponit exemplum Teucri, qvi variis fortunæ viciſſitudinibus & caſibus exercitatus, non omninò tamen animum deſpondit, vel omninò voluptati nuncium remiſit. 48 Patriam ſuam. 49 Patrem ſuum Telamonem. 50 Qvamvis fugeret, jamqve exul eſſet, ſc. cùm Ajax frater, in judicio armorum Achillis dolo Ulyſſis victus, doloris impatientiâ manus ſibi intuliſſet, imperii paterni memor (ut alter ſine altero non rediret) ſolus domum redire non auderet. 51 Caput ſuum præclaro vino, metum ſolvente, madidum ſive humidū. *Lyæus* enim, nomē Bacchi, ponitur pro vino. Metonymia eſt ſic.

Tempora

Tempora 52 *populeâ fertur vinxiſſe coronâ,*
  53 *Sic* 54 *triſtes affatus* 55 *amicos:*
56 *Qvò nos cunq; feret melior* 57 *Fortuna* 58 *parente,*
  59 *Ibimus, ô* 60 *ſocii, comitesqve.*
61 *Nil deſperandum Teucro duce, &* 62 *auſpice Teucro:*
  63 *Certus enim* 64 *promiſit Apollo,*
65 *Ambiguam* 66 *tellure novâ Salamina futuram.*
  67 *O fortes,* 68 *pejoraq; paſſi*
Mecum ſæpe viri, 69 *nunc vino* 70 *pellite curas:*

52 Coronâ ex frondibus populi arboris, qvæ animi fortitudinem denotat. Herculi ſacra, qvi, devicto Cerbero, populum arborem ex Acheronte ſecum detulit, frondibusqve populeis coronatus lætitiam, qvam ex tot victoriis ceperat, declaravit. 53 Præparatio eſt ad Proſopopœiam, qvâ inducitur Teucer cohortans comites ſuos ad tolerantiam reliqvi laboris. 54 Renitentes ac invitos propter exilium patriæ. 55 Socios ſuos. 56 Qvocunqve ducet nos. Tmeſis. 57 Qvæ nobis patriam alicubi largietur. 58 Patre meo Telamone, qvi patriam nobis negat. 59 Alacres ibimus. 60 Meæ fugæ & exilii. 61 Sc. *erit.* 62 Me Teucro auctore, hortatore veſtro. Ductum ab auſpiciorum more: nihil enim publicè Romæ gerebatur, niſi auſpicatò. Sic Ep. 3. l. 1. *fidibus-ne Latinis Thebanos aptare modos ſtudet,* auſpice Muſâ? 63 Qvi veridicus eſt, qvi non fallit, nec mentitur. 64 Nobis ipſum conſulentibus. 65 Duplicem & binominem, id eſt, promiſit duas fore Salaminas, qvarum altera nunc eſt in Atticâ; alteram ego & vos condemus in Cypro. 66 In peregrinâ & incognitâ terrâ, ſc. Cypro. Synecd. gen. 67 Exclamatio eſt cohortantis comites ad iter audacter ingrediendum. 68 Graviora, ſc. in decennali illâ belli Trojani obſidione. Virg. 1. Æn. *O ſocii, neqve enim ignari ſumus antè malorum, O paſſi graviora,* &c. 69 Nunc frontem exporrigite, omnem metum valere jubete. 70 Depellite, profligate omnes ſollicitudines.

Cras

Cras ingens 71 *iterabimus æqvor.*

Tale eſt illud 9. Epod. *Curam, metumqve Cæſaris rerum juvat Dulci Lyæo ſolvere.* 71 Iterùm navigabimus. Sic, Od. 34. l. 1. *atqve* iterare *curſus Cogor relictos*, id eſt, repetere.

Ode IIX. Ἐρωτικὴ.

AD LYDIAM.

Juvenem Sybarin, Lydiæ amore perditum, & voluptatibus colliqvefactum, notat.

Dicolos Diſtrophos.

1 L*ydia* 2 *dic, per omnes*
Te 3 *Deos oro,* 4 *Sybarin* 5 *cur* 6 *properes* 7 *amando*
8 *Perdere? cur* 9 *apricum*
10 *Oderit* 11 *campum,* 12 *patiens* 13 *pulveris, atqve* [14 *Solis?*
Cur neqve 15 *militaris*

1 Meretrix delicatula, non vulgaris formæ. Κοινωνία, ſinè tamen reſponſione & expeditione rei propoſitæ & qvæſitæ. 2 Mihi. 3 Venerem, Cupidinem, cum ſuis affeclis 4 Amatorem tuum. 5 Anaphora. 6 Studeas. 7 Veneris illectamentis, vel, dùm ab eo amaris. Sic Virg. *uritqve* videndo *Fæmina*, id eſt, dùm videtur. 8 Corrumpere, ejus bona abligurire, & corporis vires frangere. 9 Soli expoſitum. 10 Fugiat campum Martium, juvenum exercitiis accommodatum. Ironia. 11 Syneed. gen. 12 Cùm poſſit pati curſum, ſudorem, laborem, & calorem. 13 Meton. adj. pro ſubjectâ luctâ, ut ſeqvens oliva indicat, qvâ luctaturi ante exercitationem perungebantur. 14 Meton. effic. pro effecto calore, ne fiat Solibus peruſtus membra. 15 Militarem in morem, vel ut hominem militarem decet, arma campeſtria & eqveſtria tractans, inter alios ætate ſtudiiſqve pares in eqvis ſe exerceat? *Militaris* autem eſt militiæ idoneus in re militari exercitatus Salluſt.

Inter æqvales eqvitet, 16 *Gallica nec lupatis*
17 *Temperet* 18 *ora frænis?*
Cur timet flavum Tiberim 19 *tangere? cur* 20 *olivũ*
Sangvine 21 *viperino*
Cautiùs vitat? neq́; jam 22 *livida geſtat* 23 *armis*
Brachia: ſæpè 24 *diſco,*

Homo militaris (M. Petrejus) *qvòd ampliùs triginta annis tribunus, aut præfectus,* &c. *fuerat, plerosqve ipſos, factaqve eorum fortia noverat.* Liv. l. 3. *Nihil ea res animum* militaris *viri, & multos experti caſus imminuit.* 16 Nec ora eqvorum Gallicorum, ſeu eqvos Gallicos frænis, inſtar lupinorum dentium aſperis atqve inæqvalibus, regat? Virg. 3. Georg. *& duris parêre* lupatis. 17 Regat domet, coërceat, & ſibi parêre doceat? Sic Od. 12. l. 1. *Variisqve mundum* Temperat *horis.* Od. 4. l. 3. *Qvi terram inertem, qvi mare* temperat *Ventoſum*, id eſt, regit. 18 Synecd. mem. pro inte. id eſt, pro Gallicis eqvis. 19 Tiberim tranare? Veget. l. 1. c. 10. *Romani campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in qvo juventus poſt armorum exercitium, ſudorem pulveremq́; dilverent, ac laſſitudinem, curſusq́; laborem natando deponerent.* Sic Od. 7. l. 3. utrumqve conjunxit: *Qvamvis non alius Flectere eqvum ſciens Æqvè conſpicitur gramine Martio: Nec qvisqvam citus æqvè Tuſco denatat alveo.* Synecd. gen. 20 Cur luctari deſiit? cur luctam horret? Luctaturi utebantur ceromate, id eſt, ungvento, qvod ex cerâ fit, oleo ſubactâ. Idcircò palæſtras Græci *λιπαρὰς* nominant, id eſt, pingves, & veluti oleo nitentes. Meton. adj. pro ſubjectâ palæſtra & luctâ, qvæ oleum reqvirunt. 21 Venenoſo, id eſt, qvovis mortifero veneno. 22 Plumbei coloris. 23 Uſu & freqventi armorum pondere. 24 Qvi olim ſæpè diſco, ultra metam projecto ſummam gloriam conſecutus eſt: qvi qvidem ludus erat primò Græcus, deinde à Græcis translatus ad Romanos. *Diſcus* autem dictus eſt à verbo *δικεῖν*, qvod eſt *βάλλειν*, id eſt, *jacere*: undè & *δισκοβόλος*, *qvi diſcum jacit.*

25 *Sæpè*

25 Sæpè trans finem jaculo nobilis expedito?
26 Qvid latet, ut 27 marinæ (Trojæ
28 Filium dicunt 29 Thetidis 30 ſub lacrymoſa
Funera, ne virilis
31 Cultus in 32 cædem, & 33 Lycias 34 proriperet
33 catervas?

25 Qvi ſæpè jaculo, ultra terminum ac metam fortiter & expeditè emiſſo ſive projecto, nobilitatus, multisqve cognitus & laudatus fuit. 26 Cur non prodit Sybaris in publicum, & cum viris converſatur, ſed inter meretrices in obſcuro latet, & emolleſcit? 27 Nymphæ ſeu Deæ maris. Itaqve apud Homerum Iliad. 1. ab Achille vocata & implorata, exit è mari, ut craſſus qvidam & caliginoſus halitus. 28 Achillem inter virgines latitaſſe dicunt. Achilles enim, cùm Calchas Trojam ſine eo capi non poſſe affirmaret, & mater Thetis eo in bello filium Achillem interiturum prævideret, veſte & habitu muliebri indutus, in inſulam Scyron ad Lycomedem eſt deductus, & inter Lycomedis regis filias diu abſconſus latuit. Synecd. gen. 29 Et Pelei. 30 Paulò ante everſionem Trojæ. 31 Veſtitus, habitus. 32 Exitium Trojanorum. 33 In Lycias copias, qvas Sarpedon, rex Lyciæ, Priamo adduxerat. 34 Ipſum raptim vel temerè traheret, id eſt, ne virili veſtitu agnoſceretur, & ita ad bellum Trojanum proficiſci cogeretur.

Ode IX. Παραινετική.

Ad THALIARCHUM.

Qvò magis ſævit hyems, eò magis voluptati indulgendum.

Tricolos Tetraſtrophos.

Vides ut 1 altâ 2 ſtet 3 nive candidum

1 Profundâ. 2 Rigeat, horreat, è longinqvo appareat. Virg. 12. Æn. *Jam pulvere cælum* Stare *videt*. 3 Nive plenum. Sic Od. 25. l. 3. *Hebrum proſpiciens*, *&* nive candidam

4 Soracte: nec jam ſuſtineant 5 onus
Sylvæ 6 laborantes: 7 geluqve
8 Flumina conſtiterint 9 acuto?
10 Diſſolve frigus, ligna ſuper foco
11 Largè reponens: atqve 12 benigniùs
13 Deprome 14 qvadrimum 15 Sabinâ,
O Thaliarche, 14 merum 16 diotâ.
17 Permitte Divis 18 cætera; qvi ſimul

Tracen. 4 Mons in Sabinis, Apollini ſacer. Virg. 11. Æn. *Summe Deûm ſancti cuſtos Soractis Apollo.* 5 Nivis pondus. 6 Oneris magnitudine gravatæ, pondere nivis oppreſſæ. Metaph. ab animalibus, qvæ propriè dicuntur *laborare*, ut ſenſu & motu prædita: undè affectus oriuntur. 7 Frigore. 8 Aqvæ fluviales conſtrictæ & concretæ à curſu & fluxu impeditæ ſint? Flumina enim vi frigoris congelata, à curſu deſiſtunt ſupernè. Meton. ſubj. 9 Intenſo, acri & vehementi: nam ὀξὺ plerumqve ſignificat *magnum* & *vehemens*: & ſic dictum ab Horatio, ut à Pindaro χιὼν ὀξεῖα dicitur: & à Virg. *penetrabile frigus*: qvia & qvi nivem tractant, & qvi à frigore læduntur, ſimili qvodam modo afficiuntur, atqve ii, qvos ferri acies pupugerit. 10 Diſcute frigus corpora indurans & conſtringens. Metaph. à rebus colligatis & conſtrictis. 11 Copiosè. 12 Liberaliùs, qvàm ſolebas. 13 Prome, hauri è diotâ. 14 Vinum qvatuor annorum, id eſt, vetuſtum vinum. Vinum enim commendat vetuſtas. Sic Ep. 1. l. 2. *Si meliora dies, ut vina, Poemata reddit*, &c. 15 Qvæ in Sabinis facta eſt. 16 Vaſe Vinario ſive amphorâ, duas anſas, velut aures, habente, qvadraginta & octo ſextarios capiente: aures enim ὦτα nominant Græci. Veteres in teſtis, vaſis, doliis, fictilibus, vina horreis repoſita ſervabant, ex qvibus ea depromebant largiùs aut parciùs pro menſæ & convivarum ratione. 17 Committe Deorum curæ. 18 Qvæ noſtri arbitrii non ſunt.

19 Stra-

19 Stravêre ventos 20 æqvore fervido
21 Deprælıantes, nec 22 cupreſſi,
Nec veteres 22 agitantur orni.
Qvid ſit futurum cras, 23 fuge qværere: &
24 Quem Fors dierum cunqve dabit, 25 lucro
Appone: nec dulces amores
26 Sperne 27 puer, neqve tu 28 choreas,
29 Donec virenti 30 canities abeſt
31 Moroſa: nunc & 32 campus, & 33 areæ,

19 Simulac, id eſt, poſtqvam ventos inter ſe luctantes in mari turbido ſive concitato, ut aqva in aheno fervens, mitigârunt, ſopiverunt, ſedârunt *ἐςόρεσαν, ἐκοίμισαν.* Metaph. à corporibus, qvæ propriè labefiunt & ejiciuntur. 20 Synecd. gen. pro plano mari, qvod priùs æſtuabat & iraſcebatur: nam *æqvor* eſt planities qvælibet. 21 Concitantes tempeſtatem. Metaph. à re militari. 22 Non ampliùs à ventis commoventur, id eſt, Dii, omnibus rebus viciſſitudinem concedentes, poſt nubila & triſtia, læta ac ſerena reſtituunt. 23 Curiosè indagare vita: nam (ut ait Od. 7, l. 4.) *Qvis ſcit, an adjiciant hodierna craſtina ſummæ Tempora Dî ſuperi?* Vult ergo eum in diem vivere. 24 Qvemcunqve diem vitæ & ætati adjiciet fortuna, ſeu potiùs Dei voluntas naturæ auctoris & conſervatoris vitæ tuæ. Tmeſis. Ut Od. 16. Qvem *criminoſis* cunqve *voles modum Pones jambis*: & ſuprà Od. 7. Qvò *nos* cunqve *feret melior fortuna parente.* 25 Eum tibi deputato eſſe in lucro. 26 Aſpernare, detrecta, rejice. 27 Dùm adhùc puer es, adoleſcens, juvenis. 28 Saltationes. *Chorea* dicitur à choro, ubi junctis manibus ſaltatur. 29 Qvamdiu tibi juveni illa qverula & moroſa ſenectus abeſt. Sic Od. 3. l. 2. Q. Delio ſvadet, ut hilariter vivat, *Dum res, & ætas, & ſororum Fila trium patiuntur* atra. 30 Homo ſenex moroſus, Meton. adj. 31 Efficiens moroſus, difficiles ſenes. Meton. eſſe. 32 Martius ſc. ut ſuprà. *Cur apricum oderit* campum. Synecd. gen. 33 Loca vacua, pura & ſine

34 Leneſq́; 35 ſub noctem 34 ſuſurri
36 Compoſitâ repetantur horâ.
37 Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ riſus ab angulo,
38 Pignuſq́; direptum lacertis,
Aut digito malè pertinaci.

ædificiis, in qvibus Romana juventus ſe exercebat. 34 Et dulces confabulationes ſive colloqvia, qvales edi ſolent ab amantibus voce ſubmiſsâ, ne ab aliis exaudiantur. 35 Paulò antè noctem: ut ſupra Od. 8. ſub *lachrymoſa Troja funera:* & Sat. 1. l. 1. Sub *galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.* 36 Tempore à te & amicâ tuâ conſtituto iterùm atqve iterùm uſurpentur, revocentur. Livius dixit, *ad compoſitam horam.* l. 22. 37 Et nunc repetatur à te, id eſt, iterùm atqve iterùm à te uſurpetur jucundus ille riſus proditor, id eſt, index, puellæ ſive amicæ tuæ in latebris ſe abſcondentis, ab intimo angulo proficiſcens. Ridet enim puella, ne diu qværatur, ſed ut ſe ipſam prodat. 38 Et repetatur etiam armilla vel aliud brachii ornamentum vi avulſum è puellæ lacertis, aut annulus è digito non pertinaciter aut valdè retinente, repugnante. Nam fingunt puellæ ſe velle retinere, qvod cupiunt ſibi adimi, Synecd. gen.

Ode X. Εὐχαριστική.

HYMNUS in MERCURIUM.

Qvem laudat à facundiâ, à parentibus, à palæſtræ, & lyræ inventione, à maximâ in furando calliditate, atqve ab iis, qvibus fungitur, muneribus.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 M*Ercurî 2 facunde, 3 nepos Atlantis.*

1 Jovis fili. 2 Eloqventiæ Deus, & orationis inventor. 3 Maja, Atlantis filia, Mercurium peperit ex Jove: undè &

Qui

Qvi feros 4 cultus hominum recentum
5 Voce formaſti 6 catus, 7 & decoræ
More palæſtræ:
8 Te canam, magni 9 Jovis & 10 Deorum

Atlantiades dictus. Virg. 8. Æn. *Vobis Mercurius pater eſt, qvem candida Maja Cyllene gelido conceptum vertice fudit: Et Majam (auditis ſi qvicqvam credimus) Atlas, idem Atlas generat, cœli qvi ſidera torqvet.* 4 Agreſtes hominum primorum mores: vel, *recentum*, id eſt, eorum; qvi, feritate mutatâ per eloqventiam Mercurii, nuper induerant humanitatem. Cic. l. 1. de Jnvent. & 1. de Orat. ſcribit, nullam aliam vim, qvam ſermonem & eloqventiam, aut diſperſos homines unum in locum congregare, atqve à ferâ agreſtiqve vitâ ad hunc humanum cultum, civilemqve vivendi modum deducere: aut jam conſtitutis civitatibus leges, judicia, jura deſcribere potuiſſe. Verùm in Arte Poët. à Poëtis & Muſicis hæc tanta beneficia ad homines vult eſſe profecta. Meton. adj. pro ipſis hominibus incultis & agreſtibus ad humanitatem informatis à Mercurio. 5 Eloqventiâ tuâ, vel Muſicâ conformaviſti atqve expoliviſti ad virtutem, humanitatem, manſvetudinem. Meton. effic. pro facunda oratione è voce formatâ. Sic utitur hoc verbo Od. 22. l. 3. *& tenera nimis Mentes aſperioribus* Formandæ *ſtudiis*: & in Art. Poët. Format *enim natura prius nos intus ad omnem Fortunarum habitum.* 6 Catus, callidus & ingenioſus. Ter. in Andr. *Neſcio qvis ſenex modò venit: ellum, confidens,* catus. 7 Et palæſtrâ honeſtâ, artificioſâ, & qvæ virum maximè deceat. Qvare apud Græcos ab adoleſcentia ſummo omnes in eâ ſtudio exercebantur. 8 Ego Horatius te verſibus meis celebrabo. 9 Divorum hominumqve parentis. 10 Et reliqvorum Deorum celerrimum, & fideliſſimum interpretem. Nam qvæ hominib. melioris vitæ præcepta tradidit, ea cœlo attuliſſe, & Deorũ juſſu propagaſſe credebatur. *Nuntius* ergo hoc loco eum ſignificat, qvi nunciat. Cic. *Repentè eò accedas ipſe*

Nuntium, curvæq; lyræ 11 *parentem,*
12 *Callidum, qvidqvid placuit, jocoſo*
Condere furto.
13 *Te,* 14 *boves olim niſi* 15 *reddidiſſes*
16 *Per dolum amotas,* 17 *puerum minaci*
Voce dùm terret, 18 *viduus* 19 *pharetrâ,*
20 *Riſit Apollo.*
Qvin & 21 *Atridas,* 22 *duce te* 23 *ſuperbos,*

nuntius *ſuæ calamitatis. Nuntius* etiam ſignificat rem ipſam, qvæ nunciatur. Virg. 9. Æn. *Turbantiq; viros perfertur* nuntius, *hoſtem, Fervere cæde novâ.* Plaut. *Citiùs præcurri, ut nunciarem* nuntium *exoptabilem. Nuntium* verò in neutro genere ſignificat rem, qvæ nunciatur. 11 Inventorem. 12 Aſtutum & ingenioſum ad furtum occultandum, qvod jocum riſumqve concitaret. Metaph. à partibus corporis facilè callum contrahentibus, ad animum, qvi, tanqvam manus opere, aut planta pedis itinere, artibus & uſu rerum occalluit. 13 Dùm te minis territat Apollo, niſi boves redderes furto ſublatas, cum riſu expertus eſt tuam, in furandâ etiam pharetrâ, verſutiam. 14 Admeti, Theſſalorum Regis, qvos Apollo, divinitate ob interfectos Cyclopas privatus, per novem annos cuſtodiebat ac paſcebat. 15 Paſtori ſibi. 16 Per ingenioſum furtum abactas, & furtim ademtas. 17 Te, qvi puerilem, vel ſervi & bubulci formam aſſumpſeras, dum minis ac terribili voce terreret. 18 Spoliatus, privatus. Nam *viduare*, eſt ſpoliare, privare; ut Od. 9. l. 2. *Et foliis* viduantur *Orni.* Metaph. à muliere orbatâ marito, vel contrà, ut ratio vocis indicat, qvod *vidua* dicta ſit, à viro diviſa. 19 Sagittarum theca, è qvâ telum proferre volebat, tanqvam ſagitta te percuſſurus. Virg. 1. Æn. *Virginibus Tyriis mos eſt geſtare* pharetram. 20 Ridendum ſibi putavit. 21. Agamemnonem & Menelaum, Atrei filios. Synecd. ſpe. pro genere Græcorum, qvos latuit ingreſſus Priamus in ipſorum caſtra, unde abſtulit cadaver filii ſui Hectoris. 22 Qvi te ducem Priamo præbebas. 23 Ob Hectora jam extinctum inflatos.

24 *Ilio*

24 Ilio dives 25 Priamus relicto,
Theſſalosqve 26 ignes, & 27 iniqva Trojæ
28 Caſtra 29 feſellit.
Tu 30 pias 31 lætis 32 animas 33 reponis
Sedibus: 34 virgâqve 35 levem coërces
Aureâ turbam, 36 ſuperis Deorum
Gratus, & imis.

24 Trojâ relictâ. Priamus enim, Mercurio duce, per caſtra Græcorum, ad Achillem venit, à qvo cadaver filii ſui Hectoris ad ſepulturam auro redemit. 25 Trojæ Rex. 26 Theſſalicas ſeu Græcorum cuſtodum vigilias, qvæ agebantur in caſtris, & navibus Achillis. Meton. adjunctorum, & in *caſtra* ſubjectorum, id eſt, latuit vigiles & cuſtodes caſtrorum & tentoriorum Theſſalicorum, qvi ignem habebant, & qvorum dux erat Achilles. 27 Inimica, hoſtilia Trojanis. Meton. ſubj. 28 Græcorum. 29 Latuit, ἔλαθε, id eſt, ita per media Græcorum caſtra ad Achillis naves pervênit, ut à nemine cognitus, ac ne viſus qvidem fuerit. Virg. 4. Æn. *Nec me adeo fallit, veritam te mœnia noſtra, Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.* Ter. Heaut. *Num me* feſellit, *hosce id ſtruere?* 30 Sanctas, qvæ in humanis corporibus vitam caſtam egerunt. 31 Lætis domiciliis, id eſt, campis Elyſiis. 32 Hominum, id eſt, manes. Synecd. gene. ut in *lætis ſedibus.* i.e. campis Elyſiis, & in *virgâ*, pro caduceo. 33 Collocas, unde πομπαῖος & ψυχοπομπὸς à Græcis dicitur. 34 Caduceo, qvo Mercurius animas deducit ad inferos. De hac virgâ ſic Hom. Iliad. ω. Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει: qvem Virgil. imitatus eſt 4. Æn. *Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco Pallentes: alias ſub triſtia Tartara mittit*, &c. hùc pertinet illud Od. 24. l. 1. *Non vana redeat ſangvis imagini, Qvam virgâ ſemel horrida Nigro compulerit Mercurius gregi.* 35 Vanam & incorpoream animarum in inferno multitudinem domas. 36 Maximis & minimis Deorum, id eſt, Diis ſuperis & inferis acceptus.

Ode

Ode XI. Πραγματικὴ.

AD LEUCONOEN.

Hortatur Leuconoën, omiſſâ futurorum curâ, voluptati indulgere argumento à vitæ brevitate & celeritate ducto.

Monocolos.

Tu ne qvæſieris 1 ſcire (2 nefas) qvem mihi, qvem tibi
3 Finem Dii dederint, Leuconoë: nec 4 Babylonios
5 Tentâris 6 numeros: 7 ut meliùs, qvidqvid erit, pati
(Seu plures 8 hyemes, ſeu tribuit Juppiter 9 ultimam,

1 Cognoſcere. 2 Qvod malum & impium eſt. Alii conjunctè legunt, *ſcire nefas*: ut Od. 16. Epod. *nefas videre*: & ita (*nefas*) erit hoc loco idem, qvod Græci dicunt ἀδύνατον. id eſt impoſſibile: ut Od. 24. l. 1. *Durum: ſed levius fit patientiâ, Qvidqvid corrigere eſt nefas.* 3 Qvem vitæ terminum, felicem an infelicem, maturum an tardum. Anaphora. 4 Babyloniorum & Chaldæorum prædictiones & calculationes, qvibus ad Planetarum ac ſiderum aſpectus determinandos utuntur. Cic. de Divin. l. 1. *Contemnamus etiam* (inqvit) *Babylonios, qvi ex Caucaſo cæli ſigna ſervantes, numeris, & motibus, ſtellarum curſus perſeqvuntur.* Synecd. ſpe. 5 Metaph. ab his, qvi de qvalibet re vel loco incerti dubium explorant, aut pedum & manuum tactu, aut alio corporis ſenſu, aut inſtrumento, ut nautæ aqvarum altitudinem conto: qvod hic appoſitè dictum eſt ad dubias incertasqve fatidicorum præſagitiones. 6 Meton. effic. 7 Ut fortiùs aut meliùs, qvicqvid futurum, & mutari non poteſt, ſapias pati, vel, patiaris, feras. Sic enim Græci loqvuntur ὡς φέρειν, id eſt, *ut pati*. 8 Annos vitæ noſtræ appoſiturus ſit. Sic Od. 15. l. 1. *Poſt certas hyemes uret Achaicus Ignis Iliacas domos.* Synecd. membrorum, pro pluribus annis integris, vel unico præſenti anno: hoc enim ſignificat τὸ *ultimam*. Alii exponunt, fluctus, tempeſtates, χειμῶνας, qvibus mare debilitatur, ac frangitur ſaxis oppoſitis. 9 Hyemem ſc. qvâ jam vivimus.

Qvæ

Quæ nunc 10 *oppoſitis debilitat pumicibus* 11 *mare*
Tyrrhenum ſapias: 12 *vina liqves: & ſpatio brevi*
Spem longam 13 *reſeces:* 14 *dum loqvimur, fugerit* 15 *invida*
16 *Ætas:* 17 *carpe diem,* 18 *qvam minimum credula poſtero.*

10 Adverſis & objectis rupibus & ſaxis frangit. 11 Undas ac fluctus maris Tyrrheni, Meton. ſubj. ſicut in *pumicibus* Synecd. pro littoribus fluctifragis, atqve ſcopulis undas frangentibus. 12 Ut vina promas & fundas, & qvaſi per guttur percoles. *Liqvare* nihil aliud eſt, qvàm tenuius facere: qvod & ad voluptatem factitabant, nive & glacie ſæpè admixtá: utebantur autem ad eam rem colis ſacculiſqve. 13 Et in hoc vitæ humanæ exiguo tempore longam futuræ vitæ voluptatum ſpem adimas, ableges, tuasqve voluptates in futurum tempus, qvod vivendo fortè non attinges, ne differas. Sic ſuprà Od. 4. *Vitæ ſumma brevis ſpem nos vetat inchoare longam.* Metaph. à corpore ad animum, qvod propriè reſecari poteſt. In *ſpatio* idem Tropus eſt, ſed à dimetientibus terras & locorum diſtantias. 14 Dum hæc paucula inter nos loqvimur. Egregiè hanc vitæ fugam ante oculos ponit Juvenal. Sat. 9. *Feſtinat enim decurrere velox Floſculus, anguſtæ miſeræqve breviſſima vitæ Portio: dum vivimus dum ſerta, unguenta, puellas Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.* Qvæ ſui uſuram & gaudia nobis invidet. Metaph. ab animato ad inanimatum; cui tribuitur affectus, qvaſi per invidiam ætas aliam ætatem celeriter truderet, qvalis eſt Met. 15. *Tempus edax rerum, tuqve invidioſa veruſtas,* &c. 16 Ætas, qvâ vivimus, aufugerit. 17 Tu verò die præſenti, qvo vivis, ſine dilatione fruere. Tranſlatio vel à fructibus, & floribus carpendis, vel à lanificio. Qvemadmodũ igitur illi, qvi vel flores, vel lanam carpunt paulatim carpunt: ſic debent homines hodiernæ vitæ munere frui, nõ ſpe & cogitatione multos annos ſibi polliceri, neq; occaſionẽ jucundè vivendi oblatã negligere, aut in longum tempus differre. 18 Futuro die,

qvi

qvi dubius & incertus eſt, parùm conſilii, qvam maximè diffidens.

Ode XII. Προσφωνητική.

AD AUGUSTUM.

Collaudatis Diis, heroibus, virisqve aliqvot claris, tandem ad divinas Auguſti laudes deſcendit.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *QVem virum, aut heroa, 2 lyrâ, vel 3 acri*
Tibiâ ſumes celebrare 4 Clio?
Qvem Deum? 5 cujus 6 recinet 7 jocoſa
Nomen 8 imago,
9 Aut in 10 umbroſis 11 Heliconis oris,
Aut ſuper 12 Pindo, gelido-ve in 13 Hæmo?

1 O Clio, qvæ Heroum res geſtas celebranda tibi proponis, qvem virum fortem aut Heroa celebrandum propones, ſuſcipies, vel ut celebres? Ἀνακοίνωσις: cujus qvidem artificio vitatur ſuſpicio aſſentationis, & occaſio inſinuationis in laudes Auguſti arripitur. Ubi Poeta conſultando communicat cum ſuâ Musâ genus argumenti, qvod tractaturus ſit. In *qvem* eſt Anaphora, 2 Lyrico carmine, qvod ut gravius, modeſtiusqve, ita Deorum præconiis aptius habetur. 3 Sublimi carmine ad tibiam canendo: qvod acutius & ſonorum magis eſt, ideoqve hominum laudibus, qvæ ferè bellicæ ſunt, convenit. 4 Una ex novem Muſis. 5 Dei. 6 Reſonabit Echo, vocis ac ſoni imago, qvæ velut ludens reſpondet. De ratione Echûs lege Lucret. l. 4. 7 Synecd. gen. pro ſpe. 8 Eſt enim Echo imago & ſimilitudo vocis redditæ 9 Anaphora. 10 Arborum denſitate opacis. 11 *Helicon* eſt mons Bœotiæ, non procul à Parnaſſo, Apollini ſacer, & Muſis: unde Muſæ appellatæ ſunt *Heliconides*. 12 Monte Arcadiæ, Apollini dicato. 13 Monte Thraciæ.

Unde

Unde 14 *vocalem* 15 *temerè* 16 *inſecutæ*
17 *Orphea ſylvæ,*
18 *Arte maternâ rapidos* 19 *morantem*
Fluminum 20 *lapſus* 21 *celereſqve ventos,*
22 *Blandum & auritas* 23 *fidibus canoris*
Ducere qvercus.
Qvid 24 *prius dicam ſolitis* 25 *Parentum*
Laudibus? qui res hominum, ac Deorum,

14 Voce præſtantem, ἔμφωνον & facundum Poëtam, qvi feras etiam demulſerit, atqve arboribus auditus fuerit. 15 ἀυτομάτως, ſuâ ſponte, ſine ordine & confusè. 16 Sc. *ſunt.* 17 Calliopes & Apollinis filium, Thraciæ vatem. 18 Calliopes incredibili citharæ dulcedine, & vocis eloqventiâ. Synecd. gen. 19 Inhibentem, retardantem. 20 Decurſus. Propert. l. 3. *Orphea te tenuiſſe feras, & concita dicunt Flumina Threiciâ detinuiſſe lyrâ.* 21 Celeres flatus ventorum. 22 Et ideò blandum, & ingenioſum artificem, ut, qvocunqve voluerit, poſſit ducere citharâ canorâ qvercus auritas, id eſt, ſenſu audiendi præditas. Translatio eſt ab animatis. De hoc Orpheo Virg. Georg. 4. *Mulcentem tigres, & agentem carmine qvercus.* *Auritus* vel ab audiendi facultate dicitur, vel à magnis auribus. Virg. 1. Georg. Auritosqve *ſeqvi lepores.* 23 Modulatione. Meton. effic. 24 Majus, melius-ve. 25 Qvàm ſolitas, id eſt, conſvetas & uſitatas parentum noſtrorum laudes, id eſt, non eas, qvibus afficiendi ſunt parentes noſtri, ſed qvibus illi Jovem afficere ſolebant, & qvarum argumentum erat Jupiter & ejus laudes. Itaqve Jupiter *parentum laudes* ideò appellatur, qvòd veterum carmina magna ex parte è Jovis laudibus conſtabant: q. d. *Qvid prius dicam Jove*, qvem primo loco patres noſtri canere, & laudare ſolebant? vel hoc modo: *Qvid prius dicam? ſolitis parentum laudibus*, id eſt, qvemadmodum parentes noſtri Jovem laudare conſvererunt, dicam ſc. eum, *qvi res hominum, ac Deorum &c.* Alii legunt *parentem*, id eſt, Jo-

26 *Qvi*

26 *Qvi mare, & terras, variiſqve mundum*
27 *Temperat* 28 *horis?*
29 *Unde nil majus generatur ipſo,*
Nec 30 *viget qvidqvam* 31 *ſimile, aut* 32 *ſecundum:*
Proximos 33 *illi* 34 *tamen* 35 *occupavit*
36 *Pallas honores.*
37 *Præliis audax* 38 *neque te ſilebo,*
39 *Liber, & ſævis inimica* 40 *virgo*

vem; Alii *parentis*, id eſt Jovis. Synecd. gen. 26 Anaphora. Majorum ergò more à Jove ſe incepturum dicit. 27 Regit, vel temperatum efficit. Sic Od. 4. l. 3. *Qvi terram inertem, qvi mare* temperat *Ventoſum, & urbes, regnaq; triſtia.* 28 Qvatuor anni temporibus, Vere, Æſtate, Autumno, Hyeme. Synecd. part. pro alternis totius anni temporibus; vel pro eorundem viciſſitudine variâ. Eſt præterea in *variis* Metaph. à coloribus, cujus ratio Sat. 6. l. 2. ad hæc verba, *cœnâ variâ*, reddetur; ſed hæc varietas videtur referenda ad diverſas qvalitates temperamenti, qvæ cernuntur in partibus anni vere, æſtate, autumno, hyeme. Eſt qvoqve in *neq; te*, *nec te*, Meton. cauſarum, pro rebus ab his fortiter geſtis & memorabilibus factis. 29 A qvo Deo Jove nihil ipſo potentius oritur; qvia Deus eſt Optimus Maximus. 30 Pollet. 31 Ipſi. 32 Alterum, qvod tantum, qvantum ille omnium primus & ultimus, poſſit, id eſt, ipſe ſuper omnia eſt, nihilqve cum ipſo comparari poteſt, nihil æqvalem ipſi potentiam habet. 33 Jovi patri. 34 Qvamvis immenſo intervallo à patre ſejuncta ſit. 35. Sortita eſt. 36 Qvæ ſine matre ex Jovis cerebro nata eſt. Non mirum ergo præferri eam cæteris. 37 Qvi bellis audax, invictus Indiam ſubegiſti, & univerſum terrarum orbem pervagatus es. 38. Neqve te meis laudibus præteribo. 39. Bacche, Jovis & Semeles fili: dictus *Liber*, qvod animum curis *liberat*. 40 Et tu Jovis & Latonæ filia Diana, qvæ venandi ſtudio aſſiduè in ſylvis vagaris, & agreſtibus feris jaculis tuis hoſtilis es. Sic Od. 6. l. 4. *Delia tutela Dea, fugaces*

Belluis

Bellnis: nec te 41 *metuende* 42 *certâ,*
43 *Phœbe, ſagittâ.*
Dicam & 44 Alciden, 45 *pueroſqve Ledæ,*
46 *Hunc* 47 *eqvis,* 48 *illum* 49 *ſuperare pugnis*
50 *Nobilem:* 51 *quorum* 52 *ſimul* 53 *alba* 54 *nautis*
Stella refulſit,
55 *Defluit ſaxis* 56 *agitatus* 57 *humor,*

Lyncas, & cervos cohibentis arcu. Synecd. gen. 41 Qvi formidabilis es. 42 Inevitabili, qvæ ſemper id ferit, qvod petit. Catul. *Tempore qvo certâ Stymphalia monſtra ſagittâ Percutit.* 43 Apollo, qvi eodem partu cum Dianâ editus es. 44 Hoc qvoqve meo carmine celebrabo Herculem Alcæi nepotem, Jovis & Alcmenæ filium, invictum illum monſtrorum domitorem. Synecd. gen. qvamvis alii referant ad vim vocabuli ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, *à robore.* 45 Filios Ledæ ac Jovis, παῖδας, ſc. Pollucem & Caſtora. Sic Ode 19. *Semeles puer*: & Od. 22. l. 3. *Cythereæ puer ales*: & de art. Poet. *Nec pueros coram populo Medea trucidet.* Synecd. gen. 46 Caſtorem. 47 In eqveſtri prælio curru conjunctis. 48 Pollucem. 49 Cæſtuum & pedeſtri certamine adverſarios vincere ſolitum. Metaph. à viatoribus, qvæ montes & vias ſuperare ſaltu, id eſt, ſupergredi & tranſcendere dicuntur, ad victorem cujuslibet difficultatis aut rei judicandum. 50 Nobilitatum, id eſt, hunc eqvitem nobilem, & victorem; illum pugilem præſtantiſſimum. Sic Sat. 1. l. 2. *Caſtor gaudet eqvis, ovo prognatus eodem Pugnis.* 51 Caſtoris & Pollucis. 52 Simulac. 53 Serenum & ſalutiferum ſidus exortum reſplenduit. Stellas autem geminas intellige: ſolitariæ enim obſunt. Suprà Od. 3. *lucida ſidera* nominat. Metaph. à candore corporum, ad ſignificandum Caſtorem & Pollucem fuiſſe navigantibus propitios & ſalutares. 54 Adverſâ tempeſtate laborantibus. 55 Fluit de ſcopulis marinis, vel fluere deſinit: ut Ep. 2. l. 1. *Ruſticus exſpectat, dum defluat amnis.* 56 Ventorum vi commotus. 57 Aqvæ maris.

58 *Con-*

58 Concidunt venti, 59 fugiuntqve nubes,
Et 60 minax 61 (ſic Dî voluêre) 62 ponto
Unda recumbit.
63 Romulum poſt 64 hos prius, an 65 qvietum
66 Pompilî regnum 67 memorem, an 68 ſuperbos
69 Tarqvinî 70 faſces, dubito, an 71 Catonis

58 Venti turbulenti ſedantur, deſinunt flare. 59 E cœlo, id eſt, grata aëris ſerenitas redit. 60 Nautis minans naufragium, rabioſa. 61 Eo qvòd ſic vento ac mari imperaverunt filii Ledæ, Caſtor & Pollux. 62 In mari ſternitur, ſedatur, qvieſcit, qvæ vento in altum ſublata erat. 63 Urbis & imperii Romani auctorem & conditorem. Repetitur idem genus deliberationis cum ſuperiori de celebrandis Romanorum principibus. In *an* eſt Anaphora. 64 Jovem, ejusqve filias ac filios, æternis laudibus celebrandos. 65 Placidum. Liv. *Ita duo deinceps Reges, alius aliâ viâ, ille bello, hic pace civitatem auxerunt: Romulus ſeptem & triginta regnavit annos: Numa tres & qvadraginta. Tum valida, tum temperata & belli & pacis artibus erat civitas.* 66 Numæ Pompilii, à Romulo ſecundi Romanorum regis. 67 Recenſeam. 68 Magnificum, nobile Tarqvinii Priſci imperium. Sic ſuprà Od. 12 *Atridas ſuperbos* dixit: & infrà Od. 35. *ſuperbos triumphos*: & Virg. Æn. 6. *animamqve ſuperbam Ultoris Bruti.* Meton. Effe. pro efficiente hominem ſuperbum: ſicut in *nobile*, pro nobilitante virum ſic morientem. 69 Qvi Thuſcis ſubactis, non faſces tantùm, ſed alia omnia decora & inſignia, qvibus imperii dignitas eminet, Romam invexit. Lege Florum l. 1. c. 5. & qvæ nos ibi. 70 Virgarum faſces, qvos ſecuribus alligatos, lictores primùm ante Reges, poſteà ante Conſules ad populi terrorem portabant. *Faſcis* propriè eſt lignorum, aliarum-ve rerum congeries, qvam ligando facimus. 71 Catonis Uticenſis, qvi ab aliis invictus ſibi ipſi manus inferens, honeſtè & cum libertate mori, qvàm turpiter in ſervitute vivere maluit. Cic. Epiſt. ad Pætum: *Cæteri*

Nobilq;

72 *Nobile lethum.*
73 *Regulum*, & 74 *Scauros*, 75 *animæqve magnæ*
76 *Prodigum* 77 *Paulum*, 78 *ſuperante* 79 *Pœno*,
80 *Gratus inſigni referam* 81 *Camœnâ*,
82 *Fabriciumqve.*
83 *Hunc*, & 84 *incomtis* 85 *Curium capillis*

eoſdem, Pompejus, Lentulus tum, Scipio, Afranius, fœdè perierunt: at Cato præclarè. Plutarchus ſcribit, Catonem, cùm audiſſet, Scipionem, Afranium, Jubam, à C. Cæſare devictos eſſe, ſeſe Uticæ gladio percuſſiſſe, & cùm filii interventu prohibitus eſſet, vulnusqve curari cœptum eſſet, intereà, dùm curaretur, vulnus obligatum reſcidiſſe, atqve ita animam efflaſſe. Laudat etiam genus hoc mortis Cic. 1. Offic. 72 Laudabile. 73 M. Attilium Regulum, Romanorum Imperatorem, qvem Carthaginenſes reſectis palpebris illigatum in machinâ perpetuis vigiliis necaverunt. Lege Oden. 5. l. 3. & Cic. Offic. l. 2. & 3. & Orat. in Piſon. & pro Sextio. 74 Conſules optimos, qvorum clara extitit virtus in Republicâ adminiſtrandâ. 75 Excelſæ vitæ contemtorem, qvi animam ad Cannas profudit, ubi cum qvadraginta & qvinqve Romanorum millibus eſt occiſus. Vide Livium l. 22. Meton. eſſe. 76 Liberalem. 77 L. Æmilium Paulum, Terentii Varronis collegam. 78 Ad Cannas populum Romanum. 79 Hannibale. 80 Libens, ut memor meritorum Pauli in Remp. Romanam. 81 Nobili carmine à Muſâ dictato. Meton. effic. 82 Ter Conſulem, virtute & abſtinentiâ admirabilem. Cic. Offic. 3. ſcribit, perfugam qvendam, qvi à Pyrrho in caſtra Fabricii venerat, eiqve pollicitus erat, ſi præmium ſibi propoſuiſſet, ſe, ut clàm veniſſet, ſic clàm in Pyrrhi caſtra rediturum, & eum veneno necaturum, à Fabricio cum cuſtodia ad Pyrrhum eſſe remiſſum. De cujus abſtinentiâ, ſeveritate, aliisqve egregiis animi dotibus lege Plutarch. & Val. Max. 83 Fabricium. 84 Impexis, inornatis. Turpe enim eſt viro bellicoſo comam habere comptam & calamiſtratam. 85 M. Curium

Utilem bello 86 *tulit*, & 87 *Camillum*,
88 *Sæva paupertas*, & 89 *avitus apto*
Cum 90 *Lare* 89 *fundus.*
91 *Creſcit* 92 *occulto velut arbor ævo*
93 *Fama Marcelli*: 94 *micat inter* 95 *omnes*
96 *Iulium ſidus*, *velut inter* 97 *ignes*
Luna minores.
98 *Gentis humanæ pater atque cuſtos*,

Dentatum. Cicero ſcribit in Catone majore, Curio, ad focum ſedenti, magnum auri pondus cùm Samnites attuliſſent, ab eo repudiatos eſſe: non enim aurum habere præclarum ſibi videri dixit, ſed eis, qvi habent aurum, imperare. 86 Protulit, produxit. 87 L. Furius Camillus, Româ à Gallis Senonibus captâ, Gallis in auro appendendo jam occupatis, cum exercitu intervenit, eosqve ſextò poſt Romam captam menſe, ex Italiâ expulit. 88 Aſpera, & perpeſſu difficilis, χαλεπὴ, id eſt, tenuis fortuna. 89 Ager à ſuis majoribus ſibi relictus, non emptus. 90 Cum re familiari ac domo frugali viro aut fundo conveniente, non luxurioſè, nec ſumtuosè exſtructâ. Meton. adj. prò ſubjectâ domo. 91 Incrementum ſumit, augetur. 92 Occultè, velúti arbor, qvæ ſemporis progreſſu increſcit, hominibus non advertentibus. 93 Gloria, nomen M. Claudii Marcelli, qvi qvinqvies Conſul cùm fuiſſet, tandem verò ab eqvitatu Hannibalis circumventus eſt & occiſus. Alii Marcellum, Octaviæ, ſororis Auguſti, filium, intelligi volunt, cui ille, vix pueritiam ingreſſo, filiam ſuam Juliam nuptui dedit. Svet. Aug. c. 63. 94 Fulget. 95 Alios heroas. 96 C. Julii Cæſaris, in Deorum concilium recepti, ſtella crinita ſive comata, qvæ viſa eſt ſeptem noctes poſt Cæſarem occiſum, & credebatur eſſe Cæſaris anima in cœlum ſubvolans, & in Deorum numerum recepta. Virg. *Dionæi proceſſit* Cæſaris aſtrû. 97 Inter ignes cœli, id eſt, inter ſtellas. Metaph. ab elemento noto. 98 O Jupiter, qvi humani generis auctor at-

99 Orte Saturno, tibi cura 100 *magni*
Cæſaris 101 *fatis data:* 102 *tu ſecundo*
Cæſare regnes.
Ille ſeu 103 *Parthos* 104 *Latio imminentes*
105 *Egerit juſto* 106 *Dominus triumpho,*
Sive 107 *ſubjectos Orientis oris*
108 *Seras & Indos:*
109 *Te minor* 110 *latum reget* 111 *æqvus orbem;*

qve gubernator & conſervator es. Synecd. gen. 99 Progenite. 100 Auguſti, patriæ Patris. 101 A fatis vel per fata conceſſa eſt. 102 Tu hoc Auguſto Cæſare à te proximo, & qvaſi imperii conſorte, & diviſum imperium tecum habente, gubernes, id eſt, ita regnes, ut Cæſar Auguſtus ſit ſecundus poſt te, ſc. ut tu in cœlo regnes, Cæſar in terris. 103 Parthos Auguſtus non domuit, ſed pacem cum eis fecit. Illi enim ſigna militaria, tùm ea, qvæ Craſſus, tùm ea, qvæ Antonius amiſerat, Auguſto repoſcenti reddiderunt. 104 Italiæ, id eſt, toti Romano imperio inſidiantes, *vel*, imperium Romanum affectantes, aut aliqvâ ex parte laceſſentes. Virg. 10. Æn. *muris iterùm* imminet *hoſtis Naſcentis Troja.* 105 Subegerit, vel in triumphum duxerit. Sumta eſt Alleg. a Paſtoribus, qvi eqvos & alias beſtias præ ſe agunt. 106 Tanqvam Dominus. Al. *domitos*, id eſt, bello ſubjugatos. 107 In Orientis oris ſitos populos domuerit. 108 Populos in Æthiopiâ, apud qvos altiſſimæ ſunt arbores, qvæ non ſolùm folia, ſed lanam etiam proferunt tenuiſſimam, ex qvâ conficiuntur veſtimenta. 109 Ille *æqvus*, id eſt, non invidens tibi, ſed æqvo animo ferens tuum in cœlo imperium, *vel*, juſto imperio, legibus & armis, *te minor*, id eſt, ſe inferiorem te gerens, a te ſecundus, terrarum imperium adminiſtrabit. In *te* & *tu* bis repetito eſt Polyptoton & Anaphora. 110 Al. *latum*, qvod meliùs conveniet cum verbo *æqvus*: nihil enim populo jucundius gratiusqve æqvitate regnantis. 111 Æqvo animo: ut Od. 29. l. 3. *qvod adeſt, memento componere* æqvus.

Tu gravi curru 112 *qvaties Olympum,*
Tu 113 *parùm caſtis* 114 *inimica mittes*
Fulmina lucis.

112 Tu tonabis: nam ex Jovis curru, cœlum qvatiente, vulgus opinatur tonitru fieri. Tale eſt illud Od. 34. l. 1. *namqve Dieſpiter, Igni coruſco nubila dividens, Plerumqve per purum tonantes Egit eqvos, volucremqve currum*: Alleg. 113 Contaminatis & pollutis. 114 Infeſta, triſtia: atqve ita cœli imperium æternum obtinebis.

Ode XIII. Ἐρωτική.

AD LYDIAM.

Moleſtè fert Telephum rivalem ſibi à Lydiâ anteponi.

Dicolos Diſtrophos.

Cùm tu, Lydia, 1 *Telephi*
Cervicem 2 *roſeam, &* 3 *cerea Telephi*
Laudas brachia, 4 *væ, meum*
5 *Fervens difficili bile tumet jecur:*
Tunc nec 6 *mens mihi, nec* 7 *color*

1 Rivalis ſui. 2 Pulchram inſtar roſæ. Metaph. à floribus roſæ. Sic Virg. 1. Æn. *Dixit: & avertens* roſeâ *cervice refulſit.* 3 Flexibilia, ceræ ſimilia vel candida, tenera, & ita pulchra. Metaph. à fictoribus, qvi è cerâ effingebant pulcherrimas imagines, & in atriis ſtatuebant. 4 Væ mihi Horatio. Interjectio eſt dolentis. Exclamatio eſt execrantis commendationem Telephi rivalis. Al. *ne*, id eſt, certè, profectò. 5 Jecur meum excandeſcens irâ implacabili, qvæ facilè ſedari non poteſt, efferveſcit. In *difficili* eſt Meton. effe, pro bile efficiente difficiles & ſui impotentes, quos incendit. In *fervens* eſt Metaph. ab igne. 6 Ratio, variis cogitationibus in diverſa diſtracta. Nam amantes ſunt amentes. 7 In vultu varius & immutatus. Animi pertur-

8 *Certâ*

8 *Certâ ſede manet: humor & in genas*
10 *Furtim labitur,* 11 *arguens*
12 *Qvàm lentis penitus* 13 *macerer ignibus.*
14 *Uror, ſeu tibi candidos*
15 *Turpàrunt humeros* 16 *immodicæ mero*
Rixæ: ſive 17 *puer furens*

batio colorem variat, & pallida res amor eſt. In *nec* Anaphora eſt, ubi illa animi impotentia declaratur. 8 In ſolito loco manet, ſed illam relinqvit, & qvaſi exulat. 9 Lachrymarum. Lachrymæ doloris interni indicium. 10 Ex oculis guttatim ac latenter anteqvam advertam, & me invito, defluit præ nimiâ irâ. 11 Indicans, demonſtrans. Virg. Æn. 4. *Degeneres animos timor* arguit: & Horat. Ep. 3. l. 1. *Laudibus* arguitur *vini vinoſus Homerus*, id eſt, eo ipſo, qvòd Homerus multus eſt in vino laudando, indicat ſe vinoſum fuiſſe. 12 Qvàm langvidis flammis amoris. Virg. 4. Æn. *Vulnus alit venis & caco carpitur* igni. 13. Intùs tabeſcam, conſumar: ut Od. 14. Epod. *me libertina nec uno Contenta Phryne* macerat. Metaph. à corpore ad animum. Vim amoris, qvo perfrui non poſſit amans, vel ob pudorem, vel ob aliam cauſam, egregiè exprimit. Tale eſt illud Virgilii 4. Æn. *eſt mollis flamma medullas Interea, & tacitum vivit ſub pectore vulnus.* 14 Aſpectu crucior, maceror. 15 Deformes tibi reddiderunt. 16 Rixæ ſive contentiones Telephi ultra modum progredientes *mero*, id eſt, per ebrietatem & inter pocula ortæ. 17 Telephus tanqvam puer amoris impatientiâ inſaniens & libidine ardens labra tibi momordit; qvale eſt illud Catulli: *Qvem baſiabis? cui labella mordebis?* ſolent enim amantes inter baſia & amplexus mutuò labella mordere ita acriter interdùm, ut morſiuncularum notæ impreſſæ maneant. Qvod declarat Tibul. l. 1. eleg. 6 *Tunc ſuccos, herbaſqve dedi, qveis livor abiret, Qvem facit impreſſo mutua dente Ve-*

Impreſſit 18 *memorem dente labris notam.*
*Non,*19 *ſi me ſatis audias,*
Speres 20 *perpetuum, dulcia* 21 *barbarè*
Lædentem oſcula, 22 *qvæ Venus*
23 *Qvintâ parte ſui* 24 *nectaris* 25 *imbuit.*
26 *Felices* 27 *ter & amplius,*
Qvos 28 *irrupta tenet copula,* 29 *nec malis*
Divulſus qverimoniis
30 *Supremâ citiùs ſolvet amor die.*

nus. 18 Signum, qvo amoris recordatio ſervaretur, ne amoris ſui obliviſcare. Metonom. effe. pro effic qvæ nos inducit in memoriam injuriæ. Virg. *ſævæ* memorem *Junonis ob iram.* Deinde Metaph. à præditis mente, ad ejuſdem expertia. 19 Si mihi credis. 20 Non debes ſperare, illum amatorem tibi conſtantem in amore fore. 21 Qvi tam ruſticè & inhumaniter acriore morſu ſive dente lædit oſcula. 22 Oſcula. 23 Gradu ſuæ ſvavitatis & gratiæ. i.e. concubitu replet, perfundit. Qvinqve enim ſunt amoris partes, ſeu gradus, ſeu lineæ: Viſus, colloqvium, tactus, oſculum, concubitus. Ter. Eun. *Certè extremâ lineâ amare haud nihil eſt.* Synecd. finiti, pro maximâ parte. 24 Metaph. à potione Deorum, ad mellitam Veneris voluptatem indicandam. 25 Metaph. ab infectoribus lanarum. 26 Illi terqve qvaterqve beati ſunt, τρὶς μάκαρες. 27 Exclamatio admirantis concordiam maximam: & Synecd. finiti. 28 Indiſſolubilis amoris conjunctio detinet, δεσμὸς ἄρρηκτος, ut loqvitur Homerus. 29 *Nec amor divulſus malis qverimoniis*, id eſt, litibus & rixis, *diſſolvet*, id eſt, disjunget *citiùs ſupremâ die*, id eſt, ante extremum vitæ tempus. 20 Ultimâ: ut Ep. 5. l. 1. Supremo *te Sole domi, Torqvate, manebo*: & Od. 17. l. 2. *ibimus, ibimus, Utcunqve præcedes,* ſupremum *Carpere iter comites parati.*

Ode

Ode XIV. Παραινετική.

Ad Rempublicam bellum civile reparantem.

Allegoria perpetua eſt in hac Ode, ut teſtatur Fabius, lib. 8 qvi etiam navis nomine Remp. ſignificari (cùm alii potius Brutum intelligant) fluctuum tempeſtates pro bellis civilibus, portum pro pace atqve concordiâ dici exiſtimat.

Tricolos Tetraſtrophos.

O 1 *Navis, referent 2 in mare te 3 novi*
Fluctus! o 4 qvid agis! 5 fortiter occupa
Portum: nonne vides, 6 ut
7 Nudum remigio latus,

1 O urbs & Reſp. Romana, qvæ tanqvam navis variis civilium bellorum fluctibus & tempeſtatibus hactenùs agitata, vix tandem portum, pacem & ſecuritatem inveniſti. 2 In omnium malorum pelagus; in periculum. In *navis, fluctus, mare, portus, latus, malus, Africus, antennæ, funes, carina, æqvor, Imperator, lintea, Pontica pinus, ſilva Sylva nobilis*, tranſlata ſunt ad ſignificandum Brutum, novam diſcordiam civilem, bellum, pacem, Caſſium mortuum, exercitum vulneratum, pugnam crudeliter commiſſam, vexilla, rectores militum, aciem, turmas, acre prælium, integra agmina, auxilium è Ponto navale, progeniem ex L. Junio Bruto, matrem Serviliam ſororem Catonis Uticenſis. 3 Novæ tempeſtates civilium bellorum, novæ diſcordiæ & tumultus. 4 Qvid inceptas in hoc perturbato rerum ſtatu? Exclamatio eſt admonentis. 5 Pacem & tranqvillitatem, ad qvam jam vix poſt tot tempeſtates & naufragia perveniſti, forti animo arripe, nec inde te deturbari permitte. Ter. *Ego in portu navigo.* 6 Ut utrumqve tuum navis latus remigiis careat, id eſt, ut Reſpublica deſtituta ſit militibus, atqve adeò futuris civilium bellorum fluctibus ſuſtinendis neqvaqvam par ſit? 7 Remigiis, id eſt, remigibus. Synecd. ſing.

Et 8 malus celeri ſaucius Africo,
Antennæqve gemant? ac ſine 9 funibus
Vix 10 *durare* 11 *carinæ*
Poſſint 12 *imperioſum*
Æqvor? non tibi ſunt 13 *integra lintea,*
14 *Non Dî,* 15 *qvos iterum preſſa voces malo.*

& Meton. eſſe. Sic dixit Sat. 3.l.2. *Nudus agris, nudus nummis.* 8 Nonne etiam vides, ut magnus ille Pompejus, qvi hujus navis qvaſi *malus* erat, & potentiâ atqve autoritate inter alios in Romanâ Rep. eminebat, à Ptolomæo, Ægypti rege, miſerrimè obtruncatus jaceat, & Senatores ac viri Principes, qvi tanqvam antennæ ab illo malo dependebant, jam ab illo ſeparati, & per Provincias hinc indè diſperſi gemant? *Malus* propriè arbor navis eſt, cui velum annectitur. *Antenna* eſt lignum tranſverſum in navi ad malum, cui velum annectitur. 9 Pecuniis, belli nervis, qvippe ærario tot annorum bello à tot Imperatoribus exhauſto. 10 Suſtinere, perferre, ὑπομένειν, καρτερεῖν. 11 Hujus Reipublicæ fundamenta. 12 Illam tumidam & impetuoſam civilis belli tempeſtatem ſolito ſæviorem ac violentiorem. *Imperioſum* autem *æqvor* aptiſſimè vocat, cui omninò parendum ſit: ut à ſeveritate imperiorum, Manlio illud odioſum *imperioſi* cognomen adhæſit. Sat. 5. l. 2. *ſed me* imperioſa *trahit Proſerpina.* 13 Integra vela, id eſt, integri exercitus, qvi tuæ navis qvaſi lintea erant, non ampliùs ſalvi tibi ſunt, ſed nuper in ſiniſtro antennarum cornu (cui Caſſius præfuit) miſerabili clade acceptâ, jam fracti & diſſipati ſunt. 14 Non Dii tutelares, ut Caſtor & Pollux, ſeu qvivis alius Deus (qvod erat navis inſigne ſeu παράσημον τῦ πλοίυ) tibi ſunt. Hùc pertinet illud Perſii, *jacet ipſe in littore, & una ingentes de puppe Dei.* Anaphora. In *Diis* eſt Synecd. gen. pro Neptuno, Æolo, &c. qvorum imagines in excelſo aut proræ aut puppis collocabantur. 15 Qvos jam iterum tanto civilis belli ingruentis malo, ac tot diſſidiorum fluctibus & procellis ſub

16 *Qvam-*

16 *Qvamvis* 17 *Pontica pinus,*
Sylvæ 18 *filia nobilis,*
19 *Jactes & genus,* 20 *& nomen inutile:*
21 *Nil* 22 *pictis* 22 *timidus navita puppibus*
Fidit; 24 *tu,* 25 *niſi ventis*
Debes ludibrium, cave.
26 *Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,*

Octaviano oppreſſa invoces. 16 Qvamvis generis nobilitate & antiqvitate glorieris, nihil eam curant milites, nihilo-ve ſunt ad pugnam alacriores. 17 In Ponto nata. Nam in Ponto magna eſt arborum copia, undè naves fiunt. 18 Laudatæ ſylvæ filia, id eſt, arbor nata in ſylvâ Ponticâ. Metaph. ab animantibus. 19 Qvamvis te genus ab Æneâ, & Trojanis, atqve à Diis ducere glorieris. Procatalepſis, ubi occupatur à Poëta, qvod Brutus objicere poſſet, ſubſidium fore ſibi. Eſt præterea in *jactare* Metaph. à corpore, ut *jactare caput, brachia, collum*, &c. ad animum, ut *jactare ingenium, virtutem, genus & proavos*, id eſt, efferre, magnificè laudare & oſtentare. 20 Et famam qvæ tibi nihil proderit. 21 Non navis picturæ, ſed robori confidunt nautæ; ſic milites non in generis ſplendore, ſed armis & exercitu ſpem collocant, qvibus tu planè jam deſtituta es. 22 Variis coloribus ornatis. Naves enim picturis illuſtrare ſolebant antiqvi. Virg. 4. Georg. *Et circum* pictis *vehitur ſua rura* faſelis: *ποικίλας νῆας* dicunt Græci. 23 Ob maris pericula naufragia & tempeſtates meticuloſus. 24 Tu, ô imperii Romani navis. 25 Niſi in naufragio vis eſſe ludibrio inflatis & ambitioſis ducibus, qvi te tanqvam violenti venti jactabunt, & poſteà tibi illudent, hæc tanta futura mala vita, noli ampliùs movere bellum, qvia nihil eris. Virg. 6. Æn. *Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.* 26 O Reſpublica, qvæ mihi ex tuis malis ſollicitudini & tædio fuiſti nuper. ſc. cùm C. Pompejum naufragum, & C. Julium Cæſarem victorem gereres.

27 Nunc deſiderium, curaqve non levis,
28 Interfuſa 29 nitentes
Vites æqvora 30 Cycladas.

27 Qvæ nunc, C. Julio Cæſare interfecto, maximum mihi abſenti deſiderium & cura es, ut Auguſtus, patriæ Pater, hanc te navem in portu, pace ac tranqvillitate retineat & gubernet. 28 Fugias periculorum anguſtias & calamitates, qvibus ſufferendis par non es, tanqvam æqvora *fuſa*, id eſt, ſparſa, inter nitentes Cycladas. Sic Virg. 3. Æn. *ſparſasqve per æqvor Cycladas, & crebris legimus freta conſita terris: ſparſas*. id eſt, toto mari qvaſi diſſeminatas. 29 Longè apparentes. 30 *Cyclades* inſulæ ſunt in mari Ionio numero 43. ſic appellatæ, qvod in cycli formam diſponuntur.

Ode XV. Θρηνητική.

NEREI vaticinium de ruinâ Trojæ.

Paridi præſertim multa mala denuntiat, ſuam mollitiem ei exprobrans.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 PAſtor 2 cùm traheret per freta navibus
3 Idæis 4 Helenam 5 perfidus 6 hoſpitam,

1 Paris, Priami & Hecubæ filius, qvi olim pecudes in Idâ monte paverat: fuerat enim in Idâ monte expoſitus propter Hecubæ ſomnium, & à paſtore qvodam educatus. Per contemptum Paridem ſic vocat. Synecd. gen. 2 Secum in urbem Trojam abduceret, vel *traheret*, id eſt, lentâ navigatione circumduceret. Poſtqvam enim hoſpitis ſui Menelai uxorem Helenam viro abſente ex Spartâ rapuiſſet, non Trojam illicò reverſus eſt, ſed plures provincias adiens, tandē in patriam rediit. 3 Fabricatis in Idâ, Phrygiæ monte, ubi Paris fuit educatus. 4 Uxorem Menelai. 5 Qvi jura hoſpitalitatis nefariè violaverat. 6 Sc. *ſuam*, id eſt, qvæ

7 Ingrato

7 Ingrato celeres 8 obruit otio
Ventos, ut 9 caneret fera.
10 Nereus fata. 11 Malâ 12 ducis avi domum,
13 Qvam multo repetet 14 Græcia 15 milite,
16 Conjurata 17 tuas rumpere nuptias,

illum hoſpitio exceperat, cùm Spartam, ut Helionem ſororem reduceret, profectus eſſet. 7 Ventos, qvi ſuâ naturâ perpetuò agitantur, odioſo, moleſto otio compreſſit Nereus, ne ſpirarent: nihil enim ventis magis eſt ingratum, qvàm non flare ſeu ſpirare, utpote qvi ſint ſpiritus. 8 Sopivit, inhibuit, ne ſc. illorum miniſterio Paris ulteriùs prædam fugiendo abduceret, ſed ut ipſi priùs caneret fata. Solent enim ſilentium ventorum & maris, orationibus Deorum præmittere Poëtæ. 9 Prædiceret ac vaticinaretur Paridi & omnibus Trojanis hujuſmodi triſte & luctuoſum exitium. Tanslatio in *fera* eſt à feris animantibus. Virg. 3. Æn. *Sola mihi tales caſus Caſſandra* canebat, id eſt, prædicebat. 10 Deus marinus, Ponti filius, Thetidis filius à mendacio alienus, & verax: ideo hîc etiam fata Trojana canit. 11 Malis auſpiciis, ſiniſtro omine ac augurio, tibi tuiſqve exitium minitante, *κακαῖς ἐν ὄρνισι*: ut Od. 3. l. 3. *Trojæ renaſcens* alite lugubri *Fortuna triſti clade iterabitur*: & Epod. 10. Malâ *ſoluta navis exit* alite. Nempe, ut rei bonæ eventum, *bonis avibus*: ſic malæ, *malis* ceſſiſſe dicunt Poëtæ, ex Augurum obſervatione. *Avis* ergo hîc augurium ipſum & omen denotat. Metaph. ab augurali diſciplinâ. 12 O Pari, tu qvidem Helenam, alterius conjugem, domum tuam tecum abducis. 13 Qvam univerſa Græcia validâ manu, multiſqve hoſtium copiis ſeu magno exercitu reqviret, & ad verum maritum domum reducet. 14 Græci duces & ipſorum copiæ repetent. Meton. ſubj. 15 Multitudine militum & ingenti exercitu. Synecd. ſing. 16 Omnibus Græciæ proceribus, jure jurando in portu Aulide obſtrictis, ad unanimiter dimicandum, donec Helenam eſſent nacti. 17 Qvod ille-

Et regnum Priami vetus.
18 *Eheu qvantus eqvis! qvantus adeſt viris*
19 *Sudor:* 20 *qvanta moves* 21 *funera Dardanæ*
Genti! jam galeam 22 *Pallas, &* 23 *ægida,*
24 *Curruſqve, &* 25 *rabiem parat.*
26 *Neqvicqvam,* 27 *Veneris præſidio* 28 *ferox*
29 *Pectes cæſariem; grataqve* 30 *fœminis,*

gitimum tuum cum alterius conjuge matrimonium dirimere ac diſſolvere, & evertere antiqvum Priami, Patris tui, regnum velint. 18 Exclamatio eſt dolentis ſeu commiſerantis. In *qvantus* & *qvanta* eſt Polyptoton. 19 Labor bellicus. 20 Qvantam cladem, qvantas ſtrages Trojanis excitas! qvi olim dicti ſunt *Dardani*, à *Dardano.* 21 Meton. adj. pro ſubj. *Funus* enim propriè denotat pompam & exeqvias, qvibus cohoneſtantur corpora hominum mortuorum: ſed hic pro morte ac pernicie ſumitur. 22 Jovis filia bellicoſa, qvæ perpetuò virgo caſtitatiſqve Dea, adulteriis tuis infenſa, & iniqvo tuo judicio à Venere ſuperata eſt. 23 Scutum ſeu munimentum pectoris æreum, & Gorgonis capite armatum, 24 Currus ſuos rapidiſſimos, obvia qvæqve ſecum rapientes & proſternentes. 25 Furorem belli (ſine qvo nullum geritur bellum, qvantumvis juſtum) in tuam tuorumqve perniciem inſtruit; atqve ita vindictam molitur. Metaph. ab animantibus rabidis. 26 Fruſtrà. Nam Venus, cùm non ſit bellicoſa, non poteſt eſſe Paridi præſidio. Anaphora & Procatalepſis, qvâ reſecatur ſpes Paridi de ſubſidio Veneris ipſi futuro. 27 Veneris tuæ, imbellis fœminæ, tutelâ. 28 Fretus, ſuperbus, animoſus: ut Od. 32. l. 1. *Qvi* ferox *bello, tamen inter arma* &c. & Od. 2. l. 3. *& Parthos* feroces *Vexet eqves metuendus haſtâ.* Virg. 1. Æn. *Bellum ingens geret Italiâ, populoſqve* feroces *Contundet.* 29 Ornabis, compones capillos tuos. 30 Qvib.

31 *Imbelli*

31 Imbelli citharâ 32 carmina divides;
Neqvicqvam 33 thalamo graves
34 Haſtas, & 35 calami ſpicula Gnoſſii
36 Vitabis, 37 ſtrepitumqve, & 38 celerem ſeqvi
39 Ajacem: tamen, heu! 40 ſerus 41 adulteros
42 Crines pulvere 43 collines.

bella deteſtata ſunt. 31 Minimè ad bellum aptâ, otioſis & pacem colentibus convenienti, & menſæ ad hilaritatem. Itaqve, qvi ad Achillem iratum miſſi ſunt, ut eum placent & molliant, reperiunt eum citharâ canentem Hom. Ιλ. ι. Horat. Ep. 7. l. 1. *Sed vacuum Tibur placet, aut* imbelle *Tarentum.* 32 Neqvicqvam carmina diſtinctè & aptè, modò hunc, modò alium atqve alium citharæ nervum digitis carpens, aut plectro tentans, ad imbellem citharam canes. *Vel*, neqvicqvam diſtribues carmina alternatim, ut ſolent citharœdi: qvi dùm carmina canunt, modò ſuâ voce, modò citharæ ſono utuntur. 33 Illicitis tuis nuptiis odioſas. 34 Græcorum heroum. 35 Sagittas ex cannâ Creten ſi confectas. *Gnoſſos* urbs Cretæ eſt. *Cretenſem calamum* poſuit, propter Idomeneum, Cretenſium ducem. Synecd. part. *Spiculum* enim propriè eſt mucro ſagittæ. 36 Fugies, hujuſmodi ſc. armis & habitu. 37 Pugnantium, id eſt, clamorem bellicum: ut Liv. l. 44. *& ab 12. millibus propè clamorem, &* ſtrepitum *pugnantium audiret.* 38 Ad te ſeqvendum velocem, pedibus validum: erat enim Ajax tam celer pedibus, ut nemo fugiens eum evaderet. Helleniſmus Horatio uſitatus. 39 Telamonis filium. 40 Serò: ut Od. 16. Epod. *Nec* veſpertinus *circumgemit urſus ovile:* & Ep. 1. l. 2. Serus *enim Græcis admovit acumina chartis.* 41 Tuos adulteri, τὸ οὓ μοιχοῦ: *Vel*, allicientes mulieres in adulterium. Meton. effe. 42 Olim unguentis pretioſis perfuſos. 43 Inqvinabis, deturpabis, id eſt, ſero tandem trahêris mortuus & cades.

Non

Pones 4 *Iambis*: *ſive* 5 *flammâ*,
Sive mari libet Adriano.
6 *Non* 7 *Dindymene*, 8 *non adytis* 9 *qvatit*
Mentem 10 *ſacerdotum* 11 *incola* 12 *Pythius*,
13 *Non Liber æqvè*: *non* 14 *acuta*
Sic 15 *geminant* 16 *Corybantes* 14 *æra*,

os Jambos abolendos & è medio tollendos. Qvibus te læſi, qvos in te ſcripſi & edidi. Hinc ἰαμβίζειν aqud Græcos, pro mordere & inſectari: qviqve eo ſcribendi genere delectantur, ἰαμβισταὶ dicti. 5 Igne, id eſt, ſive jambos comburere velis, ſive in mare dejicere. Synecd. ſpe. pro gen. Tres enim ignis ſpecies Ariſtoteles conſtituit, *carbonem candentem*, *flammam*, *lucem*. 6 Oſtendit Horatius, qvanta ſit iræ vis. Anaphora. 7 Dea Cybele, *Dindymene* dicta â *Dindymis*, monte Phrygiæ, in qvo ſacra ſibi per Corybantes inſtituit, id eſt, non illa Deûm mater Dindymi domina ſacerdotes ſuos Gallos Galli fluminis potu tanto furore percellit. 8 Non ex adytis, id eſt, locis templi ſacris & ſecretis, ad qvæ nulli, niſi ſacerdoti, fas erat accedere. 9 Concutit, exagitat, concitat. Sic Virg. 6. Æn. mentem Sibyllæ, ab Apolline concitatam, deſcribit: *Non compta manſère coma*, *ſed pectus anhelum*, *Et rabie fera corda tument*, &c. 10. Sc. *ſuarum*. 11. Qvarum incola eſt, ſive qvi in dandis oraculis mentem ſacerdotum ſuarum incolit. i. movet, cogit. 12 Apollo, à *Pythone* ſerpente miræ magnitudinis, è terræ putredine ſtatim poſt diluvium nato, ac Latonam jam gravidam, Junonis juſſu infeſtante, ideòqve pòſt ab Apolline, adhùc juvene, ſagittis interfecto, ſic cognominatus. Qvin & ludi in honorem ejus inſtituti, qvi *Pythia* vocabantur. 13 Non Bacchus tantoperè Mænades ſacerdotes ſuas in celebrandis Orgiis furore concutit. 14 Tympana ſeu cymbala acutè ſonantia. 15 Pulſando, ingeminant, crebrò repetunt. 16 Sacerdotes Cybeles, ἀπὸ τῦ κεύθειν dicti, eò qvòd, cùm Cybele partum, partuſqve dolores Saturnum, ſi-

17 *Triſtes*

7 *Triſtes ut iræ: qvas neqve* 18 *Noricus*
Deterret enſis, nec mare 19 *naufragum,*
Nec 20 *ſævus ignis,* 21 *nec tremendo*
Juppiter ipſe ruens tumultu.
22 *Fertur* 23 *Prometheus* 24 *addere* 25 *principi*
Limo 26 *coactus particulam* 27 *undiqve*

lios ſuos devôrare ſolitum, celare vellet, eos ad eam rem adminiſtros & adjutores adhiberet: illi autem tympanorum ſeu cymbalorum pulſu, & cornuum cantu partim Saturnum terrerent, partim Jovis vagientis, & Cybeles parturientis vocem averterent. Lege Lucret. l.2. 17 Triſtitiam adferentes, id eſt, ut furioſi animi rabies animos hominum ſtimulant & verſant. 18 Ex ferro Illyrico duriſſimus, id eſt, qvivis enſis. Metaph. ab animatis ad animata, dum his datur actio exanimandi. In *Norico* (qvam regionem pleriq; nunc appellant *Bavariam*) optimi fiunt gladii ex ferro probatiſſimo. Sic Od. 17. Epod. *Modò* enſe *pectus* Norico *recludere.* Q. d. Homo iratus neqve enſes, neqve ullum aliud periculum extimeſcit. Itaqve rectè Ennius iram *principium inſaniæ* eſſe dixit. 19 Formidabile, naufragium concitans, id eſt, naves frangens. Meton. eſſe. 20 Omnia conſumens. 21 Nec ipſe Jupiter horrendo fulminis & tonitruum fragore deſcendens, ac terram cœlumqve concutiens. 22 Dicitur. Oſtendit, hanc iræ immanitatem ab initio mundi in omnium hominum animis natam, extirpari nulla ratione poſſe. 23 Japeti & Clymenæ filius, propter ſingularem ingenii excellentiam, hominem primum ex limo finxiſſe exiſtimatur, animum verò ex particulis aliorum animalium, undiqve diſſectis, illi indidiſſe. Nam à Leone iracundiam, à Sue libidinem, à Vulpe aſtutiam, & ab aliis aliud mutuatus eſt. 24 Admiſcuiſſe. 25 Hominis materiæ & principio, id eſt, primo homini ex limo efformato. Meton. mat. 26 Cùm Deorum imperio per Mercurium impulſus eſſet è terræ limo hominem efformare. 27 Ex omnibus animalibus, ut timorem Leporis, aſtutiam Vulpis, ſu-

58 *Concidunt venti*, 59 *fugiuntqve nubes*,
Et 60 *minax* 61 (*ſic Dî voluêre*) 62 *ponto*
Unda recumbit.
63 *Romulum poſt* 64 *hos prius*, *an* 65 *qvietum*
66 *Pompilî regnum* 67 *memorem*, *an* 68 *ſuperbos*
69 *Tarqvinî* 70 *faſces*, *dubito*, *an* 71 *Catonis*

58 Venti turbulenti ſedantur, deſinunt flare. 59 E cœlo, id eſt, grata aëris ſerenitas redit. 60 Nautis minans naufragium, rabioſa. 61 Eo qvòd ſic vento ac mari imperaverunt filii Ledæ, Caſtor & Pollux. 62 In mari ſternitur, ſedatur, qvieſcit, qvæ vento in altum ſublata erat. 63 Urbis & imperii Romani auctorem & conditorem. Repetitur idem genus deliberationis cum ſuperiori de celebrandis Romanorum principibus. In *an* eſt Anaphora. 64 Jovem, ejusqve filias ac filios, æternis laudibus celebrandos. 65 Placidum. Liv. *Ita duo deinceps Reges, alius alia via, ille bello, hic pace civitatem auxerunt: Romulus ſeptem & triginta regnavit annos: Numa tres & qvadraginta. Tum valida, tum temperata & belli & pacis artibus erat civitas.* 66 Numæ Pompilii, à Romulo ſecundi Romanorum regis. 67 Recenſeam. 68 Magnificum, nobile Tarqvinii Priſci imperium. Sic ſuprà Od. 12 *Attidas ſuperbos* dixit: & infrà Od. 35. *ſuperbos triumphos*: & Virg. Æn. 6. *animamqve* ſuperbam *Ultoris Bruti.* Meton. Effe. pro efficiente hominem ſuperbum: ſicut in *nobile*, pro nobilitante virum ſic morientem. 69 Qvi Thuſcis ſubactis, non faſces tantùm, ſed alia omnia decora & inſignia, qvibus imperii dignitas eminet, Romam invexit. Lege Florum l. 1. c. 5. & qvæ nos ibi. 70 Virgarum faſces, qvos ſecuribus alligatos, lictores primùm ante Reges, poſteà ante Conſules ad populi terrorem portabant. *Faſcis* propriè eſt lignorum, aliarum-ve rerum congeries, qvam ligando facimus. 71 Catonis Uticenſis, qvi ab aliis invictus ſibi ipſi manus inferens, honeſtè & cum libertate mori, qvàm turpiter in ſervitute vivere maluit. Cic. Epiſt. ad Pætum: *Ceteri*

Nobile

72 Nobile lethum.
73 Regulum, & 74 Scauros, 75 animæqve magnæ
76 Prodigum 77 Paulum, 78 ſuperante 79 Pœno,
80 Gratus inſigni referam 81 Camœnâ,
82 Fabriciumqve.
83 Hunc, & 84 incomtis 85 Curium capillis

qvidem, Pompejus, Lentulus ſuus, Scipio, Afranius, fœdè perierunt: at Cato præclarè. Plutarchus ſcribit, Catonem, cùm audiſſet, Scipionem, Afranium, Jubam, à C. Cæſare deviſtos eſſe, ſeſe Uticæ gladio percuſſiſſe, & cùm filii interventu prohibitus eſſet, vulnusqve curari cœptum eſſet, intereà, dùm curaretur, vulnus obligatum reſcidiſſe, atqve ita animam efflaſſe. Laudat etiam genus hoc mortis Cic. 1. Offic. 72 Laudabile. 73 M. Attilium Regulum, Romanorum Imperatorem, qvem Carthaginenſes reſectis palpebris illigatum in machinâ perpetuis vigiliis necaverunt. Lege Oden. 5. l. 3. & Cic. Offic. l. 2. & 3. & Orat. in Piſon. & pro Sextio. 74 Conſules optimos, qvorum claræ extitit virtus in Republicâ adminiſtrandâ. 75 Excelſæ vitæ contemtorem, qvi animam ad Cannas profudit, ubi cum qvadraginta & qvinqve Romanorum millibus eſt occiſus. Vide Livium l. 22. Meton. effe. 76 Liberalem. 77 L. Æmilium Paulum, Terentii Varronis collegam. 78 Ad Cannas populum Romanum. 79 Hannibale. 80 Libens, ut memor meritorum Pauli in Remp. Romanam. 81 Nobili carmine à Musâ dictato. Meton. effic. 82 Ter Conſulem, virtute & abſtinentiâ admirabilem. Cic. Offic. 3. ſcribit, perſugam qvendam, qvi à Pyrrho in caſtra Fabricii venerat, eiqve pollicitus erat, ſi præmium ſibi propoſuiſſet, ſe, ut clàm veniſſet, ſic clàm in Pyrrhi caſtra rediturum, & eum veneno necaturum, á Fabricio cum cuſtodia ad Pyrrhum eſſe remiſſum. De cujus abſtinentiâ, ſeveritate, aliisqve egregiis animi dotibus lege Plutarch. & Val. Max. 83 Fabricium. 84 Impexis, inornatis. Turpe enim eſt viro bellicoſo comam habere comptam & calamiſtratam. 85 M. Curium

Utilem bello 86 tulit, & 87 Camillum,
88 Sæva paupertas, & 89 avitus apto
Cum 90 Lare 89 fundus.
91 Creſcit 92 occulto velut arbor ævo
93 Fama Marcelli: 94 micat inter 95 omnes
96 Iulium ſidus, velut inter 97 ignes
Luna minores.
98 Gentis humanæ pater atque cuſtos,

Dentatum. Cicero ſcribit in Catone majore, Curio, ad focum ſedenti, magnum auri pondus cùm Samnites attuliſſent, ab eo repudiatos eſſe: non enim aurum habere præclarum ſibi videri dixit, ſed eis, qvi habent aurum, imperare. 86 Protulit, produxit. 87 L. Furius Camillus, Româ à Gallis Senonibus captâ, Gallis in auro appendendo jam occupatis, cum exercitu intervenit, eosqve ſextô poſt Romam captam menſe, ex Italiâ expulit. 88 Aſpera, & perpeſſu difficilis, χαλεπὴ, id eſt, tenuis fortuna. 89 Ager à ſuis majoribus ſibi relictus, non emptus. 90 Cum re familiari ac domo frugali viro aut fundo conveniente, non luxurioſè, nec ſumtuoſè extructâ. Meton. adj. pro ſubjectâ domo. 91 Incrementum ſumit, augetur. 92 Occultè, velúti arbor, qvæ ſemporis progreſſu increſcit, hominibus non advertentibus. 93 Gloria, nomen M. Claudii Marcelli, qvi qvinqvies Conſul cùm fuiſſet, tandem verò ab eqvitatu Hannibalis circumventus eſt & occiſus. Alii Marcellum, Octaviæ, ſororis Auguſti, filium, intelligi volunt, cui ille, vix pueritiam ingreſſo, filiam ſuam Juliam nuptui dedit. Svet. Aug. c. 63. 94 Fulget. 95 Alios heroas. 96 C. Julii Cæſaris, in Deorum concilium recepti, ſtella crinita ſive comata; qvæ viſa eſt ſeptem noctes poſt Cæſarem occiſum, & credebatur eſſe Cæſaris anima in cœlum ſubvolans, & in Deorum numerum recepta. Virg. *Dionæi proceſſit* Cæſaris aſtrũ. 97 Inter ignes cœli, id eſt, inter ſtellas. Metaph. ab elemento noto. 98 O Jupiter, qvi humani generis auctor at-

99 Orte

99 Orte Saturno, tibi cura 100 *magni*
Cæſaris 101 *fatis data:* 102 *tu ſecundo*
Cæſare regnes.
Ille ſeu 103 *Parthos* 104 *Latio imminentes*
105 *Egerit juſto* 106 *Dominus triumpho,*
Sive 107 *ſubjectos Orientis oris*
108 *Seras & Indos:*
109 *Te minor* 110 *latum reget* 111 *æqvus orbem;*

qve gubernator & conſervator es. Synecd. gen. 99 Progenite. 100 Auguſti, patriæ Patris. 101 A fatis vel per fata conceſſa eſt. 102 Tu hoc Auguſto Cæſare à te proximo, & qvaſi imperii conſorte, & diviſum imperium tecum habente, gubernes, id eſt, ita regnes, ut Cæſar Auguſtus ſit ſecundus poſt te, ſc. ut tu in cœlo regnes, Cæſar in terris. 103 Parthos Auguſtus non domuit, ſed pacem cum eis fecit. Illi enim ſigna militaria, tùm ea, qvæ Craſſus, tùm ea, qvæ Antonius amiſerat, Auguſto repoſcenti reddiderunt. 104 Italiæ, id eſt, toti Romano imperio inſidiantes, *vel*, imperium Romanum affectantes, aut aliqvâ ex parte laceſſentes. Virg. 10. Æn. *muris iterùm* imminet *hoſtis Naſcentis Troja.* 105 Subegerit, vel in triumphum duxerit. Sumta eſt Alleg. a Paſtoribus, qvi eqvos & alias beſtias præ ſe agunt. 106 Tanqvam Dominus. Al. *domitos*, id eſt, bello ſubjugatos. 107 In Orientis oris ſitos populos domuerit. 108 Populos in Æthiopiâ, apud qvos altiſſimæ ſunt arbores, qvæ non ſolùm folia, ſed lanam etiam proferunt tenuiſſimam, ex qvâ conficiuntur veſtimenta. 109 Ille *æqvus*, id eſt, non invidens tibi, ſed æqvo animo ferens tuum in cœlo imperium, *vel*, juſto imperio, legibus & armis, *te minor*, id eſt, ſe inferiorem te gerens, a te ſecundus, terrarum imperium adminiſtrabit. In *te* & *tu* bis repetito eſt Polyptoton & Anaphora. 110 Al. *latum*, qvod meliùs conveniet cum verbo *æqvus*: nihil enim populo jucundius gratiusqve æqvitate regnantis. 111 Æqvo animo: ut Od. 29. l. 3. *qvod adeſt, memento componere* æqvus.

Tu gravi curru 112 *quaties Olympum,*
Tu 113 *parùm caſtis* 114 *inimica mittes*
Fulmina lucis.

112 Tu tonabis: nam ex Jovis curru, cœlum qvatiente, vulgus opinatur tonitru fieri. Tale eſt illud Od. 34. l. 1. *namqve Dieſpiter, Igni coruſco nubila dividens, Plerumqve per purum tonantes Egit eqvos, volucremqve currum:* Alleg. 113 Contaminatis & pollutis. 114 Infeſta, triſtia: atqve ita cœli imperium æternum obtinebis.

Ode XIII. Ἐρωτική.

AD LYDIAM.

Moleſtè fert Telephum rivalem ſibi à Lydiâ anteponi.

Dicolos Diſtrophos.

Cùm tu, Lydia, 1 *Telephi*
Cervicem 2 *roſeam, &* 3 *cerea Telephi*
Laudas brachia, 4 *væ, meum*
5 *Fervens difficili bile tumet jecur:*
Tunc nec 6 *mens mihi, nec* 7 *color*

1 Rivalis ſui. 2 Pulchram inſtar roſæ. Metaph. à floribus roſæ. Sic Virg. 1. Æn. *Dixit: & avertens* roſeâ *cervice refulſit.* 3 Flexibilia, ceræ ſimilia vel candida, tenera, & ita pulchra. Metaph. à fictoribus, qvi è cerâ effingebant pulcherrimas imagines, & in atriis ſtatuebant. 4 Væ mihi Horatio. Interjectio eſt dolentis. Exclamatio eſt execrantis commendationem Telephi rivalis. Al. *næ*, id eſt, certè, profectò. 5 Jecur meum excandeſcens irâ implacabili, qvæ facilè ſedari non poteſt, efferveſcit. In *difficili* eſt Meton. effe. pro bile efficiente difficiles & ſui impotentes, quos incendit. In *fervens* eſt Metaph. ab igne. 6 Ratio, variis cogitationibus in diverſa diſtracta. Nam amantes ſunt amentes. 7 In vultu varius & immutatus. Animi pertur-

8 *Certâ*

8 *Certâ ſede manet: humor & in genas*
10 *Furtim labitur,* 11 *arguens*
12 *Quàm lentis penitus* 13 *macerer ignibus,*
14 *Uror, ſeu tibi candidos*
15 *Turpârunt humeros* 16 *immodicæ mero*
Rixæ: ſive 17 *puer furens*

batio colorem variat, & pallida res amor eſt. In *nec* Anaphora eſt, ubi illa animi impotentia declaratur. 8 In ſolito loco manet, ſed illam relinqvit, & qvaſi exulat. 9 Lachrymarum. Lachrymæ doloris interni indicium. 10 Ex oculis guttatim ac latenter anteqvam advertam, & me invito, defluit præ nimiâ irâ. 11 Indicans, demonſtrans. Virg. Æn. 4. *Degeneres animos timor* arguit: & Horat. Ep. 3. l. 1. *Laudibus* arguitur *vini vinoſus Homerus*, id eſt, eo ipſo, qvòd Homerus multus eſt in vino laudando, indicat ſe vinoſum fuiſſe. 12 Qvàm langvidis flammis amoris. Virg. 4. Æn. *Vulnus alit venis & cæco carpitur* igni. 13. Intùs tabeſcam, conſumar: ut Od. 14. Epod. *me libertina nec uno Contenta Phryne* macerat. Metaph. à corpore ad animum. Vim amoris, qvo perfrui non poſſit amans, vel ob pudorem, vel ob aliam cauſam, egregiè exprimit. Tale eſt illud Virgilii 4. Æn. *eſt mollis flamma medullas Interea, & tacitum vivit ſub pectore vulnus.* 14 Aſpectu crucior, maceror. 15 Deformes tibi reddiderunt. 16 Rixæ ſive contentiones Telephi ultra modum progredientes *mero*, id eſt, per ebrietatem & inter pocula ortæ. 17 Telephus tanqvam puer amoris impatientiâ inſaniens & libidine ardens labra tibi momordit; qvale eſt illud Catulli: *Quem baſiabis? cui labella mordebis?* ſolent enim amantes inter baſia & amplexus mutuò labella mordere ita acriter interdùm, ut morſiuncularum notæ impreſſæ maneant. Qvod declarat Tibul. l. 1. eleg. 6 *Tunc ſuccos, herbaſqve dedi, qveis livor abiret, Quem facit impreſſo mutua dente Ve-*

Impreſſit 18 *memorem dente labris notam.*
*Non,*19 *ſi me ſatis audias,*
Speres 20 *perpetuum, dulcia* 21 *barbarè*
Lædentem oſcula, 22 *quæ Venus*
23 *Qvintâ parte ſui* 24 *nectaris* 25 *imbuit.*
26 *Felices* 27 *ter & ampliùs,*
Qvos 28 *irrupta tenet copula,* 29 *nec malis*
Divulſus qverimoniis
30 *Supremâ citiùs ſolvet amor die.*

nus. 18 Signum, qvo amoris recordatio ſervaretur, ne amoris ſui obliviſcare. Metonom. effe. pro effic qvæ nos inducit in memoriam injuriæ. Virg. *ſævæ memorem Junonis ob iram.* Deinde Metaph. à præditis mente, ad ejuſdem expertia. 19 Si mihi credis. 20 Non debes ſperare, illum amatorem tibi conſtantem in amore fore. 21 Qvi tam ruſticè & inhumaniter acriore morſu ſive dente lædit oſcula. 22 Oſcula. 23 Gradu ſuæ ſvavitatis & gratiæ. i. e. concubitu replet, perfundit. Qvinqve enim ſunt amoris partes, ſeu gradus, ſeu lineæ: Viſus, colloqvium, tactus, oſculum, concubitus. Ter. Eun. *Certè extremâ lineâ amare haud nihil eſt.* Synecd. finiti, pro maximâ parte. 24 Metaph. à potione Deorum, ad mellitam Veneris voluptatem indicandam. 25 Metaph. ab infectoribus lanarum. 26 Illi terqve qvaterqve beati ſunt, τρὶς μάκαρες. 27 Exclamatio admirantis concordiam maximam: & Synecd. finiti. 28 Indiſſolubilis amoris conjunctio detinet, δεσμὸς ἄρρηκτος, ut loqvitur Homerus. 29 *Nec amor divulſus malis qverimoniis*, id eſt, litibus & rixis, *diſſolvet*, id eſt, disjunget *citiùs ſupremâ die*, id eſt, ante extremum vitæ tempus. 30 Ultimâ: ut Ep. 5. l. 1. Supremo *te Sole domi, Torqvate, manebo*: & Od. 17. l. 2. *ibimus, ibimus, Utcunqve præcedes,* ſupremum *Carpere iter comites parati.*

Ode

Ode XIV. Παραινετική.

Ad Rempublicam bellum civile reparantem.

Allegoria perpetua eſt in hac Ode, ut teſtatur Fabius, lib. 8 qvi etiam navis nomine Remp. ſignificari (cùm alii potius Brutum intelligant) fluctuum tempeſtates pro bellis civilibus, portum pro pace atqve concordiâ dici exiſtimat.

Tricolos Tetraſtrophos.

O 1 Navis, referent 2 in mare te 3 novi
Fluctus? o 4 qvid agis! 5 fortiter occupa
Portum: nonne vides, 6 ut
7 Nudum remigio latus,

1 O urbs & Reſp. Romana, qvæ tanqvam navis variis civilium bellorum fluctibus & tempeſtatibus hactenùs agitata, vix tandem portum, pacem & ſecuritatem inveniſti. 2 In omnium malorum pelagus; in periculum. In *navis, fluctus, mare, portus, latus, malus, Africus, antennæ, funes, carina, æqvor, Imperator, lintea, Pontica pinus, ſilvæ Sylvæ nobilis*, translata ſunt ad ſignificandum Brutum, novam diſcordiam civilem, bellum, pacem, Caſſium mortuum, exercitum vulneratum, pugnam crudeliter commiſſam, vexilla, rectores militum, aciem, turmas, acre prælium, integra agmina, auxilium è Ponto navale, progeniem ex L. Junio Bruto, matrem Serviliam ſororem Catonis Uticenſis. 3 Novæ tempeſtates civilium bellorum, novæ diſcordiæ & tumultus. 4 Qvid inceptas in hoc perturbato rerum ſtatu? Exclamatio eſt admonentis. 5 Pacem & tranqvillitatem, ad qvam jam vix poſt tot tempeſtates & naufragia perveniſti, forti animo arripe, nec inde te deturbari permitte. Ter. *Ego in portu navigo.* 6 Ut utrumqve tuum navis latus remigiis careat, id eſt, ut Reſpublica deſtituta ſit militibus, atqve adeò futuris civilium bellorum fluctibus ſuſtinendis neqvaqvam par ſit? 7 Remigiis, id eſt, remigibus. Synecd. ſing.

Et 8 malus celeri ſaucius Africo,
Antennæqve gemant? ac ſine 9 funibus
Vix 10 durare 11 carinæ
Poſſint 12 imperioſius
Æqvor? non tibi ſunt 13 integra lintea,
14 Non Dî, 15 qvos iterum preſſa voces malo.

& Meton. eſſe. Sic dixit Sat. 3. l. 2. *Nudus agris, nudus nummis.* 8 Nonne etiam vides, ut magnus ille Pompejus, qvi hujus navis qvaſi *malus* erat, & potentiâ atqve autoritate inter alios in Romanâ Rep. eminebat, à Ptolomæo, Ægypti rege, miſerrimè obtruncatus jaceat, & Senatores ac viri Principes, qvi tanqvam antennæ ab illo malo dependebant, jam ab illo ſeparati, & per Provincias hinc indè diſperſi gemant? *Malus* propriè arbor navis eſt, cui velum annectitur. *Antenna* eſt lignum transverſum in navi ad malum, cui velum annectitur. 9 Pecuniis, belli nervis, qvippe ærario tot annorum bello à tot Imperatoribus exhauſto. 10 Suſtinere, perferre, ὑπομένειν, καρτερεῖν. 11 Hujus Reipublicæ fundamenta. 12 Illam tumidam & impetuoſam civilis belli tempeſtatem ſolito ſæviorem ac violentiorem. *Imperioſum* autem *æqvor* aptiſſimè vocat, cui omninò parendum ſit: ut à ſeveritate imperiorum, Manlio illud odioſum *imperioſi* cognomen adhæſit. Sat. 5. l. 2. *ſed me* imperioſa *trahit Proſerpina.* 13 Integra vela, id eſt, integri exercitus, qvi tuæ navis qvaſi lintea erant, non ampliùs ſalvi tibi ſunt, ſed nuper in ſiniſtro antennarum cornu (cui Caſſius præfuit) miſerabili clade acceptâ, jam fracti & diſſipati ſunt. 14 Non Dii tutelares, ut Caſtor & Pollux, ſeu qvivis alius Deus (qvod erat navis inſigne ſeu παράσημον τοῦ πλοίου) tibi ſunt. Hùc pertinet illud Perſii, *jacet ipſe in littore, & unà ingentes de puppe Dei.* Anaphora. In *Diis* eſt Synecd. gen. pro Neptuno, Æolo, &c. qvorum imagines in excelſo aut proræ aut puppis collocabantur. 15 Qvos jam iterum tanto civilis belli ingruentis malo, ac tot diſſidiorum fluctibus & procellis ſub

16 Qvam-

16 *Qvamvis* 17 *Pontica pinus,*
Sylvæ 18 *filia nobilis,*
19 *Jactes & genus,* 20 *& nomen inutile:*
21 *Nil* 22 *pictis* 23 *timidus navita puppibus*
Fidit: 24 *tu,* 25 *niſi ventis*
Debes ludibrium, cave.
26 *Nuper ſollicitum qvæ mihi tædium,*

Octaviano oppreſſâ invoces. 16 Qvamvis generis nobilitate & antiqvitate glorieris, nihil eam curant milites, nihilo-ve fiunt ad pugnam alacriores. 17 In Ponto nata. Nam in Ponto magna eſt arborum copia, undè naves fiunt. 18 Laudatæ ſylvæ filia, id eſt, arbor nata in ſylvâ Ponticâ. Metaph. ab animantibus. 19 Qvamvis te genus ab Æneâ, & Trojanis, atqve à Diis ducere glorieris. Procatalepſis, ubi occupatur à Poëta, qvod Brutus objicere poſſet, ſubſidium fore ſibi. Eſt prætereà in *jactare* Metaph. à corpore, ut *jactare caput, brachia, collum,* &c. ad animum, ut *jactare ingenium, virtutem, genus & proavos,* id eſt, efferre, magnificè laudare & oſtentare. 20 Et famam qvæ tibi nihil proderit. 21 Non navis picturæ, ſed robori confidunt nautæ; ſic milites non in generis ſplendore, ſed armis & exercitu ſpem collocant, qvibus tu planè jam deſtituta es. 22 Variis coloribus ornatis. Naves enim picturis illuſtrare ſolebant antiqvi. Virg. 4. Georg. *Et circum* pictis *vehitur ſua rura* faſelis: *ποικίλας νῆας* dicunt Græci. 23 Ob maris pericula naufragia & tempeſtates meticuloſus. 24 Tu, ô imperii Romamani navis. 25 Niſi in naufragio vis eſſe ludibrio inflatis & ambitioſis ducibus, qvi te tanqvam violenti venti jactabunt, & poſteà tibi illudent, hæc tanta futura mala vita, noli ampliùs movere bellum, qvia nihil eris. Virg. 6. Æn. *Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.* 26 O Reſpublica, qvæ mihi ex tuis malis ſollicitudini & tædio fuiſti nuper. ſc. cùm C. Pompejum naufragum, & C. Julium Cæſarem victorem gereres.

27 *Nunc deſiderium, curaqve non levis,*
28 *Interfuſa* 29 *nitentes*
Vites æqvora 30 *Cycladas.*

27 Qvæ nunc, C. Julio Cæſare interfecto, maximum mihi abſenti deſiderium & cura es, ut Auguſtus, patriæ Pater, hanc te navem in portu, pace ac tranqvillitate retineat & gubernet. 28 Fugias periculorum anguſtias & calamitates, qvibus ſufferendis par non es, tanqvam æqvora *fuſa*, id eſt, ſparſa, inter nitentes Cycladas. Sic Virg. 3. Æn. *ſparſasqve per æqvor Cycladas, & crebris legimus freta conſita terris: ſparſas.* id eſt, toto mari qvaſi diſſeminatas. 29 Longè apparentes. 30 *Cyclades* inſulæ ſunt in mari Ionio numero 43. ſic appellatæ, qvod in cycli formam diſponuntur.

Ode XV. *Θρηνητική.*

NEREI vaticinium de ruinâ Trojæ.

Paridi præſertim multa mala denuntiat, ſuam mollitiem ei exprobrans.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 P*Aſtor* 2 *cùm traheret per freta navibus*
3 *Idæis* 4 *Helenam* 5 *perfidus* 6 *hoſpitam,*

1 Paris, Priami & Hecubæ filius, qvi olim pecudes in Idâ monte paverat: fuerat enim in Idâ monte expoſitus propter Hecubæ ſomnium, & à paſtore qvodam educatus. Per contemptum Paridem ſic vocat. Synecd. gen. 2 Secum in urbem Trojam abduceret, vel *traheret*, id eſt, lentâ navigatione circumduceret. Poſtqvam enim hoſpitis ſui Menelai uxorem Helenam viro abſente ex Spartâ rapuiſſet, non Trojam illicò reverſus eſt, ſed plures provincias adiens, tandẽ in patriam rediit. 3 Fabricatis in Idâ, Phrygiæ monte, ubi Paris fuit educatus. 4 Uxorem Menelai. 5 Qvi jura hoſpitalitatis nefariè violaverat. 6 Sc. *ſuam*, id eſt, qvæ

7 *Ingrato*

7 Ingrato celeres 8 obruit otio
Ventos, ut 9 caneret fera.
10 Nereus fata. 11 Malâ 12 ducis avi domum,
13 Qvam multo repetet 14 Græcia 15 milite,
16 Conjurata 17 tuas rumpere nuptias,

illum hoſpitio exceperat, cùm Spartam, ut Helionem ſororem reduceret, profectus eſſet. 7 Ventos, qvi ſuâ naturâ perpetuò agitantur, odioſo, moleſto otio compreſſit Nereus, ne ſpirarent: nihil enim ventis magis eſt ingratum, qvàm non flare ſeu ſpirare, utpote qvi ſint ſpiritus. 8 Sopivit, inhibuit, ne ſc. illorum miniſterio Paris ulteriùs prædam fugiendo abduceret, ſed ut ipſi priùs caneret fata. Solent enim ſilentium ventorum & maris, orationibus Deorum præmittere Poëtæ. 9 Prædiceret ac vaticinaretur Paridi & omnibus Trojanis hujuſmodi triſte & luctuoſum exitium. Tanslatio in *fera* eſt à feris animantibus. Virg. 3. Æn. *Sola mihi tales caſus Caſſandra* canebat, id eſt, prædicebat. 10 Deus marinus, Ponti filius, Thetidis filius à mendacio alienus, & verax: ideo hîc etiam fata Trojana canit. 11 Malis auſpiciis, ſiniſtro omine ac augurio, tibi tuiſqve exitium minitante, *ἀπαισίῳ ὄρνιθι*: ut Od. 3. l. 3. *Troja renaſcens* alite lugubri *Fortuna triſti clade iterabitur*: & Epod. 10. Malâ *ſoluta navis exit* alite. Nempe, ut rei bonæ eventum, *bonis avibus*: ſic malæ, *malis* ceſſiſſe dicunt Poëtæ, ex Augurum obſervatione. *Avis* ergo hîc augurium ipſum & omen denotat. Metaph. ab augurali diſciplinâ. 12 O Pari, tu qvidem Helenam, alterius conjugem, domum tuam tecum abducis. 13 Qvam univerſa Græcia validâ manu, multiſqve hoſtium copiis ſeu magno exercitu reqviret, & ad verum maritum domum reducet. 14 Græci duces & ipſorum copiæ repetent. Meton. ſubj. 15 Multitudine militum & ingenti exercitu. Synecd. ſing. 16 Omnibus Græciæ proceribus, jure jurando in portu Aulide obſtrictis, ad unanimiter dimicandum, donec Helenam eſſent nacti. 17 Qvod ille-

Et regnum Priami vetus.
18 *Eheu qvantus eqvis! qvantus adeſt viris*
19 *Sudor;* 20 *qvanta moves* 21 *funera Dardanæ*
Genti! jam galeam 22 *Pallas, &* 23 *ægida,*
24 *Curruſqve, &* 25 *rabiem parat.*
26 *Neqvicqvam,* 27 *Veneris præſidio* 28 *ferox*
29 *Pectes cæſariem; grataqve* 30 *fœminis,*

gitimum tuum cum alterius conjuge matrimonium dirimere ac diſſolvere, & evertere antiqvum Priami, Patris tui, regnum velint. 18 Exclamatio eſt dolentis ſeu commiſerantis. In *qvantus* & *qvanta* eſt Polyptoton. 19 Labor bellicus. 20 Qvantam cladem, qvantas ſtrages Trojanis excitas! qvi olim dicti ſunt *Dardani*, à *Dardano*. 21 Meton. adj. pro ſubj. *Funus* enim propriè denotat pompam & exeqvias, qvibus cohoneſtantur corpora hominum mortuorum: ſed hic pro morte ac pernicie ſumitur. 22 Jovis filia bellicoſa, qvæ perpetuò virgo caſtitatiſqve Dea, adulteriis tuis infenſa, & iniqvo tuo judicio à Venere ſuperata eſt. 23 Scutum ſeu munimentum pectoris æreum, & Gorgonis capite armatum, 24 Currus ſuos rapidiſſimos, obvia qvæqve ſecum rapientes & proſternentes. 25 Furorem belli (ſine qvo nullum geritur bellum, qvantumvis juſtum) in tuam tuorumqve perniciem inſtruit; atqve ita vindictam molitur. Metaph. ab animantibus rabidis. 26 Fruſtrà. Nam Venus, cùm non ſit bellicoſa, non poteſt eſſe Paridi præſidio. Anaphora & Procatalepſis, qvâ reſecatur ſpes Paridi de ſubſidio Veneris ipſi futuro. 27 Veneris tuæ, imbellis fœminæ, tutelâ. 28 Fretus, ſuperbus, animoſus: ut Od. 32. l. 1. *Qvi* ferox *bello, tamen inter arma* &c. & Od. 2. l. 3. *& Parthos* feroces *Vexet eqves metuendus haſtâ.* Virg. 1. Æn. *Bellum ingens geret Italiâ, populoſqve* feroces *Contundet.* 29 Ornabis, compones capillos tuos. 30 Qvib.

31 *Imbelli*

31 *Imbelli citharâ* 32 *carmina divides;*
Neqvicqvam 33 *thalamo graves*
34 *Haſtas*, *&* 35 *calami ſpicula Gnoſſii*
36 *Vitabis*, 37 *ſtrepitumqve*, *&* 38 *celerem ſeqvi*
39 *Ajacem: tamen, heu!* 40 *ſerus* 41 *adulteros*
42 *Crines pulvere* 43 *collines.*

bella deteſtata ſunt. 31 Minimè ad bellum aptâ, otioſis & pacem colentibus convenienti, & menſæ ad hilaritatem. Itaqve, qvi ad Achillem iratum miſſi ſunt, ut eum placent & molliant, reperiunt eum citharâ canentem Hom. Iλ. ι. Horat. Ep. 7. l. 1. *Sed vacuum Tibur placet, aut* imbelle *Tarentum.* 32 Neqvicqvam carmina diſtinctè & aptè, modò hunc, modò alium atqve alium citharæ nervum digitis carpens, aut plectro tentans, ad imbellem citharam canes. *Vel*, neqvicqvam diſtribues carmina alternatim, ut ſolent citharœdi: qvi dùm carmina canunt, modò ſuâ voce, modò citharæ ſono utuntur. 33 Illicitis tuis nuptiis odioſas. 34 Græcorum heroum. 35 Sagittas ex cannâ Cretenſi confectas. *Gnoſſos* urbs Cretæ eſt. *Cretenſem calamum* poſuit, propter Idomeneum, Cretenſium ducem. Synecd. part. *Spiculum* enim propriè eſt mucro ſagittæ. 36 Fugies, hujuſmodi ſc. armis & habitu. 37 Pugnantium, id eſt, clamorem bellicum: ut Liv. l. 44. *& ab 12. millibus prope clamorem, & ſtrepitum pugnantium audiret.* 38 Ad te ſeqvendum velocem, pedibus validum: erat enim Ajax tam celer pedibus, ut nemo fugiens eum evaderet. Helleniſmus Horatio uſitatus. 39 Telamonis filium. 40 Serò: ut Od. 16. Epod. *Nec veſpertinus circumgemit urſus ovile:* & Ep. 1. l. 2. Serus *enim Græcis admovit acumina chartis.* 41 Tuos adulteri, τοῦ σοῦ μοιχοῦ: *Vel*, allicientes mulieres in adulterium. Meton. eſſe. 42 Olim unguentis pretioſis perfuſos. 43 Inqvinabis, deturpabis, id eſt, ſeto tandem trahêris mortuus & cades.

Non

Non 44 Laërtiaden, 45 exitium tuæ
Gentis, 46 non 47 Pylium 48 Neſtora 49 reſpicis?
50 Vrgent impavidi te 51 Salaminius
52 Teucerqve, & 53 Sthenelus, 54 ſciens
Pugnæ: ſive opus eſt 55 imperitare eqvis,
56 Non auriga piger: 57 Merionen qvoqve
Noſces: ecce 58 furit te reperire atrox
59 Tydides, 60 melior patre:
61 Qvem tu, cervus uti vallis in alterâ
Viſum parte lupum, 62 graminis immemor,
63 Sublimi fugies 64 mollis anhelitu,

44 Ulyſſem Laërtis filium. Synec. gen. 45 Peſtem. 46 Anaph. 47 Pyli urbis regem. 48 Nelei filium, qvi Græcorum omnium, qvi ad Trojam venient, ſapientiſſimus, Trojam in perniciem dabit. 49 Animadvertis. 50 Inſeqvuntur, premunt imperterriti. 51 Qvi in Cypro condidit Salamina. 52 Telamonis filius, Ajacis frater. 53 Capanei filius, unus eorum, qvi in eqvo Trojano ſe abdiderunt. 54 Doctus ad pugnandum. Sic infra Od. 9. l. 3. *Dulces docta modos, & citharæ ſciens.* 55 Eqvos domare & agitare. 56 Promptiſſimus auriga. 57 Idomenei patruelem, ejuſqve invictam fortitudinem, qvi ſemper in acie primus erit, experieris. 58 Præ ardenti te reperiendi deſiderio inſanit, utqve te inveniat, omnia proſternit & perveſtigat. 59 Diomedes Tydei filius. Synecd. gen. 60 Qvi patre ſuo Tydeo fortior eſt, ἀμείνων, κρείσσων: ut Od. 6. l. 3. *ille miſſilibus* melior *ſagittis:* Et Ep. 10. l. 1. *Cervus eqvum pugna* melior *communibus herbis Pellebat.* 61 Qvem tu homo mollis fugies, ſicut cervus fugit lupum viſum in alterâ parte vallis. Sic Od. 4. l. 4. *Cervi luporum præda rapacium Sectamur ultro, qvos opimus Fallere, & effugere eſt triumphus.* 62 Præ timore ſc. 63 Qvi ex alto imoqve pectore ducitur. 64 Igna-

Non

Non 65 hoc pollicitus 66 tuæ.
67 Iracunda 68 diem proferet Ilio,
Matroniſqve Phrygum 69 claſſis Achillei.
Poſt certas 70 hyemes 71 uret 72 Achaicus
Ignis 73 Iliacas domos.

vus & luxurioſus. *65* Talem ſc. fugitivum militem te futurum. *66* Amicæ tuæ Helenæ, cui te non minùs roboris, qvàm Menelaum habere, promiſiſti. *67* Inſenſa, & in bellum longo tempore nolens procedere (propter ereptam ſibi Briſeida) claſſis Achillei proferet diem Ilio, matroniſqve Phrygum. *68* Prorogabit tempus, id eſt, bellum Trojanum producet & retardabit, donec ſc. ille ob interfectum ab Hectore amicum Patroclum dolore affectus rurſus in prælium irruat, & Hectora interimat, undè Ilium poſteà facilè capietur. *69* Dux claſſis & ipſius milites. Meton. ſubj. *70* Poſt annos novem à fatis certò decretos, id eſt, anno decimo Troja à Græcis evertetur. Synecd. mem. *71* Conſumet. *72* Græcus: nam *Achaja* eſt pars Græciæ. *73* Trojanas.

Ode XVI.

AD AMICAM.

Palinodiam canit. Nam veniam petit à puellâ, qvam Jambis læſerat: culpamqve transfert in iram, cujus vim indomitam deſcribit.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 O *Matre pulchrâ filia pulchrior,*
2 Qvem 3 criminoſis cunqve voles modum

1 O filia, qvæ matre tuâ formosâ formoſior es. Polyptoton. 2 Qvemcunqve. Tmeſis. Sic ſuprà Od.9. *Qvem fors dierum cunqve dabit.* 3 Qvamcunqve deſideres rationem, tu præſcribes ac ſtatues ad mordaces & rabioſos me-

Pones

Pones; 4 Iambis: ſive 5 flammâ,
Sive mari libet Adriano.
6 Non 7 Dindymene, 8 non adytis 9 qvatit
Mentem 10 ſacerdotum 11 incola 12 Pythius,
13 Non Liber æqvè: non 14 acuta
Sic 15 geminant 16 Corybantes 14 æra,

os Jambos abolendos & è medio tollendos. Qvibus te læſi, qvos in te ſcripſi & edidi. Hinc ἰαμβίζειν aqud Græcos, pro mordere & inſectari: qviqve eo ſcribendi genere delectantur, ἰαμβισταὶ dicti. 5 Igne, id eſt, ſive jambos comburere velis, ſive in mare dejicere. Synecd. ſpe. pro gen. Tres enim ignis ſpecies Ariſtoteles conſtituit, *carbonem candentem, flammam, lucem.* 6 Oſtendit Horatius, qvanta ſit iræ vis. Anaphora. 7 Dea Cybele, *Dindymene* dicta à *Dindymis*, monte Phrygiæ, in qvo ſacra ſibi per Corybantes inſtituit, id eſt, non illa Deûm mater Dindymi domina ſacerdotes ſuos Gallos Galli fluminis potu tanto furore percellit. 8 Non ex adytis, id eſt, locis templi ſacris & ſecretis, ad qvæ nulli, niſi ſacerdoti, fas erat accedere. 9 Concutit, exagitat, concitat. Sic Virg. 6. Æn. mentem Sibyllæ, ab Apolline concitatam, deſcribit: *Non compta manſere comæ, ſed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument,* &c. 10. Sc. *ſuarum.* 11. Qvarum incola eſt, ſive qvi in dandis oraculis mentem ſacerdotum ſuarum incolit. i. movet, cogit. 12 Apollo, à *Pythone* ſerpente miræ magnitudinis, è terræ putredine ſtatim poſt diluvium nato, ac Latonam jam gravidam, Junonis juſſu infeſtante, ideòqve poſt ab Apolline, adhùc juvene, ſagittis interfecto, ſic cognominatus. Qvin & ludi in honorem ejus inſtituti, qvi *Pythia* vocabantur. 13 Non Bacchus tantoperè Mænades ſacerdotes ſuas in celebrandis Orgiis furore concutit. 14 Tympana ſeu cymbala acutè ſonantia. 15 Pulſando, ingeminant, crebrò repetunt. 16 Sacerdotes Cybeles, ἀπὸ τοῦ κορύβειν dicti, eò qvòd, cùm Cybele partum, partuſqve dolores Saturnum, fi-

17 *Triſtes*

7 Triſtes ut iræ : qvas neqve 18 Noricus
Deterret enſis, nec mare 19 naufragum,
Nec 20 ſævus ignis, 21 nec tremendo
Juppiter ipſe ruens tumultu.
22 Fertur 23 Prometheus 24 addere 25 principi
Limo 26 coactus particulam 27 undiqve

lios ſuos devorare ſolitum, celare vellet, eos ad eam rem adminiſtros & adjutores adhiberet: illi autem tympanorum ſeu cymbalorum pulſu,& cornuum cantu partim Saturnum terrerent,partim Jovis vagientis,& Cybeles parturientis vocem averterent.Lege Lucret. l.2. 17 Triſtitiam adferentes, id eſt, ut furioſi animi rabies animos hominum ſtimulant & verſant. 18 Ex ferro Illyrico duriſſimus,id eſt,qvivis enſis.Metaph.ab animatis ad animata,dum his datur actio exanimandi. In *Norico*(qvam regionem pleriq; nunc appellant *Bavariam*) optimi fiunt gladii ex ferro probatiſſimo. Sic Od.17. Epod. *Modò enſe pectus* Norico *recludere.* Q. d. Homo iratus neqve enſes, neqve ullum aliud periculum extimeſcit. Itaqve rectè Ennius iram *principium inſaniæ* eſſe dixit. 19 Formidabile, naufragium concitans, id eſt, naves frangens. Meton. eſſe. 20 Omnia conſumens. 21 Nec ipſe Jupiter horrendo fulminis & tonitruum fragore deſcendens, ac terram cœlumqve concutiens. 22 Dicitur. Oſtendit, hanc iræ immanitatem ab initio mundi in omnium hominum animis natam, extirpari nulla ratione poſſe. 23 Japeti & Clymenæ filius, propter ſingularem ingenii excellentiam, hominem primum ex limo finxiſſe exiſtimatur, animum verò ex particulis aliorum animalium, undiqve diſſectis, illi indidiſſe. Nam à Leone iracundiam, à Sue libidinem, à Vulpe aſtutiam, & ab aliis aliud mutuatus eſt. 24 Admiſcuiſſe. 25 Hominis materiæ & principio, id eſt, primo homini ex limo efformato. Meton. mat. 26 Cùm Deorum imperio per Mercurium impulſus eſſet è terræ limo hominem efformare. 27 Ex omnibus animalibus, ut timorem Leporis, aſtutiam Vulpis, ſu-

Deſectam, & 28 *inſani Leonis*
29 *Vim* 30 *ſtomacho appoſuiſſe noſtro.*
31 *Iræ* 32 *Thyeſten exitio* 33 *gravi*
34 *Stravêre*, & 35 *altis urbibus* 36 *ultimæ*
Stetêre cauſæ, 37 *cur perirent*
Funditùs, 38 *imprimeretqve* 39 *muris*
40 *Hoſtile aratrum exercitus* 41 *inſolens.*

perbiam Pavonis, feritatem Tigridis, &c. 28 Iracundi, furioſi. Lucret. l. 3. de leonibus: *Sed calidi plus eſt illis, qvibus acria corda, Iracundaqve mens facilè efferveſcit in iram: Qvo genere imprimis vis & violenta leonum Pectora, qvi fremitu rumpunt plerumqve gementes, Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.* 29 Furorem, rabiem, iram. Synecd. gen. 30 Pectori, in qvo cor. Sangvine enim ibi ebulliente, perturbatio illa naſcitur, qvâ ad iram concitamur. Hinc dicunt Latini *ſtomachum movere, facere*, id eſt, iratum facere ſive iram commovere, & *ſtomachari*, id eſt, iraſci. 31 Fratris Atrei. 32 Thyeſti ſuos filios frater Atreus edendos appoſuit: eò, qvod Thyeſtes cum Atrei uxore concubuiſſet. 33 Miſerabili. 34 Proſtravêre, dejecêre de ſtatu. 35 Excelſis urbibus, Babyloni, Ilio, Thebis, Corintho, Numantiæ, Carthagini, aliisqve. 36 Extremæ fuerunt cauſæ, qvibus nullæ aliæ ſunt propinqviores, graviores potioresqve. Sic Liv. l. 7. *ea* ultima *fuit cauſa, cùm multa antè qverimonia ultrò citròqve jactata eſſent, cùr per feciales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur.* Verbum *ſtetêre* ſignificat eas cauſas eſſe certas, fixas, & penè neceſſarias. 37 Radicitùs everterentur. 38 Circumduceret. 39 Civitatis planè delendæ. 40 Infenſum aratrum, machinam bellicam. Metaph. à foſſoribus & agricolis. Urbs tùm eſſe deſinit, cùm in eâ aratrum ſit circumductum: aratro enim priſci in condendis urbibus utebantur. Virg. *Intereà Æneas urbem deſignat aratro.* 41 Glorioſus, ſuperbus,

42 *Com-*

42 Compeſce mentem : 43 me qvoqve 44 pectoris
Tentavit 45 in dulci juventâ
44 Fervor, & in 46 celeres Iambos
47 Miſit furentem : 48 nunc ego 49 mitibus
Mutare qværo 50 triſtia : 51 dum mihi
Fias 52 recantatis 53 amica
Opprobriis, 54 animumqve 55 reddas.

victoriâ elatus: qvia *Victoria naturâ eſt inſolens & ſuperba* Cic. pro Marcel. Sic. 61. Epod. *oſſa Quirini (Nefas videre) diſſipabit* inſolens. 42 Comprime animam, iram vince, nec me imitare, qvem pœnitet iræ. Sic Ep. 2. l. 1. *animum rege: qvi niſi paret, imperat: hunc frænis, hunc tu* compeſce *catenâ,* Od. 14. l. 2. *Tityonqve triſti* Compeſcit *undâ.* In *mentem* eſt Meton. ſubj. 43 Excuſat ſe Horatius, conferens iræ cauſam in adoleſcentiæ fervorem. 44 Stomachi calida b lis, ira. Ira enim eſt ebullitio ſanguinis circa cor. Metaph. ab aqvâ fervente, & Synecd. gen. 45 In jucundâ hac juventute, qvâ mihi alios apud te præponi, neqve à te excludi amore inflammatus ægrè ferebam. 46 Furioſos Jambos. De hoc in arte Poet. *Syllaba longa, brevi ſubjecta, vocatur Jambus, Pes citus.* 48 Conjecit me irâ ac amore inſanum. 48 Nunc ſtudeo triſtia relinqvere, mitia perſeqvi atqve amplecti, iracundiam in blanditias convertere: ut Ep. 7. l. 2. *Nec Otia divitiis Arabum liberrima muto.* Sal. *Nemo, niſi victor, pace bellum mutavit.* 49 Amicis Lyricis carminibus. 50 Jamborum meorum mordacia. 51 Hac tamen condione, ut tu animi conceptam iracundiam remittas, & tecum in gratiam redeam, 52 Revocatis, ſublatis convitiis atqve maledictis: ut *recantare opprobria* ſit contrario ea cantu tollere, atqve irrita facere: Græci παλινῳδεῖν dicunt, unde παλινῳδία. 53 Ex hoſte benevola. 54 Qvem penè dejeci. 55 Mihi reſtituas, id eſt, & ſpem amoris redintegrandi ac tecum in gratiam redeundi mihi facias. Ter. Andr. *Reddidiſti animum.* Metaph. à laborantibus lipothimiâ & animi deli-

qvio: vel ab exanimatis metu, qvi ſolent animum recipere, vel aſperſione frigidæ; vel aceti odore. Vel Meton. ſubj. pro adj. affectu leni & amore.

Ode XVII. Παραινετική.

AD TYNDARIDEM.

Invitat eam in Lucretilem, commendans ab amœnitate, nec non multa oſtendens commoda, qvæ ex eâ percipiet.

Tricolos Tetraſtrophos.

Velox 2 amœnum ſæpè 3 Lucretilem
4 Mutat Lycæo Faunus: & 5 igneam
Defendit 5 æſtatem capellis
Usqve meis, 6 pluviosqve ventos.
7 Impunè tutum per nemus 8 arbutos
Qværunt 8 latentes, & thyma 9 deviæ
10 Olentis uxores mariti:

1 Curſu ſaltuqve irreqvietus. 2 Jucundum. *Lucretilis* mons eſt in Sabinis, in cujus valle villam habuit Horatius amœniſſimam. 4. Lycæo, qvi mons eſt in Arcadiâ, in qvo ſacra Fauno, vel Pani, paſtorum Deo, celebrantur, relicto, ſæpè in Lucretilem demigrat. 5 Æſtum fervidum & calorem noxium à meis capellis ſemper defendendo removet, propulſat atqve arcet. Meton. ſubj. Virg. Eccl. 7. *Solſtitium* pecori defendite. Cic. *& nimios ſolis* defendit *ardores.* 6 Qvi pluviam pariunt, tempeſtuoſos. Sic de arte Poët. *aut* pluvius *deſcribitur arcus.* 7 Sine damno ab omni periculo immune. 8 Occultas arbutorum frondes. 9 Errantes de rectâ viâ. 10 Hirci ſeu fœtentis capri uxores, id eſt, capellæ Fauni tutelâ in agro meo ſecurè paſcuntur. Virg. Georg. 3. *Qvem legêre ducem, & pecori dixêre* maritum: & Ecl. 7. Vir gregis *ipſe caper deerraverat.* Ἀκυρολογία, &

Nec

Nec 11 *virides metuunt* 11 *colubros,*
12 *Nec Martiales* * *hœdilia lupos:*
13 *Utcunqve dulci, Tyndari* 14 *fiſtulâ*
Valles, & Uſticæ 15 *cubantis*
16 *Lævia* 17 *perſonuêre ſaxa.*
18 *Dî me tuentur:* 19 *Dîs pietas mea*

Metaph. ab hominibus conjugatis. 11 Cæruleos ſerpentes. 12 Nec hœdorum ſtabula, id eſt, hœdulæ meæ timent lupos, Martis tutelæ conſecratos ſeu infeſtos: nam vi & inſidiis pecora ſpoliant. *Dolus, an virtus, qvis in hoſte reqvirat?* Virg. 2. Æn. Anaphora. *Greges & hœdulæ meæ illic coactæ Meton. ſubj. 13 Qvandocunqve, ubicunqve ſeu qvocunqve loco: ut Od. 35. l. 1. Utcunqve *mutatâ potentes Veſte domos inimica linqvis*: & Od. 4. l. 4. Utcunqve *defecêre mores, Dedecorant bene nata culpæ.* Ter. Heaut. *Sed noſtrum eſt intelligere,* utcunqve, *atqve ubicunqve opus ſit, obſeqvi.* 14 Cantu Fauni vel Panos, qvi propulſator eſt cujuſcunqve mali à monte Lucretili. Pan enim fiſtulæ inventor. Virg. Ecl. 2. *Pan primus calamos cerâ conjungere plures Inſtituit: Pan curat oves, oviumqve magiſtros.* 15 Montis in Sabinis leviter declivis ac reſupini, inſtar hominis cubantis. Sic *ſupinum Tybur* dixit. Metaph. ab animalibus. 16 Aſſiduo aqvarum curſu attrita & expolita ſeu lævigata. Virg. Georg. 2. *Nec tiliæ* læves, &c. *Tum* læves *calamos*, &c. ibid. 17 In noſtrâ regione ſonitu fuêre completa, ſonitum dedêre. Sic Sat. 6. l. 2. *ſimul domus alta Moloſſis* Perſonuit *canibus.* Virg. 6. Æn. *Cerberus hæc ingens latratu regna triſauci* Perſonat: & ibid. *Sed tùm fortè cavâ dum* perſonat *æqvora conchâ.* 18 *Αἰτιολογία*, cur apud Lucretilem ei ſint omnia tuta, ab innocentiâ, Deorumqve cultu, & Muſarum ſtudio. 19 Diis vitæ meæ integritas & carmen meum placet. Polyptoton.

Et 20 *Muſa* 21 *cordi eſt*: 22 *hinc tibi* 23 *copia*
24 *Manabit* 25 *ad plenum* 26 *benigno*
Ruris 27 *honorum opulenta cornu.*
28 *Hic* 29 *in reductâ valle*, 30 *Canicula*

20 Odæ & carmina inventa & ſuggeſta mihi à Muſà, Meton. effic. ut Virg. Ecl. 1. *Sylveſtrem tenuis Muſam meditaris avenâ.* 21 Voluptati eſt. Sumtum videtur ab eſculentis & potulentis, qvæ ſtomacho ſunt grata. 22 Ex hoc meo rure ſeu agro omnium rerum abundantia tibi proveniet. 23 Opulenta copia honorum ruris, id eſt, frugum ruri naſcentium abundanti. Nam *ruris honores* appellat ea omnia, qvæ ruri naſcuntur. 24 Promanabit, affluet. Metaph. à fontibus, ut *cornu* ab Amaltheæ capræ cornu, qvæ Jovem nutrivit. 25 Abundanter, affatim. Sic Virg. 2. Georg. *Huc ager ille malus, dulceſqve à fontibus undæ.* Ad plenum *calcentur.* 26 Pleno, divite, liberali: ut in carmine ſæculari ad Deos: *apparetqve beata pleno Copia cornu.* Alludit ad Cornu copiæ, qvod Hercules cum Acheloo, in ſpeciem tauri mutato, congreſſus, ei detraxit: qvo ſignificatur omnium rerum ubertas & copia. 27 Metaph. ab homine, ad lætas & copioſas fruges, & ad earundem pulchritudinem: ut Virg. 2. Georg. *Frigidus & ſylvis Aqvilo decuſſit* honorem, id eſt, pulchritudinem. 28 Hic etiam locus hoc calidiſſimo æſtatis tempore gratiſſimam umbram & dulce refrigerum tibi præbebit. 29 In valle ſecretâ, qvæ flexuoſos habet receſſus: in qvibus qvis à ventis, & cœli injuriâ tutus eſſe qveat. Sic Od. 2. Epod. *Aut in* reductâ valle *mugientium Proſpectat errantes greges.* Virg. Æn. 1. *inqve ſinus ſcindit ſeſe unda* reductos: & Æn. 6. *Interea videt Æneas in* valle reductâ *Seclusum nemus*, &c. 30 Caniculæ & Sirii ſtellæ intolerandos ac nimios calores vitabis. *Canicula* (inqvit Cicero de Divin. l. 2.) *in his locis, qvæ nos incolimus, poſt ſolſtitium exoritur, & qvidem aliqvot diebus apud Troglodytas* (*ut ſcribitur*) *ante ſolſtitium.* Ex Caniculâ, dies caniculares

Vitabis

Vitabis æſtus, & 31 fide Teiâ
32 Dices 33 laborantes 34 in uno
35 Penelopen, 36 vitreamqve 37 Circen.
Hic 38 innocentis pocula 39 Lesbii
40 Duces ſub umbrâ: 41 nec 42 Semeleius

nomen ſumunt. 31 Carminibus Lyricis, qvæ ſunt paria & ſimilia verſibus Anacreontis, cujus patria fuit civitas Teia. *Anacreontis*, (ut ſcribit Cic. Tuſc. 4.) *tota poeſis eſt amatoria.* Meton. adj. inſtrumenti. 32 Cantabis Penelopen & Circen, utramqve Ulyſſis amore ardentem. 33 Sollicitas, & labore multo amplexus unius petentes: Metaph. à corpore ad animum utriuſqve mulieris amore Ulyſſis captum. 34 Ulyſſis amore: utraqve enim Ulyſſem ardenter amavit. 35 Qvæ fuit Ulyſſis uxor, ex qvâ Telemachum ſuſcepit. 36 Pulchram & pellucidam inſtar vitri, marinam: aqva enim corpus eſt διαφανὲς, ut vitrum. Metaph. à vitro pellucido. Atqve idcircò aqva, *vitrea* dicitur: & color aqvæ, *vitreus*, qvaſi pellucidus ac cæruleus. Itaqve Nymphæ marinæ apud Virg. Georg 4. vellera carpunt vitreo colore fucata: ſic Virg. *eam circum Mileſia vellera Nymphæ Carpebant, hyali ſaturo fucata colore:* & Horatius Pontum *vitreum* appellat Od. 2. l. 2. vitreo *daturus Nomina ponto.* Undè cæruleus ſeu glaucus color Diis & Deabus marinis, & fluviis tribuitur. 37 Qvæ fuit mulierum veneficarum crudeliſſima, ex qvâ Telegonum parricidam ſuſcepit. 30 Innoxii, lenis, non onerantis caput propter tenuitatem. 39 Vini Lesbii. 40 Uno ſpiritu educes, bibes, exhauries vinum. Meton. continentis pro contento. Sic Od. 12. l. 4. *Sed preſſum Calibus* ducere *Liberum Si geſtis*, id eſt, ſi vehementer cupis vinum Calenum bibere: & Od. 3. l. 3. *illum ego lucidas Inire ſedes*, ducere *nectaris Succos*, id eſt, divinos liqvores bibere patiar. 41 Nec à vino & poculis ad rixas & arma venietur, qvod ſæpè contingit inter homines bibaces & ebrioſos. 42 Bacchus Semeles filius: ſic dictus à *Thyone* ejus matre, qvæ Semele qvo-

Cum 43 *Marte* 44 *confundet* 42 *Thyoneus*
Prælia : nec metues 45 *protervum*
46 *Suſpecta* 47 *Cyprum,* 48 *ne malè* 49 *diſpari*
50 *Incontinentes injiciat manus,*
Et 51 *ſcindat* 52 *hærentem* 53 *coronam*
54 *Crinibus,* 55 *immeritamqve veſtem.*

qve dicta ſuit: *Vel,* ἀπὸ τ͂ θύειν, qvod & *ſacrificare*, & *proruere, atqve impetu ferri* ſignificat, qvòd Bacchus in choris concitatus feratur, & furat. 43 Belli Dei. 44 Commiſcebit, committet bibentes inter ſe. Metaph. à liqvoribus: & ſimul Meton. inventorum pro rebus inventis, *vino & armis*, id eſt, hoc vinum non concitabit homines ad furores armorum & lites, aliamqve intemperantiam. 45 Furioſum. 46 Tu ſuſpecta Cyro, ſuſpicanti alium abs te amari. 47 Horatii rivalem, vel Tyndaridis maritum vel amicum. 48 Ne ſceleratè & immaniter tibi diſpari petulantes manus injiciat, id eſt, ne ſceleratè & immaniter te tractet. 49 Imbecilliori ſeu viribus in amore non reſpondenti, ejus naturæ ac moribus non convenienti. 50 Petulantes, qvæ incontinentem habent herum. *Manum* autem *injicere* Jureconſultorum locutio eſt. Qvare & Horatium de Cyro, Tyndaridem ſuo jure vindicante, interpretabimur. 51 Dilaceret. 52 Adhærentem, impoſitam. 53 Corollam è floribus: ſolebant enim uti coronis in conviviis antiqvi. Lucret. l. 3. *Hoc etiam faciunt, ubi diſcubuere, tenentqve pocula ſæpe homines & inumbrant ora coronis* 54 Capitis tui. 55. Qvæ nihil commeruit, qvamobrem ab amante Cyro irato dilaceretur.

Ode XVIII. Πραγματικὴ.

AD QUINTILIUM VARUM.

Vinum moderatè ſumptum, exhilarat animum, at hauſtum immoderatè furorem concitat.

Mono-

Monocolos.

Nullam, 1 *Vare*, 2 *ſacrâ* 3 *vite* 4 *priùs ſeveris arborem*
Circa 5 *mite ſolum* 6 *Tiburis*, *&* 7 *mœnia* 8 *Catili.*
9 *Siccis omnia nam* 10 *dura Deus propoſuit: neqve*
11 *Mordaces* 12 *aliter* 13 *diffugiunt ſollicitudines.*
14 *Qvis poſt* 15 *vina gravem militiam, aut pauperiem* 16 *crepat?*

1 Qvi vel immodico literarum ſtudio, vel nimiâ Reipublicæ curâ te conficis. 2 Baccho conſecratâ. 3 Qvæ à vitæ ſollicitudine liberare te poterit. 4 Citius vel potiùs plantaveris. 5 Fundum mollem, benè excultum, vel mites uvas proferentem. Meton eſſe. Virg. Georg. *Heu malè tùm* mites *defendet pampinus* uvas. 6 De qvo vide ſupra Od. 7. 7 Circa qvæ agros ac hortos tuos poſſides. 8 Fratris. Tiburis, à qvo conditum eſt Tibur. Poëta igitur ponit fratrem pro fratre. 9 Sobriis, nimis ſeveris, & vino neqvaqvam madidis. Sic Od. 5. l. 4. *dicimus integro* Sicci *manè die* & Ep. 19. l. 1. *Forum, Putealqve Libonis Mandabo* ſiccis: *adimam cantare ſeveris.* Cic. *Utrùm eſſe vobis conſilia* ſiccorum, *an vinolentorum ſomnia videntur?* Metaph. à corpore ad animum. 10 Triſtia ac ingrata. 11 Curæ edaces, membra rodentes, & animum mordentes. 12. Qvàm per vitis eximium munus. 13 Ex animis hominum propulſantur. 14 Qvis benè potus. 15 Modicè & ad hilaritatem ſumta. 16 Aſſiduè loqvitur ſive commemorat, ſemperqve in ore habet, militiam eſſe rem gravem vel execrabilem: ut Ep. 7. l. 1. *Sulcos & vineta* crepat *mera* & Sat. 3. l. 2. *Si qvid Stertinius veri* crepat. Metaph. ab attritu duriorum corporum, undè cum ſtridore ſonitus exiſtit, ad incontinentiam humanæ vocis indicandam.

17 Qvis te non potius, 18 Bacche 19 pater, teqve
20 decens Venus?
At, 21 neqvis 22 modici 23 tranſiliat 24 munera 22
Liberi, (mero
25 Centaurea monet cum Lapithis 26 rixa 27 ſuper
28 Debellata: 29 monet Sithoniis non levis 30 Evius:
31 Cùm ſas atqve neſas exiguo ſine 32 libidinum

17 Qvis non, te potiùs, ô Bacche, crepat, id eſt, tua in mortales præclara munera ſummis laudibus effert? Apoſtrophe. 18 Curarum propulſator, lætitiæqve dator, vini inventor. 19 Mortalium ſervator. 20 Alma, Divûmqve hominumqve voluptas. 21 Ne qvis ſupra modum bibat. 22 Vini moderatè bibiti. 23 Excedat. Metaph. à ſaltatoribus, ad exceſſum potionis exprimendum. 24 Metas ac fines. 25 Centaurea rixa ſuper mero debellata cum Lapithis monet, ne qvis, &c. id eſt, pugna à Centauris cum Pirithoo reliqviſqve Lapithis habita. Cùm enim Pirithous, Ixionis filius, Hippodamiam uxorem duceret, Eurytus Centaurus, qvi fortè in nuptiis cum reliqvis Centauris aderat, vino immoderatè hauſto, in libidinis furorem exarſit, inqve novam nuptam impetum fecit. Undè, perturbatis nuptiis, atrox pugna ac ſtrages exorta, & Centauri magnâ ex parte trucidati ſunt. 26 Pugna ex jurgio orta. 27 Inter vina, immoderatè à Centauris epota. Sic dicimus, *ſuper cœnam*, id eſt, inter cœnandum. 28 Pugnata, geſta ac commiſſa, vel armis dijudicata ac diremta: cùm alioqui *debellare*, ſit bellando vincere. Sumtum à re militari & hoſtibus vi debellatis, ad rixam diremtam. 29 Monet idem nos Bacchus, qvi Thracibus ob turbulenta eorum convivia infeſtus ac pernicioſus fuit. 30 Bacchus: dictus Εὔιος, vel à voce bacchantium εὐοῖ, vel qvod, cùm bello Gygantæo ſtrenuè admodùm ſe geſſiſſet, Jupiter eum laudans, εὖ υἱὲ dixit. 31 Cùm illi in luxuriam proni licitum & illicitum, honeſtum & turpe, diſtinguunt exiguo fine, id eſt, nullâ differentiâ, & promiſcuè pro libidine omnia agunt. 32 Cupidi explendæ libidinis.

Diſcer-

Diſcernunt 32 avidi: non ego te, 33 candide Baſſareu
34 Invitum qvatiam; 35 nec variis obſita frondibus
Sub divum rapiam. 36 Sæva tene cum Berecynthio
Cornu tympana, 37 qvæ ſubſeqvitur cæcus amor ſui,
Et 38 tollens 39 vacuum plus nimio 40 gloria 39 verticem,
41 Arcaniq; fides 42 prodiga, 43 perlucidior vitro. 15

33 O bone, benigne ac ſincere Bacche. Sic Ep. 6. l. 1. *ſi qvid noviſti rectius iſtis*, Candidus *imperti: ſi non, his utere mecum.* Dictus autem *Baſſareus* à veſtis genere, qvâ *Baſſarides*, Bacchi ſacerdotes induebantur. Iteratur ſeparatim Apoſtrophe ad Bacchum: ubi in *te* eſt Meton. ſubj. pro adjunctis myſteriis & ſacris Bacchi. 34 Ego te non reluctantem nimis commovebo, ad iracundiam te non provocabo, id eſt, non bibam usqve ad ebrietatem, ultra modum. 35 Nec divulgabo, & in apertum proferam arcana tua multis vitis frondibus ſeu pampinis operta, id eſt, non proferam in lucem res ſecretas meæ fidei commiſſas. 36 Comprime terribilia tympana & cornua tua, id eſt, defende me ab ebrietate, qvemadmodùm ſacerdotes tuæ ad furorem accenduntur, tympano tuo audito & cornu Berecynthio, id eſt, Phrygio. Meton. effe. qvod ad inſaniam crudelem animos inflamment, ut ebrietas facit. 37 Qvæ tympana, id eſt, qvam ebrietatem *φιλαυτία*, omnia magnifica de ſe promittens, ſubſeqvitur: nam *φιλαυτία*, arrógantia & lingvæ continentia ſunt tres comites ebrietatis. 38 Extollens, erigens. 39 Caput ſine cerebro, id eſt, ſinè ſapientiâ. 40 Glorioſa jactantia & arrogantia. 41 Sub ſilentii fide ſibi commiſſi. 42 Fides nimis liberaliter ſecreta cum aliis communicans, effuſa in ſecretis prodendis. Sic ſuprà Od. 12. *animaqve prodigum Paulum.* 43 Qvovis vitro apertior, id eſt, conſilia nudans veluti vitrum, qvod nihil occultat. Ad hunc locum pertinet illud Sat. 4. l. 1. *Condita cùm verax aperit præcordia liber.*

Ode XIX. Ἐρωτική.

DE GLYCERA.

Se Glyceræ amore ita uri dicit, ut non bella, ſed amores tantùm ſcribere poſſit.

Dicolos Diſtrophos.

1 Mater ſæva Cupidinum,
2 Thebanæq́ jubet me Semeles 3 puer,
Et 4 laſciva licentia
5 Finitis animum reddere amoribus.
6 Urit me Glyceræ 5 nitor,
7 Splendentis Pario marmore 8 purius:
9 Urit grata protervitas,
Et vultus nimiùm 10 lubricus aſpici.

1 Crudelis amorum mater Venus, qvæ miris & miſeris modis in amore me excruciat. Synecd. gen. 2 Cadmi, Thebani regis, filiæ. 3 Filius Bacchus. Synecd. gen. 4 Otium, qvod in laſciviam ſemper reſolvitur. 5 Referre animum ad amores, qvibus finem conſtitueram, & denuò iisdem incitari. 6 Amoris igne inflammat me eximia illa pulchritudo amicæ Glyceræ. Metaph. ab igne: & Anaphora. 7 Qvæ ſplendet clariùs candidiſſimo marmore, qvod in Paro, Cycladum inſulâ, naſcitur & effoditur. Metaph. à Sole. 8 Metaph. à limpidis liqvoribus. 9 Incendit me illius petulantia vel ira ficta, qvæ in puellâ gratior eſt amatoribus, qvàm obſeqvela, pudor aut taciturnitas. Sic Od. 5. l. 2. *Jam protervâ Fronte petet Lalage maritum.* 10 Lubricus ad aſpiciendum, vel aſpectu lubricans, id eſt, in ſui amorem & libidinem præcipites impellens & detinens. Translatio ducta eſt à viâ lubricâ. Qvemadmodum enim in viâ lubricâ difficile eſt ſine caſu vel prolapſione inſiſtere, ita certè difficile eſt Glyceræ ſplendorem aſpicere, & complexum ejus non expetere. Præterea eſt hic Meton. eſſe.

In

In me 11 *tota ruens Venus*
12 *Cyprum deſeruit : nec patitur* 13 *Scythas,*
Et verſis animoſum eqvis
14 *Parthum dicere,* 15 *nec qvæ nihil attinent.*
16 *Hic vivum mihi ceſpitem, hic*
17 *Verbenas, pueri, ponite thuraqve*
18 *Bimi cum paterâ meri:*
19 *Mactata* 20 *veniet lenior hoſtiâ.*

11 Univerſa, qvanta qvanta eſt, totas vires, effundens, meqve totum occupans, animumqve meum inhabitans. 12 Patriam ſuam, ubi religioſiſſimè colitur. 13 Scytharum & Parthorum bella carmine deſcribere. 14. Parthos invictos eqvis converſis tela in inſeqventes hoſtes retorqventes in fugâ. Parthi enim fugientes ex eqvis pugnant. Virg. Georg. 3. *Fidentemqve fugâ Parthum, verſisqve ſagittis.* Synecd. ſpc. 15 Nec Venus me patitur ea ſcribere, qvæ ad amorem nihil ſpectant, id eſt, bella dicere. 16 O pueri, id eſt, ô ſervi, parate, exſtruite mihi hîc ceſpitem viridem (cujus herba adhuc viridis eſt) id eſt, aram, ut ſuper eam Veneri ſacrificem, ad eam placandam, ut faciliùs ejus puellæ, cujus amore uror, complexu potiar. *Vivus ceſpes* enim interdùm aræ locum obtinebat, maximè in rebus ſubitis, & longiorem moram non ferentibus: ut Od. 8. l. 3. *poſitusqve carbo in Ceſpite vivo.* Anaphora eſt & Apoſtrophe ſimul ad miniſtros, qvi ſacrificium parent. Et in *vivum* eſt Metaph. ab animantibus. 17 Herbas ſacras hîc mihi adferte, ex qvibus hæc ara coronabitur. *Verbena* enim (qvaſi *herbena*) ſunt omnes herbæ frondesqve ſacræ ex aliqvo loco puro decerptæ ad aras coronandas, ut laurus, oliva, myrtus, Ter. in Andr. *extrà hinc ſume* verbenas *tibi; Atqve eas ſubſterne:* & Od. 2. l. 4. *ara caſtis vincta* verbenis. 18 Cum cratere vini duorum annorum expedite mihi. 19 Poſtqvam factum fuerit ſacrificium, Glycera multò mitior & manſvetior, non proterva, ad me veniet, mecumqve vivet. 20 Glycera.

Ode XX. Πραγματική.

AD MÆCENATEM.

Invitat Mœcenatem ad convivium, minimè ſumptuoſum.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 Vile 2 potabis 3 modicis 4 Sabinum
Cantharis, 5 Græcâ qvod ego ipſe teſtâ
6 Conditum levi: datus in theatro
7 Cum tibi plauſus,
Care Mæcenas, 8 eqves: 9 ut 10 paterni
Fluminis ripæ, ſimul & 11 jocoſa

1 Vulgare, non magni pretii. 2 Apud me. 3 E poculis ſive crateribus parvis, non admodùm capacibus. 4 Vinum in montibus Sabinis natum. 5 In amphorâ fictili, qvæ facta eſt in Græciâ. Nam antiqvitùs condebant vinum in teſtis ſive amphoris fictilibus: qvarum optimæ erant, qvæ fingebantur in Græciâ: propterea *Græcam teſtam* dixit. 6 Reconditum & obſignatum cerâ vel pice illevi & obturavi: à verbo *lino*, hinc *relino*. Ter. in Heaut. Relevi *dolia omnia, omnes ſerias*. Diligentem ergo aſſervationem vini, qvod daturus eſt, indicat: ſiqvidem ipſe teſtam ſuâ manu obleverat. 7 Qvo tempore populus in theatro & publicis ſpectaculis magnâ acclamatione tibi applaudebat, receptâ valetudine. 8 In eqveſtri dignitate permanens. 9 Sic, ut ripæ Tiberis & mons Vaticanus ſimul reſonarent ad acclamationem & plauſum populi tibi datum: qvemadmodum in Theatro excipi ſolebant viri benè de Republicâ meriti, mali contrà ſibilis explodebantur. 10 Etruſci fluminis, id eſt, Tiberis è Thuſciâ, patriâ tuâ, exorti ac fluentis, tibiqve conterranei. Mæcenas enim Etruſcus erat origine, & à regibus Etruſcis prognatus: qvod Propertius docet l. 3. *Mæcenas eqves Etruſco de ſangvine regum.* Synecd. gen. 11 Reſultans imago, id eſt, Echo, qvæ ultimæ ſeu extremæ vocis deſinentis repercuſſione jocari videtur. Sic ſuprà Od. 12. *cujus recinet* jocoſa *Nomen* imago?

12 *Redde-*

12 Redderet 13 laudes tibi 14 Vaticani
Montis imago.
15 Cæcubum, & 16 prælo domitam Caleno
Tu bibes 17 uvam: 18 mea nec 19 Falernæ
20 Temperant vites, neqve 21 Formiani
Pocula colles.

12 Repeteret 13 populi. 14 Vaticanus mons eſt in theatro Pompeji vicinus, prope Tiberim. 15 Vinum Campaniæ regionis. 16 In Caleno, Campaniæ urbe, inſtrumento, qvo uvæ exprimuntur, preſſam & ſubactam, id eſt, tu bibes etiam vinum Calenum. Od. 31. L. 1. *Premant* Calenâ falce, *qvibus dedit Fortuna vitem*, 17 Vinum ex uvâ expreſſum. Meton. mat. 18 Ego nec Falernum habeo tibi vinum, nec Formianum, qvæ illis temporibus vina fuêre generoſiſſima. 19 Vino in Falerno collecto. Meton. ſubj. ſicut eſt in *colles Formiani*: *Falernus* regio eſt Campaniæ, ubi multi ſunt colles vitiferi. 20 Generoſo ſuo vino miſcent, ſubminiſtrant, id eſt, pocula mea non ſunt temperata ſeu mixta vino Falerno, nec Formiano. Metaph. à Pharmacopœis, qvi medicamenta & unguenta diſpenſant. 21 *Formiæ* urbs eſt Latina juxta Cajetam.

Ode XXI. Ἐυχαριστικὴ.

In DIANAM & APOLLINEM.

Hortatur virgines & pueros, ad canendas eorum laudes.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 DIanam teneræ 2 dicite virgines;

1 Latonæ filiam ex Jove (qvæ in cælo *Luna*, in terris *Diana*, apud inferos *Hecate* nominatur) urbis & imperii Romani protectricem. In *Dianam* & *Cynthium* eſt Meton. ſubj. pro adjunctis illorum laudibus vel carminibus. 2 Carmine

3 Inton-

3 *Intonſum, pueri, dicite* 4 *Cynthium,*
 5 *Latonamqve* 6 *ſupremo*
 Dilectam 7 *penitùs Jovi.*
8 *Vos* 9 *lætam fluviis, & nemorum* 10 *comâ,*
11 *Qvæcunq;* 12 *aut gelido* 13 *prominet* 14 *Algido,*
 15 *Nigris aut* 16 *Erymanthi*
 Sylvis, aut 17 *viridis* 18 *Cragi:*
19 *Vos tempe totidem tollite laudibus.*

celebratæ, cantate ô puræ virgines. Epiſtrophe. 3 Crinitum, qvi comam non tondet, ἀκειρεκόμην ſive ἀκερσεκόμην; Capillis prolixis Sol pingitur, qvia radios extendit uſqve in longiſſima. Sic Od. 15. Intonſoſqve *agitaret Apollinis aura capillos.* Tibul. l. 3. *ſic tibi ſint* intonſi, *Phœbe, capilli.* 4 Apollinem in Cyntho, Deli monte, natum. 5 Cæi gigantis filiam, Dianæ & Apollinis matrem. 6 Deorum maximo. 7 Intimè, valdè. 8 Vos, ô virgines, cantate & dignis laudibus celebrate Dianam, qvæ gaudet fluviis, nemorum frondibus, id eſt, venatione. 9 Dianam venatricem. 10 Arborum frondibus: ut Od. 3. l. 4. *Et ſpiſſæ* nemorum comæ, &c. & Od. 7. *Diffugêre nives: redeunt jam gramina campis Arboribuſqve* comæ. Metaph. ab animantibus ad plantas. 11 Nemorum coma. 12 Anaphora. 13 Dependet. 14 In Algido, qvi mons eſt in agro Tuſculano, diſtans ab urbe Româ qvindecim millia paſſuum. Rectè eum ab *algendo* dictum volunt Grammatici. 15 Denſis, umbroſis. Denſitas enim ſylvæ nigredinem efficit, ut & aqvæ profunditas. Sic Od, 12. l. 4. *cui pecus & nigri colles Arcadiæ placent.* 16 Arcadiæ montis, ob aptum in eo ab Hercule interfectum imprimis nobilis. 17 Multis arborum foliis virentis. 18 Montis in Lycia, agreſtium Deorum antris celebris. 19 Vos mares, id eſt, pueri, paribus encomiis celebrate & efferte Tempe, loca amœniſſima in Theſſaliâ, lauris, aliiſqve perpetuò virentibus arboribus opaca, & Phœbo grata. Anaphora.

20 *Nata*

20 *Natalemqve, mares Delon Apollinis,*
21 *Inſignemqve pharetrâ,*
Fraternâqve humernm lyrâ,
22 *Hic bellũ* 23 *lacrymoſum, hic* 24 *miſerã famem,*
Peſtemqvè à 25 *populo, &* 26 *principe Cæſare, in*
27 *Perſas atqve Britannos*
28 *Veſtrâ motus aget prece.*

20 Et Delon, maris Ægæi inſulam, Apollinis patriam & natalem terram, ſive in qvâ nati ſunt Apollo & Diana. 21 Laudate etiam ejus humerum decoratum pharetrâ, & lyrâ, qvam à fratre Mercurio, ejus inventore, dono accepit. Mercurius enim Fratri Apolini pro bobus, ab eo furtim ablatis, lyram repoſuit, ac viciſſim Apollo Mercurio virgam dedit, ad vaticinandum magnam vim habentem. 22 Apollo. 23 Triſte, deplorandum, πόλεμον δακρυόεντα, vel πολύδακρυν, movens lachrymas. Meton. eſſe. 24 Annonæ caritatem & paupertatem, qvâ nihil miſerius. 25 Romani. 26 Auguſto. 27 Populi Romani hoſtes. Alleg. è Synecd. gen. 28 Veſtris precibus inductus abiget, removebit, depellet.

Ode XXII. Προσφωνητική.

AD ARISTIUM

Vitæ integritas & innocentia ubiqve tuta eſt, idqve ſuo exemplo probat.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *INteger vitæ,* 2 *ſceleriſqve purus*

1 Innocens, & cui totius vitæ ratio optimè conſtat. Vitæ integritas perfectum aliqvid abſolutumqve ſignificat. Simile illud Virgilii Æn. 2. *Vos, á qvibus* integer ævi *Sanguis, ait*; & l. 9. *atqve* integer ævi Aſcanius. 2 Qvi caſtas & puras à ſanguine manus habet, qviqve ab ſceleribus immunis atqve

Non eget 3 *Mauri* 4 *jaculis, neqve arcu,*
Nec 5 *venenatis* 6 *gravidâ ſagittis,*
Fuſce, pharetrâ:
7 *Sive per* 8 *Syrtes iter* 9 *æſtuoſas,*
Sive facturus per 10 *inhoſpitalem*
11 *Caucaſum,* 12 *vel qvæ loca* 13 *fabuloſus*
14 *Lambit* 15 *Hydaſpes,*
16 *Namqve me ſylvâ lupus in Sabinâ.*
17 *Dùm meam canto Lalagen, &* 18 *ultra*

impollutus eſt. 3 Meliùs legitur *Mauris*, id eſt, Mauritanis, cujusmodi utuntur Mauri, qvi optimi erant jaculatores. Sic Od. 6. l. 2. *ubi* Maura *ſemper Æſtuat unda*: & Od. 16. l. 3. *Nec* Mauris *animum mitior angvibus.* Synecd. gen. pro optimis qvibusqve armis. 4 Qvæ in hoſtem intorqveat. 5 Veneno imbutis. 6 Plenâ, onuſtâ. Metaph. à geſtantibus uterum. Hinc *gravida convitiis lingua*, Propertius ait. 7 Sive iter facturus ſit, &c. Anaphora. 8 Africæ loca ſive ſolitudines mediterraneas, feris & venenatis animalibus formidabiles. Has Salluſtius ſcribit nominatas *ἀπὸ τοῦ σύρεσθαι*, id eſt, *abs tractu*, qvòd fluctus vi ventorum trahant limum, arenam & ingentia ſaxa, qvò cum abrepta navis incidit, perit, aut vix & raró ſervatur. Synecd. gen. pro maximis qvibuſqve periculis maris & terræ, ut in *Caucaſum* qvoqve. 9 Solis ardore & arenæ volubilitate fervidas. Sic Od. 31. l. 1. Calabriam æſtuoſam dicit. 10 Inhabitabilem, à nullo habitatum, *ἄξενον, ἀπάνθρωπον.* 11 Scythiæ montem altiſſimum, perpetuis nivibus horribilem, & Promethei pœnâ nobilem. 12 Vel per ea loca, qvæ, &c. 13 Poëtarum figmentis admirandus, de qvo multa fabuloſa ab hiſtoricis ſcribuntur. 14 Præterlabitur & placidè tangit, alluit. Metaph. à canibus. 15 Indiæ fluvius aurifer. 16 Hanc rem ita ſeſe habere, nuper meo exemplo didici & expertus ſum. Namqve lupus fugit me inermem, &c. 17 Dùm Lalages, amicæ meæ, laudes celebro. 18 Et dùm ultrà agri mei fines,

Termi-

Terminum curis vagor expeditus,
Fugit 19 *inermem.*
20 *Qvale portentum neqve* 21 *militaris*
22 *Daunia in latis alit* 23 *eſculetis:*
Nec 24 *Jubæ tellus generat, leonum*
25 *Arida nutrix.*
26 *Pone me,* 27 *pigris ubi nulla campis*
Arbor 28 *æſtivâ recreatur aurâ:*
29 *Qvod latus mundi, nebulæ, malusqve*

Vel, ultrà inſtitutæ meæ deambulationis limitem hinc indè diſcurro & exſpatior, ab omnibus moleſtis cogitationibus liber. 19 Nullo telo accinctum, non armatum: vitæ igitur integritati hoc eſt aſſignandum. 20 *Qvalem* portentoſum ac terribilem lupum. 21 Ad militiam apta: ut ſuprà Od. 8. *cur neqve* militaris *inter æqvales eqvitet*: vel *militaris*, id eſt, viris fortibus & bello aptis gignendis nobilis. 22 Apulia Dauni regis Diomedis ſoceri, colonia. Meton ſubj. pro Appulis Dauniæ incolis. 23 Sylvis, qvæ eſculis arboribus glandiferis ſunt conſitæ. 24 Jubæ regis patria, id eſt, Mauritania ſive Numidia, in qvâ Juba regnavit, terrarum ultima ad occaſum ac fretum Gaditanum. Plin. l. 5. c. 1. Synecd. gen. 25 Summâ aqvarum penuriâ laborans. 26 Conſtitue. Permiſſio, qvæ bis iteratur per Anaphoram. 27 Frigore torpentibus, aſſiduo aſtrictis frigore, inſtar hominum, qvi ipſi qvoqve nimio frigore ignavi ſegnesqve efficiuntur, (Hinc *iners* & *ignavum frigus* Poëtæ appellant) i. e. in frigidis locis Arctico vel Antarctico ſubjectis, ubi aqvæ glacie pigreſcunt. Synecd. gen. id eſt, deſcriptio Zonæ frigidæ, qvam ſic Ovid. 2. Met. deſcribit: *Triſte ſolum, ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus, Frigus iners illic habitant, pallorqve tremorqve.* 28 Calidâ Solis temperie fovetur, tepido temperatur vento. 29 Qvam mundi partem.

30 Jupiter 31 urget:
32 Pone ſub curru nimium 33 propinqvi
Solis, in terrâ 34 domibus negatâ:
35 Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loqventem.

30 Gravis & inſalubris aër. Sic ſuprà Od. 1. *manet ſub Jove frigido Venator.* Meton. ſubj pro adj. id eſt, poſſeſſoris pro re poſſeſsâ, cœlo & aëre. 31 Perpetuò premit & occupat, id eſt, in locis, ubi ſemper hyems eſt. 32 Pone etiam me ſub Zonâ torridâ, in Africâ. Synecd. gen. 33 Ad capitis verticem admoti: ubi ſol directos dejicit radios, obliqvos alibi. 34 Propter intolerabilem æſtum & calorem hominum habitationibus negatâ & inhabitabili. Credebant antiqvi Zonam torridam fuiſſe inhabitabilem; at jam notum eſt multis, eò navigantibus, eam vitæ humanæ protrahendæ ſatis eſſe idoneam. 35 Dulciter. Sic Catul. ad Lesbiam: *identidem te ſpectat, & audit* Dulce *ridentem, miſero qvod omnes Eripit ſenſus mihi.* Epanalepſis.

Ode XXIII. Λεσχηνική.

AD CHLOEN.

Non eſt, cur Chloë viri contactum fugiat, cùm ſit jam viripotens & ætate maturâ.

Tricolos Tetraſtrophos.

VItas 1 hinnuleo me ſimilis Chloe,
Qværenti 2 pavidam montibus 3 aviis
4 Matrem, 5 non ſine vano
Aurarum & 6 ſylüæ metu.

1 Pullo cervino, hinnuli fœtui, qvo nihil timidius. Synecd. ſpe. pro gen. 2 Meticuloſam. 3 In montibus ſive viis, qvà feræ diſcurrere ſolent. 4 Cervam. 5 Non ſine inani formidine levis venti ſtrepentis & arborum. 6 Eſt dictio triſylla-

Nam

Nam, 7 ſeu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis, ſeu virides 8 rubum
9 Dimovêre lacertæ,
10 Et corde, & 11 genibus tremit.
12 Atqvi non ego te, 13 tigris ut 14 aſpera,
15 Getulus-ve leo, frangere perſeqvor;
16 Tandem deſine 17 matrem
18 Tempeſtiva 17 ſeqvi viro.

ba per Diæreſin: ut Od. 13. Epod. *Nunc mare nunc ſylüæ Threicio Aqvilone ſonant.* 7 Sive veris adventus inhorruit, & paulò horridior incubuit, id eſt, tremuit mobilibus arborum foliis: vel ſic, ſive folia mobilia inhorruerunt veris adventu, id eſt, Zephyro, veris comite. Meton. eſſe. 8 Sentem. 9 Repentes è loco ſuo. 10 Et animo & corpore inhorreſcit. 11 Pavor enim incipiens genuum qvoqve tremore arguitur: Virg. 2. Æn. *Nunc omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis Suſpenſum*, &c. Qvaſi dicat, Veluti hinnuleus leviſſimis & nullis de cauſis tremit: ita tu qvemvis etiam leviſſimum meum tactum exhorreſcis ut, *tarda trementi Genua labant.* Virg. 5. Æn. 12 Atqvi, ô Chloë, ego non inſector te, ut dilacerem ac devorem, tanqvam hinnuleum, ſed ut tecum amicè & familiariter vivam. 13 Tigris truculentum eſt animal & velociſſimum. 14 Violenta. 15 Leo ex Getuliâ, parte Africæ, id eſt, Africus leo. 16 Vano timore depoſito. 17 Matrem tuam ſemper comitari. 18 Viro apta & matura, annos nata decem & ſeptem. Virg. Æn. 7. *Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.*

Ode XXIV. Θρηνητική.

AD VIRGILIUM.

Qvi mortem Qvintilii deflebat immoderatè.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 QUis deſiderio ſit pudor, aut modus

1 Qvid eſt, cur qvenqvam pudeat deſiderio tàm cari hominis affici? aut qvid eſt, cur qviſqvam ejus deſiderii finem fa-

Tam chari 2 *capitis?* 3 *præcipe* 4 *lugubres*
Cantus, Melpomene: cui 5 *liqvidam* 6 *pater*
Vocem cum 7 *citharâ dedit.*
8 *Ergo Qvintilium* 9 *perpetuus ſopor*
Vrget? 10 *cui Pudor, &* 11 *Juſtitiæ ſoror*
12 *Incorrupta Fides,* 13 *nudaqve Veritas,*
14 *Qvando* 15 *ullum invenient* 16 *parem?*
17 *Multis* 18 *ille bonis* 19 *flebilis occidit:*

cere debeat? Φίλης κεφαλῆς, tam chari hominis & amici, ſc. Qvintilii. Synecd. mem. 3 Præmonſtra, doce, præſcribe nobis. Apoſtrophe ad Muſam. Sic de Arte Poët.: *Qvicqvid præcipies, eſto brevis*: unde *præcepta*, id eſt, documenta: ut Ep. 1. l. 2. *Mox etiam pectus præceptis format amicis.* 4 Mœſtas & funebres lamentationes, qvibus deplorandam Qvintilii mortem ſatis deplorare poſſimus. 5 Canoram, claram, ſvavem, non raucam. 6 Pater tuus Jupiter: cujus filiæ dicuntur Muſæ ex Mnemoſyne. Synecd. gen. 7 Qvâ lugubres & Tragicas materias decantas. 8 Vox indignantis aut dolentis eſt. Ergone Qvintilius occidit ac mortuus eſt, & nunqvam amplius nobis conſpicietur? Hi autem ſunt cantus lugubres, qvos fingit ſibi Horatius à Muſâ eſſe præceptos ac præmonſtratos. 9 Perpetua mors opprimit, conſtrictum tenet? Metaph. propter ſimilitudinem utriuſqve: nihil enim eſt cognatius morti alto ſomno. 10 Qvintilio. 11. Æqvitatis germana. Eſt enim fides juſtitiæ fundamentum (ut Cicero ait 1. Offic.) id eſt, dictorum conventorumqve conſtantia ac veritas. Metaph. qvâ datur ſenſus & motus rebus inanimatis, id eſt, nemo invenietur, in cujus animo tam penitùs inſideat chorus virtutum. 12 Sincera, qvæ neqve prece, neqve precio corrumpitur ac violatur, ἄφθαρτος, ἀδωροδόκητος. 13 Infucata ſeu ſine fuco, aperta ac ſimplex. 14 Q. d. rarò aut nunqvam. 15 Aliorum hominum: 16 Similem. 17 Multis egregiis viris in hac Republicâ Romanâ. 18 Egregius ille vir. 19 Lamentabilis, deflendus ſeu de-

20 *Nulli*

20 *Nulli* 21 *flebilior, qvàm* 22 *tibi,* 23 *Virgili.*
24 *Tu fruſtra pius (* heu!) non ita* 25 *creditum*
Poſcis Qvintilium Deos.
26 *Qvòd ſi Threïcio* 27 *blandiùs* 28 *Orpheo*
29 *Auditam moderere arboribus fidem,*

plorandus mortuus eſt: Polyptoton. 20 Civium Romanorum. 21 Lamentabilior. 22 Intimo & ſummo ejus amico. Auget qvidem his verbis Virgilii luctum, ſed paulatim labitur ad conſolationem. Cùm enim omnibus moriendum ſit, neqve qviſqvam ab inferis revocetur, ſapientem decet dolori modum imponere. 23 Qvi ejus miſerabili caſu non immeritò in luctu te maceres. 24 Tu, qvamvis in Deos pius es, neqvicqvam poſcis Deos, ut Qvintilium, ab inferis excitatum, tibi reſtituant. Monet ergo cum Diis non eſſe pugnandum, ne, pro pietate in amicum, ſit impius in Deos; qvorum nutu cecidit Qvintilius, non revicturus unqvam pro arbitratu hominis. * Exclamatio dolentis vanas Virgilii lachrymas. 25 Non ita tibi commiſſum ſive conceſſum à Diis, ut nunqvam moreretur, ut ſemper illius præſentiâ frueretis. Rectè enim Lucret. l. 3. *Vitaqve mancipio nulli datur, omnibus uſu.* Precariam qvippe vitam agimus, dantis arbitrio poſituri. Metaph. à fœneratoribus, qvi certis pactionibus lucri credunt aliis pecuniam in certum temporis ſpatium. Sic Od. 3, l. 1. creditum *debes Virgilium.* 26 Etiamſi blandiùs Orpheo citharâ canas, &c. Al. *Qvi ſi Threïcio,* &c. propter τὸ *Tu fruſtra pius,* &c. 27 Svaviùs & delectabiliùs. 28 Apollinis & Calliopes Muſæ filio, lyræ principe, qvi ſuæ citharæ dulcedine fretus, Eurydicen uxorem ab inferis in lucem revocare fruſtrà conatus fuit. 29 Citharæ chordam pulſes ab arboribus auditam, id eſt, qvam arbores audiebant & ſeqvebantur. Suprà Od. 12. *Blandum & auritas fidibus canoris Ducere qvercus.*

30 Non 31 vanæ redeat 32 ſanguis 33 imagini,
34 Quam 35 virga ſemel horrida
36 Non lenis 37 precibus fata recludere,
38 Nigro compulerit Mercurius gregi.
39 Durum. Sed 40 levius ſit 41 patientiâ,
42 Qvicqvid 43 corrigere eſt nefas.

30 Non tamen vita animaq; defuncto amico reſtituatur. 31 Inani umbræ, τῷ εἰδώλῳ ſive animæ incorporeæ Qvintili noſtri. Virg. Æn. 4. *Et nunc magna mei ſub terras ibit* imago: & Æn. 6. *Et ni docta comes tenues ſine corpore vitas Admoneat volitare cavâ ſub* imagine *forma.* 32 Anima. Meton. ſubj. Phyſici enim faciunt ſanguinem animæ ſedem. Unde Virg. *Purpuream vomit ille animam.* 33 Cadaveri, qvod eſt vacuum & inane ſimulacrum. Metaph. à pictoribus. 34 Umbram & imaginem. 35 Caduceo: de qvo vide ſuprà Od. 10. 36 Inexorabilis, qvi non eſt eâ lenitate, ut fatalem mortem rurſùs aperire velit, eaqve, qvæ fato ſeu divina voluntate ſemel ſtatuta, & jam concluſa ſint, revocare ac diſſolvere. Helleniſmus. 37 Hominum. 38 Compulerit & congregaverit in nigram animarum & umbrarum multitudinem, *vel* coëgerit ſeſe jungere nigræ animarum multitudini. 39 Intolerabile eſt tantum amicum amiſiſſe, ejuſqve mortem ferre. 40 Tolerabilius 41 Patiendo, tolerantiâ, qvâ omnem calamitatem ſuperamus. Rectè igitur Virg. Æn. 5. *ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.* Et P. Syrus: *Feras, non culpes, qvod vitari non poteſt.* 42 Qvicqvid mutare non eſt poſſibile, ἀδύνατον, non licet. 43 Metaph. à corporibus pravis & tortuoſis, ad rectam animi emendationem & laudabilem, vel ad priſtinum ipſius ſtatum reſtituendum.

Ode XXV. Μεμπτική.

AD LYDIAM.

Inſultat ei, qvod jam vetula, merito ab amatoribus ſpernatur.]

Dico-

Dicolos Tetraſtrophos.

1 P*Arciùs* 2 *junctas* 3 *qvatiunt* 4 *feneſtras*
5 *Ictibus crebris juvenes* 6 *protervi:*
Nec tibi 7 *ſomnos adimunt:* 8 *amatqve*
Janua limen,
9 *Qvæ priùs multùm* 10 *facilis* 11 *movebat*
Cardines: audis minùs, & 13 *minùs jam,*
14 *Me tuo* 15 *longas* 16 *pereunte noctes,*
Lydia, 17 *dormis?*

1 Rariùs qvàm anteà, non tantoperè. 2 Conjunctas, qvaſi clauſas. 3 Pulſant. 4 Tuas. 5 Lapidum jactu, vel calcis ictu. 6 Libidinis impatientiâ petulantes. 7 Nocturnis clamoribus & cantu. 8 Januâ tua nunc perpetuò clauſa & obſerata eſt, nec à limine recedit. Metaph. ab animantibus, qvæ conjunguntur amore, ad inanimata, qvæ ſe mutuò contingant & amplectantur. 9 Qvæ qvidem janua antè annos aliqvot crebrò ac multũ facilè ſeu minore ſtrepitu aperiebatur, & mox amatores admittebat & dimittebat. 10 Qvia crebrò aperiebatur. Janua enim qvò ſæpiùs, eò faciliùs ac minore ſtrepitu aperitur, cardine non ita retinente, ſed facili ac obſeqvioſo. Al. *multum facilis*, id eſt, aperiri valdè facilis. 11 Metaph. qvâ ſenſus & motus tribuitur rei inanimatæ. 12 Jam verò tu ſine ullâ amatoris interpellatione ſecurè in utramqve aurem dormis, ac minùs & minùs jam qvotidiè hæc amatorum tuorum, qvos in ætatis flore excluſeras, ante fores tuas pernoctantium verba audis, dicentium: ô Lydia. &c. 13 Epizeuxis. 14 Me amatore tuo. Hæc erant amatoris excluſi verba. 15 Integras. E.1.l.1. *Vt nox longa, qvibus mentitur amica, dieſqve Longa videtur opus debentibus.* 16 Ante fores tuas frigore, & moræ ac amoris tui impatientiâ moriente. 17 Proſopopœia imperfecta, qvâ inducitur juvenis ſic dè Lydiæ immanitate conqverens.

18 Invicem 19 mœchos 20 anus 21 arrogantes:
Flebis, 22 in ſolo 23 levis 24 angiportu,
25 Thracio bacchante 26 magis 27 ſub inter-
lunia 25 vento:
Cùm tibi 28 flagrans amor, & libido,

18 Tu levis anus viciſſim flebis arrogentes mœchos, in ſolo angiportu, id eſt, qvos tu florente ætate ſuperba & arrogans amatores contempſiſti, iidem te vetulam pari arrogantiâ ac faſtu contemnent, nec flens reperies, qvi amare te velint. 19 Amatores tuos. Catachreſis Synecdochica, cum intelligendi ſint juvenes conjugio ſoluti & ſimpliciter ſcortantes. 20 Jam vetula. 21 Superbos, teqve contemnentes. 22 Cùm fueris ſola in angiportu derelicta ab amatoribus: vel, *ſolo*, id eſt, deſerto & infreqventi, ab amatoribus *relicto*. Virg. Georg. 4. *Te dulcis conjux, te* ſolo in littore ſecum, *Te veniente die, te decedente canebat.* Cat. ſolâ *ſub rupe.* Ter. in Andr. *Venit meditatus aliundè ex* ſolo *loco.* 23 Contempta, vilis, ac nullius pretii, utpote qvæ de noctu in angiportu amatores qværat. 24 Vico anguſto, in qvo proſtabant vulgata ſcorta. *Angiportus* vel *angipòrtum* (utrumqve enim dicitur) *eſt iter compendiarium*, ut ait Feſtus, *in oppido, eò qvòd ſit anguſtus portus, id eſt, aditus ad portum*: ab *angendo* ergò dictus, qvòd propter anguſtiam nihil per eos agi poſſit in portus. 25 Aqvilone ſeu Boreâ è Thraciâ furenter flante, tempeſtates excitante. Ducta Metaph. à ſacerdotibus Bacchi bacchantibus: & Syn.gen. 26 Qvàm aliis temporibus. 27 Paulò antè, circiter interlunii tempus, qvando Sol cum Lunâ conjungitur, qvo tempore maximæ ſunt noctis tenebræ, id eſt, intempeſtâ nocte. Plinius vocat illud tempus *Lunæ ſilentium.* Nota, verſum non eſſe nomine integro clauſum: ut Od. 16. l. 2. *non gemmis, neqve purpurâ* ve-*Nale, nec auro.* 28 Furioſus.

Qve

Quæ ſolet 29 *matres* 30 *furiare eqvorum,*
31 *Sæviet circà* 32 *jecur* 33 *ulceroſum,*
34 *Non ſinè qveſtu :*
Læta qvòd 35 *pubes ederâ* 36 *virenti*
Gaudeat, 37 *pullâ* 38 *magis atqve myrto :*
39 *Aridas frondes* , 40 *hyemis ſodali,*
Dedicet 41 *Hebro.*

29 Eqvas ad lididinis furorem & inſaniam adigere : hinc mulieres libidinoſæ dicuntnr Græcis *ἱππομανεῖς*, id eſt, *eqvæ furentes.* Virg. Georg. 3. *ſcilicet ante omnes furor eſt inſignis eqvarum : Illas duci: amor trans Gargara, transqve ſonantem Aſcanium: ſuperant montes, & flumina tranant.* 30 Virg. Æn. 2. *Non tulit hanc ſpeciem* furiatâ *mente Chorœbus.* 31 Nullum, qvi ejus furorem coërcere vel ſatiare velit, inveniet. 32 Jecur ſedes eſt libidinis. 33 Ulceribus madens propter ardorem libidinis , amore ſaucium. 34 Non ſine qverimoniâ : eò qvòd juvenes vetulis anteponunt puellas. 35 Juventa urbis Romæ. Meton. adj. ſigni, pro juvenibus. 36 Viridiore ætate, id eſt, puellis junioribus delectetur. Alleg. eſt è continuis Metaph. à plantis, partim virentibus & florentibus, ad puellas florenti ætate ſignificandas; partim à ſiccis & aridis frondibus, ad vetulas & rugoſas indicandas, juxta proverbium, *pares cum paribus facillimè congregantur.* 37 Penè nigrâ, nigricante. Metaphora eſt : nam *myrtus nigra* ponitur pro formâ conſtante, qvæ non facilè perit, qvalis eſt in puellâ ſubfuſcâ & nigricante. 38 Qvàm frondibus aridis , id eſt , decrepitâ anu. 39 Et qvòd frondes hederæ aut myrti ætate deſiccatas , id eſt, anus rugoſas ætate frigidas, &c. 40 Hyemis amico, qvòd Septentrioni ſubjacet, ubi maximum eſt frigus. Sic Od. 18. l.3. *crateram Veneris ſodalem* appellat. 41 Thraciæ fluvio frigidiſſimo, id eſt, qvòd anus exoletas ſui ſimilibus relinqvat. Qvicqvid enim abominamur, in profluentem aut in ignem abjici optamus.

Ode

Ode XXVI. Εὐχαριστική.

AD MUSAM, de ÆLIO LAMIA.

Non decet Muſarum cultores curis & mœroribus eſſe obnoxios. Poëta ſuum Lamiam Muſæ Pimpleæ commendat.

Tricolos Tetraſtrophos.

*M*Uſis amicus, triſtitiam & metus*
Tradam 1 protervis in mare 2 Creticum
Portare ventis: 3 qvis ſub 4 Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ;
5 Qvid Tyridatem terreat, unicè

* Ego Horatius, qvoniam Muſis gratus ſum, tradam triſtitiam & metum protervis ventis portare in Creticum mare, id eſt, ut portent eas animi ægritudines in mare, id eſt, ego omnem triſtitiam & metum ex animo ejiciam ſive pellam, & longiſſimè à me relegabo. *Tradere* enim *ventis*, eſt oblivioni tradere, negligere, aut deponere, ac delere ex animo velle. Tibul. El. 5. l. 1. *Hæc mihi fingebam, qvæ nunc Caurusqve Notusq; Jactat odoratos vota per Armenios.* Lucret. l. 4. *tu fac ne ventis verba profundam.* 1 Petulantibus, procacibus. 2 Qvemvis locum & mare remotiſſimum & abditiſſimum. Synecd. ſpe. pro gen. 3 *Unice ſecurus*, id eſt, præcipuè & ante omnia minimè ſollicitus, qvis Rex oræ gelidæ, id eſt, regionis Septentrionalis frigidæ, metuatur, id eſt, tyrannidem exerceat. 4 Sub urſâ, ſigno cœleſti. i. Septentrionali regione. Meton. adj. Duæ urſæ in regione Septentrionali elucent, altera *major*, qvæ & Ἑλίκη & ἅμαξα, id eſt, *currus*, qvòd currus ſimilitudinem gerat, appellatur: altera ei propinqva, *minor*, qvæ *Cynoſura*, ſic dicta, qvòd canis caudæ inflexæ ſimilis ſit. 5 Non admodùm ſollicitus, qvid Tyridatem, Armeniæ regem (qvi contra Phraatem, Parthorum regem, inſurrexiſſe, & victus in Syriam confugiſſe dici-

Securus

Securus: 6 ô qvæ fontibus 7 integris
8 Gaudes, 9 apricos necte flores,
Necte meo 10 Lamiæ 11 coronam
12 Pimplea dulcis: nil 13 ſine te mei
14 Poſſunt 15 honores: 16 hunc 17 fidibus novis,
Hunc 18 Lesbio ſacrare plectro,
Teqve 19 tuasqve decet ſorores.

tur) ſollicitet. Polyptoton. 6 O Pimplea dulcis, qvæ gaudes integris fontibus, necte coronam meo Lamiæ. Exclamatio per imprecationem cum Apoſtrophe ad Muſam Pimpleam. 7 Puris, ſinceris, non vitiatis fontibus, ἀλικερίοις, id eſt, viris bonis & incorruptis. Sic Lucret. l. 4. *juvat* integros *accedere* fontes, *Atqve haurire, juvatqve novos decerpere flores. Integrum* enim dicimus, qvicqvid firmum, validum ac ſincerum, non affectum, non vitiatum eſt. 8 Delectaris. 9 In apricis locis naſcentes, in aperto aëre Soli expoſitos & fragrantes. 10 Qvi conſul fuit anno octavo poſt mortem Horatii cum M. Servilio. 11 Sertum aliqvod. 12 O jucunda Muſa, à *Pimplâ*, Macedoniæ monte & fonte, ſic appellata: unde Muſæ dicuntur *Pimpliades.* 13 Nam ſine tuo divinæ Muſæ cœleſti inſtinctu & auſpicio meæ laudes, qvibus Ælium Lamiam celebraturus ſum, vanæ & irritæ ſunt, *vel* Poëſis mea, in laudem Lamiæ facta, nihil honoris acqviret. 14 Al. *Proſunt.* 15 Metaph. à publicis magiſtratibus, ad magnitudinem honeſtæ famæ, id eſt, niſi te cantem, non poteſt eſſe memorabile meum nomen. 16 Ælium Lamiam, Anaphora. 17 Inſolitis, eximiis, mirandis Latinis carminibus. Virg. Ecl. 3. *Pollio & ipſe facit* nova *carmina.* 18 Carmine Lyrico, Sapphico vel Alcaïco (qvali Sappho & Alcæus ex Lesbo uti conſveverunt) immortalitati conſecrare. Meton. adj. 19 Reliqvas octo Pimpleïdes. Synec. gen. pro ſpe.

Ode

Ode XXVII. Εὐκτική.

Ad ſodales ſuos convivas.

De hilaritate, & ne inter potandum, & poculis ipſis pugnent, barbarorum more.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 N*Atis* 2 *in uſum lætitiæ* 3 *ſcyphis*
Pugnare, 4 *Thracum eſt*: 5 *tollite barbarum*
Morem, 6 *verecundumqve* 7 *Bacchum*
8 *Sangvineis prohibete rixis*.
9 *Vino*, *&* 10 *lucernis* 11 *Medus acinaces*

1 A naturâ mortalibus attributis, inventis & effictis. Catachreſtica Metaph. ab animantibus terreſtribus. 2 Exhilarandis animis. 3 Vini poculis, vel vino ſeu convivio ad lætitiam, non ad triſtitiam & diſſidia comparato. Meton. ſubj. 4 Illud non Romanorum eſt, ſed hominum barbarorum, cujuſmodi ſunt Thraces, qvibus immodico potu mens & ratio exulant, & rixis dediti ſunt. Græci ἀκρατοπότας eos vocant. Synecd. ſpe. pro qvovis genere intemperantium hominum & immanium. 5 Vos, ô ſocii, inhumanum hunc morem ex amicis conviviis & congreſſibus tollite. 6 Verecundè ac reverenter tractandum, non Cyclopum, aut Lapitharum more. *Vel*, vinum efficiens homines verecundos, dum moderatè ſumitur: inverecundos verò, dum immodicè bibitur. 7 Illum lætitiæ datorem, id-eſt, vinum. Meton. effic. 8 A ſangvineis contentionibus defendite. Cic. *Erit igitur humanitatis veſtræ tantum civium Romanorum numerum* calamitate prohibere. Sic legimus, *prohibere itinere*, apud Cæſ. *prohibere domo*, apud Ter. *Vel*, prohibere rixas ſangvineas à Baccho, qvem cum verecundiâ & modeſtiâ tractare debetis: ut ſit Hypallage. 9 A vino & conviviis nocturnis (qvæ lucernis indigent) qvàm multùm, qvantoperè diſcrepat ferrum, id eſt, hoſtilis animus! 10 Lucernas cum vino conjungit, qvia olim noctu potiſſimùm convivia agitabantur. Od. 8. l. 3. *& vigiles lucernas Profer in lucem.* 11 Gladius Perſicus, id eſt, qvivis gladius.

12 *Immane*

12 *Immane qvantum diſcrepat!* 13 *impium*
14 *Lenite clamorem,* 15 *ſodales,*
16 *Et cubito remanete preſſo.*
17 *Vultis* 18 *ſeveri me qvoqve ſumere*
Partem 19 *Falerni?* 20 *dicat* 21 *Opuntiæ*
22 *Frater Megillæ,* 23 *qvo beatus*

Synecd. ſpe. Thraces enim gladio accincti accumbebant. *Medum* autem appellat, qvia Medorum imperium ad Perſas translatum fuit, Mediqve, & Perſæ uni Cyro paruerunt. 12 Qvantoperè differt à conviviis pugna! Exclamatio deteſtantis. 13 Diis hominibusque execrandum. 14 Mitigate, compeſcite vociferationem & tumultum. Dialogiſmus Poëtæ & ſodalium. 15 O amici & convivæ chariſſimi. 16 & cubito in lectum & pulvinar impreſſo & immoto ad menſas ſemper diſcumbite, id eſt, ne inſurgite ad pugnam, ſed diſcumbite cubito innitentes, veterum Romanorum more. Hortatur ergo Horatius ſodales ſuos, ut ſeſe in lectis eo corporibus ſitu contineant, qvo edere & bibere, non autem pugnare poſſint. Ex hoc loco colligi poteſt, qvo corporis habitu atqve ſitu Romani cœnare ſint ſoliti: ita nempe compoſiti, ut, capite leviter erecto, ſuffulto plumis dorſo, reclinatâ in lævum cubitum cervice, inferâ verò parte in longum porrectâ, nec jacere dici poſsēt, nec ſedere, ſed medium qvid, qvod propriè *accumbere*. 17 Vultis-ne igitur, ô ſodales, me qvoqve Horatium convivium vobiſcum celebrare, & unà potare, & non abire, clamores & jurgia valeant, & de rebus feſtivis & amatoriis loqvamur. 18 Auſteri, aſperi, ob nimiam vetuſtatem. 19 Campaniæ montis vini, qvod triſtes & rixoſos reddidit. 20 Non aliâ bibam conditione, niſi frater Megillæ Opuntiæ ingenuè fateatur, &c. 21 Ab *Opunte*, urbe Locridis, ubi nata eſt, ſic dicta. 22 Unus è convivis, 23 Qvo amoris vulnere felix ſibi videatur, id eſt, cujus puellæ amore ſit ſaucius. Qvomodo beatus, qvi perit? Qvia *in amore hæc omnia inſunt vitia, injuriæ, ſuſpiciones, induciæ, bellum,*

Vulnere

Vulnere, 24 qvâ pereat 25 ſagittâ.
Ceſſat 26 voluntas? non aliâ bibam
27 Mercede; qvæ te cunqve 28 domat Venus,
Non erubeſcendis adurit
Ignibus: 29 ingenuoqve ſemper
Amore peccas: 30 qvicqvid habes, age,
Depone 31 tutis auribus: 32 ah miſer,
Qvantâ laboras in 33 Charybdi!

pax rurſum. Ter. in Eun. Deinde, amans eo, qvod potiatur, beatus dici poteſt: qvòd ſerviat autem, & qvòd ſemper ſollicitus ſit, miſer eſt, adeòq; videns ſcienſqve perit. 24 Qvo telo Cupidinis percuſſus pereat. Polyptot. Propert. l. 2. *Et meritò hamatis manus eſt armata* ſagittis. *Et pharetra ex humero Gnoſſia utroqve jacet.* 25 Alleg. è Metaph. à re militari. 26 Confitendi, id eſt, negas te mihi ejus puellæ, qvam amas, nomen editurum, aut in aurem dicturum? Al. *Voluptas.* 27 Nullo alio pretio adducar ad bibendum, qvàm ut Megillæ frater amores ſuos nobis enarret. Metaph. ab iis, qvi locant ſuas operas aliis pretio. 28 Qvæcunqve amica aut amor tibi imperat, te ſub jugum mittit, ille non pœnitendis amoris ſui ignibus te inflammat, id eſt, non eſt, cur pudeat pœniteat-ve te eam amare. Metaph. In *Venus* eſt Meton. effic. 29 Laudando, non pudore digno, qvi adoleſcentem benè natum decet, id eſt, ingenuam & liberam, non ſervilem aut mercenariam amas. 30 Amorum ſc. id eſt, qvæcunqve ea ſit, qvam amas, committe mihi tacituro, dic mihi in aurem non vulgaturo. Eſt enim *deponere*, fideli cuſtodiæ tradere. Undè *depoſitum* pro contractu ipſo apud Juriſconſultos, qvi vel imprimis bonam fidem deſiderat. 31 Alto ſilentio, qvicqvid depoſueris ac commiſeris, fideliter ſervaturis. 32 Ah infelix amice! illam-ne amas? Horatius, audito tandem puellæ illius nomine, illiberalis fortaſsè, ex ſævo ingenio præditæ, ita exclamat admirans & dolens miſeriam adoleſcentis. 33 Qvanto in periculo verſaris! Qvàm ſævam, rapacem &

Digne

Digne puer meliore 34 *flammâ.*
35 *Qvæ ſaga, qvis te ſolvere* 36 *Theſſalis*
37 *Magas venenis, qvis poterit Deus?*
38 *Vix* 39 *illigatum te* 40 *triformi*

avaram puellam (propter voracitatem Charybdi ſimilem) nactus! ut metuendum ſit, ne hæc vorago inexplebilis vivum te abſorbeat deglutiatqve. Cic. de Orat. 3. *Charybdin bonorum, voraginem potius dixerim; faciliùs enim ad ea, qvæ viſa, qvàm ad illa, qvæ audita ſunt, avaris oculi feruntur.* Charybdis enim eſt aqvarum vorago inter Adriaticum, & Tyrrhenum mare, qvæ vim qvandam abſorbendi habet. Lege Virg. 3. Æn. Metaph à nautis, & Synecd. ſpe. pro graviſſimo qvoqve periculo. 34 Amore, id eſt, qvi humaniore amicâ, qvæ mitiùs & meliùs tecum ageret, dignus eras. Virg. Æn. 4. *eſt mollis* flamma *medullas.* Metaph. ab igne. 35 Qvæ te mulier venefica & incantatrix, qvæ herbis & carminibus mala accerſere vel pellere poteſt, ejus amore liberare te poterit? Polyptoton *Sagire* (inqvit Cic. de Divin. l. 1.) *ſentire acutè eſt: ex qvo ſagæ anus, qvia multa ſcire volunt:* & *ſagaces* dicti canes. 36 Herbis efficaciſſimis, cujuſmodi ſunt in Theſſaliâ. Tibul. El. 2. l. 4. *Qvicqvid habet Circe, qvicqvid Medea venenis: Qvicqvid & herbarum Theſſala terra gerit.* 37 Incantator & veneficus. 38 Pegaſus te illigatum vix ſolvet ab hac Chimæra. 39 Intricatum, in illâ implicitum. 40 Chimæræ tria capita habenti. *Chimæra* enim, Typhaonis & Echidni filia, tria habuit capita, unum Leonis, alterum Capræ, tertium Draconis. Heſiod. Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα: qvem ſic vertit Lucretius: *Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimæra.* Alleg. à captivis, & ab illo triformi monſtro, ad ſævitiam, improbitatem, avaritiam puellæ in puerum indicandam.

41 *Pegaſus* 42 *expediet Chimera.*

41 Ipſe ex Meduſâ & Neptuno natus eqvus alatus, â qvo Bellerophon in altum ſublatus Chimæram ſagittis confecit, id eſt, Pegaſo vectus Bellerophon. 42 Te liberabit, extricabit & ſolvet ab hoc monſtro tanqvam Chimærâ. Al. *Chimæra*, ut cohæreat cum verbo *expediet*.

Ode XXVIII. Περιστυγρευτική.

Ad ARCHYTAM.

Inducitur Archytas Philoſophus & Geometra, nautæ cuidam reſpondens, qvòd omnibus ſit moriendum, petensqve à naturâ, ne ſinat corpus ſuum jacere in littore inſepultum.

Dicolos Diſtrophos.

1 *TE maris & terræ, numeroqve carentis arenæ*
3 Menſorem 4 cohibent, Archyta,

1 Archytæ cadaver ſic nauta alloqvitur: O Archyta, Tarentine Philoſophe, parva munera exigui pulveris prope littus Matinum cohibent te menſorem maris & terræ, & arenæ, carentis numero. Dialogiſmus eſt in occupatione & ſubjectione, ubi ferè conjuncta eſt proſopopœia: objicit enim nauta qvidam, ſcientiam corporum cœleſtium ac terreſtrium parùm ad honeſtam moriendi rationem valere: ubi qvædam eſt Synecd. periphr. Geometræ: item altera Arithmetici. 2 In littore maris innumeræ, qvæ caret numero. 3 Geometram, jam naufragum, mortuum & inſepultum. Ridiculè: qvoniam Pythagorici omnia conſtare numeris volebant, etiam arenam metientem fingit. 4 Coërcent & continent te, tuamqve umbram, cujus cadaver inſepultum jacet, errantem detinent, & ad inferos tranſire non permittunt, qvi vivus ma-

5 Pulveris exigui 6 propè littus parva Matinum
Munera: nec qvidqvam tibi 7 prodeſt
8 Aërias tentaſſe domos, animoqve rotundum
Percurriſſe polum, 9 morituro.
Occidit & Pelopis 10 genitor, conviva Deorum,
11 Tithonusqve remotus in auras;
12 Et Iovis arcanis Minos admiſſus, 13 habentqve

ria & terras dimenſus es, cœlumqve adeò ipſum mente & animo percurriſti. 5 Exiguæ terræ, in qvam proſtratus è mari ejectus jaces. 6 In Apuliâ, *Matinus* mons eſt in Apuliâ, juxta qvem Archytas jacet ſepultus. 7 Adjumenti attulit ad mortem effugiendam. 8 Qvòd aërias regiones, ſtellas ac ſydera contemplatus ſis, & ingenio ſagaci axem cœli ſeu cœlum mente peragráveris. 9 Mortalium conditioni ſubjectò. 10 Reſpondet Archytas. Non mirum eſt, me Mathematicum & Philoſophum eſſe mortuum, mortuus eſt & Tantalus, qvi ipſos etiam Deos convivio excepit. Synecd. gen. Hoc mortis ſolatio apud Virg. Æn. 10. utitur Jupiter, Herculem, ob imminentem Pallantis interitum ingemiſcentem, his verbis conſolans: *Stat ſua cuiqve dies: breve & irreparabile tempus Omnibus eſt vita: ſed famam extendere factis, Hoc virtutis opus: Troja ſub mœnibus altis Tot nati cecidêre Deûm: qvin occidit una Sarpedon, mea progenies, etiam ſua Turnum Fata vocant, metaſqve dati pervenit ad ævi.* 11 Tithònus etiam, Laomedontis filius, ipſius Auroræ maritus, longiſſimæ vitæ pertæſus, in auras receptus evanuit. Od. 16. l2. *Longa Tithonum minuit ſenectus.* 12 Minos qvoqve, rex Cretæ, Jovis & Europæ filius, qvi in regno ſuo juſtitiam adminiſtrans, Jovis, patris ſui, arcanis legibus & judiciis admiſſus eſt, conſiliaqve ſua nono qvoqve anno cum ipſo communicavit, dùm Dædalum, in Siciliâ profugum, ſeqvitur, à Cocalo dolò circumventus & occiſus interiit. 13 Occupant.

Tartara 14 *Panthoiden*, 15 *iterùm Orco*
Demiſſum: 16 *qvamvis clypeo Trojana refixo*
Tempora teſtatus, *nihil ultrà*
Nervos, *atqve cutem*, *morti conceſſerat* 17 *atræ*,
18 *Judice te*, *non ſordidus* 19 *autor*
Natura, *veriqve*, 20 *Sed omnes una manet* 21 *nox*,

14 Pythagoram Philoſophum, Demarathi filium, qvi μετεμψύχωσιν, id eſt, animarum tranſmigrationem in alia corpora ſuo confirmabat exemplo, dicens, ſe apud Trojam Euphorbum, Panthoi filium, à Menelao interfectum fuiſſe, & poſteà revixiſſe, & animæ migratione Pythagoram factum fuiſſe. Synecd. gen. Facetè admodùm Pythagoræ illam μετεμψύχωσιν irridet Poëta. 15 Sæpius mortuum, transeunte ejus anima in alios. 16 Qvamvis clypeo, poſt longum temporis ſpatium, cùm Euphorbus adhuc eſſet, in templo Junonis affixo & relicto, rurſùſqve conſpecto recordatus ſit ſuperioris vitæ, & Trojana tempora, ejùſqve decennale bellum teſtatus ſit, & affirmaverit, qvòd animo non mortuus erat, cùm â Menelao interfectus eſſet, ſed corpore tantùm perierat, & qvòd nihil ultra oſſa & carnes, nihil præter cadaver morti atræ tradiderat. Procatalepſis. 17 Mors *atra* dicitur per Meton. effe. eo modo, qvo *pallida*, *crudelis* & *exitioſa* appellatur. 18 Et ille ipſe Pythagoras, qvi vel te judice rudi & indocto nautâ, nobiliſſimus indagator naturalis veritatis fuit. Verùm & hoc loco ridet Horatius. Vide Valer. Max. l. 8. c. 7. 19 Synecd. gen. pro inſigni Phyſico & luculento Dialectico. 20 Sed una mortis neceſſitas omnes exſpectat. Sic ſuprà Od. 4. *Pallida mors æqvo pulſat pede pauperum tabernas Regumqve turres.* Et Od. 3. l. 2. *Omnes eodem cogimur*: *omnium Verſatur urna.* 21 Mors. Sic ſuprà Od. 4. *Jam te premet* nox *fabulæqve manes.* Catul. *Nobis cum ſemel occidit brevis lux*, Nox *eſt perpetuò una dormienda.* Nam ùt lux pro vitâ uſurpatur. (Cic. *cur piratis* lucis *uſuram tam diu dedi-*

Et 22 calcanda ſemel via lethi.
23 Dant alios 24 Furiæ torvo 23 ſpectacula Marti:
25 Exitio eſt avidis mare nautis,
26 Miſta ſenum ac juvenum 27 denſantur 28 funera: nullum
29 Sæva 30 caput 31 Proſerpina fugit.
32 Me qvoq; 33 devexi 34 rapidus comes 35 Orionis,

ſti?) ita *nox* & *tenebræ* pro morte. Metaph. Catul. *At vobis malè ſit malæ* tenebræ *Orci: qvæ omnia bella devoratis.* 22 Ingredienda eſt. Alleg. è continuatis Metaphoris. 23 Exhibent jucundos ludos interfectos, id eſt, alii in acie occidunt. 24 Bellona, Enyo, aliæqve, à qvibus conflantur bella, qvæ ſunt Martis ludi. 25 Alii naufragio pereunt, & a mari abſorbentur. 26 Confuſa inter ſe. 27 Conglobantur, cumulantur, id eſt, cujusqve ætatis homines, & ſine delectu vel diſcrimine omnes cumulatim moriuntur. Metaph. ab aëre craſſo, vel ab aggeſtâ terrâ. 28 Meton. adj. pro ipſis hominum cadaveribus. 29 Acerba. 30 Hominis, id eſt, nullum hominem. Synecd. mem. 31. Mors devitat, nulli mortalium parcit. Eſt enim Proſerpina, uxor Plutonis, Cereris filia, mortis & vitæ arbitra. Meton. effic. pro morte ſævâ. Ad veterum autem ſuperſtitionem reſpicit Poëta; qvâ credebant eos, qvi morti eſſent proximi, à Proſerpinâ primùm tonderi, nec aliter mori poſſe, qvàm ſi his veluti primitiis Orco auctorarentur. Ut Virg. Æn. 4. de Didone: *Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat, Stygioqve caput damnaverat Orco.* 32 Qvoniam igitur omnes morti debemur, me Archytam qvoqve, &c. 33 Qvi ad occaſum vergit, vel qvi in declivi cœli parte ſitus eſt. 34 Inſanus. 35 Syderis in cœlo, qvi oriens & occidens, ventos, nimbos & tempeſtates excitat. Epod. 15. *Nautis infeſtus Orion.* *Orion* Jovis, Neptuni & Mercurii filius fuit, ducto nomine ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, id eſt, *à mejendo*, qvia ex urinâ procreatus eſt. Is Dianæ, cum qva venabatur, ſtuprum inferre co-

36 Illyricis Notus obruit undis.
37 At tu nauta, 38 vagæ ne parce 39 malignus
40 arenæ
oſſibus & 41 capiti inhumato
42 Particulam dare: 43 ſic, 44 qvodcunqve 45 minabitur 46 Eurus
47 Fluctibus Heſperiis, 48 Venuſinæ
Plectantur ſylvæ, 49 te ſoſpite: 50 multaq; merces,

natus eſt: qvâ de re Dea irritata, ſcorpium è terra extulit, à qvo Orion in talo ictus interiit. Jupiter autem, eum miſeratus, in aſtra retulit. Sic Od. 4. l. 3. *Tentator Orion Dianæ.* 36 Meridionalis ventus Illyrici maris fluctibus naufragum immerſit. 37 Archytas nautam orat, ne remaneat inſepultus. Ordo eſt: At tu, ô nauta, ne parce malignus dare particulam vagæ arenæ oſſibus, & capiti inhumato. 38 Aqvâ ventiſqve hùc atqve illùc agitari ſolitæ. 39 Ne ſis tam malignus, ut parcas. 40 Hujus littoris. 41 Corpori meo inſepulto præbere, illudqve exiguâ terræ portione obruere. 42 Exiguam partem. 43 Adjurantis eſt, vel comprecantis. Rogat enim, ſi nauta eum ſepeliverit, ut omnes tempeſtates à navigantibus avertantur in ſylvas. Cùm enim aliqvid ab altero petimus, id ut faciliùs impetremus, ea ſolemus illi precari & optare, qvæ ſcimus ei eſſe optatiſſima, additâ particulâ *Sic.* Suprà Od. 3. Sic *te Diva potens Cypri*, &c. Virg. Ecl. 9. Sic *tua Cyrnæas fugiant examina taxos.* 44 Malum & infortunium. 45 Naviganti tibi. Metaph. ab animatis ad inanimata. 46 Orientalis ventus. 47 Procellis Italicis. 48 Illo omni qvæcunqve ſylvæ puniantur; luant, in qvaſcunqve ſylvas recidat. Sic Ep. 2. l. 1. *Qvicqvid delirant reges; plectuntur Achivi.* 49 Te ſalvo, te incolumi. 50 Et ſummum lucrum, omniumqve bonorum abundantia.

51 Un-

51 Unde poteſt, tibi 52 defluat 53 æqvo
Ab Iove, Neptunoq; 54 ſacri 55 cuſtode 56 Tarenti.
57 Negligis immeritis nocituram
58 Poſtmodo te natis 59 fraudem committere forſan:
60 Debita 61 jura, 62 vicesqve 63 ſuperbæ
64 Te maneant ipſum: 65 precibus 66 non linqvar
67 inultis:

51 Ex omnibus partibus, undecunqve eſt occaſio. 52 Cumulatim promanet ac proveniat, copioſa tibi merces perſolvatur à Diis, qvi facilè id poſſunt. Metaph. 53 A Jove tibi favente, propitio. Sic Ep. 1. l. 2. *& mecum facit, & Jove judicat* æqvo. 54 Sibi. 55 Tutore. 56 Ubi Neptunus devotiùs colebatur. 57 Vanum reputas, leve eſſe putas. Ordo eſt: Forſan tu negligis committere fraudem nocituram poſtmodò te natis immeritis. 58 Poſteris tuis, paulò pòſt ex te natis. 59 Culpam, injuriam & crimen perpetrare, qvod nati natorum luere ſoleant. 60 Si me inhumatum relinqvas, juſta ſepulturæ cadaveri inſepulto debita, &c. His enim, qvæ ſeqvuntur, ei malè precatur, ſi ſe inſepultum relinqvat. 61 Talionis præmia, ut pari caſu inſepultus jaceas. 62 Et viciſſitudines ſive pœnæ graves reciprocæqve, ſuperbis factis dignæ, ſc. ut inſepultus viciſſim ab aliis tam ſuperbè negligaris, te exſpectent, & pari ſcelere puniant. 62 Al. *ſuperbe*, in Vocativo caſu, qvia me inhumatum reliqviſti. 63 Te exſpectent, tibi ſint paratæ. Sic Od. 13. Epod. Te manet *Aſſaraci tellus*, id eſt, tibi parata eſt. Et Od. 13. Epod. Nos manet *Oceanus circumvagus*. Qvia è geſtu nautæ ſenſerat poſtulationem ſuam repelli, exclamat in eum per imprecationem. 65 Significat Deos, ſuis precibus adductos, pænas inhumanitatis ab hoc nautâ repetituros: vel, *preces* appellat exſecrationes, ἀρὰς: ut Od. 5. Epod. *Sed dubius unde rumperet ſilentium, Miſit Thyeſtéas* preces, id eſt, execrationes, qvalibus Thyeſtes in fratrem Atreum uſus eſt. 66 Non relinqvar à Diis, horum ſcelerum ultoribus. 67 Fruſtratis: q. d.

Teqve 68 piacula nulla reſolvent.
Qvanqvam 69 feſtinas (70 non eſt mora longa) licebit
71 Injecto 72 ter 73 pulvere 74 curras.

eventura precatus ſum. 68 Nulla ſacrificia, nullæ victimæ te à tanto ſcelere liberabunt, niſi meo cadaveri terram injeceris. Meton. ſubj. 69 Celeriter abire properas. 70 Temporis tamen diſpendium non erit. Perſvadet à facili. 71 Corpori meo. 72 Ter manes vocabant. Virg. *Et magnâ manes ter voce vocavi.* 73 Terræ. 74 Licebit ut naviges: unde *curſum* pro navigatione uſurpant Latini. Cic. Offic. 3 *Si idem ſciat complures mercatores ab Alexandriâ ſolviſſe, naveſqve in* curſu *frumento onuſtas petentes Rhodum videris.*

Ode XXIX. Λεχυτική.
Ad ICCIUM

Mirum eſt, & monſtri ſimile, Iccium Philoſophum, ſtudio intermiſſo, ad militiam tranſiiſſe divitiarum cupiditate.

Tricolos Tetraſtrophos.

ICci 1 beatis nunc 2 Arabum invides
3 Gazis, & 4 acrem militiam paras

1 Immenſis, opulentis theſauris, qvi (ut putat vulgus) beatos homines efficiunt, & qvorum particeps cupis fieri per militiam. Meton effe. 2 Felicium ac ditiſſimorum populorum. Sic. Od. 24. l. 3. *Intactis opulentior* Theſauris Arabum, &c. & Ep. 7. l. 1. *nec otia divitiis Arabum liberrima muto.* 3 Divitiis, theſauris. Cic. Offic. 2. *omni Macedonum* Gazâ, *qva fuit maxima, potitus eſt Paulus,* Od. 16. l. 2. *non enim* Gazæ, *neqve conſularis Summovet, lictor miſeros tumultus Mentis.* 4 Acerbam militiam, fortiaqve & funeſta

Non

Non ante 5 devictis 6 Sabææ
Regibus, 7 horribiliqve Medo
Nectis 8 catenas: 9 qvæ tibi virginum,
10 Sponſo necato, barbara ſerviet?
Puer qvis 11 ex 12 aulâ capillis
13 Ad cyathum ſtatuetur 14 unctis,
15 Doctus ſagittas 16 tendere 17 Sericas
18 Arcu paterno? 19 Qvis neget 20 arduis
21 Pronos 22 relabi poſſe rivos

bella inſtruis. Metaph. à ſaporibus. 5 A Romanis ſuperatis. 6 Militiam paras contra reges Sabææ, qvæ Æthiopiæ eſt metropolis. Synecd. ſpe. pro populis Orientalibus. 7 Medorumqve Regi, populo Romano poſt Antonium fugatum, & Craſſum occiſum, formidabili, fabricas vincula, ut in miſeram ſervitutem abducas. 8 Manicas & pedicas. Synecd. gen. 9 Qvænam virgo Parthica tuæ ſerviet libidini, poſtqvam ſponſus ejus erit à te occiſus? 10 Hoſte tuo. 11 Regius, *vel*, nobili genere natus, à te bello captus. 12 Capti regis. 13 Pocula tibi miniſtrabit in convivio, pincerna, & ad potum porrigendum tibi deputabitur. 14 Ungvento delibutis. 15 Qvi artifex ſit. 16 Ad ſcopum & metam ſingulari ſolertiâ dirigere, id eſt, optimè ſagittare. Virg. 9. Æn. *& ſpicula* tendere *cornu.* 17 Medicas vel Parthicas, *vel*, ut Seres populos Parthis vicinos. 18 Pro gentis ſuæ more. 19 Qvis neget, fluvios relabi poſſe, cùm tu libros Panætii, Platonis, Ariſtotelis, &c, qvos tu legendi causâ coëmeras, armis commutes, philoſophiæqve ſtudio relicto, te ad rem militarem conferas? Ordo eſt: Qvis neget, rivos pronos poſſe relabi arduis montibus, & poſſe reverti Tyberim, cùm tu, pollicitus meliora, tendis mutare loricis Iberis libros nobiles Panætii undiqve coëmtos, & domum Socraticam? 20 Sublimibus montibus, a qvibus delapſi ſunt. 21 Cum impetu deorsùm decurrentes fluvios. 22 Retro ad

Montibus, & Tiberim reverti:
Cùm tu coëmtos undiqve 23 nobiles
Libros 24 Panæti, 25 Socraticam & domum
26 Mutare loricis Iberis,
27 Pollicitus meliora, 28 tendis?

montes aſcendere & redire. 23 Eximios, nobilitantes ingenia hominum, Meton. eſſe. 24 Philoſophi Stoici, qvem ſæpè commemorat Cicero, qvemqve imitatus eſt in libris de Officiis. 25 Totam familiam Philoſophorum, qvotqvot à Socrate, ſummo Philoſopho, orti ſunt, Platonem, Xenophontem, alioſqve veteres Academicos. Meton. ſubj. pro ſcriptâ Socratis doctrinâ. 26 Anteponere Philoſophiæ clypeos & haſtas Hiſpanicas, ſive qvibus Iberi, Hiſpaniæ populi bellicoſiſſimi, utuntur, id eſt, Philoſophiæ ſtudio omiſſo, militiam perſeqvi, & arma capere. 27 Qvi meliora ſtudia, qvàm militiæ operam dare, nobis amicis promiſiſti, & longè aliam ſpem & exſpectationem de te concitaſti. 28 Contendis, ſtudes, cogitas, & in animo habes?

Ode XXX. Εὐκτικὴ, vel Κλητικὴ.

Ad VENEREM.

Rogat Venerem, ut in ædem Glyceræ ſibi dedicatam veniat.

Tricolos Tetraſtrophos.

O Venus, regina 1 Cnidi 2 Paphiqve,
3 Sperne 4 dilectam 5 Cypron, & 6 vocantis
Thure te multo Glyceræ 7 decoram

1 Urbis Cariæ, ubi piè ac religioſiſſimè coleris. 2 Urbis in Cypro inſulâ. 3 Deſere minoriſqve æſtima. 4 Tibi charam, & tuo nomini conſecratam. 5 Inſulam. 6 Glyceræ, te invocantis, & tibi ſacrificantis. 7 Migra in exornatum

Trans-

Transfer in ædem.
8 *Fervidus tecum* 9 *puer, &* 10 *ſolutis*
Gratiæ zonis, 11 *properentqve* 12 *Nymphæ,*
Et 13 *parum comis ſine te* 14 *Iuventas,*
15 *Mercuriusqve.*

ſacellum, à Glycerâ tibi conſecratum. 8 Flagrans, qvi amoris fervorem animis infert. 9 Cupido. Synecd. gen. 10 Gratiæ incinctæ ac nudæ: vel ob eam, qvæ in nubentibus reqviritur, obſeqvii conjugalis facilitatem, qvâ zona ſolvitur virginea: vel qvia naturâ munifici omnibus patent, ac minime tecti vel fraudulenti ſunt. 11 Ad hoc ſacellum feſtinent, illudqve ſuâ divinâ præſentiâ ſanctum & religioſum reddant. 12 Najades, Orcades, Dryades, &c. 13 Severa & triſtis ſine tuo divino munere & rebus amatoriis. 14 Juventutis Dea, Herculis uxor, Jovis poculorum adminiſtra, qvam Græci appellant *Heben* id eſt, pubertatem. 15 Eloqventiæ Deus. Multum enim valet eloqventia ad amorem conciliandum.

Ode XXXI. Εὐκτική.

Ad APOLLINEM.

Non divitias petit ab Apolline, ſed tranqvillam hilaremqve vitam, & ut ſit mens ſana in corpore ſano.

Tricolos Tetraſtrophos.

QVid 1 *dedicatum* 2 *poſcit Apollinem*
3 *Vates? qvid* 4 *orat, de patera novum*

1 Divinis honoribus affectum, cui Auguſtus templum in Palatio dedicavit. Obliqva & imperfecta eſt qvædam Proſopopœia, ubi ſermo ipſius Poëtæ leviter tertiâ perſonâ repræſentatur. Potuiſſet enim dicere: Ego poſco Apollinem hoc vel illud per mea ſacra. Qvidam interpretantur Apollinem προσωπικῶς, pro templo vel ſimulacro, ut ſit Meton. Adj. pro ſubj. In *qvid* repetito eſt Anaphora. 2 Precatur. 3 Poëtæ tuus Horatius. Loqvitur enim de ſe in tertiâ perſonâ, ut diximus. 4 Sibi à te dari. 5 De calice fundens novum vinum

Fun-

Fundens 5 liqvorem? 6 non opimas
Sardiniæ 7 ſegetes feracis:
Non 8 æſtuoſæ grata 9 Calabriæ
Armenta: non aurum, aut 10 ebur Indicum:
Non rura, qvæ 11 Liris 12 qvietâ
13 Mordet 12 aqvâ, 14 taciturnus amnis.
15 Premant 16 Calenâ falce, qvibus dedit
Fortuna, vitem: 17 dives & aureis
Mercator 18 exſiccet 19 culullis

ſive vini primitias, id eſt, ſacrificans: Synecd. gen. 6 Non orabo ſive poſcam pingves & lætas ſegetes, id eſt, ingentes frumentorum acervos fertilis Sardiniæ, qvæ inſula eſt in mari Thyrreno. Anaphora. 7 Al. *opima Sardiniæ ſegetes feraces*, id eſt, agros fertiles pingvis Sardiniæ. Meton. adj. Feſtus: *Seges dicitur ea pars agri, qvæ arata & conſita eſt, â ſerendo dicta.* Virg. *Nec Cereri opportuna* ſeges, *nec commoda Baccho.* 8 Calidæ, Solis ardore torridæ. Sic ſuprà Od. 22. *Syrtes æſtuoſas* appellat. 9 Italiæ regionis, omni bonorum genere plenæ, eqvorum præſertim. 10 Virg. 1. Georg. *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.* 11 Campaniæ fluvius. 12 Lentâ alluvione. 13 Alluit, irrigat, lambit: ut ſuprà Od 22. Metaphora ab animantibus. 14 Leniter fluens. 15 Amputent preſſo pollice vineas, *vel* calcent in torculari uvas abſciſſas cultello, inſtar falcis incurvo, in agro Caleno. Permiſſio eſt, qvæ poteſt intelligi de vindemiatione, qvæ fit cultello, vel calcatione uvarum in torculari vel cuppâ. 16 Dicta eſt à *Calibus*, oppido in agro Sabino, ubi optima naſcuntur vina. 17 Ordo eſt; Et dives mercator, charus Diis ipſis, qvippe ter aut qvater anno impunè reviſens Atlanticum mare, exſiccet aureis culullis vina reparata merce Syrâ. 18 Ebibat, exhauriat. 19 Ex poculis, ex calicibus. Sic de Arte Poët. *Reges dicuntur magnis urgere* culullis. *Et torqvere mero*, &c. *Cululli* propriè ſunt calices ficti-

Vina

Vina, 20 Syrâ reparata 20 merce,
21 Dis charus ipſis: qvippe 22 ter, & qvater
Anno 23 reviſens æqvor 24 Atlanticum
25 Impunè: 26 me 27 paſcunt olivæ,
28 Me Cichorea, 29 leveſqve malvæ.
30 Frui 31 paratis & 32 valido mihi,
33 Latoë, 34 dones, 35 & (precor) 36 integrâ
Cum mente, 37 nec turpem ſenectam
Degere, nec 38 citharâ carentem.

les, qvibus Pontifices, virgineſqve Veſtales utebantur. 20 Empta, vel permutata mercibus Syriis, id eſt, ex Syriâ, Aſiæ regione opulentiſſimâ, advectis. *Parandi* enim verbum generale eſt, ſive per emptionem, ſive per permutationem, ſive aliter acqvirâmus. Synecd. gen. pro aromatis, qvæ ex Arabiâ camelis in Syriam devehebantur: vel pro auro & argento. 21 Qvi mercator Diis ipſis gratus & amicus eſt. 22 Sæpius. 23 Iterum atqve iterum navigans. 24 Mare remotiſſimum versus Mauritaniam, id eſt, Oceanum. Synecd. ſpe. 25 Sine ullâ jacturâ, ſine naufragio. Sic ſuprà Od. 17. Impunè tutum *per nemus arbutos Qværunt latentes*, &c. Ergò Diis charus eſt mercator. Argumentum à conſeqventibus. 26 Hujusmodi magnifica per extrema pericula acqvirenda non expeto: mihi enim Horatio tenuis & fragilis cibus ſufficit. 27 Suſtentant, delectant. Metaph. à pecore. 28 Intyba, endivia. 29 Molles, qvæ ventrem gravem levant & molliunt. 30 Precor, ut mihi facilibus victitare concedas, Ordo eſt: O Latoe, precor *ut* dones mihi valido frui paratis, cum mente integrâ, & dones degere ſenectam nec turpem, nec carentem citharâ. 31 Iis, qvæ ego paravi. 32 Mihi ſano. 33 O Apollo Latonæ fili: à Græco Λητῷος. 34 Concedas, largiaris. 35 In *&*, & *nec*, bis repetitis, duplex eſt Anaphora. 36 Cum ratione ſanâ & validâ. Orandum ergò, ut ſit mens ſana in corpore ſano. 37 Non moroſam, non delirantem, vel inhonoratam ſenectutem, ſed laudabilem & jucundam. 38 Lyræ ſtudio.

Ode

Ode XXXII. Προσφωνητική.
Ad LYRAM.

Alloqvitur Lyram, eamqve poſcit, ut ſibi adſit, & ſecum canere non deſinat.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 POſcimur, ſi 2 qvid 3 vacui 4 ſub umbrâ
5 Luſimus tecum, qvod & hunc in annum
6 Vivat, & plures: age, dic 7 Latinum,
8 Barbite, carmen,
Lesbio primum modulate 9 civi:
Qvi 10 ferox bello, tamen inter arma,
Sive 11 jactatam religarat 11 udo
Littore 12 navim:

1 Flagitamus, ô Barbite, ſi qvid hactenùs memoriâ dignum in occulto per otium ſcripſimus, ut id evulgetur, & in publicum prodeat. Al. *poſcimus*, ſc. à Mœcenate, id eſt, precatur nos Mœcenas, ut, ſi qvid in occulto ſcripſimus, publici juris faciamus & edamus. 2 Lyricorum carminum. 3 Otioſi, à publicis negotiis & occupationibus liberi, σχολάζοντες. 4 In ſeceſſu, à vulgo remoti. 5 Cecinimus. Synecd. gen. 6 Qvod immortalitati conſecratum perpetuò vigeat. Metaph. à rebus animatis, ſenſu & motu præditis. 7 Noſtro idiomate ſcriptum carmen Lyricum, cujus ego ſum autor & princeps. Synecd. gen. 8 O Lyra. 9 Qvi à Lesbi inſulæ præclaro incola Alcæo, nobiliſſimo Lyrico, primùm uſurpatus & compoſitus es ad canendos verſus Lyricos. Synecd. gen. Participium verbi deponentis hîc paſſivè uſurpatur 10 Qvi qvidem Alcæus, qvamvis vir bellicoſus & armis invictus eſſet, tamen ſive bella gereret, ſive in portu à navigatione conqvieſceret, citharæ ſolatium & ſtudium non omiſit. Metaph. ab eo, qvi audacter & fortiter magno animo fertur in prælium. 11. Agitatam in undis maris. 12 Navium ſua-

13 *Liberum*

13 *Liberum*, & 14 *Muſas*, *Veneremqve*, & 15 *illi*
Semper hærentem 16 *puerum* 17 *canebat*,
Et 18 *Lycum*, *nigris* 19 *oculis nigroqve*
20 *Crine decorum*.
21 *O decus Phœbi*, & 22 *dapibus ſupremi*
23 *Grata* 24 *teſtudo Iovis*, *ô* 25 *laborum*
Dulce 26 *lenimen*, *mihi* 27 *cunqve* 28 *ſalve*
29 *Rite* 27 *vocanti*.

rum claſſem. 13 Deum Bacchum, id eſt, convivia, qvæ vino abundant. 14 Jovis ac Mnemoſynes filias. 15 Matri ſuæ Veneri ſemper adhærentem, eamqve aſſiduè ſeqventem. Cupido enim Veneris aſſiduus comes eſt. Sic Cic. pro Roſcio, *hærere gladiatori*, pro aſſiduè ſeqvi. 16 Cupidinem, arcu & ſagittis armatum. Synecd. gen. 17 Carmine ad Lyram canebat. 18 Puerum, qvem Alcæus amabat. 19 Superciliis. 20 Priſci laudabant in pueris & puellis oculos & crines nigros. 21 O Barbite ſive Lyra, qvæ Apollinis ornamentum es. Nam & citharam ipſe invenit, & lyram, à Mercurio donatam, tanqvam ſuam uſurpavit. Anaphora eſt, & exclamatio admirantis vim & opem ſuæ teſtudinis. 22 Epulis. 23 Accepta, apta. 24 Lyra. Metaph. à Camerato tabulato. 25 Omnium malorum. 26 Solatium. 27 Qvovis tempore te poſcenti, ut ad te carmina mea concinam. 28 Semper vige & vive. Metaph. ab animato ab inanimatum. 29 Debito modo.

Ode XXXIII. Παραινετική.

Ad ALBIUM TIBULLUM.

Ne plus æqvo doleat, ſibi rivalem à Glycerâ indignè anteponi.

Tricolos Tetraſtropos.

1 *ALbi, ne doleas plus nimio, memor*
2 *Immitis Glyceræ*: *neu* 3 *miſerabiles*

1 O Albi Tibulle, vates doctiſſime, ne plus juſto, vel qvàm par eſt, te excrucies. 2 Crudelis, qvòd amantem non redamet, ſed fidem datam violet. 3 Fletibus aptiſſimos, miſe-

Decan-

Decantes elegos, 4 cur tibi junior
5 Læſâ præniteat fide,
6 Inſignem 7 tenui fronte Lycorida
Cyri 8 torret amor: 9 Cyrus in aſperam
Declinat Pholoen: ſed prius 10 Appulis
Jungentur capreæ lupis,
11 Qvàm 12 turpi Pholoë peccet 13 adultero:
14 Sic viſum Veneri, cui placet 15 impares

ricordiam commoventes. Meton. eſſe. 4 Qvòd rivalis juvenis apud Glyceram tibi anteponatur, & pluris ab eâ fiat. *Prænitere* enim hîc eſt præferre: qvò enim qviſqve *nitidior*, eò ob ſpem lucri etiam gratior. 5 Fracta fide, qvâ ſe tibi ſemper obſeqventem fore pollicita eſt Glycera. 6 Commendatam. Q. d. Ne doleas plus juſto, hoc te ſcire volo, qvòd Lycoris Cyri amore incenditur: Cyrus à Lycoride abhorret, in Pholoën, à ſe alienam propenſior. Exemplo enim oſtendit, qvanta ſæpè in amoris jugo ſit diſparitas. Climax ſive gradatio, & Polyptoton. 7 Parvâ & anguſtâ: *Vel*, tenerâ ac levi, nec rugis næviſqve aſperâ fronte. Sic Ep. 7. l. 1. *reddes Forte latus, nigros* anguſtâ fronte *capillos*. 8 Cupidinis flammâ incendit, inflammat. Metaph. 8 Cyrus animum ſuum propendet ſive propenſus eſt in amorem Pholoës moroſæ, à qvâ ipſe contemnitur. 10 Lupis ex Apuliâ, id eſt, qvibuſvis lupis inter ſe uno ſtabulo conjungentur. Significat autem, Pholoën Cyrum nunqvam amaturam. 11 Qvàm Cyro amatori morem gerat Pholoë. 12 Qvem Pholoë honeſtè admittere neqvit, cùm Glyceram nullâ juſtâ cauſâ contempſerit. 13 Cyro Synecd. gen. 14 Sic placuit Veneri unà cum ſævo joco, id eſt, immitti filio ſuo Cupidine, ut ſc. amor non ſemper ſit reciprocus, & æqvè utrimqve vehemens, qvotiescunqve ratio non apparet, *Sic viſum*, interponitur Virg. 3. Æn. *Poſtqvam res Aſiæ, Priamiqve evertere gentem Immeritam* viſum *ſuperis*. Idem 1. *Diis aliter* viſum. 15 Formas inæqvales & diſcordes animos inter ſe jungere,

Formas

Formas, atqve animos 16 *ſub juga ahenea*
17 *Sævo mittere cum joco.*
18 *Ipſum me melior cùm peteret* 19 *Venus,*
20 *Gratâ* 21 *detinuit compede Myrtale*
Libertina, 22 *fretis acrior Adriæ*
23 *Curvantis Calabros ſinus.*

utpote, cùm deformis formoſam, ſenex puellam, vel qvis alius formâ vel moribus diſparem amat. 16 Sub duram & difficilem amoris ſervitutem mittere, id eſt, duriſſimo amoris vinculo colligare, cum ſc. maritus cogitur omnia facere non ſuo, ſed uxoris arbitratu. Atqvi *Non benè inæqvales veniunt ad aratra juvenci.* Metaph. â beſtiis jugalibus. 17 Immiti, difficili, χαλεπῷ: ut ſuprà Od. 19. *Mater ſævâ Cupidinum.* 18 Hoc ipſum meo ipſius exemplo ſatis ſuperqve edoctus ſum. Nam me Horatium cùm formoſior qvædam puella appeteret, ſive expeteret &c. 19 Formoſa & aptior puella, qvæ talis effingitur à Deâ. Meton. effic. Sic Virg. Ecl. 3. *Parta mea* Veneri *ſunt munera.* 20 Tunc Myrtale liberta, id eſt, qvæ ex ſervitute libera facta ſit, gratâ ſervitute me devinxit, & aliam amare non permiſit. *Gratâ* autem à Myrtale compede detentum dicit, qvòd ſervitus illa, qvâ tali dominæ ſerviat, ipſi non injucunda ſit. Sic Od. 2. l. 1. *tenetqve* gratâ Compede *vinctam.* 21 Metaph. à captivis. 22 Qvæ tamen Myrtale erga me moroſior, ſævior & iracundior erat, qvam freta maris Adriatici: ut Od. 9. l. 3. *& improbo* Iracundior Adriâ. Synecd. ſpe. pro periculoſiſſimo qvoqve loco. 23 Qvod mare Adriaticum Calabriam ambit, & alluendo terræ portiones aufert, littusqve incurvat & inæqvale reddit. Eo maris æſtum oſtendit, cùm in terram receptum ſinus portusqve efficit.

Ode XXXIV. Διαστιλική.

AD SEIPSUM.

Qvem pœnitet qvod Epicureos ſecutus, parùm ſtudiosè Deos coluerit.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 PArcus Deorum cultor, & 2 infreqvens,
Inſanientis dum ſapientiæ
3 Conſultus erro: 4 nunc retrorſum
Vela dare, 5 atqve iterare curſus
Cogor relictos: namqve 6 Deſpiter
7 Igni coruſco nubila dividens,
Plerumqve 8 per purum tonantes

1 Ego Horatius hactenùs nimis modicus & tardus Deorum cultor fui. 2 Rarus, non aſſvetus, inſolens. 3 Dum erro conſultus, id eſt, peritus Epicureæ ſapientiæ, qvæ docet contemnere omnes religiones. Vocabant *conſultum* virum bonum, ac juris publici peritum, qvi conſilii causâ ab imperitioribus adibatur. Plerumqve tamen addebant id, cujus peritiam profitebantur: venuſtè verò hic pro Epicureo ponitur. *Conſultus ſapientiæ* ſic dictum, ut dicimus *juris conſultus*. 4 Nunc pœnitentia ductus mutare conſilium, & priora veſtigia repetere, & ad profeſſionem Stoicam redire, à qvâ ad Epicurum defeci, redire, Deoſqve immortales & eſſe, & res mortalium curare rurſus credere cogor. Metaphora à nautis petita, qvi cùm aberràverint, retrò navigant. 5 Atqve recurrere, παλινδρομεῖν, & eò, unde ſolvi, renavigare. 6 Jupiter Dies pater, id eſt, diëi & lucis pater. 7 Fulmine rutilanti aliàs perrumpens ſive diſrumpens. Synecd. gen. Sic Cic. Tuſc. 2. *Jace, obſecro, in me vim coruſcam fulminis.* At Virg. Æn. 2. *enſem coruſcum* appellat. 8 Per cœlum ſerenum, vel aëra Sic Virg. Georg. 2. *&, dum ſe lætus ad auras Palmes agit, laxis* per purum *immiſſus* habens: δι' αἰθέρος dicunt Græci. Hoc Epicurei fieri poſſe negârunt. Lucret. l. 6. *Fulmina gignier è craſſis, alteqve putandum eſt Nubibus exſtructis: nàm cœlo nulla ſereno, Nec leviter denſis mittuntur nubibus unqvam.* Itaqve videtur hîc Horatius ſignificare, talia fulmina, qvalia hîc deſcribit, portendere ho-

9 Egit equos, volucremque 10 currum,
Qvo 11 bruta tellus, & 12 vaga flumina,
13 Qvo 14 Styx, & 15 inviſi horrida Tænari
Sedes, 16 Atlanteusqve finis
Concutitur. 17 Valet 18 ima ſummis
Mutare, & inſignem 19 attenuat Deus,
20 Obſcura promens: 21 hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit; 22 hîc poſuiſſe gaudet.

minibus triſtia. Virg. Georg. 1. *Non alias cælo ceciderunt plura ſereno Fulgura, nec diri toties arsére cometæ.* Poëta igitur non vano Deorum metu perterritus, reſipiſcit. 9. Tonuit. Alleg. Poëtarum more locutus eſt, ut ſuprà Od. 12. *Tu graves curru qvaties Olympum.* 10 Et velociſſimum ſuum currum egit, & flumine tremefecit. 11 Immobilis, gravis, & ſine ſenſu. *Nam brutum* (inqvit Feſtus) *antiqvi gravem appellabant.* 12 Obliqva. 13 Anaphora. 14 Inferorum palus. 15 Odioſi inferni infauſta regia, ad qvam per Tænarum, urbem Laconiæ, vel promontorium, deſcenditur. 16 Et qvo mons Atlas in Oceani fine verſus Occidentem, mundi finis ac terminus, cujus cacumen ipſas nubes penetrat, tremit. 17 Deus poteſt humilia in altum attollere, & alta humilia reddere. Hùc pertinet illud Æſopi reſponſum, qvi interrogatus, qvid Jupiter faceret, reſpondit: *alta qvidem humilia reddit: humilia autem attollit.* 18 Infera cum ſuperis. 19 Deus tenuem reddit, ac deprimit excelſum. 20 Ea, qvæ non apparent, aperiens, atqve in oculis omnium ponens. 21 Fortuna, id eſt, Deus, ejuſqve voluntas & conſilium velox hinc, id eſt, ex hoc loco, vel ab hoc homine, apicem, id eſt, ſummum cacumen poteſtatis, ſummos honores, ampliſſimas divitias, cum lamentabili & luctuoſo infortunatorum ſonitu & querelâ ademit. 22 Et hîc illum in alium locum tranſtuliſſe, id eſt, in alium opes & honores transſtuliſſe gaudet. *Hinc & hic* Polyptoton habent.

Ode XXXV. Προσευκτική.

Ad FORTUNAM.

Obſecrat eam, ut Cæſarem conſervet in Britannos iturum.

Tricolos Tetraſtrophos.

O 1 Diva, 2 gratum quæ regis Antium,
3 Præſens vel imo tollere de 4 gradu
Mortale 5 corpus, vel 6 ſuperbos
7 Vertere funeribus 8 triumphos:
Te pauper 9 ambit ſollicitâ prece
Ruris colonus: 10 te dominam æqvoris,

1 O Fortuna rerum humanarum & mundi domina, *vel* Jovis ſubminiſtra. Synecd. gen. 2 Qvæ Antio urbi præſides & tutaris, in qvâ templum tibi conſecratum eſt, id eſt, qvæ Antii coleris, ſacrificiiſqve ſolennibus placaris, ut urbis cuſtos, Sic ſuprà Od. 28. Neptunum *Tarenti cuſtodem* dixit, qvòd illi eâ in urbe templum erat conſecratum. 3 Potens, in promptu habens, & parata hominem de infimo loco, id eſt, de imâ plebe & infimæ ſortis, in altum attollere ac elevare. Virg. Ecl. 1. *Nec tam* præſentes *alibi cognoſcere Divos.* Ter. in Phorm. *non tu hunc habeas plane* præſentem *Deum?* 4 Metaph. ab editioribus locis, qvò gradibus & ſcalis aſcenditur. 5 Synecd. part. pro toto homine. 6 Efficientes homines ſuperbos. Meton effe. 7 Mutare auguſtos ampliſſimosqve regum honores in cædes & funera, id eſt, *Valet ima ſummis mutare,* &c. 8 Synecd. Spe. pro ampliſſimis magnificentiſſimisqve honoribus in nihilum verſis à Fortunâ. 9 Te frugali vitâ contentus ruſticus pro ſe rebusqve ſuis felici ſucceſſu proſperandis obnixè rogat. Metaph. à petitionibus magiſtratuum, ad qvos obtinendos candidati tribûs circumibant & amicos prenſabant. 10 Anaphora.

11 Qvi-

11 *Qvicunqve* 12 *Bithynâ laceſſit*
Carpathium pelagus carinâ.
Te 13 *Dacus aſper, te* 14 *profugi Scythæ,*
Urbesqve, gentesqve, & 15 *Latium ferox,*
Regumqve 16 *matres barbarorum, &*
17 *Purpurei metuunt tyranni;*
Injurioſo ne pede 18 *proruas*
Stantem columnam; 19 *neu populus freqvens*

11 Omnis te rogat, qvi laceſſit, id eſt, qvi remis impellit, hoc eſt, navigat in mari Carpathio juxta Carpathon, Rhodiorum urbem, navi, qvâ merces ex Bithyniâ feruntur. 12 Synecd. ſpe. pro navi cujusvis mercatoris, qvi illud mare percurrit qvotannis. In *carinâ* eſt Synecd. mem. pro integrâ navi. 13 Gens bellicoſa juxta Iſtrum fluvium degens. Alleg. ex Synecd. ſpecierum, pro aſperrimis potentiſſimisqve qvibusqve populis, qvibus Fortuna eſt formidoloſa. 14 Errantes, incertis ſedibus vagantes, certam ſedem nusqvam habentes; utpote in plauſtris, tanqvã in domibus habitantes. Sic Od. 34. l. 3. *campeſtres* appellat. *Campeſtres melius Scythæ, qvorum plauſtra vagas rite trahunt domos, Vivunt & rigidi Getæ.* 15 Latium animoſum atqve elatum, armis indomitum, tùm per ſe, tùm qvod in eo ſita eſſet Roma, tot gentium imperio ſuperba. Meton. ſubj. pro Latinis animoſis: ut in *urbes* & *Gentes* pro civibus. 16 Pro liberis ſuis ſollicitæ. 17 Reges purpurâ ornati, Phrygii, Aſſyrii, Medi, Perſæ, aliiqve. 18 Ne invido & maligno pede dejicias & evertas ſtatum & incolumitatem imperii, *vel*, Cæſarem Auguſtum, imperii Romani erectam columnam, in cujus dignitate & ſalute Romani regni culmen ſuſtinetur, totiusqve Reipublicæ incolumitatis cardo vertitur. Alleg. è multis Metaph. ab ædificiis. 19 Ne-ve populus congregatus, id eſt, veterani milites & eqvites in militiâ exercitati, alios pacis & concordiæ amantes, & pugnarum pertæſos, iterùm libertatis recuperandæ prætextu ad ſeditionem contra Cæſarem provocent, ejusqve tranqvillam

20 *Ad arma ceſſantes, ad arma*
Concitet, imperiumqve 21 *frangat.*
22 *Te ſemper anteit ſæva* 23 *Neceſſitas,*
24 *Clavos trabales, &* 25 *cuneos manu*
Geſtans 26 *ahenâ: nec* 27 *ſeverus*
28 *Uncus abeſt,* 29 *liqvidumqve plumbum.*
Te 30 *Spes, & albo* 31 *rāra Fides* 32 *colit*
33 *Velata panno:* 34 *Nec comitem abnegat,*

gubernationem deſtruant ac reſolvant. 20 Epizeuxis, ad furorem populi indicandum. 21 Metaph. à corporeis ad incorporea. Sic dicitur, *frangere dignitatem, cupiditates, furores, conſilia*, &c. 22 Anaphora. 23 Æternum illud & inevitabile fatum te præcedit, tibiqve faces præfert. Idcircò autem Neceſſitas dicitur fortunam præcedere, qvod certiora ſunt & ſtabiliora, qvæ fiunt neceſſariò, qvàm qvæ fortuitò. 24 Clavos magnos, qvibus trabes configuntur, *vel*, prægrandes palos ad inſtar clavorum cuſpidem habentes, noxiis torqvendis & puniendis paratos. 25 Qvibus inſertis non ſolùm res finduntur, ſed etiam combinantur. 26 Robuſtiſſimâ ſuâ manu. 27 Horribilis. 28 Hamus ferreus ſceleratorum gutturi infigendus, qvo vel in ignem, vel in aqvam, vel ad ſcalas trahantur. Cic. Philip. 1. uncus *impactus eſt fugitivo.* 29 Et plumbum igne reſolutum, qvo rei puniantur. Hæc omnia, qvæ Neceſſitati tribuuntur, pertinent vel ad exprimendam Neceſſitatis vim ac potentiam, vel potiùs ad ſignificandam firmitatem ac ſtabilitatem, qvâ id, qvod ſemel conſtitutum eſt, nodo plùs qvàm Herculano firmat ac munit. 30 Mortalium ſolatium, id eſt, homines ſperantes & fide prædití. Meton. adj. ut fortunam anteit *Neceſſitas*, dura nimis atqve immitis: Sic ſeqvitur Spes, ſolatium ac lenimen laborum. 31 Qvæ à paucis colitur. 32 Amplectitur. 33 Albâ ſtolâ induta? qvia tota pura eſt ac candida, neqve à recto ullis deterrita minis, diſcedit. Alludit ad candidatos, qvi veſte candidâ induti, cùm peterent Magiſtratum, aut dignitatē, ſperabant ſe εὐτυχεῖς futuros. In *panno*. Syn. gen. pro veſte. 34 Nec

35 *Utcun-*

35 Utcunqve 36 mutatâ potentes
36Veſte 37 domos 38 inimica linqvis.
39 At vulgus infidum, & meretrix 40 retrò
Perjura cedit : diffugiunt 42 cadis
Cum fæce 43 ſiccatis amici;
44 Ferre jugum pariter doloſi.
45 Serves iturum Cæſarem in ultimos
Orbis Britannos, & juvenum recens

Fides te comitem ſuam aſpernatur, nec ipſa tibi comes eſſe recuſat: fidelis enim amicus non deſerit amicum olim florentem, nunc miſerum fortunâ commutatâ. 35 Qvandocunqve tu, ô Fortuna, facta inimica, relinqvis & deſeris eos, qvos anteà beaveras, veſte tuâ mutatâ, aut luctu aut pauperie, id eſt, cùm tu commutaris, & ex amicâ & ſecundâ, fis inimica & adverſa. 36 Veſte anteà lætâ in triſtem & pauperem mutatâ. Alii intelligunt veſtem mutatam non à Fortunâ, ſed ab his, qvos afflictos, ac proinde in luctu conſtitutos reliqverit. 37 Divitum. 38 Irata relinqvis. 39 Ac contrà fallax vulgus, qvovis vento & fluctu mobilius, & meretrix fide datâ fractâ & aſſentator te immutatam & adverſam relinqvit. 40 Retrocedit, diffugit. Tmeſis. 41 Amici doloſi in ferendo pariter jugo cum amicis calamitate affectis diffugiunt, conſumtis amicorum divitiis. Allegoria eſt. 42 Doliis jam vino vacuis & exhauſtis, id eſt, facultatibus & bonis abſumptis. Synecd. ſpe. pro gen. 43 Exſiccatis. 44 Fallaces & fraudulenti in fortunæ adverſæ oneribus & damnis pariter cum amico ferendis, id eſt, qvi non ſincerè ſe conſortes præbent, neqve bonâ fide, ideoqve in rebus adverſis deſerunt. Translatio eſt à bobus junctis. 45 O Diva, gratum qvæ regis Antium, tuearis Cæſarem Auguſtum jam in ultimos totius orbis populos Britannos iturum cum exercitu. Virg. Ecl. 1. *& penitus toto diviſos orbe Britannos.* In *Cæſarem* eſt Synecd. gen.

46 Examen 47 Eois timendum
Partibus, 48 Oceanoqve rubro.
49 Eheu! 50 cicatricum, & 51 ſceleris pudet,
52 Fratrumqve: 53 qvid nos dura refugimus
Ætas? 54 qvid intactum nefasti
Liqvimus? unde 55 manum 56 juventus
57 Metu Deorum 58 continuit? 59 qvibus
Pepercit aris? ô 60 utinam 61 novâ

46 Et ſerva novum exercitum ex juvenibus collectum. Metaph. à gregaria migratione apum, pro qvavis multitudine rerum aliarum. *Examen* propriè, eſt multitudo apum: transfertur autem ad alia, ut hîc. 47 Orientalibus populis, Perſis, Medis, Parthis, Arabibus, horribilem. Meton. ſubj. 48 Et formidandum Britannis, qvi incolunt partem mundi Solis occaſui propinqvam, cujus radiis Oceanus qvaſi rubeſcit. 49 Exclamatio per commiſerationem civilium diſcordiarum, ubi conſangvinei & germani inter ſe committebantur & cædebantur. 50 Pudet nos vulnerum in bello civili acceptorum. 51 Civilis belli, qvod omne malum ſecum trahit. 52 Concivium vel conſangvineorum & germanorum: eveniebat enim interdum, ut duo fratres eſſent contrariarum partium. 53 A qvo malo & facinore refugimus nos, qvi ſumus dura ætas, id eſt, ferreo & infelici tempore nati, homines ſine miſericordiâ. 54 Qvid nos nefarii intactum reliqvimus? Anaphora eſt in vehementiâ interrogationis, cui ſubjectione negatâ redditur exclamatio per optationem. 55 Sceleſtas. 56 Romana, id eſt, juvenes Romani. Meton. adj. 57 Religione ſeu pietate adverſus Deos, qvàm *εὐσέβειαν* Græci appellant. 58 Abſtinuit. 59 Qvæ Deorum templa ſpoliata ſangvine non polluit ac violavit Juventus? 60 O Fortuna, utinam novâ incude diffingas, id eſt, de novo fingas & cudendum reformes ferrum retuſum, id eſt, gladios fractos & hebetatos in bello civili, non ut haſtenùs bellis civilibus in cives, ſed in Maſſagetas & Arabas, aliosqve populi Romani hoſtes. 61 Super novâ aliqvâ incude. *Incude*

Incude 62 diffingas retuſum in
63 Maſſagetas Arabaſqve 64 ferrum!

62 Al. *diſtringas recuſum.* 63 Populum Scythicum ultrà mare Caſpium. 64 Arma è ferro facta Meton.mat. & ſimul exclamatio optantis talem effectum.

Ode XXXVI. Εὐχαριστική.

Ad POMPONIUM NUMIDAM.

Ob cujus ex Hiſpaniâ reditum, gaudio exultat, & hortatur eum ad lætitiam.

Dicolos Diſtrophos.

ET 1 thure, & 2 fidibus juvat
3 Placare, & vituli ſangvine 4 debito
Cuſtodes 5 Numidæ 6 Deos:
7 Qvi nunc 8 Heſperiâ 9 ſoſpes ab ultimâ,

1 In ſacrificium oblato: thus enim ſemper adhibetur in ſacrificiis: ut ſupra Od.19. *Verbenas, pueri, ponite, thuraqve, &c.* & 30. *Vocantis Thure te multo Glyceræ decoram Transfer in ædem.* In & eſt Anaphora. 2 Carmine lyrico. 3 Placare Deos, iratos futuros, niſi eis ſacrificia promiſſa perſolvantur. 4 Vel voti, vel amicitiæ causâ ut Od. 6. l. 2. *ubi tu calentem* Debitâ *ſparges lachrymâ favillam Vatis amici.* 5 Amici noſtri. 6 Caſtorem & Pollucem navigationis præſides. 7 Ordo eſt: Qvi nunc ſoſpes reverſus ab ultimâ Heſperiâ, dividit multa oſcula charis ſodalibus, nulli tamen plura, qvam dulci Lamiæ, memor pueritiæ actæ non alio rege, & memor ſimul mutatæ togæ. 8 Ab eâ Hiſpaniæ parte, qvæ in Occidentis ultimâ parte ſita eſt: non ab eâ Heſperiâ, qvæ apud hunc Poëtam ſæpe pro Italiâ ponitur: ut Od.6 l.3. *Di multa neglecti dederunt* Heſperiæ *mala luctuoſa.* Salvus

10 *Charis multa ſodalibus,*
Nulli plura tamen 11 *dividit oſcula,*
Qvàm dulci 12 *Lamiæ:* 13 *memor*
Actæ non alio 14 *rege puertiæ,*
15 *Mutatæqve ſimul* 16 *togæ*
17 *Creſsâ ne careat pulchra dies notâ:*
18 *Neu promptæ modus* 19 *amphoræ,*
20 *Neu morem in Salium ſit reqvies pedum;*

& incolumis reverſus. 10 Amicis ſuis. 11 Diſtribuit, tribuit, impertit. 12 Ælio Lamiæ ſuo. 13 Dum gratâ & memori mente recordatur pueritiæ ſuæ, unà cum Lamiâ condiſcipulo ſuo ſub uno eodemqve, non ſub alio magiſtro & communi doctore & potenti amico tranſactæ. Sic Ep. 17. l. 2. *Coram* rege *ſuo de paupertate tacentes, Plus poſcente ferent.* 14 Nonnulli per *regem pueritiæ* intelligunt eum regem, qvem pueri ejuſdem ætatis ac viciniæ ſolent ſibi per ludum, ſorte aut ſuffragiorum numero eligere, qvem ſeqvantur, cujuſqve juſſis obtemperent. Vult enim Horatius, maximè Lamiam à Numidâ fuiſſe amatum, qvòd, cùm ambo æqvales eſſent, eodem & communi rege pueri ſimul luſerant, & grandiores facti; uno eodemqve tempore virilem togam ſimul ſumpſerant. 15 Et puerilis ac prætextæ togæ uno eodemqve tempore depoſitæ, & eodem die virilis togæ aſſumptæ. 16 Epiſtrophe. 17 Cretenſi ſeu cretâ, vel niveo & candido lapillo, & albo ſigno, qvo fauſtos dies Cretenſes notârunt, hæc dies numeretur atqve notetur. 18 Ne-ve in bibendo ſit menſura aut finis, ſed promatur vinum in amphorâ magnâ. 19 Optimi vini largiùs prompti & ebibendi. 20 Ne-ve ulla ſit reqvies ſaltandi & exultandi in morem Salium, id eſt, ut ſaltant Salii, id eſt, Martis ſacerdotes, à Numâ Pompilio primùm inſtituti, qvi certis anni temporibus carmina cantabant cum tripudiis & ſaltibus ſolemnibus. Od. 1. l. 4. *In morem Salium ter qvatient humum.* Virgil. l. 8. *Hinc exultantes Salios, nudoſqve Lupercos,* &c. *Salium* eſt Adjectivum Ac-

21 *Neu*

21 Neu multi Damalis meri
Baſſum 22 Threïcia vincat 23 amyſtide:
Neu deſint 24 epulis roſæ,
Neu 25 vivax apium, neu 26 breve lilium.
27 Omnes in Damalim 28 putres
29 Deponent oculos: 30 nec Damalis novo
Divelletur 31 adultero.

cuſativi caſus, à *Salius, a, um.* 21 Ne-ve Damalis, amica Pomponi Numidæ, qvæ multi meri capax eſt, mulier bibaciſſima, Baſſum ſine reſpiratione vincat in potando, ſed cum Numida potiùs contendat bibendo. Sic. Cic. Ep. ultimâ l. 9. *homo non multi cibi, ſed multi joci.* 22 Qvâ utebantur Thraces homines vinoſi & acerrimi potores: ſupra Od. 27. 23 Poculo capaciſſimo, qvod ſine reſpiratione, hauſtim, & labris non clauſis epotabatur: ἀπὸ τοῦ ἀμυστὶ πίνειν, id eſt, ab eo qvod eſt hauſtim, & labris non clauſis bibere: μύζω enim eſt muſſo, ſugo, os & labra claudo. Alii dicunt, *amyſtidem* hoc loco non poculum ſignificare, ſed intemperatum inter Thracas bibendi genus. 24 Commeſſationibus noſtris amœniſſimi flores. Sic & Od. 3 l. 2. roſæ & ungventa in convivio adhibentur. *Huc vina, & ungventa, & nimium breves Flores amœnæ ferre jube roſæ.* 25 Diu virens. 26 Brevi tempore durans. 27 Reliqvi omnes amatores, præter Numidam. 28 Ebrios, nimio potu marceſcentes, qvales ſtrenuè potantium eſſe ſolent, qvos *nare* eleganter dixit Lucret. 4., vel amore & cupiditate Damalis fractos. Metaph. à terrâ, qvæ arando redditur putris, ſoluta & ſubacta, ut faciliùs ſparſa ſemina præmollitus foveat ſulcus, (undè *putris gleba* & *putre ſolum* dicitur) ad indicium profuſæ & ſolutæ tam potionis, qvàm libidinis: ut ſumitur ſat. 5. Perſii: *ille In Venerem eſt putris,* 29 Conjicient & defigent, vel condent & qvaſi ſepelient. 30 Ipſa tamen Damalis non ſeparabitur à novo amatore Pomponio, ſed ei adhærebit. 31 Amatore Numidâ: ut ſuprà Od. 33. Synecd. gen.

32 *Laſci-*

32 Laſcivis ederis 33 ambitioſior.

32 Laxè creſcentibus. 33 Eum laſciviis & arctiùs amplexibus ſuis ambiens, qvàm ederæ complectuntur arbores. Sic Od. 15. Epod. *Arctius atqve ederâ procerâ aſtringitur ilex, Lentis adhærens brachiis.* Sic contrà ambitioſi homines dicuntur nimis amplecti plebem, qvi plebem largitionibus corrumpunt, & qvi regnum appetunt. Cic. pro Mil. de Sp. Melio. Metaph. à magiſtratum petentibus.

Ode XXXVII Προσφωνητική.

Ad SODALES.

Qvos hortatur ad indulgendum Genio, ob victoriam Actiacam Auguſti.

Tricolos Tetraſtrophos.

NUnc eſt bibendum, 1 *nunc pede* 2 *libero*
3 *Pulſanda tellus: nunc* 4 *Saliaribus*
Ornare 5 *pulvinar* 6 *Deorum*

1 Nunc poſt Auguſti victoriam liberè tripudiandum eſt, Anaphora. 2 A compedibus, qvas Cleopatra nobis minata, ſoluto. Nimirùm M. Antonius cum amicâ ſuâ Cleopatrâ Auguſti Cæſaris auſpicio ad Actium, Epiri promontorium, cum claſſe, copiiſqve ſuis fuſus & fugatus occiderat. 3 Plauſu ferienda eſt. 4 Delicatis ſumptuoſiſqve cœnis, cujuſmodi Salii, Martis ſacerdotes, uti conſveverunt. 5 Lectulos & pulvinos, qvibus Dii imponebantur. Solebant enim Romani, devictis hoſtibus, & periculo communi propulſato, ad omnia pulvinaria Deorum ſupplicationem decernere, atqve aliqvot dies feſtos lætitiâ publicâ celebrandos indicere. Sic Cic. Cat. 3. *Qvamobrem, Qvirites, qvoniam ad omnia pulvinaria ſupplicatio decreta eſt, celebrate illos dies cum conjugibus & liberis veſtris.* Lege Liv. l. 5. & Val. Max. l. 1. c. 11. 6 Meton.

Tempus

Tempus 7 *erat dapibus, ſodales.*
8 *Antehac* 9 *nefas* 10 *depromere Cæcubum*
11 *Cellis avitis, dum* 12 *Capitolio*
13 *Regina* 14 *dementes ruinas,*
15 *Funus &* 16 *imperio parabat,*
17 *Contaminato cum grege turpium*
Morbo virorum: 18 *qvidlibet impotens*
Sperare, fortunâqve dulci

ſubj. pro adjunctis ſimulacris Deorum. 7 Ut veluti ceſſantes accuſet; omnis enim ad demonſtrandam publicam lætitiam odioſa eſt mora. 8 In luctu ſc. 9 Sc. *erat.* 10 Depromere & largiùs potare vinum generoſum (*Cæcubum* dictum à Cæcubis, Campaniæ populis, apud qvos naſcitur) ſed nunc devicto Antonio cum Cleopatrâ, hoc erat illud tempus, in qvo decebat epulari & convivari. 11. Ex paternis cellis vinariis, qvæ denotant vini vetuſtatem, in qvâ laus ſumma eſt. 12 Urbi. 13 Ægypti, ſc. Cleopatra. Synecd. gen. Nullâ factâ Antonii mentione, cauſam belli omnem Cleopatræ imputat, eò qvòd mulier Ægyptia Romanum affectaret imperiū. 14 Ruinam & everſionem à demente reginâ cogitatam & comparatam. Meton. eff. 15 Exitium. 16 Imperio i.e. Romanis imperantibus orbi moliretur. Meton. adj. 17 Cum comitatu ſuo virorum vitio caſtrationis corrupto turpium, id eſt, Eunuchorum impudicorum, qvi inter fæminas viri, inter viros fæminæ eſſent, qvos Cleopatra cubicularios habebat. Synecd. gen. 18 In qvidvis ſperando incontinens, nec modum in ſperando tenens, qvidvis ſe aſſeqvi poſſe ſibi perſvadens. *Impotens* enim idem eſt, qvod apud Græcos ἀκρατὴς, incontinens, effrænatus, non rationi obediens, ſed affectibus & perturbationibus animi ſerviens. Cic. *Victoria etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores* impotentioreſqve *reddit.*

19 *Ebria: 20 ſed minuit furorem*
Vix una 21 ſoſpes 22 navis 23 ab ignibus:
Mentemqve 24 lymphatam Mareotico
Redegit 25 in veros timores
26 Cæſar, ab Italiâ 27 volantem
Remis adurgens (28 accipiter velut
29 Molles columbas, aut leporem 30 citus
Venator in campis 31 nivalis
32 Æmoniæ) daret ut catenis
Fatale 33 monſtrum: qvæ 34 generoſiùs
35 Perire qværens, 36 nec muliebriter

19 Et ſecundâ fortunâ, qvæ hactenus aliqvàndiu, læta ipſi arriſerat. i. rebus ſecundis ineſcata & elata, & ob hoc rationis expers, ut ſolent eſſe ebrii. Metaph. ab immodicè potis. 20 Sed ejus in ſperando inſaniam atqve impotentiam vix una navis ſuperſtes compreſſit ac ſanavit, ἐσωφρόνισε, ſanitati mentis reſtituit. 21 Incolumis. 22 Qvâ Cleopatra, tanta bellatrix, prima fugit. 23 A Romanis immiſſis. 24 Inſanam & ebriam vino, qvod apud Mareotidem, Ægypti paludem, naſcitur. Virg. Georg. 2. *Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mariotides albæ.* 25 In magnos timores, mentemqve ejus graviter concutientes, qvibus ad ſe rediens cœpit videre periculi magnitudinem, ſeqve vanâ ſpe eluſam. Sunt enim & alii vani timores, maximè in bello: notum illud, πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. 26 Auguſtus. 27 Illam cum Antonio celeriter fugientem, ne capta Romam deduceretur, celeri navigatione perſeqvens. Metaph. ab avibus. 28 Canibus urget, impellit. 29 Imbelles: ut Od. 4. l. 4. *nec* imbellem *feroces Progenerant aqvilæ columbam.* 30 Impiger. 31 Rigidæ, nive oppletæ. 32 Theſſaliæ: ab *Æmone*, Deucalionis filio. 33 Ut muliebre illud monſtrum, ſibi triumphaturo fato reſervatum, in vincula conjiceret ac vinceret, & vivum in triumphum duceret. Metaph. à re prodigioſâ. 34 Nobiliùs, qvàm mulieri par eſt. 35 Mori. 36 Nec more mulierum extimuit

Expavit

Expavit 37 *enſem*, 38 *nec latentes*
Claſſe citâ reparavit 39 *oras.*
Auſa & 40 *jacentem viſere regiam*
41 *Vultu ſereno* 42 *fortis, &* 43 *aſperas,*
44 *Tractare ſerpentes, ut* 45 *atrum*
Corpore 46 *combiberet venenum,*
47 *Deliberatâ morte ferocior:*
48 *Sævis Liburnis ſcilicet invidens,*
49 *Privata deduci* 50 *ſuperbo*
51 *Non humilis mulier triumpho;*

37 Qvo Proculejum, à Cæſare ad eam miſſum, conſpicata, ſe ipſum necare voluit. 38 Nec ſubitâ navium claſſe ſe in ſui regni ſive Ægypti abditas latebras ultimósqve fines, ubi latitaret, contulit, bellumqve adversùs Cæſarem reparavit. 39 Totam Ægyptum abditè latentem propter ſitum loci. Syneed. part. 40 Regnum ſuum deſperatum & dejectum ingredi. 41 Vultu læto ſpem ſimulans. 42 Animoſa, impavida. 43 Lethiferas, qvas in hunc uſum apud ſe habebat. 44 Manibus contrectare, corporiqve ſuo admovere. 45 Mortiferum: qvia veneno interempti, plerumqve nigreſcunt & inflantur. 46 Attraheret, conciperet, ipſarumqve morſibus petita moreretur. Cic. 3. de finibus: *ſed infici tamen jam debet iis artibus, qvas ſi dum tener eſt*, combiberit: *ad majora veniet paratior.* 47 Qvæ propter mortem à ſe decretam & conſtitutam animoſior, &, qvia jam antè mori decreverat, minùs, qvam priùs, perterrita fuit. Metaph. à trutinâ, qvâ qvid perpenditur, juſti-ne an injuſti ſit põderis. 48 Sc. invidens, i. nolens ad triumphum Cæſaris Romam advehi navibus hoſtilibus, qvarum auxilio parta fuerat Auguſto victoria. 49 Invidens etiam ac denegans victori Auguſto, qvòd tanqvam privata (non ampliùs regina, ſed jam captiva & ſerva) in ſuperbo Cæſaris triumpho velut ſpectaculum demonſtraretur. 50 Suprà Od. 35. ſuperbos *Vertere funeribus* triumphos. 51 Exiſtens Cleopatra mulier non ignobilis, non contempta, ſed ſummo loco nata ac generoſiſſima. Syneed. gen.

Oda

Ode XXXVIII. Προσφωνητική.
Ad MINISTRUM.

Vult famulum ſuum nihil aliud adhibere ad extremum convivii apparatum; qvàm myrtum.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 P*Erſicos odi, puer, apparatus;*
2 Diſplicent nexæ philyrâ coronæ:
3 Mitte ſectari, roſa qvo locorum
4 Sera 5 moretur.
Simplici myrto nihil allabores
6 Sedulus curo. neq; te miniſtrum
Dedecet 7 myrtus, neqvè me, ſub arctâ
Vite bibentem.

1 O puer, nolo in convivio adhiberi regales & ſumptuoſas delicias, ſc. odores, ungventa, coronas operoſas, qvibus uti ſolebant Perſæ in conviviis. Synecd. ſpe. pro magnificentiſſimo qvoqve convivii apparatu. Val. Max. ſcribit, Xerxem in tantum luxum olim effuſum, ut, propoſitis præmiis, ubiqve conqvirenda curârit nova deliciarum & voluptatum genera. 2 Et coronæ cum tenuiſſimâ tiliæ membranâ, qvâ flores floribus annectebantur, operoſiùs factæ, mihi non placent. 3 Tu verò ſtudioſiùs inqvirere omitte ac deſine, qvo in roſario, vel ubi locorum ſuccreſcant roſæ ſerò ac tardiùs enaſcentes, ex qvibus fiunt coronæ. 4 Roſa ſerotina, qvæ elapſa ſuo tempore, non niſi in raris locis invenitur. 5 Maneat, & ultra cæteras roſas duret, Metaph. ab animatis ad inanimata. 6 Ordo eſt: Sedulus curo, ne qvid addas myrto, id eſt, ſedulò curo, hoc ago, ut nihil ampliùs ad convivium condecorandum laborioſè addas, præter ſolam myrtum, cui nihil additum ſit. 7 Et hæc arbuſcula myrtus, Veneri gratiſſima, & ad diſcutiendum vini vaporem utiliſſima, non faciet te famulum meum minoris eſſe gratiæ, qvamvis vilis eſſe videatur, neqve me Horatium, herum tuum, ſub denſâ & umbroſâ aliqvâ vite largiùs bibentem, meqve oblectantem. Negat ergo tenuitati ſuæ eos ſumptus convenire. Tale illud Juvenalis; *Non capit has nugas humilis domus.*

Q. HORATII FLACCI CARMINUM SEU ODARUM. LIBER II.

Ode I. Πραγματική.

Ad C. ASINIUM POLLIONEM.

Pollionem monet, ut tragœdiarum ſcripturam tantiſper intermittat, dùm Reſpublica ſit compoſita. Deinde commendat illius ſcripta.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *MOtum ex 2 Metello conſule civicum,*
Belliq; 3 cauſas, & 4 vitia, & 5 modos,

1 *Tu Aſini* Pollio, inſigne præſidium mœſtis reis, & curiæ conſulenti, cui laurus, &c. tractas, id eſt, commemoras tumultum civilem ex Metello, id eſt, ex eo tempore, qvo Metellus fuit conſul, id eſt, ex factionibus inter Marium, Metellum & Syllam exortis, &c. periculoſæ plenum opus aleæ, &c. Intermitte hanc ſcriptionem, &c. Et ſine Muſam tragicam pauliſper deſiderari in theatris. Synecd. gen. 2 Meton. adj. conſultatus Metellini ad tempus deſignandum, qvo ille Magiſtratus gerebatur. 3 Et belli civilis cauſas, id eſt, dominandi cupiditatem. 4 Arrogantiam, Avaritiam, Ambitionem, ex qvibus omnium bellorum initia exſtiterunt. Synecd. gen. Pompejus enim non ferebat parem, nec Cæſar ſuperiorem. 5 Et varios atqve incertos bellorum eventus, atqve dubium Fortunæ ludum, qvo alternis vicibus imos attollit, ſummosqve deprimit. Sic ſuprà Od. 2. l. 1. bellum, *ludum*

Ludumqve Fortunæ, 6 graveſqve
7 Principum amicitias, 8 & arma
Nondum expiatis uncta cruoribus,
Periculoſæ plenum opus 9 aleæ,
Tractas, & incedis per ignes
10 Suppoſitos cineri 11 doloſo.
Paulùm ſeveræ 12 Muſa tragœdiæ
Deſit 13 theatris: mox ubi publicas

Martis appellavit. Vide locum. 6 Perniciosas, qvibus ab adverſariis devictis, amici in exilia & calamitates deveniunt. 7 Primùm L. Craſſi, Cn. Pompeji, C. Cæſaris: deinde Octaviani, M. Lepidi, M. Antonii. 8 Et civilis belli arma civium ſangvine perfuſa & madida, nondùm lota, nec aliqvâ expiatione mundata. Videtur ad Veterum Græcorum morem reſpexiſſe, qvibus à cæde expiabantur rei. 9 Opus plenum ancipitis fortunæ, qvæ, ut *alearum* luſus, dubium habebit eventum, tibiqve periculoſum, qvòd multorum vitia cùm tu notaveris, in eo non paucis diſplicebis. Antiqvi enim vocabant *aleam*, non ludum tantùm, talos-ve qvibus luditur; ſed qvidqvid incertum ex fortuito pendet eventu. Metaphora. 10 Cineri parùm fido ſubjectos, per belli civilis odia ſpecie pacis jam aliqvandiu latentia, & qvaſi ſopita. Alleg. è continuatis Metaph. Nam ut ex ſcintillis reconditis, ſi moveantur incautiùs, maximæ ſæpè flammæ, omnia qvæ ſunt obvia, ſecum rapiunt: ita Principum vitia vel minima, ſi minùs cautè notentur, mox recrudeſcit memoria, & id vel ipsâ morte graviùs ferunt. 11 Qvi celat & tegit ignes ſubjectos. Sic infrà Od. 27 l. 3. *Taurum doloſum* appellat, qvi Deum celat. 12 Itaqve, ô Pollio, Muſa tua triſtis illius tragœdiæ, id eſt, belli civilis, auctor, non ſtatim vulgò in theatris recitetur, id eſt, pauliſper intermittat tua Muſa tragœdias ſcribere, eaſqve ſcenæ committere. Meton. effic. pro carmine Tragico de bello civili condito. 13 Ubi publicè legatur & audiatur.

14 *Res ordinâris*, 15 *grande munus*
16 *Cecropio repetes cothurno,*
17 *Inſigne mœſtis præſidium reis,*
Et conſulenti, Pollio, 18 *curiæ:*
Cui 19 *Laurus* 20 *æternos honores*
21 *Dalmatico peperit triumpho.*
22 *Iam nunc* 23 *minaci murmure* 24 *cornuum*

14 Poſtqvam ſingulari tuâ prudentiâ res publicas, tot annorum bellis turbatas & confuſas in ordinem redegeris, & antiqvæ incolumitati reſtitueris: *Vel*, poſtqvam belli civilis hiſtoriam (qvæ res publicas continet) ſolutâ oratione & ordine conſcripſeris. Meton. ſubj. 15 Tùm demùm arduum hoc bella civilia vel tragœdiam, qvæ grandia continet, ſcribendi munus pari eloqventiæ ſublimitate, qvo Cecropici illi & Athenienſes, Theſpis, Æſchylus, Euripides, Sophocles uſi fuerunt, pertexes. 16 Athenienſi calceo (qvo Tragœdi in theatris induebantur) ſic dicto à *Cecrope*, Athenarum rege, qvi primus ſcripſit tragœdias. Alleg. è duplici Meton. adjunctorum: primùm qvod auctores Tragœdiæ fuerint Athenienſes, deinde qvòd hi in gravi ac ſublimi materiâ Tragœdiæ, cothurno ſignificatæ, verſentur, ubi graves tantùm perſonæ ac regiæ ſuſtinentur. 17 O Pollio, qvi vir conſularis reis mœſtis inſignis es patronus, & Senatui Romano, tuum in cauſis dicendis conſilium ſalutare expetenti, inſigne adminiculum es. Vide Od. 1. l. 1. 18 Senatoribus ſummis de rebus deliberantibus. Meton. ſubj. 19 Victoria, qvam tibi in Salonâ, Dalmatiæ urbe, oppugnatâ & captâ comparaſti, immortale nomen comparavit. Meton. ſigni. 20 Nihil enim Romæ majus, qvàm triumphâſſe. 21 In triumpho de Dalmatis, abs te devictis, acto. Solonam enim, Dalmatiæ civitatem, vicerat Pollio, de qvâ egerat Triumphum. 22 Tàm graphicè hoſtilium exercituum horribiles conflictus & res geſtas deſcribis, ô Pollio, ut jam mihi videar non audire, ſed intereſſe præliis, qvæ narras. Anaph. 23 Terribili, mortem minitanti. 24 Qvibus pedites ad certamen excitantur.

25 Perſtringis aures: jam 26 litui 27 ſtrepunt:
Jam 28 fulgor armorum 29 fugaces
30 Terret eqvos, eqvitumqve vultus.
31 Audire magnos 32 jam 33 videor 34 duces
35 Non indecoro pulvere ſordidos:
36 Et cuncta terrarum ſubacta,
37 Præter atrocem animum Catonis.
38 Iuno, & Deorum qvisqvis amicior
Afris, inultâ ceſſerat 39 impotens
Tellure, victorum nepotes

25 Legentium, vel meas aures percellis & obtundis. 26 Buccinæ incurvæ, qvibus eqvitum animi accenduntur. 27 Strepitum edunt, & ad pugnam laceſſunt. 28 Splendor telorum, clypeorũ, galearũ. 29 Pavidos. 30 Perterret, & oculos ſuo ſplendore confundit. 31 Et videre. 32 Poſt victoriam amiſſam. 33 Mihi. 34 Bellorum. 35 Devictos & interemptos, inqve terram proſtratos, laudabili ſive glorioſo pulvere ſordidos, qvi fortiter pugnantes pro patriæ libertate ceciderunt. 36 Et omnes terrarum partes imperio Romano à Julio Cæſare ſubjugatas. Similia ſunt illa, *anguſta viarum, extrema finium, amara curarum, &c.* Metaph. 37 Præter inſuperabilem, imperterritum, ἄφοβον animum M. Catonis, qvi à nullo vinci potuit, maluitqve mori, qvàm in manus hoſtis venire. 38 Cœleſtium illa regina, Jovis ſoror & conjux, qvæ Carthaginem, principem Africæ urbem, præ omnibus reliqvis terris, etiam Samo poſthabitâ coluit, & qvisqvis prætereà reliqvorum Deorum Africanis benevolentior exiſtens, iis faverat in bello Jugurthino, & Romanorum viribus in Carthagine & Jugurthâ capiendis reſiſtere impotens, ab Africanâ tellure diſceſſerat non vindicatâ nec punitâ, Romanorum victorum poſteros nuper cæſos, in Africâ mactavit, tanqvam victimas Jugurthæ reliqvorumqve Afrorum manibus immolandas. 39 Irata, qvæ non poterat odium ſuum explere: ut

Rettu-

Rettulit 40 *inferias Iugurthæ.*
41 *Qvis non Latino ſanguine pingvior*
Campus 42 *ſepulchris impia prælia*
43 *Teſtatur,* 44 *auditumqve Medis*
45 *Heſperiæ ſonitum ruinæ?*
46 *Qvis gurges? aut qvæ flumina* 47 *lugubris*
Ignara belli? qvod mare 48 *Dauniæ*
Non 49 *decoloravêre cædes?*
Qvæ caret 50 *ora* 51 *cruore noſtro?*

ſuprà Od. 37. 40 Victimas, qvæ inferis ſolvuntur, ad placandos manes. Sic Pallanti apud Virgilium juvenes inferuntur. Ad hunc itaqve morem reſpexit Horatius: qvo mox ſublato introducta gladiatorum paria, qvi ante ſepulchra dimicarent: unde & *buſtuarii* appellati ſunt. De Jugurthâ autem lege Salluſtium. 41 Qvis campus, factus pingvior Latinorum & Romanorum ſangvine ſuper illum profuſo, & ſepulchris, non teſtatur ſcelerata prælia, in qvibus civis civem trucidavit? Qvaſi dicat, omnis campus eſt pingvior Romanorum ſangvine. Polyptoton. 42 Qvibus militum trucidatorum cadavera obruta ſunt. 43 Demonſtrat. 44 Qvi etiam auditus eſt â Medis, extremi orbis habitatoribus. 45 Cladis Italicæ & imperii Romani. 46 Qvæ aqvarum congeries? Eſt lamentatio belli navalis. 47 Non conſcia ſunt hujus belli cum luctu deplorandi? 48 Apulorum & Italorum ſtrages & cæſorum militum ſangvis, à *Dauno*, Rege Apuliæ, qvæ pars eſt Italiæ. Meton. ſubj. 49 A proprio colore mutatum rubeo ſangvineo colore infecêre? Lucan. *Tùm primùm rubuit civili ſangvine Nereus.* 50 Regio. 51 Romanorũ ſangvine profuſo.

52 Sed ne, relictis 53 Muſa procax, jocis,
Ceæ 54 retractes munera 55 næniæ:
Mecum 56 Dionæo ſub antro
Quære 57 modos 58 leviore plectro.

52 Sed tu, ô mea Lyrica Muſa, præter ſolitum nimis animoſa & audax, ne iterùm tractes ac repetas lugubre carmen, primò inventum à Simonide Poetâ, in inſulâ Cæâ nato, jocis, id eſt, rebus laſcivis, relictis. Poëta autem, dùm tragicum laudat, ipſe penè tragicus factus eſt: revocat ergò ſuam Muſam à luctu & lamentis ad res amœnas & amatorias, carmini lyrico aptiores. Epanorthoſis. Sic Muſam reprimit Od. 3. l. 3. *Qvò Muſa tendis? deſine pervicax Referre ſermones Deorum.* 53 Melpomene verſibus Lyricis præſidens. Synecd. gen. & Apoſtrophe. 54 Iterùm tractes. Sic Virg. Æn. 7. *Agmina in arma vocat ſubitò, ferrumqve* retractat. 55 Lugubris cantilenæ officium. Nænia enim, carmen eſt lugubre, qvod cum lamentatione extremum atqve ultimum defunctis canitur: ut Od. 20. l. 2. *Abſint inani funere* næniæ. 56 Sub antro Veneris Diones, in qvo res jucundæ, lætæ & amatoriæ tractantur. Sic Virgilius Ecl. 9. Auguſtum Cæſarem, tanqvam ab Iülo & Venere prognatum, *Dionæum* vocat. *Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.* 57 Verſus, cantus Lyricos: ut Od. 9. l. 3. *Dulces docta* modos. Synecd. gen. 58 Faciliori ſtylo, & non nimis triſti.

Ode II. Προσφωνητική.

Ad SALLUSTIUM CRISPUM.

Proculejum laudat ob liberalitatem in fratres. Contemptus pecuniæ, cupiditatumqve refrænatio ſolum regem efficit & beatum.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 N*Ullus* 2 *argento* 3 *color eſt*, 4 *avaris*
Abditæ terris, inimice 5 *lamnæ*
Criſpe Salluſti; niſi temperato
6 *Splendeat uſu.*
Vivet 7 *extento* 8 *Proculejus ævo,*
9 *Notus in fratres animi paterni:*
10 *Illum aget pennâ* 11 *metuente ſolvi*

1 O Criſpe Salluſti, Romanorum eqvitum nobiliſſime, inqve Romanâ hiſtoriâ prime atq; princeps, inimice lamnæ, i.e. laminæ, i.e. qvi hoſtis es pecuniæ, tanqvã auri & argenti vili ac tenui cruſtulæ ab avaris in terram defoſſæ, nullus eſt color argento, id eſt, nihil habet ſplendoris argentũ, nihil pulchritudinis, nihil laudis, pro nihilo putandũ eſt, niſi moderato uſu pulchritudinem aliqvã acqvirat. 2 Pecuniæ & nummis ex argento factis. Meton. mat. 3 Nulla gratia, venuſtas. Metaph. ab arte pictorum: ut de Art. *Deſcriptas ſervare vices, operumqve colores.* 4 Metaph. ab animato & affectibus prædito, ad ingratam terræ naturam, qvæ non reſpondet exſpectationi datoris. 5 Pecuniæ ſeu nummis excuſis. Meton. mat. 6 Eadem Metaph. 7. qvæ in *color.* Hinc Proculejus, eqves Romanus, longo ævo vivet, ejuſqve memoria ad poſteros propagabitur. Exemplo probat, qvod antè docuit. 8 Meton. ſubj. pro adj. nomine vel liberalitate Proculeji, qvæ diutiſſimè celebrabitur & manebit: & Metaph. ab animato ad examine corpus. 9 Qvi erga ſuos fratres, Cæpionem & Murenam (qvi hoſtes publici poſt Cæſaris victoriam judicati, omne patrimonium amiſerunt) ob paternum amorem & liberalitatem celebris ac nobilitatus eſt. 10 Immortalis nominis gloria æternùm duratura extollet Proculejum alâ, cujus nulla unqvam diſſolutio futura eſt. Alleg. è Metaph. ab avibus citò & cautè volantibus, ad celebritatem & æternitatem memoriæ Proculejanæ indicandam. Aptiſſimè Horatius Famæ pennam tribuit, *pedibus celeri ac pernicibus alis.* Unde & *volare famam* vulgò dicimus. 11 Qvæ diſſolvi recuſabit & cave-

Forma ſuperſtes.
12 *Latiùs regnes, avidum* 13 *domando*
14 *Spiritum, qvàm ſi Libyam* 15 *remotis*
Gadibus jungas, & 16 *uterqve Pœnus*
Serviat uni.
17 *Creſcit indulgens ſibi dirus* 18 *hydrops,*
Nec ſitim 19 *pellit, niſi cauſa morbi*

bit: qvia, qvæ metuimus, ea ne contingant, diligentiſſimè cavemus. Virg. Georg. 1. *Arctos Oceani* metuentes *æqvore tingi*, id eſt, caventes, φυλαττομένας. 12 Longiùs regnare & regni tui fines extendere poſſis, ſi inexplebilem illum cupiditatis animum ac φρόνημα â cupiditatibus coërceas, qvàm ſi disjunctiſſimas terrarum partes ſive orbem univerſum poſſideas, ſeu poſſeſſione conjungas. 13 Metaph. à feris, qvæ propriè dicuntur cicurari & domari. 14. Meton. ſubj. pro adjunctis affectibus, qvi mirum in modum concitant animos hominum. 15 Cum Celtiberis procul ſitis ab ipſâ Lybiâ, regione Africæ, imperio conjungas. *Gades* oppidum eſt Hiſpaniæ à Pœnis conditum. 16 Eous & Occiduus, id eſt, tam in Africâ à Didone, qvàm in Hiſpaniâ, ab Aſdrubale tibi uni, id eſt, tuæ unius ditioni ſubjectus ſit: vel *uterqve Pœnus*, id eſt, utraqve Carthago, tàm in Africâ, qvàm in Hiſpaniâ. 17 Pernicioſus ille ex aqvâ intercute natus morbus, dùm continuò ſitiens bibendi deſiderio obſeqvitur, ac potum ſibi largiùs concedit, non imminuitur, ſed augetur. *Hydrops* morbum ipſum ſignificat, qvo corpus intumeſcit contra naturam, & qvi eo morbo laborat, *hydropicus* dicitur. Q. d. Qvemadmodùm hydropicus non convaleſcit aqvæ potu, niſi cauſa morbi fugerit venis; eodem modo avaritia, qvò plùs hinc inde collegit & coacervavit, hoc ipſo magis creſcit, nec ullâ ratione ſedatur, niſi ipſam cauſam, cupiditatem ſc. ſuſtuleris. 18 Hydropicus. Morbi nomen ad ægrum tranſtulit per Meton. adj. 19 Depellit, explet.

20 *Fugerit venis,* 21 *& aqvoſus* 22 *albo*
Corpore languor.
23 *Redditum Cyri ſolio* 24 *Phraaten,*
25 *Diſsidens plebi,* 26 *numero beatorum*
Eximit 27 *virtus,* 28 *populumq́;* 29 *falſis*
Dedocet uti
30 *Vocibus: regnum & diadema* 31 *tutum*

20 Receſſerit ex venis, ad qvas vitioſus ſanguis manat, id eſt, ex hepate vehementer refrigerato. 21 Et niſi fugerit ac ſalutari remedio remotus fuerit languor liqvore tumidus, id eſt, ipſe hydrops (qvi aqvam inducendo facit languorem in corpore) ex pallido corpore. 22 Pallido, inerti, ἀργῷ. Perſ. *Turgidus hic epulis, atqve* albo *ventre lavatur.* 23 Virtus, id eſt, homo virtute præditus ac ſapiens, diſſidens plebi, id eſt, à plebe diſcrepans, nihilq; cum vulgo commune habens, eximit numero beatorũ, i.e. beatum non exiſtimat, in beatorum numero non habet, qvamvis ditiſſimum, Phraaten ſolio Cyri, i.e. in Cyri ſedem, ſive regnum, qvod Cyrus occupavit, reſtitutum. Phraate enim è Perſarum regno, qvod invaſerat, ob tyrannidem ejecto & in exilium acto, regnum Tiridates occupavit. Sed Auguſtus Phraaten reſtituit. Vide Juſtin. l. 42. 24 Perſarum regem, Cyri filium. 25 Sic ſuprà Od. 27. l. 1. Vino & lucernis *Medus acinaces Immane qvantum* diſcrepat. 26 Cùm ſolus beatus ille ſit, ſolus rex, qvi ſe ipſo contentus, ingentes divitiarum acervos contemnit. Eſt autem hic verſus hypermeter, & ſyllaba ejus ultima pertinet ad verſum ſeqventem. 27 Meton. adj. 28 Qvi reges, ut omnes alios divites, inter beatos numerat. 29 Secùs docet virtus populum, nec amplius falſis acclamationibus utatur, qvibus divites ſoli beati prædicantur. 30 Syn. part. pro integris ſententiis mentis & judiciis ſenſorum. 31 Stabile ac firmum, qvod nulla fortunæ vis auferre poſſit.

Deferens 32 uni, 33 propriamqve 34 laurum,
35 Qvisqvis ingentes oculo 36 irretorto
Spectat acervos.

32 Illi ſoli. 33 Et gloriam perpetuam & ſpecialem, qvam nemo alius ſibi uſurpare auſit. Sic Sat. 6. l. 2. *nihil amplius oro, Majâ nate, niſi ut* propria *hæc mihi munera faxis*. 34 Meton. adjunctæ coronæ pro gloriâ & triumpho, cujus laurus eſt inſigne proprium. 35 Qviſqvis intueri poteſt pecuniæ cumulos oculo recto, non obliqvo, continenti, qvi ad aſpectum pecuniæ non magis movetur, qvàm lapis, id eſt, qvi divitias ampliſſimas contemnit. 36 Metaph. ab oculis ad animum à cupiditate longè alienum.

Ode III. Παραινετική.

Ad DELIUM.

Moderatè ferenda utraqve eſt fortuna, & hilariter vivendum, cùm omnibus impendeat æqva moriendi conditio.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *ÆQvam memento 2 rebus in arduis*
3 Servare mentem, 4 non ſecùs in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitiâ, 5 moriture Deli:

1 Tranqvillam, æqvabilem, qvæ non iniqvo animo fortunæ viciſſitudines ferat, id eſt, memento æqvo animo ferre res adverſas. Lucret. l. 5: *Divitiæ grandes homini ſunt vivere parcè Æqvo animo.* 2 In rebus duris & adverſis, ἐν τοῖς δεινοῖς, ἐν τοῖς φοβεροῖς. 3 Cuſtodire. 4 Non aliter in rebus ſecundis eandem animi æqvabilitatē retine, qvæ ab immodicâ hilaritate moderata ſit. 5 O Deli, qvi moriturus es, ſive triſtis omni tempore vixeris, ſive hilaris.

6 Seu

6 Seu mœſtus 7 omni tempore vixeris,
Seu te 8 in remoto gramine per dies
9 Feſtos 10 reclinatum 11 beâris
12 Interiore notâ Falerni!
13 Qvo 14 pinus ingens, 15 albaqve populus
Umbram hoſpitalem 16 conſociare 17 amant
Ramis, & obliqvo 18 laborat
Lympha fugax trepidare rivo.
19 Huc vina, & ungventa, & nimiùm 20 brevis

6 *Seu mœſtus*, *ſeu te*, & *vixeris beâris*, efficiunt Symplocen. 7 Vitæ tuæ. 8 In loco aliqvo herboſo & viridi à freqventia hominum remoto & ſecreto. Meton. adj. 9 Lætitiæ deſtinatos. 10 Recubantem ad bibendum 11 Lætum hilaremqve beatorum in morem reddideris, dùm voluptatibus iſtis frueris. 12 Falerno vino, optimo & præſtantiſſimo, in intimâ parte cellæ vinariæ recondito, & notâ aliqvâ (qvam ſigni loco appoſitam habet) commendato, i. Conſulum nominibus vini cadis inſcriptis, ad tempus, & vini præſtantiam ſignificandam. 13 In qvo gramine Al. *qvâ*, id eſt, in illâ parte, qvam, &c. Deſcribit enim locum, ubi Delius jucundè & beatè vivere poſſit. 14 Od. 10. l. 2. *Sæpiùs ventis agitatur* ingens pinus. 15 Populus arbor, cujus frondes internæ ſunt albæ. 16 Amanter conſociant, id eſt, ramis ſuis longè lateqve diffuſis, gratum aliqvod refrigerium, & umbram, te, ſuo hoſpite dignam, & aliqvandiu inhabitandam, amicâ ſocietate initâ, unà conficere, teqve hoſpitem dominumqve ſuum benevolè accipere & obumbrare delectantur. Metaph. ab animatis ad inanimatas plantas. 17 Solent, delectantur, φιλοῦσιν: ut Od. 16. l. 3. *Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere* amat *ſaxa potentius Ictu Fulmineo.* 18 Et qvâ aqva celeriter decurrens incurvo aliqvo rivo, ut hoſpiti ſuo gratum murmur concitet, ſtudet leni tremuloqve ſtrepitu per ſaxa defluere. Metaph. 19 Ad hunc locum. 20 Citò deflorescentis. *Qvam longa una dies, ætas tam*

Flores

Flores amœnæ 21 ferre jube roſæ :
Dum 22 res, & 23 ætas, & 24 ſororum
25 Fila trium patiuntur atra.
26 Cedes coëmtis ſaltibus, & domo,
Villâqve, 27 flavus quam Tiberis 28 lavit,
Cedes : & 29 extructis in altum
Divitiis potietur hæres.
Dives-ne, priſco 30 natus ab 31 Inacho,
32 Nil intereſt, an pauper, & infima
33 De gente 34 ſub dio moreris,
35 Victima 36 nil miſerantis Orci.
37 Omnes eôdem cogimur : 38 omnium

longa roſarum eſt. 21 Adferre, id eſt, genio indulge. 22 Patrimonium, & facultates tuæ, ὄντα, τὰ ὑπάρχοντα. 23 Ætas juvenilis, lætitiæ voluptatibuſqve acta. 24 Parcarum crudelia omnibuſqve mortem minitantia fila illud adhùc permittunt. Synecd. gen. In *atra* eſt Meton. effe. 25 Qvibus vitæ tuæ terminos dimenſæ ſunt. 26 Migrabis & diſcedes ab omnibus divitiis. 27 Turbidus, & arenæ colore flavus. Sic Od. 2. l. 1. *Vidimus* flavum *Tiberim*, &c. 28 Alluit ac præterfluit. Dicimus *lavere* & *lavare* : ſed *lavere* freqventiùs. Virg. 3. Æn. *Luminis effoſſi fluidum* lavit *inde cruorem.* 29 In ſublimes acervos coacervatis. Metaph. à congerie lignorum & lapidum, è qvibus ædificia exſurgunt, ad auxeſin ingentem divitiarum indicandam. 30 Familiam tuam deducas. 31 Argivorum Rege. 32 Nihil refert : qvia *Pallida mors æqvo pulſat pede pauperum tabernas, Regumqve turres.* Od. 4. l. 1. *neqve ulla Aut magno, aut parvo lethi fuga.* 33 Natus ſc. 34 Sub puro aëre, ſine domo vivas, & ſub nudo cœlo habites. Od. 2. l. 3. *Vitamqve* ſub dio *& trepidis agat In rebus.* 35 Tu exiſtens hoſtia Plutoni mactanda, id eſt, qvi es moriturus. Metaph. eſt à ſacrificiis. 36 Qvem nullius miſeret. 37 Nos omnes, qvotqvot vivimus, ad eundem finem ſeu mortem compellimur. Sic ſuprà Od. 28. l. 1. *Omnes una manet nox.* 38 Omnium mortalium urna fatalis

Verſatur

Verſatur urna: 39 *ſeriùs, ocyùs,*
Sors exitura: & nos in 40 *æternum*
Exilium 41 *impoſitura cymbæ.*

(in qvam conjiciuntur omnium ſortes vitæ mortiſqve) à fato & Parcis agitatur atqve movetur. Sic Od. 1. l. 3. *Omne capax movet urna nomen.* Virg. 6. Æn. *Qvæſitor Minos urnam movet.* Al. *omnium verſatur urnâ ſeriùs, ocyùs, Sors exitura:* & tùm ordo erit: Sors omnium exitura ſeriùs vel ocyùs, & impoſitura nos cymbæ in æternum exilium, verſatur in urnâ. 39. Ex qvâ urnâ aliorum ſors tardiùs, aliorum celeriùs finem vitæ allatura eſt, id eſt, ſive tardiùs, ſive citiùs, moriendum eſt. Propert. l. 2. *Longiùs, aut propiùs, mors ſua qvemqve manet.* 40 Sortiti enim hunc terrarum orbem veluti domicilium qvoddam, morte mutamus ſolum, nunqvam redituri. Al. *exitium.* 41 Charontis navi per fluvium infernalem transvehendos impoſitura eſt.

Ode IV. Προσφωνητική.

Ad XANTHIAM PHOCEUM.

Non eſt cur Xanthias erubeſcat, qvòd Phyllida ancillam amet, cùm multis magnis viris idem uſu venerit.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 NE ſit 2 *ancillæ tibi amor pudori,*
Xanthia Phoceu: 3 *priùs inſolentem*

1 Ut non pudeat te amare ancillam tuam Phyllida, tibiqve tanqvam indecorum qvid ruborem concitet, magnorum Regum ac Heroum exemplis demonſtrabo, nulli illud vitio dari poſſe aut debere: *ne* enim hîc non habet vim prohibendi, ſed negandi finem, ut ſuprà Od. 33. l. 1. *Albi*, ne *doleas*, &c. 2 Phyllidis. Synecd. gen. 3 Achillem, Græcorum fortiſſimum, qvi anteà nullius amore captus fuerat: ut Od. 5. l. 1. *& aſpera nigris æqvora ventis Emirabitur* inſolens: vel, arrogantem & ferocem, & factorum ſuorum ſuperbia elatum; ut Od. 16. l. 1. *imprimeretqve muris Hoſtile aratrum exer-*

4 *Serva*

4 Serva Briſeïs 5 niveo colore
6 Movit Achillem,
Movit Ajacem 7 Telamone natum,
8 Forma captivæ dominum Tecmeſſæ:
Arſit 9 Atrides medio in 10 triumpho
11 Virgine raptâ:
12 Barbaræ poſtqvam 13 cecidêre turmæ
14 Theſſalo victore, 15 & ademptus Hector

citus inſolens. 4. Captiva, δορυάλωτος qvam Lyrneſſo, Troadis urbe, captam, in ſortem acceperat. 5 Colore candido, id eſt, ſuâ pulchritudine in ſui amorem protraxit, animumqve ejus commovit, adeò, ut eâ ab Agamemnone ſibi ereptâ, tantiſper bello abſtinuerit, donec Patroclum amicum ab Hectore interfectum viderit, neqve priùs ullis muneribus, ab Agamemnone ſibi promiſſis, placari potuerit. Homer. Iliad. 1. Synecd. gen. 6 Anadiploſis. 7 Telamonis filium, Æaci nepotem, non Ajacem Oilei filium. Synecd. gen. 8 Dominum ſervæ ſuæ captivæ Tecmeſſæ pulchritudo commovit, qvam etiam uxorē duxit. 9 Agamemnon Atrei filius, Græcanicæ expeditionis princeps, in mediâ victoriâ, qvam de everſâ urbe Trojâ agebat, vehementer amavit Caſſandram. Synecd. gen. 10 Meton. eſſe pro victoriâ triumphi causâ. 11 Caſſandrâ, Priami filiâ, è templo Palladis raptâ à Græcis. Synecd. gen. *Arſit virgine* autem dixit, ut Od. 9. l. 3. *Donec non* aliâ *magis* Arſiſti. Qvanqvam *virgine raptâ* dici poteſt eſſe abſolutè poſitum. 12 Poſtqvam jam decennali bello Phrygum militares copiæ ab Achille victore occiſæ cecidêre. Synecd. gen. 13 Metaph. à ruinis ædificiorum & arborum. 14 Achille, qvi fuit ex Laryſsâ, urbe Theſſaliæ, victore: qvanqvam enim ante captam Trojam à Paride interfectus fuerit, viciſſe tamen videtur, per qvem factum eſt, ut cæſo Hectore, ac tot viris fortiſſimis, Troja caperetur. Synecd. gen. 15 Et poſtqvam Hectore, Trojanorum fortiſſimo,

Tradidit

Tradidit 16 *feſſis leviora tolli*
**Pergama Grajis.*
17 *Neſcias, an te generum beati*
Phyllidis flavæ decorent parentes:
18 *Regium certè genus, & penates*
Mœret iniqvos.
Crede non illam tibi 19 *de ſceleſtâ*
Plebe delectam: 20 *neqve ſic fidelem,*
Sic lucro adverſam potuiſſe naſci
Matre pudendâ.
Brachia, & vultum, 21 *tereteſqve ſuras*

Priami & Hecube filio, Trojanis morte ademto, & ab Achille occiſo, factum eſt, ut traderentur Græcis (tanqvam victoribus) feſſis Pergama, qvæ jam, Hectore occiſo, faciliora erant, ut delerentur & everterentur. 16 Decennali bello defatigatis, fractis. Sic Virg. Æn. 2. *fracti bello, fatiſqve repulſi Ductores Danaûm, tot jam labentibus annis.* &c. * Synecd. mem. pro integrâ urbe, cujus Pergama erant propugnacula. 17 Fortaſsè tali loco nata eſt Phyllis, ut tibi honeſtum ſit eam amare, adeoqve neſcire poſſis & incertum eſt, an Phyllidis, ancillæ tuæ, formoſæ parentes nobiles & divites te maritum aut generum honeſtiorem ſui generis nobilitate reddere poſſint. 18 Certè illa regios ac nobiliſſimos ſuos majores cum luctu deflet, ac dolet ſe Deos familiares habere ſibi inimicos & parùm propitios, qvòd jam captiva ſit, & præ paupertate ſtemmati ſuo reſpondere neqveat. 19 Tu autem mihi crede, illam ancillam Phyllida non de meretriciâ, impurâ & abjectâ plebe natam, & à te tanqvam amabiliorem aliis prælatam & exemptam eſſe. 20 Neqve crede mulierem adeò conſtantem, adeò etiam à lucro (qvod plerarumqve pudicitiam expugnare ſolet) alienam & abhorrentem, potuiſſe naſci à matre erubeſcendâ, qvæ propter vitæ turpitudinem ſuis liberis eſt pudori, id eſt, à meretrice. 21 Ancillæ tuæ

22 *Integer*

22 *Integer lando : 23 fuge ſuſpicari,*
Cujus octavum 24 trepidavit ætas
Claudere luſtrum.

Phyllidis tibias longas & totundas. Od. II. Epod. *Aut teretis pueri Longam renodantis comam.* 22 Tanqvam vir caſtus, & ab amore ejus alienus & intactus, *vel*, integrè ac ſincerè. 23 Noli enim hujusmodi qvid cogitare, ſc. me Phyllidis amore eſſe captum, qvod ejus brachia, faciem, ſuras laudo, qvippe qvadragenarius ſum, id eſt, natus annos qvadraginta, ideòqve calor ille adoleſcentiæ jam deferbuit. 24 Cujus vita ætas exhorruit finire qvinqvennium octavum, ſc. 40. annos, & ad triſtem illam ſenilem ætatem propiùs accedere.

Ode V. Εὐκτική.

In LALAGEN.

Pulcherrima Lalage eſt virgo viro immatura: ergo ab ejus cupiditate eſt mens revocanda.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *Nondum 2 ſubactâ ferre * jugum valet*
Cervice: 3 nondùm munia comparis
Æqvare, nec 4 tauri ruentis

1 Lalage ob naturæ teneritudinem nondùm viri, conjugium & amplexus perferre poteſt. Pulcherrima intactæ adhùc bovis cum immaturâ virgine comparatio, atqve adeò tota hæc Ode allegorica eſt, perpetuaqve in eâ Metaphora, ducta à juvencâ ſive juniore bove, qvæ nondum ſubiit jugum, nec taurum irruentem ferre qveat. Plaut. in Curcul. *Jam-ne ea fert jugum? Tam à me pudica eſt, qvàm mea ſi ſoror ſiet.* 2 Cervice ſuppoſitâ, vel domitâ. * Plauſtri aut aratri, id eſt, conjugii jugum ſuſtinere poteſt. 3 Nondùm officium conjugii valet præſtare & exæqvare cum ſuo pari, cum qvo jugo conjuncta pariter incedit, id eſt, marito. Al *comparis*, id eſt, conjugis. Anaphora. 4 Juvenis robuſti, ad concubitum

In

In Venerem tolerare pondus.
Circa virentes eſt animus tuæ
Campos 5 *juvencæ,* 6 *nunc fluviis gravem*
7 *Solantis æſtum, nunc in udo*
Ludere cum vitulis ſalicto
8 *Prægeſtientis:* 9 *tolle cupidinem*
Immitis 10 *uvæ: jam tibi lividos*
11 *Diſtinguet Autumnus racemos*
Purpureo varius colore.
12 *jam te ſeqvetur;* 13 *currit enim ferox*
14 *Ætas;* 15 *& illi, qvos tibi demſerit,*

prompti. Sic Od. 12. Epod. *pereat malè qvæ te, Lesbia, qværenti taurum monſtravit inertem.* 5 Tuæ puellæ. 6 Anaphora. 7 Nunc gelidis fontibus intolerabilem æſtum levantis. Sic dixit Virg. *ſolari famem* Georg. 1. *Concuſſaqve famem in ſylvis ſolabere qvercu.* 8 Nunc vehementer deſiderantis & cupientis ludere non cum tauris moroſis, ſed cum vitulis lætis, id eſt, teneris puellis, in humido aut aqvoſo aliqvo loco ſalicibus conſito. 9 Dele hujus puellæ impuberis deſiderium, tanqvam ingratæ immaturæqve uvæ. 10 Alia eſt Allegoria ducta ab uvâ immaturâ. Meton. effic. pro effe. & injecto amore talis puellæ: deinde Meton. adj. pro ſubj. id eſt, amicâ immaturâ. 11 Jam tibi Autumnus, diſtinctus & ornatus rubore, maturitatis indice, id eſt, pomis & uvis purpurei coloris, variabit & maturitate donabit tibi jam jam ſuo adventu vitium uvas cæruleas & maturas, id eſt, tempus ſeqvens, unus & item alter annus iſtam tibi virginem maturabit. 12 Puella, qvæ propter ætatem immaturam te nunc refugit, propediem matura, te ultrò petet. Anaphora. 13 Hæc enim moroſa junior ætas, ob ſangvinis fervorem feroces nos faciens, non tarda eſt, ſed cito pede labitur ac præterfluit. Sic Od. 14 l. 2. *Eheu fugaces, Poſthume, Poſthume, Labuntur anni.* 14 Synecd. Periphr. juventutis. 15 Et ætas,

Apponet annos: 16 *jam protervâ*
Fronte petet Lalage maritum,
17 *Dilecta, qvantum non Pholoë* 18 *fugax.*
Non Chloris: 19 *albo ſic humero nitens,*
Ut pura nocturno renidet
Luna mari, 20 *Cnidiusqve Gyges:*
21 *Qvem ſi puellarum* 22 *inſereres choro,*
Mirè 23 *ſagaces falleret* 24 *hoſpites*

id eſt, tempus addet puellæ Lalage florentes annos, qvos tibi, viro jam ad ſenium vergenti abſtulerit, id eſt, illa matureſcet, tu verò ſeneſces. Horat. in arte: *Multa ferunt anni venientes commoda ſecum, Multa recedentes adimunt.* 16 Lalage tua jam te maritum ſuum petet fronte inverecundâ, id eſt, non pudebit eam maritum petere. 17 Et tibi vel à qvocunqve dilecta erit & amabitur, magis qvàm Pholoë & Chloris fœminæ pulcherrimæ. 18 Viros fugiens, ut inde plus ametur, vel cujus gratia citò præteribit. 19 Lalage ſic ſplendens humeris albis, Luna puro & ſereno cœlo & nullis nubibus obducta reſplendet, in mari tempore nocturno. 20 Puer formoſiſſimus Cnidius ex Cnido inſulâ Veneri dicatâ. 21 Qvem Gygen ſi inter puellas collocares, parva differentia deciperet peregrinos & advenas (qvibus familiariter notus non eſt) qvantumvis acutos & perſpicaces: nam ignoraretur ille ab hoſpitibus, qvi eum aſpiciant, qvia crinibus longis, effuſis & intonſis utitur (qvos puellarum inſtar alit) faciemqve habet tàm venuſtam & politam, ut ambigi ac dubitari poſſit. ſit-ne puer, an puella. Sic ſuprà l. 2. Od. 7. *ambiguam Salamina* dixit. 22 De hac Metaph. dictum eſt in fine Od. 1 l. 1. 23 Perſpicaces & acutos. Metaph. à canibus venaticis, qvi odorificâ vi narium ſubolfaciunt veſtigia & indagant cubilia ferarum. 24 Synecd. ſpe. pro ignotiſſimis qvibusqve hominibus.

Diſcrimen 25 obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoqve vultu.

25 Incertum, qvod ægrè internoſci qveat: *Vel*, faciens diſſimilitudinem ſexus valdè exiguam, per Meton. eſſe. Idem Tropus eſt in *ambiguo*.

Ode VI. Πϱοσφωνητική.[1]

Ad SEPTIMIUM.

Optat habere ſuæ ſenectutis ſedem, Tibur & Tarentum, qvorum laudat amœnitatem.

Dicolos Tetraſtrophos.

SEptimi 1 *Gades aditure mecum, &*
2 *Cantabrum indoctum* 3 *juga ferre noſtra, &*
4 *Barbaras Syrtes;* 5 *ubi Maura ſemper*
Æſtuat unda:
Tibur 6 *Argeo poſitum colono*
7 *Sit meæ ſedes utinam ſenectæ*

1 Septimi, eqves Romane nobiliſſime, qvi mecum petiturus es, ſi opus ſit, Gades, ultimam Hiſpaniæ inſulam, id eſt, loca longinqva, & procul à Româ diſſita? Synecd. ſpe. 2 Populum Hiſpaniæ ferociſſimum, qvi nondum didicit Romano imperio obedire, id eſt, Cantabros. Synecd. plur. Sic ferè loqvitur Od. 1. l. 1. *indocilis pauperiem pati.* Devicti ſunt tandem Cantabri ab Agrippâ. Vide Florum l. 4. c. 12. 3 Mandata. Metaphora ab intactis bobus. 4 Et mecum aditure Syrtes inhoſpitales in mari Mediterraneo verſùs Africam. Vide Od. 22. l. 1. 5 Ubi Mauritanica aut Africana unda acceſſu vel receſſu maris ſemper ad littus alliditur. 6 Qvod conditum eſt à Tiburno Argivo, id eſt, Græco colono. Synecd. gen. 7 Exclamatio eſt per optatio-

8 *Sit modus laſſo 9 maris, & viarum,*
Militiæqve!
10 *Unde ſi Parcæ prohibent iniqvæ,*
Dulce 11 *pellitis ovibus Galeſi*
Flumen, 12 *& regnata petam Laconi*
Rura Phalanto.
13 *Ille terrarum mihi præter omnes*
Angulus 14 *ridet, ubi non* 15 *Hymetto*
Mella decedunt, viridiſqve certat

nem, & Anaphora in*ſit.* 8 Utinam Tibur ſit mihi, navigationibus, itineribus, & militiâ defatigato, finis & meta. 9 Laborum, qvos ego tùm mari, tùm terrâ pertuli. Alleg. è Meton. Subjectorum. 10 A qvo Tibure ſi Parcæ, id eſt, tres ſorores lanificæ (Erebi & Noctis filiæ) parùm mihi propitiæ me prohibent, ut Tiburtinam regionem inhabitare non debeam. 11 Tùm adibo Galeſum, Calabriæ fluvium juxta Tarentum, qvod jucundum eſt ovibus Tarentinis, qvæ aliis pellibus, præterqvam ſuis, ſunt tectæ propter excellentem lanæ bonitatem, ne ſua vellera inqvinentur ad tincturæ nocumentum. De Galeſo Virg. 5. Æn. *Qvà niger humectat flaventia culta Galeſus.* 12 Et adibo regna Tarentina, in qvibus regnavit Phalantus Lacedæmonius, qvo duce Lacedæmonii Apollinis oraculo templum condiderunt. Vid. Juſtin. l. 3. Synecd. gen. *regnata Laconi* dixit, ut Od. 29. l. 3. *Qvid Seres, &* regnata Cyro *Bactra parent.* 13 Ille Italiæ angulus præter omnes reliqvas terrarum regiones mirum in modum mihi arridet, placet, γελᾷ, amœnus & gratus eſt. Sic Lucret. l. 1. *tibi* rident *aqvora ponti.* 14 Metaph. ab homine, cujus proprium eſt ridere. 15 Ubi mella non dant locum, id eſt, ubi mella non ſunt deteriora melle ſvaviſſimo, qvod colligunt apes in Hymetto, Atticæ monte, thymo, aliiſqve herbis odoriferis abundante. Metaphora eſt: *decedere* enim, eſt locum ſuperiori, & honoratiori dare: ut Ep. 2. l. 2.

16 *Bacca*

16 *Bacca Venafro*:
Ver ubi 17 *longum*, 18 *teidaſqve præbet*
19 *Juppiter* 20 *brumas*: *&* 21 *amicus Aulon*
22 *Fertili Baccho*, *minimùm Falernis*
23 *Invidet uvis*.
24 *Ille te mecùm locus*, *&* 25 *beatæ*

Ludere ſi rectè neſcis, decede *peritis*. Ut verò inter vina *Falerno*, ſic inter mella *Hymettio*, palma olim dabatur. 16 Et ubi oliva prôpter bonitatem contendit cum olivâ, qvæ oritur in Venafro, oppido in Campaniæ littore ſito: vel pro agro ei oppido vicino. Meton. Mat. pro oleo inde expreſſo ac effecto. *Certat Venafro* autem Græcorum more dixit: ut Od. 2. Epod. Certantem *& uvam* purpuræ: & Od. 3. l. 1. *nec timuit præcipitem Africum* Decertantem Aqvilonibus. 17 Aſſiduum. Hyperbole. Sic Virg. Georg. 2. *Hic* ver aſſiduum, *atqve alienis menſibus æſtas*. 18 Moderato frigore tolerabiles. 19 Aër. Eadem Meton. qvæ fuit Od. 1. l. 1. in *Jove*. 20 Hyemes. Synecd. part. 21 Et ubi Aulon, mons Tarento vicinus, vite fertili, qvam producit, gratus & carus, non cedit, neqve eſt deterior uvis Falerni, Campaniæ montis, qvippe cùm ipſis præſtantiâ facilè par ſit, nec velut inferior opus habeat, ut illis tanqvam præſtantioribus invideat. Metaph. ab ominibus ad inanimata. 22 Vite, vino, cujus feracitate Aulon amicus eſt dominis, nempe ob commoda, qvæ inde proveniunt. Mart. *Nobilis & lanis*, *& Baccho fertilis Aulon*, *Det pretioſa tibi vellera*, *vina mihi*. Meton. effic. Virg. 2. Georg. *deniqve apertos* Bacchus *amat colles*. 23 Metaph. ab animatis ad inanimata. 24 Ille Campaniæ amœniſſimus locus, ubi hæc omnia ſunt. Metaph. qvâ affectus & actus tribuitur rebus inanimatis: vel Meton. eſt ſubjectorum pro adjunctis civibus & præſidiariis. 25 Montes ſeu ſedes felices & fertiles (ob arcem illam Tarenti olim munitiſſimam: & alioqvi loca omnia editiora *arces* vocant Poëtæ) te mecum incolas poſcunt, id eſt, hîc tecum vivere, & apud te mori cupio.

Poſtulant arces: 26 *ibi tu calentem*
27 *Debitâ ſparges lachrymâ favillam*
28 *Vatis amici*

26 Ibi tu, ô Septimi, conſperges & luctu cõvenienti perſeqvéri cinerem, ex recenti exuſtione adhùc calentem, Horatii ami tui, id eſt, ubi tu mihi mortuo juſta perſolves. 27 Conveni enti, propter noſtram amicitiam: lugebantur autem mortu in ipſo funere, & cùm ſepeliebatur corpus. 28 Synecd. ge pro Poëta Horatio & amico.

Ode VII. Προσφωνητική.

Ad POMPEJUM VARUM.

Cui reditum gratulatur in patriam.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 O *ſæpè mecum* 2 *tempus in* 3 *ultimum*
Deducte, 4 *Bruto militiæ duce,*
5 *Qvi te* 6 *redonavit Qviritem*
7 *Diis patriis,* 8 *Italoqve cælo,*

1 Ordo eſt: O Pompei Vare, prime meorum ſodalium, ſæp deducte mecum in ultimum tempus, id eſt, qvi ſæpè un mecum deductus fuiſti in extremum vitæ finem & diem, id eſ in periculum mortis. Exclamatio exultantis & valdè gaudenti ſalvo reditu alterius. 2 Exitium & extremos caſus; qvæ cer to tempore hominibus accidunt. Meton. ſubj. 3 Supremum qvo morti proximos nos eſſe credimus. 4 Bruto Imperato re cum Caſſio. 5 Deorum ſc. vel qvis Auguſti amicus te pa triâ ejectum iterùm fecit civem Romanum? 6 Reddidit & reſtituit. Sic Od. 3. l. 3. *& inviſum nepotem, Troica qvem peperit ſacerdos, Marti* redonabo. 7 Penatibus Romanis Diis tutelaribus. Synecd. gen. Sic Virg. 2. Æn. Dii patri *ſervate domum*: ut apud Græcos θεοὶ πάτριοι & πατρῷοι Macrob. Sat. l. 3. c. 4. 8 Et Italæ regioni. Meton. adj. ſiv

Pompe

Pompei, meorum 9 *prime ſodalium?*
Cum qvo 10 *morantem ſæpè diem mero*
11 *Fregi*, 12 *coronatus nitentes*
Malobathro Syrio capillos.
Tecum 13 *Philippos, & celerem fugam*
14 *Senſi* 15 *relictâ non benè parmulâ,*
16 *Cùm fracta virtus,* 17 *& minaces*
18 *Turpe ſolum tetigêre mento.*
Sed 19 *me per hoſtes* 20 *Mercurius celer*

circumſtantis aëris pro ſubj. 9 Qvi meorum amicorum & commilitonum princeps & amiciſſimus es. 10 Tardum, longioremqve ſolito mihi viſum. 11 Partem diei in vino epoto tranſegi. Vide Oden. 1. l. 1. 12 Habens capillos meos delibutos Malobathro, qvod eſt ungventum Syrium pretioſiſſimum, qvodqve ex Indiâ, ubi naſcitur, Antiochiam Syriæ emporium, advehitur. Solebant autem elegantiores & lautiores homines capillum unguento perungere. 13 Atrox illud prælium ad Philippos, Macedoniæ urbem, ubi Caſſius & Brutus ſunt victi. Meton. ſubj. loci. 14 Vidi, & expertus ſum. 15 Scuto meo turpiter abjecto: turpe eſt enim militi haſtam clypeum-ve metu abjicere: qvod qvi faciunt, ῥιψάσπιδες appellantur. Notum illud de Epaminondâ tùm deniqve ſibi avelli ſpiculum jubente, poſtqvam ei percunctanti dictum eſt, clypeum eſſe ſalvum, ut etiam in vulneris dolore animo æqvo cum laude moreretur. 16 Cùm Bruti, ducis noſtri potentia jam ad nihilum redacta eſſet. Meton. adj. 17 Et milites Bruti, pertinaciter victori reſiſtentes, turpiter ceciderunt, occubuerunt. Solent enim, qvi in vulnera procumbunt, prono capite dentes labris infigentes, mordicùs terram appetere, & qvidem ferociſſimi qviqve, ne dolore victi vocem aliqvam edant indignam ſuâ exiſtimatione ac priore vitâ. Sic Virg. Æn. 11. *Procubuit moriens, & humum ſimul ore momordit.* Ibid cruentâ Mandit humum Ovid. Met. 9. & arenas ore momordit. 18 Terram cruore ſeu cadaveribus inqvinatam ac fœdatam. 19 Horatium. 20 Deorum nunci-

21 Denſo 22 paventem ſuſtulit 21 aëre:
23 Te rurs s in bellum 24 reſorbens
Unda fretis tulit 25 æſtuoſis.
Ergo 26 obligatam redde 27 Jovi dapem,
Longâqve feſſum militiâ 28 latus
Depone 29 ſub lauru meâ: nec
Parce 30 cadis tibi deſtinatis.
31 Oblivioſo lævia Maſſico
Ciboria exple: funde capacibus
Ungventa de 32 conchis: 33 qvis udo

us alatus. Hîc Mercurio ſalutem ſuam acceptam fert, qvòd Philippenſi acie non perierit. 21 Nube, qvæ denſior eſt aër, circumdatum, ut Homer. κυανέῃ νεφέλῃ. Sic apud Homer. Iliad. 3. Venus Paridem, nube tectum, è certamine eripit. Sic Iliad. 5. Phageum Vulcanus; Sic Æneam Venus, eâqve à Diomede vulneratâ & fugiente, in ejus locum ſuccedens Phœbus. Synecd. gen. definitio pro ipſo definito, 22 Metu mortis pavidum è morte eripuit, & in poſterum Marti valedicere juſſit. 23 Pompejum Varum, ſimili fortunâ ereptum. 24 Retrahens. Metaphora a Charybdi ducta, qvâ ſignificat, Pompejum cum impetu mentis & furore correptum, ad Bruti partes eſſe reverſum. 25 Per freta æſtuoſa, id eſt, bella ferventia. 26 Ex voto promiſſam ac debitam ſacrificii adipem. Vult, ut voti reus votum ſolvat, ipſe ei cœnam adventitiam daturus, ut Numidæ dedit Od. 36. l. 1. 27 Liberatori. 28 Corpus tuum: latera namqve corpus utrinqve, ut validi muri, ſuffulciunt. Synecd. mem. 29 Sub meo patrocinio: nam laurus eſt incolumitatis, & cuſtodiæ ſymbolum. Meton. adj. 30 Vaſis vinariis ad tuum reditum reſervatis. 31 Imple ad ſummum, infunde, & ebibe expolita pocula capaciora, vino Campaniæ impleta, qvod vinum liberiùs epotum oblivionem malorum omnium & curarum affert, vel per ſe, vel per ſomnum ſubſeqventem. Meton. effe. 32 Vaſis ungventariis è conchis factis. 33 Qvis curat celeriter & valdè

Depro-

Deproperare apio coronas,
Curat-vé myrto? 34 qvem 35 Venus arbitrum
Dicet bibendi? 36 non ego ſaniùs
Bacchabor Edonis: 37 recepto
38 Dulce mihi furere eſt amico.

properando efficere ſeu nectere in convivarum gratiam ex apio, in humido loco nato, vel ex myrto, ſerta florea, ut illa in convivio adhibeamus? 34 Polyptoton. 35 Venereus talorum vel teſſerarum jactus fauſtiſſimus, qvi ſenarium numerum ter inſignitum habeat, bibendi conviviiqve magiſtrum deſignabit aut dabit? Svet. in Aug. *talis enim jactis, ut qviſqve canem, aut ſeniorem miſerat in ſingulos talos, ſingulos denarios in medium conferebat: qvos tollebat univerſos, qvi Venerem jecerat.* Meton effic. 36 Ego in hoc lætiſſimo noſtro convivio non temperantiùs bibendo inſaniam, qvàm Edoni, Thraciæ populi bibaciſſimi & furioſi. 37 Qvippe te tanto amico præter omnem ſpem & exſpectationem recuperato. Sic Od. 2. l. 4. *O Sol Pulcher, ô laudande, canam recepto Cæſare felix.* 38 Gratum mihi eſt furenter potare & bibere, atqve ebrium diſcurrere & ſaltare.

Ode VIII. Προσευκτική.

IN JULIAM BARINEN.

Dicolos Tetraſtrophos.

Non eſt, cur Barinæ juranti credatur, cùm nullas perjuriorum det pœnas; ſed potiùs ex perjuriis pulchrior exoriatur.

ULla 1 ſi juris tibi pejerati
Pœna, Barine, nocuiſſet unqvam;

1 Si jurisjurandi abs te violati, id eſt, perjurii pœna à Diis, perjurii ultoribus, impoſita, unqvam tibi nocuiſſet, id eſt, ſi tu perjura ullo tempore vel ſemel à Diis punita eſſes. Ana-

2 Dente ſi nigro fieres, vel uno
Turpior 3 ungui,
4 Crederem: ſed tu, 5 ſimul 6 obligâſti
Perfidum votis 7 caput, 8 eniteſcis
Pulchrior multò, juvenumqve prodis
Publica 9 cura.
10 Expedit 11 matris cineres opertos
Fallere, & tot 12 taciturna noctis

phora. 2 Si minimâ parte corporis fieres deformior. 3 Digiti. 4 Tùm crederem tibi juranti, *vel*, crederem Deos eſſe vindices perjurii in rebus amatoriis. 5 Simul ac, poſtqvam: ut Od. 4. l. 1. *qvò* ſimul *meâris*. 6 Per caput tuum perjurum juraſti, exſecrationibus te obſtrinxiſti, id eſt, poſtqvam æternis inferorum ſuppliciis te perfidiâ & fraude plenam conſecraſti, te amanti gratificaturum, neqve fidem liberas tamen. Metaph. à corporibus, qvæ propriæ dicuntur obligari. 7 Vitam tuam tuam Meton. ſubj. 8 Mox inde longè formoſior, qvàm ante perjurium, exſiſtis, & in publicum procedis à multis juvenibus unicè amata, *vel*, cujus unius amore juvenes flagrant. 9 Efficiens juvenes ſollicitos, ut omnes illam cogitent & appetant. Meton. eſſe. 10 Utile eſt tibi ad formam, & lucrum captandum (ſi perjuria non puniantur) per matris tuæ defunctæ manes ſepulturâ tectos jurare, & juramentum non ſervare, nec ea, qvæ illi promiſſa ſint, perſolvere. 11 Matrem mortuam. Virg. Æn. 4. *Id cinerem, & manes credis curare ſepultos?* Natum ex veterum conſvetudine, qvi mortuorum corpora cremabant, cinereſqve in urnis conſervabant. Cic. Verr. 3. *obſecravit per fratris ſui mortui cinerem*, &c. 12 Et per ſilentis noctis ſidera cum univerſo cœlo pejerare. Tale hoc Æneæ jusjurandum l. 4. *Per ſidera juro, Per ſuperos, & ſi qva fides tellure ſub imâ eſt.* Et l. 9. *cælum hoc, & conſcia ſidera teſtor.* Crebra hæc ſunt apud poëtas; *nocte ſilenti: ſilentia noctis.* Metaph. ab animatis, ad ſydera interdiu latentia ſplendore radiorum

Signa

Signa cum cœlo, 13 *gelidâqve Divos*
14 *Morte carentes.*
15 *Ridet hoc* [*inqvam*] *Venus ipſa, rident*
16 *Simplices Nymphæ,* 17 *ferus & Cupido,*
Semper 18 *ardentes* 19 *acuens ſagittas*
Cote 20 *cruentâ.*
21 *Adde, qvòd* 22 *pubes tibi creſcit omnis:*
23 *Servitus creſcit nova:* 24 *nec priores*
Impiæ 25 *tectum dominæ relinqvunt*
26 *Sæpè minati.*

ſolarium. 13 Meton. effe. ut *pallida mors* Od. 4. l. 1. 14 Deos immortales, ἀθανάτους. Nihil enim vulgatius, qvàm per illos jurare. Synecd. periphraſis. 15 Hujuſmodi amantium perjuria ipſa amorum mater Venus deridet ac pro nihilo habet. Tibul. *Perjuria ridet amantum Jupiter, & ventos irrita ferre jubet.* Anaphora eſt cum Polyptoto. 16 Hoc mites & exorabiles, & ad ignoſcendum faciles Veneris comites. ſc. Jocus, Riſus, Fletus, pro levi reputant. 17 Et crudelis ille Veneris filius Cupido hoc ridet. 18 Amoris flammâ. 19 In mortalium tormenta & miſeriam. Metaph. à ſagittariis. 20 Cote aſpersâ ſangvine ſagittarũ, qvæ in illâ cote acuuntur, multis exitiali, propter cædes ex amore orientes, *vel,* qvòd immoderatus amor exitium amantis maturet. Meton. effe. 21 Adde, qvòd non ſolùm formæ jacturam non paſſa, formoſior perjura evadis; ſed inſuper omnis juventus Romana, aſſiduè ad te confluens, perjurii tui, & doli meretricii ignara, tibi augetur. 22 Meton. adj. ſigni pro re ſignificatâ, nempe juventute vel juvenibus. 23 Qvòd novi amatores accedunt, qvi tibi ſerviunt. 24 Nec veteres amatores, in qvos te ſævam & immitem, & perfidam præbuiſti, domum tuam deſerunt 25 Ædes tuas, lupanar, Synecd. part. 26 Qvamvis ſæpè minati ſint, ſe tibi ſervire deſituros, atqve à foribus tuis diſceſſuros propter tuum perjurium: ut Phædria

27 Te

27 *Te ſuis matres metuunt juvencis,*
28 *Te ſenes parci: 29 miſeræqve nuper*
Virgines nuptæ, tua ne retardet
30 *Aura maritos.*

apud Ter. in Eun. *Excluſit: revocat: redeam? non, ſi me obſecret.* Et de ſe Tibullus ait: *Juravi qvoties rediturum ad limina nunqvam? Cum benè juravi, pes tamen ipſe redit.* 27 Matres filiis ſuis adoleſcentulis metuunt, ne illis exitio ſis, atqve à te corrumpantur. 28 Senes frugales etiam te metuunt, ne dilapidetur patrimonium liberis ſuis relictum. 29 Te metuunt virgines, qvæ minùs formoſæ ſunt & amabiles, juvenibus nuper in matrimonium collocatæ, ne tua popularis aura, & publicus favor raræ tuæ pulchritudinis & venuſtatis atqve blanditiarum illorum maritos, in tui amore occupatos, detineat, illoſqve in ſe amandis tardiores & ſegniores reddat. 30 Venuſtas & nitor tuus. Tranſlatio à ventis, qvi navem, qvò lubet, impellunt, vel ab aëris ſerenitate.

Ode IX. Παραινετική.

Ad VALGIUM.

Ut tandem aliqvando mortem pueri ſui Myſtæ deflere deſinat.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *NOn ſemper imbres nubibus hiſpidos*
Manant in agros, aut 2 mare Caſpium
Vexant 3 inæqvales procellæ

1 Denſæ pluviæ, amice Valgi, in agros aſperos & ſenticoſos, & propter hyemem deformes, è nubibus non ſemper decidunt & deſtillant. i. non ſemper eſt hyems. Qvo argumento & ordine naturæ vult monere Valgium, non ſemper eſſe dolendum. 2 Mare qvod eſt in Scythiâ. 3 Procellæ tempe-

4 *Usqve*

4 *Uſqve:nec* 5 *Armeniis in oris,*
Amice Valgi, 6 *ſtat glacies* 7 *iners*
8 *Menſes per omnes:* 9 *aut Aqvilonibus*
Querceta Gargani 10 *laborant,*
11 *Et foliis* 12 *viduantur* 13 *orni.*
14 *Tu ſemper urges flebilibus modis*
Myſten ademptum: 15 *nec tibi Veſpero*

ſtuoſæ, qvæ mare (qvod ſuâ naturâ tranqvillum, atqve æqvale & planum eſt, undè & *aqvor* appellatur) inæqvale reddunt, agitant & verſant. Meton. effe. 4 Semper. 5 In Aſiæ Borealis partibus. *Armenia* enim regio eſt in Aſiâ, inter Taurum, & Caucaſum montes ſita. 6 Concreta rigeſcit. 7 Qvæ fluvios & agros efficit pigros atqve otioſos: illos ad navigationem ineptos, hos ſteriles & incultos. Meton. effe. 8 Totius anni. 9 Aut Gargani, montis Apuliæ, loca qvercubus conſita non ſemper Septentrionalibus ventis concutiuntur & agitantur. Virg. 11. Æn. *Ille urbem Argyripam patria cognomine gentis, Victor* Gargani *condebat Iapygis agris.* 10 Metaph. ab animatis ab inanimata. Vide Od. 4. l. 1. 11 Nec fraxini ſylveſtres ſuis frondibus hyemali tempore ſemper ſpoliantur ac nudantur. 12 Metaph. à conjugibus, cùm alter altero orbatur. Sic Virg. *urbem* viduare *civibus.* 13 Vide Od. 10. l. 2. Suprà Od. 9. l. 1. *Nec veteres agitantur orni.* 14 Tu contrà ſine ullâ intermiſſione Myſten, puerum tuum, à te in delitiis habitum, verſibus ad luctum & fletus provocandos accommodatis ſeu carminibus Elegiacis inſeqveris, illumqve reqvieſcere non ſinis, ſed illum mortuum continuò deploras. Cic. Tuſc. Qvæſt. 1. *Hæc cùm preſſis & flebilibus* modis, *qvi totis theatris mæſtitiam inferam, concinuntur,* &c. Ut verò *urgere opus* dicimus, pro aſſiduè eſſe in opere: ſic dictum hoc loco ab Horatio, ut Myſten mortuum aſſiduè deploras. 15 Nec manè, nec veſperi Myſtæ amor te deſerit. Sic Virg. Georg. 4. *Te dulcis conjux, te ſolo in littore ſecum, Te venіente die, te decedente canebat.* Eſt *Veſper* ſtella

16 *Surgen-*

16 *Surgente* 17 *decedunt amores,*
18 *Nec rapidum fugiente Solem.*
19 *At non* 20 *ter ævo functus* 21 *amabilem*
Ploravit omnes Antilochum 22 *ſenex*
Annos : nec 23 *impubem* 24 *parentes*
Troilon, aut Phrygiæ 25 *ſorores*
Flevêre ſemper : 26 *deſine mollium*

Veneris, qvæ Solem occidentem ſubſeqvens, dicitur *Veſper*; orientem verò antegrediens, appellatur *Lucifer*. 16 Poſt occaſum Solis apparente. 17 Verſus, qvibus amores & delitias tuas, qvas cum puero exercebas, flebiliter decantas, tibi imminuuntur. 18 Nec eodem Veſpero Solem, inenarrabili curſus velocitate concitatum, fugiente, & ante Solis ortum illuceſcente. Anaphora. 19 At verò ſapientiſſimus & eloqventiſſimus ille Pyli Rex Neſtor, qvi tertiam ætatem hominum vixit, id eſt, nonaginta annos (*ætatis* enim nomine triginta anni intelliguntur) per omnes vitæ ſuæ annos Antilochum filium ſuum, ſibi in extremâ ſenectute ex Eurydice natum, cæſum in prælio à Memnone, non luxit & deploravit, ſed lachrymarum aliqvando finem fecit. 20 Cic. in Catone Majore : *Videtis-ne, ut apud Homerum ſæpiſſimè Neſtor de virtutibus ſuis prædicet? tertiam enim jam ætatem hominum vivebat*, &c. 21 Carum, ἀγαπητὸν, qvippe qvi patri Neſtori jam ſaucio, in acie periclitanti, adversùs Memnonem, Auroræ filium, ſuccurrens, ipſe pro patre occubuerit. 22 Neſtor. Synecd. gen. 23 Ætate inferiorem, imberbem Troïlum, Priami filium, qvi puer adhùc & impar cum Achille congreſſus fuerat, & ab eodem occiſus : de qvo Virg. 1. Æn. *Infelix puer, atqve impar congreſſus Achilli.* 24 Priamus & Hecuba. Synecd. gen. 25 Aut Troïli ſorores, Polyxena, Caſſandra, Ilione, Lycaſte, Heſiona, Creüſa, & reliqvæ ſemper defleverunt. Synecd. gen. 26 Qvin tu tandem virum minimè decentes ac muliebres nænias relinqve & omitte, illisqve finem pone. Græcorum more ponit Genitivum : illi

Tandem

Tandem qverelarum, & 27 potius nova
Cantemus Auguſti 28 tropæa
Cæſaris, 29 & rigidum Niphaten,
30 Medumqve flumen, gentibus additum
Victis, 31 minores volvere vertices,
32 Intraqve præſcriptum Gelonos
Exiguis eqvitare campis.

enim cum verbo λήγω, id eſt, *deſino*, Genitivum jungunt 27 Epanorthoſis. 28 Victorias, res præclarè geſtas jucundiſſimis verſibus cantemus: eſt enim *tropæum* victoriæ ſignũ ac monumentum ſeu columna marmorea à victore erecta, eo in loco, ubi hoſtes in fugam convertit: à τρόπῳ, id eſt, *converſione*, dictum. 29 Et cantemus frigidum & nive horridum Niphaten, Armeniæ montem. Benè *rigidum*; qvod ipſa nominis ratio oſtendit: à νιφὸς enim *defluxu* dictus *Niphates*. 30 Et cantemus Euphratem, Mediæ fluvium, vicinum & adjacentem gentibus ſuis, ſc. Armeniis, Parthis, & aliis à Cæſare victis. 31 Minus tumidè fluere, minores aqvarum globos jam volvere: nam ſentientes ſe cum Armeniis & Medis eſſe devictos, anguſtiùs fluunt propter acceptæ cladis dolorem. 32 Et cantemus hos ſc. Gelones, Scythiæ Europeæ populos, jam ab Auguſto devictos, intra exiguos terminos, ab Auguſto præſcriptos, eqvitare, id eſt, regionis ſuæ terminos non ingredi & vagari, ubi libuiſſet.

Ode X. Προσευκτική.

Ad LICINIUM.

Mediocritas in utrâqve fortunâ eſt ferenda, & animi æqvabilitas.

Tricolos Tetraſtrophos.

[1] R*Ectiùs vives, Licini, 2 neqve altum*

1 Tranqvilliùs ac commodiùs vitæ tuæ curſum perages.
2 Neqve ſemper alta & ſublimia perſeqvendo atqve appeten-

3 *Semper*

3 Semper urgendo: neqve, dùm procellas
4 Cautus horreſcis, nimiùm premendo
5 Littus iniqvum.
6 Auream qviſqvis mediocritatem
Diligit, 7 tutus caret 8 obſoleti
Sordibus 9 tecti, 10 caret 11 invidendâ
12 Sobrius aulâ.
13 Sæpiùs ventis agitatur ingens
14 Pinus & celſæ 15 graviore caſu

do. 3 Semper perſeqvendo profundum mare, in alto mari aſſiduè navigando. Alleg. è continuatis Metaph. à nautis. Unde Od. 14. l. 1. Od. 17. Epod. Urget *diem nox, & dies noctem.* 4 Prudens reformidas ac pertimeſcis procellas in mari ſævientes, id eſt, pericula magnorum honorum. 5 Littus curvum & flexuoſum, *vel*, nautis, propter vada & ſaxa periculoſum & formidabile, nimiùm tangendo, ſed medium curſum tenendo, id eſt, humillima qvæqve amplexando, unde neqve honor, neqve res acqviratur. Omnibus rebus humanis præferendam, pulchram, pretioſam, χρυσῆν. Metaph. à præſtantiſſimo metallorum, cui non cedit pretio mediocritas. 7 Securus. 8 Antiqvæ alicujus humilis caſæ ſeu domicilii immunditiis, ſitu ac ſqvalore caret, id eſt, ille à contemptâ humilitate ſecurus, nec in imo vitæ ſtatu victitat. 9 Synecd. mem. 10 Anaph. 11 Idem qvoqve tanqvam temperans ac ſapiens, caret magnis & ſplendidè in altum exſtructis ædificiis, propter magnificentiam invidiæ obnoxiis, Sic Od. 1. l. 3. *poſtes invidendos* dicit nimis ſumptuoſos. 12 Metaph. ab eſculentis & poculentis. 13 Procera aliqva pinus, qvæ in miram altitudinem excreſcit, multò freqventiùs â ventis concutitur, qvàm mediocres & humiles arbores. 14 Alleg. eſt è multis Synecd. ſpe. pro altiſſimis qvibusqve rebus, id eſt, altiſſimis honoribus. 15 Graviore lapſu ex alto ruunt & labuntur, qvàm mediocris altitudinis tecta. Hinc illud Clau-

Decidunt

Decidunt 14 turres, 16 feriuntqve ſummos
Fulmina 14 montes.
17 Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem benè præparatum
18 Pectus: 19 informes hyemes 20 reducit
Jupiter: idem
21 Summovet: non, 22 ſi malè nunc, & 23 olim
Sic erit: 24 qvondam citharâ tacentem
Suſcitat Muſam, 25 neqve ſemper arcum

diani: *tollantur in altum, Vt lapſu graviore ruant.* 16 Concutiunt altiſſimos montes, non humiliores colles. Ita omnes res excelſæ periculis & ruinis majoribus ſubjectæ ſunt: ſatiúsqve eſt non nimis alta petere & aſcendere, ne nimis altè deſcendere vel labi cogamur. 17 Pectus benè præparatum, id eſt, animus viri fortis & ſapientis, vel homo ſapiens & fortis ad omnes fortunæ inſultus ac viciſſitudines probè inſtructus, in rebus adverſis & ex animi ſententiâ non ſuccedentibus animum non abjicit, verùm fortunam bonam vel meliorem ſperat, in rebus ſecundis animos non attollit, ſed alteram ſortem, id eſt, fortunam malam ſive adverſam reformidat. 18 Synecd. part. pro toto homine. 19 Inamœnas, aſſiduis imbribus terram deformantes. Meton. effe. Virg. Georg. 3. *Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto Terra gelu.* 20 Poſt læta illa veris & æſtatis tempora. 21 Abducit illas, gratâqve viciſſitudine cum jucundiſſimo veris tempore permutat: eodem modo adverſa & proſpera ſibi invicem ſuccedunt. Od. 16. l. 2. *Non enim gaza, neqve conſularis* Summovet *lictor miſeros tumultus Mentis.* 22 Sc. *ſe res habent.* 23 Futuro tempore, poſthac: ut Sat. 5. l. 2 *Magna, minorve foro ſi res certabitur* olim. 24 Apollo non eſt ſemper auſterus, ſed qvondam, id eſt, interdùm, Muſam ſuam, aliqvandiu intermiſſam, hilariore citharâ invitat. 25 Neqve ſemper iratus eſt, ſed telo condito in pharetrâ lenis eſt.

Tendit Apollo:
26 Rebus anguſtis animoſus atqve
Fortis appare: ſapienter 27 idem
28 Contrahes vento nimiùm ſecundo
Turgida vela.

26 In rebus adverſis, fortis eſto, animoqve plenus, nec meliora deſpera: in ſecundis humilis eſto, & animum contrahe, neqve inſoleſce. 27 Qvisqvis es. 28 Minora reddes vela navis vento nimiùm proſpero & ſecundo inflata, id eſt, tu rebus ſecundis non intumeſces, ne illis in vitæ & felicitatis naufragia deturberis. Alleg. à nautis, qvi vela contrahunt vento procelloſo.

Ode. XI. Συμβουλευτική.

Ad Q. HIRPINUM.

Omiſſis curis, vivendum eſt hilariter.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 QVid 2 bellicoſus Cantaber, & 3 Scythes,
Hirpine Qvinti, 4 cogitet, Adriâ
5 Diviſus objecto, 6 remittas
Qværere: 7 nec trepides in uſum
Poſcentis ævi pauca: 8 fugit retrò

1 Ordo eſt: Q. Hirpine, ne remittas qværere, qvid bellicoſus Cantaber, & qvid Scythes, diviſus objecto Adriâ cogitet. 2 Populus Hiſpaniæ armis promptus. Vide ſuprà Od. *6.* 3 Errans ac profugus Septentrionalis populus. Vide Od. 35. l. 1. 4 Contra nos Romanos moliatur. 5 Qvi mari Adriatico interfuſo à nobis Romanis ſejunctus eſt. 6 Omitte ac noli ſollicitè inveſtigare. 7 Nec ſollicitus & anxius ſis, ne qvid tibi deſit in uſum ævi, id eſt, vitæ tuæ, qvæ pauca poſcit ſive paucis eſt contenta, qvia vita brevis eſt. Tale eſt illud Od. 29. l. 3. *Ridetqve, ſi mortalis ultrà Fas trepidat.* 8 Velox

9 *Levis*

9 Levis juventus, & 10 decor, 11 aridâ
Pellente laſcivos amores
12 Canitie, 13 facilemque ſomnum.
Non ſemper idem floribus eſt 14 honos
Vernis, 15 neqve 16 uno Luna 17 rubens nitet
18 Vultu: 19 qvid æternis 20 minorem
Conſiliis animum fatigas?
21 Cur non ſub altâ vel platano, vel hâc
Pinu 22 jacentes ſic temerè, & 23 roſâ

illa juvenilis ætas opinione citiùs præterit & tandem ſeneſcit. 9 Al. *lævis*, id eſt, imberbis; ut de Arte Poët. *Imberbis juvenis tandem cuſtode remoto Gaudet eqvis.* 10 Et forma ſive pulchritudo celeriter evaneſcit. 11 Siccâ ſenectute abigente & auferente juveniles amores. 12 Senectute. Sic Od. 9. l. 1. *Donec virenti* canities *abeſt Moroſa.* 13 In juvenili ætate promptum ſomnum removente, ſeneſqve inſomniis ac vigiliis ſummoperè vexat. 14 Pulchritudo, color ac venuſtas ſua. Metaph. ab hominibus. 15 Nam (ut eſt Od. 18. l. 2.) *Truditur dies die, Novæqve pergunt interire Lunæ.* 16 Uno & eodem. 17 Reſplendens nitet, id eſt, non ſemper plenâ luce conſpicua eſt, ſed paulatim decreſcit, donec tota tandem evaneſcat: eodem modo juvenilis ille ætatis flos & venuſtas citò defluit & perit. 18 Metaph. ab animatis ad inanimata. Vultus enim eſt animi imago, & index mentis & voluntatis, qvibus propriè non ſunt prædita corpora cœleſtia. 19 Qvid animum tuum, qvi inferior eſt qvàm æterna Dei conſilia ac providentia (cujus ſolius eſt res futuras gubernare) delaſſas ac vexas? 20 Imbecilliorem, qvàm ut æternum aliqvid ſtatuere poſſit. 21 Ordo eſt; Cur non potamus uncti, dùm licet, jacentes ſic temerè vel ſub hâc pinu? 22 In umbrâ confusè & ſine ordine, ſine ullis ceremoniis, ut caſus tulerit, ὡς ἂν τύχῃ, nullâ habitâ perſonarum ratione, vel qvalemcunqve ſedem vel locum ex tempore præbebit humus, ſecuri jacentes. 23 Duplex Meton. mat. pro ſucco & aqvâ roſaceâ, & ungven-

Canos 24 *odorati capillos,*
25 *Dùm licet,* 26 *Aſſyriâque nardo*
Potamus uncti? 27 *diſſipat* 28 *Evius*
29 *Curas edaces:* 30 *qvis puer ocyùs*
Reſtinguet ardentis Falerni
Pocula 31 *prætereunte lymphâ?*
32 *Qvis devium* 33 *ſcortum eliciet domo*

to nardino inde expreſſo & facto. 24 Habentes capillos noſtros, canis & candidis floribus reſplendentes, odoratos roſæ ſucco, *vel*, ſerto aliqvo ex roſâ compacto. 25 Per hanc florentem juvenilem ætatem. Sic ſuprà Od. 3. *Dùm res, & ætas, & ſororum Fila trium patiuntur atra.* 26 Ungvento nardino ex Syriâ advecto. 27 Nam lætitiæ ille dator Bacchus, curas cor hominis angentes, & conſumentes, diſcutit & diſſolvit. 27 Vinum. Meton. effic. 29 Heſiod. γυιοκόρως μελεδῶνας. 30 Qvis ſervus refrigerabit ſeu temperabit ocyùs nobis potantibus pocula calidiſſimi vini Falerni hac aqvâ leni fluxu præterfluente vel parcè ac leviter infuſa, id eſt, aqvâ fluviatili diluta, ne in ebrietatem incidatur? Loqvitur autem Poëta, qvaſi jam ſit in convivio. 31 Sic Tibullus l. 1. El. 1. *Sed canis æſtivos ortus vitare ſub umbrâ Arboris, ad rivos prætereuntis aqvæ.* Horat. Od. 7. l. 4. *Mutat terra vices, & decreſcentia ripas Flumina* prætereunt. 32 Qvis precibus blanditiiſqve evocabit ad nos è domo ſuâ Lyden meretricem, cujus ædes à publicâ viâ remotæ ſunt, & ita minùs vulgarem, minùſqve omnium libidini expoſitam. *Devia* énim vocantur ea, qvæ viam non habent, τὰ ἄνοδα, difficilia & ardua. Od. 25. l. 3. *ut mihi* devio *Ripas, & vacuum nemus Mirari libet.* 33 Metaph. à craſsâ & durâ pelle animalis, qvæ ut ſeqvax ſit & flexibilis, ſubigitur & teritur: ſic meretrix tradit ſe permolendam, ut loqvitur Sat. 2. l. 2. & conterendam, ut Plautus.

Lyden? 34 eburnâ, dic age, 35 cum lyra
Maturet, 36 in comptum 37 Lacænæ
More comam religata nodum.

34 O puer age!, dic Lydæ, ut feſtinet ad nos venire cum eburneâ ſuâ lyrâ, idqve non nimis ornata, ne nobis in morâ ſit, tantùm habens comam ſuam religatam & compoſitam in nodum comptum ſive ornatum more Lacænæ, id eſt, pexum tantùm & negligenter compoſitum more virginis Spartanæ. Feſtinantes enim mulieres pexum tantùm capillum in nodum colligere conſveverunt. 35 Erat enim fidicina. 36 Al. *incomptam.* Al. *incomptam & nodo.* 37 Lacænarum puellarum. Synecd. ſpe.

Ode XII. Προσφωνητική.

Ad MÆCENATEM.

Res graves & tragicæ carmini lyrico non conveniunt: ſolutâ autem oratione res geſtas Auguſti Mæcenas ipſe meliùs perſcribet: Horatius præter Lycymniæ formam, & res amatorias, nihil canet.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 N*Olis 2 longa 3 feræ bella 4 Numantiæ,*
Nec 5 durum 6 Hannibalem, nec 7 Siculū mare,

1 Mæcenas, ne cupias, ne jubeas. Tale ferè argumentum eſt Od. 6. l. 1. *Scribêris Vario fortis, & hoſtium Victor Mæonii carminis alite*, &c. ſignificat, res graviores & bellicas verſibus lyricis non convenire. 2 Diuturna, qvæ integris qvatuordecim annis durârunt. 3 Bellicosè. 4 Qvam poſt bellum, 14. annos inter Romanos & Carthaginenſes geſtum, Scipio Africanus funditus delevit. Cic. Offic. 1. *Majores noſtri Carthaginem Numantiamqve funditus ſuſtulerunt*, &c. 5 Fortem & laborum patientem. Al. *dirum*, i. e. crudelem: ut infrà Od. 6. l. 3. *Annibalemqve dirum* dixit. In *nec* eſt Anaphora. 6 Carthaginenſium ducem. 7 Mare Sicilienſe.

8 *Pœno purpureum ſangvine, mollibus*
9 *Aptari citharæ modis:*
10 *Nec ſævos Lapithas,* 11 *& nimium mero*
Hylæum, 12 *domitoſqve Herculeâ manu*
13 *Telluris juvenes,* 14 *undè periculum*
Fulgens contremuit 15 *domus*
Saturni veteris: 16 *tuqve* 17 *pedeſtribus*

8 Qvod Carthaginenſium clade, & Africano cruore, in mare profuſo purpureo colore tinctum fuit. Cn. Duilius Conſul in mari Siculo primus omnium Carthaginenſes prælio navali ſuperavit, captis navibus 31. merſis 13. tribus hominum millibus cæſis, captis 7000. Liv. l. 17. 9 Cum amatoriis verſibus lyricis à me conjungi & decantari. Metaph. ab ædificantibus, qvi lapides lapidibus imponunt & annectunt aptè ac decenter. 10 Nec infeſtos illos Theſſaliæ heroas in debellandis Centauris, qvi in Pirithoi nuptiis Hippodamiam ſponſam rapere tentârunt, & ab Hercule, Theſeo, Pirithoo, & aliis Lapithis profligati ſunt. 11 Et Hylæum, unum è Centauris, ex nimio meri potu intemperantem, alteriusqve ſponſæ vim allaturum. 12 Herculis robore & ſubſidio ſuperatos. 13 Gigantes, terræ filios, è tellure genitos, γηγενεῖς, Jovi & cœlo bellum inferentes, id eſt, ne velis à me decantari Gigantomachiam. Notandum eſt, cùm ſignificare volunt ſcriptores, aliqvem obſcuro loco eſſe natum, *Terræ filium* appellare ſolere. Cic. epiſt. ad Trebat. *Cn. Octavius tuus familiaris, ſummo genere natus,* terræ filius, *is me, qvia ſcit tuum familiarem eſſe, crebrò ad cœnam invitat: adhuc non potuit perducere.* 14 A qvibus cœlum fulgens timuit & exhorruit periculum ſibi futurum. 15 Cœlum. Synecd. ac præterea Meton. ſubj. pro Diis ſuperis, qvi metuerunt periculum ſibi fortè à Gygantibus. 16 Tanqvam doctiſſimus hiſtoricus. 17 Solutâ & proſâ oratione ſcriptis, qvæ conſtat pedibus, ſed non certâ lege ſcriptis: ſic Græci πεζὸν λόγον nominant.

18 *Dices*

18 *Dices hiſtoriis* 19 *prælia Cæſaris*
Mæcenas 20 *melius*, 21 *ductaqve per vias*
22 *Regum colla* 23 *minantium.*
24 *Me dulces* 25 *dominæ Muſa Lycymniæ*
Cantus, me voluit dicere 26 *lucidum*
Fulgentes oculos, & 27 *benè mutuis*
Fidum pectus amoribus:
28 *Qvam nec ferre pedem dedecuit choris,*
29 *Nec certare joco,* 30 *nec dare brachia*
Ludentem nitidis virginibus, 31 *ſacro*
Dianæ celebris die.

18 Deſcribes. 19 Bella Cæſaris Auguſti. 20 Rectiùs, qvàm qvæ à me carminibus reqviris. 21 Per plateas urbis Romæ in triumphum deducta. 22 Qvos Cæſar ſubjugaverat. 23 Hoſtilium, qvi catenati etiam adhùc minari videbantur: qvod triumphantis auget gloriam, qvi tàm feroces ſubegerit. 24 Humilis mea & lyrica Muſa voluit me Horatium carmine celebrare dominæ tuæ lætos & jucundos amatorios cantus. 25 Amicæ tuæ. Solebant enim amantes, amicas ſuas, *dominas* appellare. Tibul. el. 5. l. 1. *Sæpè aliam tenui: ſed jam cùm gaudia adirem, Admonuit* dominæ, *deſeruitqve Venus.* Idem nomen & uxoribus tribuebant. Ovid. Triſt. l. 3. el. 3. *Nunciet hùc aliqvis* dominam *veniſſe, reſurgam.* Virg. 6. Æn. *Hi* dominam *Ditis thalamo deducere adorti.* 26 Oculos ejus lucidè reſplendentes ac dulce ridentes. Sic Od. 22. l. 1. Dulce ridentem *Lalagen amabo,* Dulce loqventem. 27 Et pectus te amantem valdè fideliter redamans. 28 Qvam Lycymniam non dedecuit, ſed decoravit inferre pedem in puellarum ſaltationes, id eſt, ſaltare. 29 Nec facetis dictis certare, vel jocoſè geſticulari. 30 Qvam non dedecuit brachia manusqve porrigere pulchris virginibus inter ludendum & ſaltandum. 31 Die feſto Dianæ, qvi à virginibus colitur.

32 Nùm tu , qvæ 33 tenuit dives 33 Achæmenes,
34 Aut pingvis Phrygiæ 35 Mygdonias opes,
36 Permutare velis crine Lycymniæ ?
37 Plenas aut Arabum domos ?
Dùm 38 fragrantia 39 detorqvet 40 ad oſcula
Cervicem , 41 aut facili ſævitiâ negat,
Qvæ poſcente magis gaudeat eripi,
42 Interdùm rapere occupet ?

32 Ordo eſt : Nunqvid tu velis permutare crine Lycymniæ regna vel bona, qvæ dives Achæmenes tenuit , aut Mygdonias opes pingvis Phrygiæ? 33 Perſarum rex poſſedit : unde Perſæ, *Achæmenii* dicti. 34 Aut opulentæ & fertilis Phrygiæ opes, dictas *Mygdonias* à *Mygdone*, Phrygiæ rege. *Mygdones* Macedoniæ populi Thraciam versùs , inde in Aſiam profecti , partem magnæ Phrygiæ occupârunt, qvam à Patriæ nomine *Mygdoniam* appellârunt. 35 Ingentes ac magnificas opes. Synecd. ſpe. 36 Pro crine Lycymniæ, amicæ tuæ, redimere? 37 Auro, argento, opibus, aromatib. refertas Synecd. ſpe. Q.d. tu non potes regum opes pluris facere, qvàm Lycymniæ amorem. 38 Nectareo odore benè olentia. Al. *flagrantia*, id eſt, ardentia. Metaph. ab odoribus mellitis. 39 Avertit, inclinat, ut tibi gratificetur. 40 Tua. 41 Aut dùm fictâ ſive ſimulatâ reluctatione, id eſt, facili ac levi difficultate, ut deſiderium amantis magis accendat, recuſat illa oſcula, qvæ magis gaudeat ſibi eripi, qvàm tu, qvi illa eripere poſcis & deſideras. Oſtendit autem artem aſtumqve puellarum, qvæ ſæpè diſſimulant id ſe cupere , qvod vehementer exoptant. 42 Qvæ aliqvando oſcula illa ipſa , ſi tardior ſis, tibi eripere præveniat & antevertat , atqve prior oſculetur , ut iraſcenti amatori ſatisfaciat.

Ode

Ode XIII. Μεμπτική.

In arborem, cujus caſu repentino in agro Sabino pænè oppreſſus fuerat.

Nunqvam homini ſatis certum & exploratum eſt, qvid cavere debeat. Sapphonis & Alcæi laudes.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *ILle & 2 nefaſto te 3 poſuit die,*
Qvicunqve primùm, & 4 ſacrilegâ manu
5 Produxit arbos, 6 in nepotum
Perniciem, 7 opprobriumqve 8 pagi.
9 Illum & 10 parentis 11 crediderim ſui
Fregiſſe 12 cervicem, & 13 penetralia
Sparſiſſe nocturno cruore

1 O arbos, ille, qvicunqve primùm produxit te, poſuit te & nefaſto die, & manu ſacrilegâ, &c. Polyptoton eſt in *ille* & *illum.* 2 In agro meo ſtatuit te infauſto & abominabili die, ἀποφράδι ἡμέρᾳ. Vide Macrob. l. 1. c. 16. Dies nefaſtus infelix habebatur: qvin nec eo die lege agere licebat: qvod declarat Ovid. 1. Faſt. *Ille nefaſtus erit, per qvem tria verba ſilentur.* Tria illa verba ſunt, *do*, *dico*, *addico*, qvæ ſunt Prætoris: ejus enim eſt dicendi poteſtatem dare: jus dicere: rem, de qvâ controverſia eſt, addicere, aut poſſeſſionem alteri ex litigatoribus dare. 3 Epiſtrophe. 4 Sceleratâ & impiâ, qvam Deorum ſacris aliqvando admolitus fuit. 5 Plantavit, protulit te, è terrâ ſatione & culturâ. 6 In exitium poſterorum, ut ſc. aut egò, aut alius qvispiam illâ opprimeretur. 7 Et in totiùs vici & regionis ignominiam, ſi ager meus meâ domini ſui morte infamis redditus fuiſſet. 8 Incolarum iſtius pagi. Meton. ſubj. 9 Plantatorem. 10 Patris matrisqve. 11 Credere poſſim. 12 Collum aut guttur. 13 Et in intimâ parte domus ſuæ noctu hoſpitem inter-

Hoſpitis: ille venena 14 *Colchica,*
15 *Et qvicqvid usqvam concipitur nefas,*
16 *Tractavit, agro qvi* 17 *ſtatuit meo*
Te 18 *triſte lignum, te* 19 *caducum*
In 20 *domini caput* 21 *immerentis.*
Quid qviſqve 22 *vitet, nunqvam homini ſatis*
23 *Cautum eſt in horas:* 24 *navita* 25 *Boſporum*

feciſſe. Interiorem partem domus ſuæ, in qvam fraudulenter hoſpitem recepit, hoſpitis ſangvine & cæde nocturno tempore contaminaſſe, id eſt, noctu hoſpitem in intimâ ædium parte interfeciſſe. 14 Præſentiſſima, potentiſſima, qvalia in Colchide, Scythiæ regione, Medea, Æetæ filia, aliæqve ejus regionis veneficæ mulieres miſcuerunt. Synecd. ſpe. Od. 17. Epod. *Cales venenis officina Colchicis.* Nota, tertiam ſyllabam nominis *Colchica*, pertinere ad principium verſus ſeqventis: eſt enim hic verſus Hypermeter. 15 Et qvicqvid uſqvam mali & ſceleris ab ullo homine ſcelerato animo conficitur. 16 In hominum perniciem exercuit, molitus eſt. 17 Qvicunqve ille eſt, qvi in agro meo collocavit te infelix, ſceleratum & abominandum lignum. 18 Efficiens triſtem. Meton. effe. 19 Te lignum in meum caput domini tui Horatii inſontis procumbens & lapſurum. Vocamus *caducum*, qvod caſum minatur, ruinoſum: ſed hic dicitur *caducum*, qvod jam cecidit: ut *caducum fulmen*, jam immiſſum. *Glans* qvoqve *caduca*, cùm ex arbore cecidit. 20 Horatii poſſeſſoris loci. Syn. gen. 21 Nihil mali meriti, qvamobrē in caput meum incideres. Od. 6. Epod. *immerentes hoſpites.* 22 Fugiat. 23 Proſpectum eſt, nulli mortalium ſatis exploratū eſt per ſingulas horas & ſingula vitæ tempora, id eſt, nemo tam cautè vitæ ſuæ ſubductam rationē tenet, qvin improviſo mortis genere, tunc, cùm nihil minùs cogitat, exſtingvatur. Arboris caſum in pulcherrimæ ſententiæ occaſionē arripit. 24 Nauta Africanus, Id eſt, Pœni olim i.e. qvivis nauta. Syn. ſpe. gentes omnes navigandi ad remotiſſimas terras gloriâ ſuperârunt: imprimis Hanno ille Carthaginienſium dux. 25 Id

24 *Pœ-*

24 Pœnus perhorreſcit, 26 neqve ultrà
Cæca timet aliunde fata.
27 Miles ſagittas, & celerem fugam
Parthi: 28 catenas Parthus, 29 & Italum
Robur: ſed 30 improviſa lethi
Vis rapuit, rapietqve 31 gentes.
32 Qvàm penè 33 furvæ regna Proſerpinæ,
Et 34 judicantem vidimus 35 Æacum,

eſt, qvodlibet mare. *Boſporus* eſt Ponti fretum, propter anguſtias valdè periculoſum, per qvod Jupiter, in taurum mutatus, Europam vexiſſe dicitur, illiqve ſuo tranſitu nomen dediſſe: unde Lambinus legit *Boſporum*, qvòd Græci βόσπορον dicunt, à βȣ̃ς, *bos*, & πόρος *tranſitus*, qvaſi *boϛis tranſitus.* 26 Neqve ulteriùs ex aliis locis, qvàm à Boſporo, fata ſua occulta & incognita, mortisqve genus improviſum, cujus cauſa ignoratur, metuit. 27 Miles Romanus perhorreſcit ſive timet venenatas & mortiferas Parthi ſagittas, qvas, dùm in celerem fugam ſeſe conjecit, in hoſtes, tanqvàm victores inſeqventes, retorqvet, à qvibus ſe interfectum iri timet. Parthi enim fugientes pugnant, ut Od. 19. l. 1. *& verſis animoſum eqvis Parthũ dicere.* 28 Catenas Italorum ſive Roman. timet, ne aliqvando victus & vinctus illis in triumphum deducatur. 29 Et Romanorum vim, & potentiam. 30 A nullo hominum anteà proſpecta & inopinata mortis neceſſitas. Ep. 6. l. 1. Improviſa *ſimul ſpecies exterret utrumqve.* 31 Homines, nunc hoc, nunc illud timentes. 32 Vel ego Horatius tàm repentino arboris caſu qvàm penè oppreſſus ſum, qvàm parvo interſtitio abfui ab inferis, id eſt, à morte? Exclamatio eſt admirantis liberationem tanti mali. 33 Nigræ Proſerpinæ, Plutonis conjugis, Cereris filiæ, inferni reginæ, vitæ & mortis arbitræ regna, id eſt, Orcum. Synecd. gen. Vide Od. 28. l. 1. 34 Animabus mortuorum condigna præmiorum vel ſuppliciorum loca apud inferos aſſignantem. 35 Avum Achillis.

36 *Sedes-*

36 Sedesqve 37 deſcriptas piorum, &
38 Æoliis fidibus qverentem
Sappho puellis de popularibus:
39 Et te 40 ſonantem 41 plenius 42 aureo,
43 Alcæe, plectro dura 44 navis,

inferorum janitorem & judicem. 36 Campos Elyſios, in qvibus umbræ beatorum placidè qvieſcunt. De qvibus Virg. 5. Æn. *non me impia namqve Tartara habent, triſteſqve umbræ, ſed amœna piorum Concilia.* Synecd. gen. 37 Deſignatas, deſtributas, διατεταγμένας. Deſcribere enim pro partiri hîc ſumitur, ac ſuum cuiqve locum attribuere. Sic de Art. Poët. *Deſcriptas ſervare vices, operumqve colores, Cur ego, ſi neqveo ignoróqve, Poëta ſalutor?* Al. *diſcretas*, id eſt, diſtinctas inter ſe ac ſeparatas. 38 Et inter ipſos Sapphó, Poëtriam lyricam, adhùc apud inferos amores ſuos ad lyram canentem, & Græcis fidibus de puellis Lesbiis, qvas, mortuo Cercolâ marito, amavit, lamentabili cantu qverentem, qvòd ad hujusmodi amorem ſe impuliſſent, nec tamen ſibi in amore reſponderent: *vel*, qvòd Phaoni, qvem ipſa perditè amabat, adhærerent. *Æolis* autem eſt minoris Aſiæ regio. 39 Et qvàm penè vidimus te, ô Alcæe, nobiliſſime vates Lyrice, ſonantem pleniùs dura mala navis, fugæ & belli, aureo plectro. 40 Ad lyram canentem: *ſonantem* enim hîc activam ſignificationem habet, & conjungitur cum vocibus ſeqventibus, *dura navis mala.* 41 Fortiùs, animoſiùs, & carmine graviore, qvàm Sappho. 42 Excellenti ſtylo, qvo domeſticas ſeditiones ac tyrannos es inſectatus. Qvibus deſcribendis ſic Aclæus enituit, ut communi eruditorum conſenſu *aureum* illi *plectrum* deferretur: vel *aureo*, propter libertatem populi, qvam ipſe tutari conatus eſt. 43 Apoſtrophe ad Alcæum. 44 Dura mala navigationis, qvæ dux contra Pittacum & Myrſilum tyrannos in navali prælio perpeſſus es. Anaphora.

Dura

Dura 45 fugæ mala, dura 46 belli.
47 Utrumqve 48 ſacro digna ſilentio
49 Mirantur umbræ dicere; 50 ſed magis
Pugnas & 51 exactos tyrannos
52 Denſum humeris 53 bibit aure vulgus.
54 Quid mirum? 55 ubi illis carminibus ſtupens
Demittit 56 atras 57 bellua centiceps

45 Qvæ in exilio, τῇ φυγῇ, *vel* fugâ è prælio paſſus es. 46 In bello pro patriæ ſalute & libertate ſuſcepta. 47 Utrumqve Poëtam, Alcæum & Sapphonem, mirantur manes defunctorum apud inferos, dum res canant religioſiſſimo ſilentio, & ſacro ſilentium auditorio dignas. 48 Nonnulli altum ſilentium intelligunt, qvali nempè ſacris intenti eſſe per præconem jubebantur. 49 Tale eſt illud Virgilii Georg. 4. *At cantu commota Erebi de ſedibus imis Umbræ ibant tenues, ſimulacraqve luce carentum.* 50 Sed vulgus, id eſt, turba umbrarum apud inferos, denſum, id eſt, ſtipatum, freqvens, à tergo audiendi aviditate adhærens humeris Alcæi, bibit magis aure, id eſt, attentiùs & longè avidiùs audit bella, id eſt, prælia, & tyrannorum exactiones, qvàm res amatorias Sapphûs. 51 Pittacum & Myrſilum amore libertatis expulſos. 52 Cruqvius intelligit vulgus umbrarum robuſtiorum, alludens ad umbras virorum militarium: judicet lector. Synecd. periphr. umbrarum. 53 Sic Propert. l. 3. *Incipe, ſuſpenſis* auribus *iſta* bibam. Metaph. à liqvoribus hauriendis ad ſonos. 54 Umbras mortuorum Alcæi & Sapphonis cantu delectari, cùm ipſa Erebi monſtra crudeliſſima carminibus illis mitigentur. 55 Qvando Cerberus ob illa carmina attonitus aures ſuas atras non ampliùs irâ arrigit & extendit, ſed deſinit iraſci, horrendoqve latratu manes territare, ſopiturqve lyræ dulcedine. 56 *Vel*, qvia qvæ ſunt apud inferos omnia, nigra ſunt: *vel*, turpes: ut de Art. Poët. atrum *Deſinat in piſcem.* 57 Cerberus ille infernalis canis, Orci cuſtos, centum habens capita. Numerus finitus

Aures

Aures, 58 & intorti capillis
59 Eumenidum recreantur angves?
60 Qvin & Prometheus, & 61 Pelopis parens
62 Dulci laborum decipitur ſono:
63 Nec curat Orion leones,

pro infinito: *Vel*, propter centum angues, qvi à capite ipſius crinium loco dependent, ut ait Od. 2. l. 3. *qvamvis furiale centum Muniant angves caput ejus.* Alioqvi tantùm τρικάρηνος ſive triceps eſt. Heſiodus qvinqvaginta illi capita attribuit. Synecd. gen. 58 Et ubi illis carminibus ipſi ſerpentes, qvi Furiarum capillis implicati ſunt, delectantur ac demulcentur? 59 Furiarum. *Eumenides* tres ſunt Furiæ infernales, Alecto, Megæra, Tiſiphone, cædis & flagitiorum ultrices, qvarum capillis intorqvebantur angves: dictæ ab εὐμενὴς, id eſt, *placidus, mitis*, qvòd minimè ſint mites. Tale eſt illud Virg. Georg. 4. *Qvin ipſa ſtupuêre domus, atqve intima lethi Tartara, cæruleosqve implexa crinibus angves Eumenides, tenuitqve inhians tria Cerberus ora.* 60 Qvin etiam ipſe Prometheus Japeti filius, qvi, qvòd ignem hominibus Deorum irâ ereptum reſtituiſſet, apud inferos ab aqvilâ, qvæ jecur ejus continuò renaſcens depaſcitur, punitur. 61 Tantalus, qvi Deorum divinitatem experimento cognoſcere cupiens, filium ſuum coxerat. Diiſqve in cibum appoſuerat: & ob id apud inferos in mediis aqvis ſitire cogitur. 62 Non amplius ab aqvis retrò fugientibus, ſed à dulci ſono & cantilenâ de laboribus & egregiis rebus geſtis Alcæi decipitur, & tanqvàm non excrucietur, pœnarũ ſuarum obliviſcitur. Alii *decipitur laborum* Græcorum more dictum volunt, qvi ita loqvuntur, ἐπιλανθάνεται πόνων, id eſt, decipitur vel fallitur, vel obliviſcitur laborum. 63 Nec Orion venator, Hyriei filius, Neptuni nepos, curat leones, aut timidos Lyncas apud inferos venando inſeqvi, dùm Alcæum & Sapphonem canentes audit, ſed venationi præfert eorum carmina: Fingunt Poëtæ umbras apud inferos iisdem rebus

Aut

Aut timidos 64 agitare 65 lyncas.

delectari, qvibus viventes hîc gaudebant. 64 Venando perſeqvi. διώκειν. 65 *Lynx* eſt maculoſa fera.

Ode XIV. Παθητική, καὶ Προσφωνητική.

Ad POSTHUMUM.

Vita brevis, & mori neceſſe eſt.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 E*Heu! 2 fugaces, 3 Poſthume, Poſthume,*
4 Labuntur anni: 5 nec pietas 6 moram
Rugis, & 7 inſtanti ſenectæ
Afferet, 8 indomitæqve morti.
9 Non ſi 10 tricenis 11, qvotqvot eunt dies,
Amice, 12 places 13 illachrymabilem

1 Dolentis eſt. 2 Velociter prætereuntes. Metaph. ab animato ad inanimata. 3 Sic Od. 17. l. 2 *ibimus, ibimus*, &c. Epizeuxis, partim ad conqveſtionem, partim ad objurgationem adhibita. 4 Vitæ noſtræ anni celeriter tranſeunt & fugiunt. 5 Ob religionem ſive Deorum cultum tu neqve tardiùs ſeneſces, neqve tardiùs morieris. 6 Ullam tarditatem. 7 Jam jam imminenti, impendenti. 8 Implacabili, inexorabili, inexpugnabili. 9 Amice Poſthume, tu neqve ſenectam, neqve mortem effugies, etiamſi qvotidiè trecentos tauros Plutoni immoles. 10 Tribus integris hecatombis in ſacrificium oblatis, id eſt, qvotidiè. Synecd. fin. pro infin. *Hecatombe* enim maximum olim apud Græcos ſacrificium centum boum erat, à Laconibus ortum, qvorum ditio: ἑκατόμπολις erat: eoq; ad ſedandam peſtilentiam aliæ qvoq; nationes utebantur, ut pro Imperatorum etiam ſalute Romani. 11 Qvotqvot dies vitæ tuæ prætereunt, id eſt, ſingulis diebus. 12 Exorare & propitium reddere ſtudeas. 13 Qvi lachrymis non flectitur, neqve movetur. Propriè *illacrymabile* dicitur id,

14 *Pluto-*

14 Plutona tauris: 15 qvi 16 ter amplum
17 Geryonem, 18 Tityonqve 19 triſti
Compeſcit undâ? 20 Scilicet omnibus,
Qvicunqve terræ 21 munere veſcimur,
Enaviganda, ſive reges,
Sive inopes 22 erimus 23 coloni.
24 Fruſtrà 25 cruento 26 Marte carebimus,
27 Fractiſqve 28 rauci fluctibus 29 Adriæ:

qvod dignum ſit lachrymis. 14 Inferorum arbitrum. 15 Ordo eſt: Qvi Pluto compeſcit ter amplum Geryonem, & Tityon triſti undâ omnibus enavigandâ, qvicunqve veſcimur munere terræ, ſive erimus reges, ſive erimus inopes coloni. 16 Maximum, tricipitem, trium corporum. Itaqve Virgilius *tergeminum* appellat. Æn. 8. 17 *Geryon* fuit rex Hiſpaniæ, qvi ob triplex regnum corpore triplicato fuiſſe dicitur. Hunc Hercules interfecit boves ſuos ſuffurantem. 18 Jovis filium ex Elárâ, qvi tantæ magnitudinis gigas fuit, ut jacens novem jugera ſuo corpore impleret. Vide Od. 4. l. 1. Hic ab Apolline ſagittis confoſſus, & apud inferos æternis ſuppliciis condemnatus eſt, ut jecur ejus continuò renaſcens aſſiduè ab aqvilâ lancinetur, qvòd Latonæ vim inferre vellet. 19 Inamœnâ ſive efficiente triſtes navigantes Stygis fluvii infernalis undâ, apud ſe cohibet & coërcet, ne ad ſuperos redire poſſint. Meton. effe. 20 Illâ ſc. qvæ omnium hominum animis per Charontis cymbam ſemel pervehenda eſt, qvia mors omnibus communis. 21 Fructibus è terrâ provenientibus, id eſt, qvotqvot vivimus. 22 Fuerimus. 23 Ruris. *Colonus* dicitur, qvi agrum alienum mercede colit. 24 Fruſtrà hoc vel illud periculum bellorum vitabimus ad vitam diu producendam, qvandoqvidem inopinato mortis genere nobis fortaſſe erit moriendum. Anaphora. 25 Μιαιφόνῳ, βροτολοίγῳ, αἱμαλόεντι. 26 Pugnis & bellis cruentis. Meton. effic. 27 Ad ſcopulos & littora fractis & colliſis 28 Raucum ſonum efficientis, tempeſtuoſi. 29 Adriatici ma-

Fruſtrà

Fruſtrà per 30 *Autumnos* 31 *nocentem*
Corporibus metuemus 32 *Auſtrum.*
33 *Viſendus* 34 *ater* 36 *flumine languido*
36 *Cocytus errans*, 37 *& Danai genus*
Infame , 38 *damnatusqve longi*
Siſyphus Æolides laboris.
39 *Linqvenda tellus*, *& domus*, *&* 40 *placens*
Uxor ; 41 *neqve harum*, *qvas* 42 *colis* , *arborum*,

ris, id eſt, fruſtrà periculoſis navigationibus nos ſubducemus. 30 Qvi morbiferi ſunt. Autumno enim morbi ſunt acutiſſimi , atqve exitiales maximâ ex parte. 31 Morbos immittentem. 32 Meridionalem ventum, Notum. 33 Ordo eſt: Ater Cocytus, errans flumine langvido, eſt viſendus, id eſt, omnibus nobis inferni ſedes adeundæ, id eſt , omnibus moriendum eſt. 34 Triſtis & horribilis. 35 Qvi aqvâ langvidè & pigrè fluente, propter ejus craſſitiem , hinc inde apud inferos errat. 36 *Cocytus* eſt fluvius infernalis flexuoſus, à Styge derivatus. Græci Κωκυτὸν vocant ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id eſt, cum gemitu flere atqve ejulare. 37 Et viſendæ omnibus Danai 50. filiæ (*Danaides* dictæ, à patre *Danao*, Beli filio ,à qvô & *Belides* ab avo nuncupatæ) qvæ (qvòd juſſu patris totidem filios Ægypti , patrui ſui , ſponſos ſeu maritos ſuos primâ nocte trucidaſſent) perpetuis laboribus pertuſis doliis, aqvâ implendis , apud inferos condemnatæ ſunt. 38 Viſendus etiam eſt Siſyphus Æoli filius, qvi (qvòd Jovem , Æginam, Æſopi filiam rapientem, patri Æſopo prodidiſſet) ad æternum laborem à Jove apud inferos damnatus eſt, ut grave ſaxum ad montis altitudinem & cacumen devolvat, qvod ſemper deorsùm rursùs revolvatur. Unde in proverbium abiit, *Siſyphi ſaxum*. 39 Relinqvenda eſt hæc, qvam inhabitamus, terra & ædificia magnificè exſtructa. 40 Amabilis. 41 Ordo eſt : Neqve ulla harum arborum, qvas colis, ſeqvetur te brevem dominum, præter cupreſſos inviſas. 42 Amas.

Te, præter 43 *inviſas cupreſſos,*
Ulla 44 *brevem dominum* 45 *ſeqvetur.*
46 *Abſumet hæres* 47 *Cæcuba* 48 *dignior,*
Servata 49 *centum clavibus; & mero*
50 *Tinget pavimentum* 51 *ſuperbum,*
Pontificum potiore cœnis.

43 Ingratas, qvas, luctibus conſecratas, ante ædes tuas ponent in ſignum funeris. Has Od. 5. Epod. *funebres*; & Virg. Æn. 6. *ferales* vocat. Cur autem cupreſſus adhibeatur in funeribus, hæc cauſa eſt, qvòd ſemel exciſa, nunqvam renaſcatur. 44 Brevi victurum, brevis vitæ dominum, δεσπότην, ὀλιγχρόνιον, non diu arboribus tuis fruiturum: ut *breve lilium.* 45 Ad ſepulturam. 46 Hæres tuus luxurioſè conſumet te mortuo. 47 Optima vina à te accuratiſſimè ſervata. 48 Te dignior, qvia utetur, cùm tu parcas, ut ſacris: *vel*, ampliſſimis divitiis dignior: qvia utitur, qvæ poſſidet. 49 Vigilantiſſimè ac diligentiſſimè ſervata. Synecd. fin. pro infinitis. 50 Et perfundet ſive reſperget magnificum & marmoreum triclinii pavimentum vino meliore, qvàm qvod datur in cœnis Pontificum, qvæ ſolent eſſe magnificentiſſimæ, id eſt, in ſumptuoſis cœnis. Cic. Philip. 2. *At verò te inqvilino (non enim domino) perſonabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes.* 51 Efficiens & indicans ſuperbiam domini. Meton. effe.

Ode XV. Μεμπτική.

In SUI SÆCULI LUXUM.

Luxum circa ædificia ingentem reprehendit: & veterum contrà frugalitatem commemorat

Trice-

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *Jam pauca aratro jugera* 2 *regiæ*
Moles relinqvent: undiqve latiùs
3 *Extenta viſentur* 4 *Lucrino*
5 *Stagna lacu, platanuſqve* 6 *cœlebs*

1 Qvantum ex hoc ædificandi immoderato deſiderio perſpicio, ſumptuoſa ædificia, regibus convenientia, inſtar molis, relinqvent jam pauca agri jugera culturæ & ſementi, ſive ad arandum, ubi ita pergent: qvia omnis penè ager ſumptuoſis domibus, piſcinis & hortis vix ſufficit. 2 Ædificiorum magnitudines & ſumptuoſiſſimas villas in urbium pænè modum ædificatas. Sic Cic. pro Mil. *ſubſtructionum inſanas moles* appellat, ædificia illa Clodiana. 3 Et piſcinæ ſive ſtagna privatorum in omnibus locis latiùs producta, & ampliora qvàm lacus Lucrinus, in ſinu Bajano conſpicientur: *vel*, ad qvæ videnda omni ex parte concurretur. 4 In qvem Auguſtus, portum Julium conficiens, mare immiſit. Svet. in Auguſto, Virg. Georg. 2. *An memorem portus, Lucrinoqve addita clauſtra? Atqve indignatum magnis ſtridoribus æqvor, Julia qvà ponto longè ſonat unda refuſo?* &c. 5 Feſtus: *Stagnum, qvòd in eo aqva perpetuò ſtet.* 6 Et platanus, qvæ non ſolet cum aliis vitibus conjungi ſive maritari, ut ulmus, ſed deambulationi tantùm inſerviens propter umbram; atqve inde etiam nomen adepta, qvòd umbram latiſſimè diffundat: ut ſuprà Od. 12. *Cur non ſub altâ, vel platanô, vel hac Pinu jacentes,* &c. *Potamus uncti?* Et Cic. de Orat. l. 1. *Nam me hæc tua platanus admonuit, qvæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, qvàm illa, cujus umbram ſecutus eſt Socrates.* Qvò & Virgilius reſpexit Georg. 4. cùm ait: *Jamqve miniſtrantem platanum potantibus umbram.* Metaph.; ab animantibus.

7 Evincet ulmos tùm 8 violaria,
Myrtuſqve & omnis 9 copia 10 narium,
11 Spargent 12 olivetis 13 odorem,
14 Fertilibus Domino priori.
Tùm 15 ſpiſſa ramis laurea fervidos
16 Excludet ictus: 17 non ita 18 Romuli
19 Præſcriptum, & 20 intonſi 21 Catonis
22 Auſpiciis, veterumque 23 normâ.

7 Multitudine ipſas ulmos, qvæ vitibus maritari & conjungi ſolent, ſuperabit, id eſt, major erit numerus platanorum ad voluptatem, qvàm ulmorum ad utilitatem. 8 Loca, in qvibus violæ naſcuntur. 9 Et omnis herbarum & florum copia, qvi narium voluptates ſunt, id eſt, roſeta. 10 Meton. adj. pro ſubjectâ materiâ odorum: nares enim adjunguntur & occupantur circa ſvavitates odorum. 11 Afflabunt. 12 Locis, in qvibus anteà creſcebant olivæ, id eſt, ex olivetis fient violaria, myrteta, roſeta, & qvibus in locis olivæ naſcebantur, in iis violæ, myrti, & ſvaviſſimi flores decerpentur. 13 Plantam odorem ſpirantem. Metonom. adj. 14 Qvæ ſub priore domino erant fertilia, nunc infrugifera. 15 Denſa ramis & foliis. 16 Arcebit Solis calores, æſtus, id eſt, ad excludendos Solis radios frondes ſuas latiſſimè diffundet. Metaph. ab iis qvi lædunt. 17 Ordo eſt: Non ita præſcriptum eſt auſpiciis Romuli, & intonſi Catonis, & normâ veterum. 18 Qvi ſuo ductu urbis noſtræ Romæ fundamenta poſuit. 19 Præceptum fuit. Metaphora à Ludimagiſtris, qvi priùs dictant diſcipulis, qvòd ipſi poſteà diſcant & imitentur. Svet. Neron. c. 10. Ex præſcripto Auguſti imperaturum ſe profeſſus eſt. 20 Hirſuti, ſeveri. 21 Cenſorii, id eſt, priſcorum magiſtrorum admirandæ ſingularisqve frugalitatis. Synecd. ſpe. 22 Imperio, legibus & poteſtate. 23 Vitæ regulâ, qvam nobis ad vivendum præſcripſerunt, ſuoqve exemplo comprobârunt. Metaph. ab Architectis, qvi ut longitudines ad regulam & lineam, & altitudines ad per-

24 *Privatus*

24 Privatus illis 24 cenſus erat brevis,
25 Commune magnum; 26 nulla decempedis
27 Metata privatis 28 opacam
Porticus 29 excipiebat 28 Arcton;
30 Nec 31 fortuitum ſpernere ceſpitem
Leges ſinebant, 32 oppida publico
Sumptu jubentes, & Deorum
Templa 33 novo decorare ſaxo.

pendiculum; ita ſolent angulos operis exigere ad normam. 24 Propria rei familiaris æſtimatio, id eſt, illi parvam & angustam habebant rem familiarem. 25 Reſpublica autem, & qvidqvid ad commune bonum ſpectat, τὸ κοινὸν, erat illis cordi, id eſt, Rempublicam magni æſtimabant. 26 Nullus privatus habebat porticum, in qvâ æſtivo tempore inambularet, Septentrioni objectam & expoſitam, adeò latam & amplam, ut ea perveniret ad menſuram decem pedum. 27 Menſurata, menſa. 28 Umbroſam illam algentemqve cœli Septentrionalem plagam, ac proinde à Solibus averſam, qvæ Urſam majorem ſive aſtrum illud Boreale continet. Meton. adj. 29 Ac domino ſuo gratum aliqvod refrigerium præstaret. Sic Sat. 4. l. 1. *Neq; enim cùm lectulus, aut me Porticus excepit, deſum mihi.* 30 Vetabant leges Romanos villas ſumptuoſas & porticus ædificare: qvapropter vitam agebant ſimplicem & ſine ambitione, nec omninò curabant privatas opes, ut qvi omne ſtudium publico ornatui & templis Deorum impendebant. 31 Humilia ædificia & caſulas fortuito caſu oblatas, qvibus qvis indormiret, negligere. Præclarè de Tiberio Sveton. *Trans Rhenum tùm vitæ ordinem tenuit, ut ſedens in ceſpite nudo cibum caperet, ſæpè ſine tentorio pernoctaret.* 32 Urbes condere. 33 Recens coctο ſeu exqviſito & ſumptuoſo latere exſtruere.

Ode XVI. Ὑποθετική.

Ad GROSPHUM.

Omnes expetunt animi tranqvillitatem, qvæ neqve diviti is, neqve honoribus poteſt acqviri, ſed cupiditates tan tùm coërcendo.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *OTium 2 Divos rogat in patenti*
3 Prenſus Ægæo, ſimul atra 4 nubes
Condidit Lunam, neqve 5 certa fulgent
Sidera nautis.
6 Otium bello furioſa 7 Thrace,

1 Vitam tranqvillam petit, ejuſqve nomine tanta maris peri cula contemnit. Cic in Rul. *Ita jucundum eſt* otium, *ut & vos, & majores veſtri & fortiſſimus qviſqve vir maximo labores ſuſcipiendo putet, ut aliqvando in* otio *poſſi eſſe, præſertim in imperio ac dignitate.* 2 Caſtorem & Pollucem, qvos mercatores invocant, cùm Africum Ica riis fluctibus luctantem metuunt, ut dictum eſt. Od. 1. l. 3 Is, qvi à tempeſtate comprehenſus & correptus eſt in lat patenti ſive lato mari Ægæo, ſic dicto ab *Ægeo,* Theſei patr qvi in illud mare ſe præcipitavit, id eſt, qvi in mari advers tempeſtate laborat. Synecd gen. 4 Simulac pluvioſa al qva nubes & nigra tempeſtas abſcondidit ſive occultavit Lu nam. Virg. 10. Æn. *Sed ſublime volans* nubi *ſe immiſcu it* atræ Meton. effic. 5 Nautis certò cognita, *vel*, fixa, & i uno loco ſemper apparentia, & curſui dirigendo accommo data cœli ſidera, ut Urſa major & minor, ampliùs noctis tem pore nautis conſpiciuntur, id eſt, poſtqvam polus nautis er ptus eſt. 6 Eandem vitæ tranqvillitatem ac pacem nation bellicoſæ, ut Thraces, & Medi, in bello à Diis precantu Anaphora. 7 Thracia, id eſt, Thrax armifer, & hoſtili in ho

Ot

Otium Medi pharetrâ 8 decori,
Groſphe, 9 non gemmis, neqve purpurâ ve-
Nale, nec auro.
Non enim 10 gazæ, neqve 11 conſularis
12 Summovet 13 lictor 14 miſeros tumultus
Mentis, & curas laqveata circum
15 Tecta 16 volantes.

ſtem rabie furens. Meton. ſubj. Sic Od. 25. l. 3. *Hebrum proſpiciens, & nive candidam* Thracen. 8 Decorati. 9 Hæc animi tranqvillitas non poteſt emi gemmis & opibus, nec purpurâ, nec auro, qvia ſolùm provenit ab appetitu rationi obtemperante. 10 Theſauri, immenſæ opes: ut ſuprà Od. 29. l. 1. *Icci, beatis nunc Arabum invides* Gazis. Similis ſententia eſt Ep. 2. l. 1. *Non domus, & fundus, non æris acervus & auri, Ægroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas.* 11 Neqve publicus miniſter, dùm Conſuli duodecim virgarum faſces, & ſecures præfert, obſtantemqve turbam ſummovet, & conſuli locum dare cogit, id eſt, non immenſæ divitiæ, & Præturæ, Conſulatus & Dictaturæ, aliiqve ſummi honores curas & ſollicitudines animis avari eximunt, ſed potius augent. 12 Removere & abigere poteſt. 13 Dignitas Conſularis. Meton. adj. *Lictor à ligando* dictus. Erant & aliis nonnullis magiſtratibus ſui lictores; ſed præcipui conſulares 12. numero. Lictoris autem officium præire, & aperire venienti magiſtratui viam, ac ſummovere turbam. 14 Animi perturbationes, qvæ animum de tranqvillitate deturbant, homineſqve miſeros efficiunt. Meton. effe. & in *tumultus* eſt Metaph. à bello. 15 Et ſollicitudines illas, qvæ diſcurrunt circa domos divitum laqvearibus exornatas. Synecd. mem. Cic. de leg. 2. *Magnificasqve villas, & pavimenta marmorea &* laqveata tecta *contemno.* 16 Metaph. ab avibus, qvarum aſſiduis motibus ſimiles ſunt curæ hominum, hùc atqve illùc impellentes ſubinde animos eorum.

17 Vivitur parvo benè, cui 18 paternum
19 Splendet in menſâ tenui 20 ſalinum:
Nec leves ſomnos 21 timor, aut 22 cupido
Sordidus 23 aufert.
24 Qvid 25 brevi fortes 26 jaculamur ævo
Multa? 27 qvid terras 28 alio calentes
Sole 29 mutamus? 30 patriæ qvis exul
31 Se qvoqve fugit?

17 Ab eo benè beatèqve vivitur, id eſt, benè vivit is parvo, qvi tenui victu, & modico apparatu contentus eſt. 18 A patre relictum filio. 19 Sine ſordibus purum eſt. 20 Vas, in qvo ſal continetur. Hic verò pro qvavis ſupellectile & apparatu ſive victu tenui ponitur per Synecd. ſpe. 21 Metús perdendi divitias ſuas. 22 Cupiditas ſordida, id eſt, ſordidus pecuniæ amor; qvi in hominem verè magni & excelſi animi cadere non ſolet. 23 Sed qvi ſine metu perdendi, & ſine deſiderio qvæſtum faciendi tutus & ſecurus noctu facilè dormit. 24 Qvorſum nos hoc brevi vitæ tempore, qvod vivimus, multa deſideramus, cùm paucis tantùm opus ſit? 25 Brevi ævo fortes, id eſt, tanqvam validi & laborioſi exiguo tempore victuri, ὀλιγοχρόνιοι. 26 Qvaſi jaculando & intento animo petimus, animum, tanqvam ſagittam, intentum habemus, στοχαζόμεθα. Translatio à ſagittariis. 27 Qvorsùm proficiſcmur in regiones longinqvas & peregrinas, patriâ relictâ? 28 In qvibus qvaſi alius Sol conſpicitur. Virg. Georg. 2. *Exilioqve domos, & dulcia limina mutant, Atqve alio patriam qværunt ſub Sole jacentem.* 29 Lucri cauſâ. 30 Qvis invenitur, qvi à patriâ abſens, à ſe etiam abſit, ſuaſqve cupiditates qvoqve exuat & obliviſcatur? 31 Meton. ſubj. pro adjunctis cupiditatibus & affectibus, qvibus non ſolvitur qvàm longiſſime fugiens.

32 Scandit 33 æratas vitioſa naves
34 Cura: nec turmas eqvitum 35 relinqvit,
36 Ocyor cervis, & 37 agente nymbos
Ocyor 38 Euro,
39 Lætus 40 in præſens animus, 41 qvod ultra eſt
Oderit curare, & 42 amara 43 læto
Temperet riſu. 44 Nihil eſt ab omni
Parte beatum.
45 Abſtulit 46 clarum cita mors 47 Achillem.

32 Aſcendit unà cum navigantibus. Od. 1. l. 3. *ſed timor, & minæ Scandunt eodem, qvò dominus: neqve Decedit æratâ triremi, & Poſt eqvitem ſedet atra cura. Scandit* & *relinqvit* ſimiliter ſonant per Epanalepſin. 33 Æreis roſtris munitas & robuſtas. 34 De acqvirendis divitiis. 35 Inſeqvi intermittit. 36 Utpote qvæ velocior ſit cervis & ipſis ventis: non potes igitur eam curam fugere, ſive navem, ſive eqvum conſcenderis. Anaphora. 37 Agitante, impellente. 38 Vento flante ab Oriente. 39 Sc. *ſit*, id eſt, gaudeat animus donis præſentibus. Sic. Od. 8. l. 3. *Dona præſentis cape lætus horæ.* 40 Sc. *tempus*, non in poſterum, aut futurum tempus. 41 Qvod ultra præſens eſt, id eſt, qvod futurum eſt, qvò nondum pervenimus, nec fortaſsè perveniemus, illud ſollicitè curare recuſet, id eſt, minimè curet. 42 Ingrata jucundâ voluptate mitigare ſtudeat. 43 Al. *lento*, id eſt, moderato, non profuſo. 44 Nihil in naturâ mortalium adeò ab omni parte felix eſt, cui non adverſi qvid, velut mellis & fellis conjunctione, admixtum ſit. Qvippe ſemper mala ſunt vicina bonis, & ubi uber, ibi tuber eſt. 45 Qvàm futuræ res incertæ, viriſqve cordatis parùm curandæ, exemplis docet. 46 Celebrem. 47 Achillem juvenem, dum Polyxenæ, Priami filiæ, nuptias ſperat, à Paride ſagittâ confoſſum.

Longa 48 *Thithonum* 49 *minuit ſenectus:*
Et 50 *mihi ſorſan, tibi qvod negârit,*
51 *Porriget hora.*
52 *Tè* 53 *greges centum* 54 *Siculæqve circùm*
55 *Mugiunt vaccæ:* 56 *tibitollit hinnitum*
Apta 57 *qvadrigis eqva; te bis Afro*
58 *Murice tinctæ*
Veſtiunt lanæ: 59 *mihi* 60 *parva rura,* 61 *&*
Spiritum Grajæ tenuem Camœnæ

48 Emathionis filium, qvi ab uxore Aurora immortalitatem impetrare potuit, perpetuam juventutem non potuit. 49 Conſumpſit, vitamqve ejus reddidit inſvavem, tandemqve in cicadam mutavit. 50 Licet nec genere, nec honoribus, nec divitiis tecum comparandus, ſim. 51 Præbebit, *vel*, producet, prorogabit vitæ tempus. 52 Circum te. Anaſtrophe. 53 Ovium. Divitiæ olim in boum armentis, & pecudum gregibus erant poſitæ. 54 Vaccæ pinguiſſimæ. 55 In agro tuo vagantur. 56 Tibi edit hinnitum, & per campos tuos exſultat. Ultima ſyllaba nominis *hinnitum* pertinet ad principium verſus ſeqventis, hoc modo: *tibi tollit hinni-T' apta qvadrigis eqva.* 57 Certaminibus curulibus. *Qvadrigæ* ſunt qvatuor eqvi ad currum vincti. 58 Te veſtiunt lanæ bis tinctæ purpurâ Africanâ, ſive Tyriâ, qvam Cicero *Dibaphum* nominat, *Murex* color purpureus, ex ſangvine piſcis Muricis conficiebatur. Synecd. integr. 59 Ordo eſt: Parca non mendax dedit mihi parva rura, & tenuem ſpiritum Grajæ Camœnæ, & dedit mihi ſpernere malignum vulgus. 60 Modicas divitias. 61 Et exile ingenium venamqve Græcæ Lyricæ Camœnæ, qvam Alcæus Grajus primus coluit.

62 Parca non mendax dedit, & 63 malignum
Spernere vulgus.

62 Fatum immutabile & infallibile. Sic Parcas *Veraces* alibi appellat. 63 Prætereà illam facultatem, qvâ poſſim mutabile, fallax & invidum vulgus contemnere nihilqve facere.

Ode XVII. Παραινετική.

Ad MÆCENATEM ægrotum.

Qvo mortuo, negat ſe velle vivere, eiqve ſuperſtitem eſſe.

Tricolos Tetraſtrophos.

CUr me qverelis 1 exanimas tuis?
2 Nec Diis amicum eſt, nec mihi, te 3 priùs
4 Obire, Mæcenas, mearum
5 Grande decus, 6 columenqve rerum.
7 Ah! te meæ ſi partem animæ rapit
8 Maturior 9 vis, 10 qvid moror altera?

1 Occidis, mœrore afficis. Cic. pro Mil. *Me qvidem, judices, examinant & interimunt hæ voces Milonis, qvas audio aſſiduè,* &c. 2 Non eſt gratum, neqve placet Diis, οὐ θεοῖς φίλον, qvi mundum univerſum, & noſtram utriusqve vitam gubernant. Anaphora. 3 Qvàm me Horatium. 4 Mortem, id eſt, mori. 5 Ornamentum magnum, & firmitas ac robur bonorum & facultatum mearum. Sic Od. 1. l. 1. *O & præſidium, & dulce decus meum.* 6 Metaph. ab ædificiis, qvæ columnis fulciuntur. 7 Ah qvid dicam! Si celerior mortis violentia ac neceſſitas te è vitâ tollit, qvi animæ meæ pars es una. Sic Od. 3. l. 1. *Et ſerves animæ dimidium meæ:* qvo ſumma atqve inſeparabilis amicitia declaratur. Exclamatio dolentis. 8 Qvàm ego vellem, *vel* qvam natura fert. 9 Mors intempeſta. Synecd. gen. 10 Cur non unà tecum morior, qvi ſum animæ tuæ pars altera?

11 *Nec charus æqvè, nec ſuperſtes*
Integer: 12 *ille dies utramqve*
13 *Ducet ruinam*: 14 *non ego perfidum*
Dixi 15 *ſacramentum*: *ibimus*, 16 *ibimus*,
17 *Utcunqve præcedes*, 18 *ſupremum*
19 *Carpere iter comites parati.*
Me nec 20 *Chimæræ ſpiritus igneæ*,
21 *Nec ſi reſurgat centimanus Gyas*,
22 *Divellet unqvam*: 23 *ſic potenti*
24 *Juſtitiæ, placidumqve* 25 *Parcis.*

11 Nec mihi tam charus futurus, ut anteà, ſed ipſi mihi tædio, nec integram vitam habiturus te mortuo, ut dimidiâ mei parte privatus. Anaphora. 12 Ille dies, qvo tu morieris, & mei & tui corporis ruinam ſecum ducet, id eſt, eodem die uterqve noſtrum ruet, & morietur. 13 Metaphora ab ædificii fracturâ: ut Virg. 2. Æn. *dedit ruinam domus.* 14 Ego non pejeravi, ut milites, qvi ſacramento obſtricti fidem violârunt. 15 Translatio ducta à militari ſacramento: qvi enim nomen dederant Imperatori, obligati erant illi ſacramento. Cæſar l. 1. de bel. civil. *Milites Domitianus* ſacramentum *apud ſe* dicere *jubet.* 16 Epizeuxis. 17 Qvocunqve etiam modo præeas, eodem te ſeqvemur. 18 Extremum vitæ diem tecum obire parati. 19 Inire. 20 Flammivomus flatus, id eſt, ignis ſpirans ex tricipite Chimæræ capite, qvam Tiphoëo natam, primâ ſui parte Leonem, poſtremâ Draconem, mediâ Capram fuiſſe, & igneos flammarum globos eructaſſe fingunt. 21 Imò nec ipſe Gyas, Cœli & Terræ filius (qvi robore vaſti corporis confiſus ipſi cœlo bellum intulit) centum habens manus, ſi ille a Jove fulmine proſtratus in vitam redeat. 22 Separabit à te, ſive à propoſito meo non vivendi poſt mortem tuam. 23 Sic enim juſtitiæ omnipotenti, qvæ fidem frangere prohibet, & Fato, divinæqve providentiæ placitum eſt, ut unà vivamus & moriamur. 24 Propter accepta à Mæcenate beneficia. 25 Qvia Mæce-

Seu 26 Libra, ſeu me 27 Scorpius aſpicit
28 Formidoloſus, 29 pars violentior
Natalis horæ, ſeu 30 tyrannus
Heſperiæ Capricornus undæ:
31 Utrumqve noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum; 32 te Jovis 33 impio
Tutela Saturno 34 refulgens
35 Eripuit 36 volucriſqve fati
34 Tardavit alas, cùm 37 populus 38 freqvens

nas & Horatius nati erant ſub eodem ſidere, qvod multum valet ad amicitiam contrahendam. 26 Venus, cui Taurus & Libra attribuuntur. 27 Cœleſte ſignum. 28 Metuendus, horribilis, qvia Marti conjunctus, cujus ſtella malefica eſt & inclemens. 29 Qvi Scorpius natalis & lethalis horæ violentior pars eſt, dùm ſub ſe natis brevem vitam pollicetur. 30 Qvi in Oceano Occidentali graviſſimas tempeſtates excitat. Metaph. ab Imperatoribus feris & immitibus, ſævîſqve regibus, ſine legè & ratione dominantibus: qvarum loco ſola eſt ipſis vitioſa libido, ad malignitatem hujusce ſigni notandam. 31 Seu qvæcunqve alia conſtellatio fuerit; qvæ nos naſcentes reſpicit, & meum, & tuum aſtrum conſentit inter ſe incredibili modo, noſtrosqve animos, mores & ſtudia æterno concordiæ vinculo conjunxit. 32 Tutela Jovis, id eſt, ſtella Jovis, qvæ te tuetur, ſub qvâ tu natus es, tanqvam ſtella ſalutifera in cœlo refulgens, Saturni malignitatem diſcuſſit & avertit. In *Jovis* & *Saturno* Meton. eſt ſubjectorum pro adjunctis planetis. 31 Pernicioſo ſideri, qvod interitum tibi intentabat. 34 Suo aſpectu ſubveniens, & Saturno repugnans. 35 In *eripuit*, *tardavit* & *crepuit* eſt ſimilitudo ſoni in clauſulis per Epiſtrophen. 36 Et mortis nimis properè advolitantis alas remorata eſt, tibiqve ac mihi longius vivendi tempus indulſit, id eſt; mortem impendentem repreſſit. 37 Romanus. 38 Multiplex, numeroſus. Unde *freqvens locus* dicitur, qvem freqventare multi ſolent. Sic

39 Lætum theatris ter 35 crepuit 40 ſonum:
41 Me truncus 42 illapſus cerebro
Suſtulerat, niſi Faunus 44 ictum
45 Dextrâ levaſſet, 46 Mercurialium
Cuſtos virorum: 47 reddere victimas,
48 Ædemqve votivam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

urbs freqvens, platea freqvens, ubi multi homines aut habitant, aut diverſantur. Sic *freqvens templum* dicitur, in qvo multi conveniunt, & qvod multi freqventant. *Freqventes cives* vocantur multi & numeroſi. 39 Jucundis acclamationibus in theatris ter applauſit, & ſæpiùs congratulatus eſt tibi, qvod à præſenti mortis periculo liberatus eſſes. Synecd. gen. Sic ſuprà Od. 20. l. 1. *datus in theatro Cùm tibi plauſus.* Propert. El. 8. l. 3. *Et manibus fauſtos ter crepuêre ſonos.* 40 Me verò Horatium arboris truncus ſive arbor in caput meum irruens à medio ſuſtuliſſet, niſi Faunus, ſylvarum Deus, ictum ſuſtinuiſſet. 41 Illapſus capiti meo. Synecd. part. De hoc trunco vide ſuprà Od. 13. 42 In Odâ ſuprà dictâ; *te caducum In domini caput immerentis.* 43. In proprio agro Sabino interemiſſet. Sic Od. 1. l. 3. *Fulmine ſuſtulerit caduco.* 44 Arboris. 45 Suppoſitâ dextrâ clementer avertiſſet, id eſt, niſi opem mihi tuliſſet Faunus. Metaph. ab hominibus ad Deos. 46 Doctorum, ingenioſorum, qvales ſunt Poëtæ, qvi ſunt ſub Mercurii tutelâ. Metaph. ab hominibus ad Deos. 47 Jovi ſoſpitatori pro tanto beneficio victimas reddere, qvas voviſti ægrotans, ſi convaleſceres. 48 Et templum in honorem Jovis exſtruendum ex voto debitum ac promiſſum ædificare memento. 49 Nos verò liberatori noſtro Fauno parvam agnam in ſacrificium offeremus, convenientem nobis, qvi humiles ſumus. Sic Od. 4. l. 1. *Seu poſcat agnam, ſive malit hædum.* Fauni autem hoſtiæ, agnæ, hædus, caper.

Ode

Ode XVIII. Παραινετική, ἢ Ὑποθετική.

Ad AVARUM.

Re tenui ſe contentum dicit, ubi alii cupiditatibus ſuis & divitiis ſtudent, & nullum ædificandi, nullum rapiendi modum faciunt, nihil de morte cogitantes, qvaſi perpetuè victuri.

Dicolos Diſtrophos.

1 *NOn ebur, neqve aureum*
Meâ renidet in domo 2 *lacunar:*
Non trabes 3 *Hymettiæ*
4 *Premunt columnas* 5 *ultimâ reciſas*
6 *Africâ:* 7 *neqve* 8 *Attali*
9 *Ignotus hæres regiam occupavi:*
10 *Nec Laconicas mihi*

1 Non eburneum, neqve aureum laqvear in ædibus meis reſplendet. Anaphora. 2 Cic. Tuſc. 5. *In hoc medio apparatu fulgentem gladium* è lacunari, *ſetâ eqvinâ appenſum, demitti juſſit.* 3 Marmoreæ, ex Hymetto, Atticæ monte, petitæ. 4 Superimpoſitæ aggravant. 5 In extremâ Africâ reciſas, Romamqve advectas. 6 Synecd. totius, pro parte Numidiâ. 7 Neqve fraude, aut malis artibus cujuſqvam hæreditatem adii & expugnavi, veluti populus Romanus, qvi juris ſimulatione Attali regiam, id eſt, regias opes ſibi vendicavit. 8 Regis Pergami. 9 Non inſtitutus, non legitimus hæres, ſed peregrinus & dolo malo factus. 10 Nec honeſtæ Vicinæ, meorum clientium uxores, qvi me officii gratiâ manè ſalutant aut comitantur, in meam patroni ſui gratiam lanas nent purpureas, ex qvibus mihi, cum magiſtratum adeptus ſim, togæ prætextæ conficiantur. Circa Tænarum, Laconicæ regionis promontorium, capitur piſcis Murex, ex cujus humore fit color purpureus.

11 *Tra-*

11 Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.
At fides, & ingenî
Benigna 12 vena eſt: pauperemqve dives
Me 13 petit: 14 nihil 15 ſupra
Deos laceſſo: nec potentem 16 amicum
17 Largiora flagito,
18 Satis beatus unicis Sabinis.
19 Truditur dies die,
20 Novæqve pergunt interire Lunæ:
21 Tu ſecanda marmora

11 Nent: ex qvo per translationem *tracta oratio* appellatur, id eſt, non vehemens, non interrupta, ſed fluens. Cic. in perfect. orat. *ſed in his* tracta *qvædam, & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio.* 12 Et naturæ genuina vis & indoles ſeu ingenii fertilitas ad carmen aliqvod componendum mihi larga & abundans eſt. Metaph. à Metallis, vel fontibus, qvorum venæ aliæ latiores, aliæ ſunt anguſtiores, vel corpore animalium. 13 Magni facit & amat, meumqve fovorem appetit, propter fidem meam & ingenium. 14 Non fatigo Deos precibus ut plura donent. 15 Ulteriùs. 16 Amicum meum Mæcenatem. Synecd. gen. 17 Ampliora, qvàm illa ſunt, qvæ dedit, poſtulo ac rogo. 18 Satis dives & contentus unico agro Sabino, ejus munificentiam mihi conceſſo, qvi in Sabinis eſt. 19 Unus dies ab altero die, heſternus ab hodierno expellitur, id eſt, diem dies ſubſeqvitur. Ovid. *Velut unda impellitur undâ, Urgeturqve eadem veniens, urgetqve priorem: Tempora ſic fugiunt.* Significat vitæ noſtræ curriculum eſſe breviſſimum, & temporis curſum celerrimum. 20 Et novæ Lunæ ad interitum pergunt & vergunt, id eſt, Lunæ accreſcunt, & decreſcunt. Od. 7. l. 4. *Damna tamen celeres reparant cæleſtia Lunæ.* 21 Tu, avare, conducis homines mercenarios, qvi tibi ſecent marmora ad ædificiorum

Locas

Locas ſub ipſum funus: 22 *& ſepulchri*
Immemor, ſtruis domos:
23 *Mariſqve Bajis obſtrepentis urges*
Summovere littora,
Parùm locuples 24 *continente ripâ.*
Qvid, qvòd 25 *uſqve* 26 *proximos*
27 *Revellis agri* 28 *terminos,* 29 *& ultra*
Limites clientium
Salis avarus? 30 *pellitur paternos*
In ſinu ferens 31 *Deos*
Et uxor, & vir, 32 *ſordidosqve natos.*
33 *Nulla certior tamen*

ſtructuram, paulò ante mortem, ſive morti vicinus. 22 Et oblitus brevi eſſe moriendum, domos exſtruis, cùm potius de ſepulturâ tuâ ſolicitus eſſe deberes. 23 Et feſtinas littora maris, qvod Bajis, civitati Campaniæ, fluctibus colliſis ſonitu obſtrepit, loco ſuo ſummovere, & in eorum locum, jactis in mare molibus, ædificia exſtruere. 24 Terrâ continente non contentus, ſed qvod mare fuit, in terram convertis. 25 Aſſiduè, ſemper. 26 Qvi ſunt inter te & vicinum. 27 Inexplebili habendi deſiderio removes, & inde aliqvid abradis, qvod ad tuum agrum transferas. 28 Limites, finium causâ poſitos, ſive lapides, ſive arbores, qvibus fines diſcernuntur. 29 Et ultra vicinorum tuorum, pauperumqve agrorum terminos tranſilis & tranſgrederis alieni fundi cupidus. 30 Tuâ avaritiâ agris violenter expellitur & eliminatur, alióqve ſedem ſuam transferre cogitur. Sic Sal. Jugurth. *Intereà parentes, aut parvi liberi militum, ut qviſqve potentiori affinis erat, ſedibus* pellebantur. 31 Gerens Deos domeſticos, & penates ſive Lares, id eſt, ſimulacra & imagines domeſticorum Deorum. Meton. ſubj. 32 Ob paupertatem & inopiam ſqvalidos, neglectos & pannoſos. 33 Utcunqve, homo avare ædifices, licet vel integra maria ædificiis compleveris,

 34 *Rapa-*

34 Rapacis Orci 35 fine deſtinatâ
36 Aula divitem 37 manet
Herum : 38 qvid ultrà tendis ? 39 Æqva tellus
Pauperi recluditur,
40 Regumqꝫ pueris : nec 41 ſatelles Orci
42 Callidum Promethea
43 Reuexit auro 44 captus : 45 hic 46 ſuperbum
Tantalum, atqve Tantali

atqve veris dominis ejectis, agros agris adjunxeris, intereà tamen brevi morieris. Ordo eſt : Tamen nulla aula manet te divitem herum certior deſtinatâ fine rapacis Orci, id eſt, nulla tamen tibi diviti certior domus eſt reſervata, qvàm Inferorum ſedes. 34 Mortales omnes ad ſe rapientis. Nam *metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro :* ut eſt Ep. 2. l. 2. 35 Qvàm Orci domicilium ultimum tibi definitum ac paratum, in qvo æternum manere cogaris. Al. *ſede.* 36 Habitatio, domus. Synecd. ſpe. 37 Expectat. 38 Qvid ulteriùs, qvid plura cupis? 39 Tellus, qvæ omnibus æqvalis, & ex æqvo omnium ſedes eſt, ſine ullo diſcrimine & æqvaliter pauperi & regum filiis ſepeliendis aperitur. Sic ſuprà Od. 4. l. 1. *Pallida mors æqvo pulſat pede pauperum tabernas, Regumqve turres.* 40 Duplex eſt Synec. prior. ſpe. pro potentiſſimis qvibuſqve viris Principibus & opulentis : poſterior gen. pro filiis familias. Sic Od. 12. l. 1. *Dicam & Alciden,* pueroſqve *Ledæ.* & Od. 19. *Thebanaqve jubet me Semeles* puer. Al. *Regumqve natis.* 41 Charon, Orci portitor ac miniſter. Ep. 1. l. 1. *Virtutis veræ cuſtos, rigiduſqve* ſatelles. Synecd. gen. Vel, *ſatelles Orci*, id eſt, mors, cui nos omnes, & omnia noſtra debemur. 42 Aſtutum, qvi ipſum etiam Jovem decipere potuit, eiqve ignem vitalem eripere. 43 Ad ſuperos reduxit, id eſt, vitæ reſtituit. 44 Deceptus, correptus : ut Ep. 2. l. 2. *ſi metit Orcus Grandia cum parvis non exorabilis auro?* 45 Charon, Orci ſatelles. 46 Propter opes Deorum contempto-

47 *Genus*

47 Genus coercet : 48 hic 49 levare 50 functum
Pauperem 50 laboribus,
51 Vocatus, atqve non 52 vocatus audit.

rem, & Deos omnes, convivio exceptos, offendere auſum. 47 Poſteros Tantali, Pelopem, Atreum, Agamemnonem, Oreſtem, qvi inter opes inopes ſunt, apud inferos cohibet, ne poſtliminiò ad ſuas opes in vitam redire poſſint. Synecd. gen. 48 Hic Charon vocatus, atqve non vocatus audit levare pauperem (*Vel,* hic vocatus atqve non vocatus levare pauperem audit) functum laboribus. Anaphora. 49 Ut ſublevet, & è vitâ ſublatum ærumnis liberet: *omnium enim rerum mors eſt extremum*, ut ait Cic. Ep. ad Toranium l. *6.* 50 Summis ærumnis & vitæ miſeriis defatigatum, id eſt, qvi vitam egit laborioſam. 51 Sive invocatus ſit à paupere, ſive non invocatus ſit, nihilominus audit pauperem, ipſiuſqve vitæ finem imponit, eumqve vitæ moleſtiis eripit, id eſt, velit, nolit pauper, Charon, Orci ſatelles, ei præſtò eſt. 52 Epanados ſive regreſſio, qvâ idem ſonus iteratur initio & medio.

Ode XIX. Ἐνθυσιαστική.

IN BACCHUM.

Bacchi laudes ejus numine plenus, canit Poëta.

Tricolos Tetraſtrophos.

B*Acchum 1 in remotis 2 carmina rupibus*
Vidi docentem (3 credite poſteri)

1 In nemoribus ſecretis, & ab omni ſtrepitu populari remotis. 2 Poëticen, *Vel,* divina præcepta carmine deſcripta. 3 O vos, qvi venturi eſtis, illa, qvæ dicturus ſum, credite: *Vel,* fidem adhibete talia docenti.

4 Nymphaſqve diſcentes, & aures
5 Capripedum 6 Satyrorum 7 acutas.
8 Euœ, 9 recenti mens trepidat metu,
Plenoqve Bacchi 10 pectore turbidùm
Lætatur: Euœ, 11 parce Liber,
Parce 12 gravi metuende thyrſo.
13 Fas 14 pervicaces eſt mihi 15 Thyadas,
16 Viniqve fontem, lactis & uberes

4 Vidi etiam Nymphas, id eſt, animos auditorum ſimplices, ab omni terrenæ fæcis cupidine liberos, candidos, apertos, illum audientes, & carmina diſcentes. 5 Pedes inſtar caprarum ſive caprinos habentium, αἰγιπόδων, τραγιπόδων. Lucret. l. 4. *Hæc loca* capripedes *Satyros*, *Nymphaſqve tenere Finitimi ſingunt.* 6 Bacchi comitum velocium. 6 Qvoad formam acutas, ὀξείας, & ad auſcultandum erectas, attentas. Metaph. à cultris acutis & gladiis. 8 Vocem ſibi ipſe dat, qvâ mulieres bacchantes, furore plenæ, uti conſveverunt. 9 Mens mea adhùc tremit, & conturbata eſt ex recenti inſania, furore, φόβῳ, μανίᾳ, ἐνθουσιασμῷ, qvo paulò antè conſternatus fui. 10 Et mens divino Bacchi inſtinctu concitato lætitiâ & metu confuſa lætatur turbidè, non liqvidè & ſincerè. Hic duplex eſt Meton. prior ſubj. pro adj. animo: deinde in *Bacchi* effic. pro eſſe. afflatu & numine præſenti. 11 Mihi ne mentem meam nimiùm percellas. Apoſtrophe & exclamatio deprecantis immoderatum affectum. 12 Qvi gravi virgâ, nempe haſtâ Bacchicâ, pampinis involutâ, qvam in manibus geſtas, formidabilis es. Thyrſos *pampineas haſtas* vocat Virg. Æn. 7. 13 Licet mihi, poſſibile eſt, δυνατόν ἐστι, Anaphora. Poſtqvam Bacchum videre potuit, atqve etiam deprecando ſibi propitium reddere, licere ſibi ait, egregia ejus facta carminibus celebrare. 14 Protervas, pertinaces. 15 Bacchi ſacerdotes, & miniſtras. 16 Credebat ſtulta antiqvitas, percuſſam thyrſo terram, ſeu rupem aliqvam, aut arboris truncum, vinum, lac, aut mel manare.

17 *Can-*

17 Cantare rivos, atqve 18 truncis
Lapſa cavis 19 iterare mella.
Fas & beatæ 20 conjugis additum
Stellis 21 honorem, 22 tectaque 23 Penthëi
24 Disjecta 25 non levi ruinâ,
26 Thracis & exitium 27 Lycurgi.
Tu 28 flectis amnes, tu 29 mare barbarum:
30 Tu ſeparatis uvidus in jugis
Nodo coërces viperino

Metaph. ab aqvis, qvæ in viſcera terræ receptæ ſponte prorumpere ſolent. 17 Carmine celebrare fluxus, à te inventos & è terrâ productos. 18 E cavis arboribus defluentia. 19 Iterùm, atqve iterùm carmine celebrare. Metaph. à viatoribus iter idem ſæpè terentibus. 20 Immortalis tuæ uxoris Ariadne, Minois filiæ (qvam à Theſeo perfido deſertam uxorem duxiſti) capitis honorem, id eſt, coronam nuptialem inter ſidera relatam. Synecd. gen. 21 Metaph. pro coronâ, aſtro. 22 Domum. Synecd. mem. 23 Echionis & Agaves filii impii, Thebarum regis, qvi, cùm tua ſacra furiosè contemneret, à propriâ matre, & reliqvis bacchantibus diſcerptus, & pro vitulo obtruncatus eſt. Lege Ovid. Metam 3. 24 Proſtrata, ſoloqve æqvata. 25 Horribili, ſævâ, χαλεπῇ, & ab irato Deo illata. 26 Thraciæ regis peſſimum exitum. 27 Dryantis filii, qvi a Baccho in furorem verſus, & vites interſecare conatus, crura ſua ſibi amputavit. 28 *Tu vertis flumina retrò.* Virg. 4. Æn. Metaph. à teneris plantis, & aliis corporibus flexibilibus, qvales ſunt fluvii, Ganges & Indus, hic ſignificati per Synecd. gen. 29 Tu mare Jndicum, ejuſqve accolas Thracas & Indos, domas: nam Jndos Bacchus ſuperaverat. Synecd. gen. 30 Tu ebrius, & vino madidus, βεβρεγμένος in ſecretis & remotis montibus, nodo conſtringis & coërces Thraciarum mulierum, Bacchantium & te colentium, comas, earumqve capitibus ſerpentes coronarum inſtar imponis. Anaphora.

Biſtonidum 31 *ſine fraude crines.*
32 *Tu, cùm* 33 *parentis regna* 34 *per arduum*
Cohors Gigantum ſcanderet 35 *impia,*
36 *Rhœtum retorſiſti leonis*
Unguibus, horribiliqve 37 *malâ:*
Qvanqvam choreis aptior, & jocis,
Ludoqve 38 *dictus, non ſat idoneus*
Pugnæ 39 *ferebaris:* 40 *ſed idem*
Pacis erat, mediuſqve belli.
41 *Te vidit* 42 *inſons Cerberus aureo*

31 Sine periculo, ſine ullo damno, impunè: ſerpentes enim ipſis nihil nocent. Sic Carm. Sæcul. *Cùm per ardentem* ſine fraude *Trojam Caſtus Æneas patriæ ſuperſtes Liberum munivit iter.* Liv. l. 34. *Nihil prætereà cum Conſule pacti qvàm ut* ſine fraude *Punicum emitteretur præſidium, ad Conſulem tranſtulerunt ſigna.* 32 Jam Bacchi in Deos beneficia commemorat. 33 Ad parentis tui Jovis cœleſtia regna ſcanderet, ut inde Jovem deturbaret. Synecd. gen. 34 Per arduos & excelſos montes uſqve ad ſidera congeſtos. 35 Scelerata, qvòd cum Diis pugnârit: ex qvo θεομαχεῖν, id eſt, *cum Diis pugnare.* 36 Rhœtum Gigantem tu in leonem converſus dejeciſti. 37 Maxillâ leoninâ, id eſt, dentibus illuc inſertis. Meton. ſubj. 38 Addictus. 39 Sermonibus hominum dicebaris. 40 Sed tu idem tamen pacis & belli intermedius eras, id eſt, in utrumqve paratus, ſive pax colenda, ſive bellum gerendum eſſet. Poëta hoc ſignificat, vinum, aliqvando homines ad arma excitare, interdùm animos feros & truculentos mitigare. 41 Apud inferos ad ſuperos redeuntem. 42 Canis ille infernalis triceps tibi non nocens ad inferos deſcendenti, ut inde Ariadnen uxorem reduceres.

43 *Cor-*

43 Cornu 44 decorum 45 leniter atterens
Caudam, 46 & recedentis trilingui
Ore pedes, tetigitqve crura.

43 Baccho cornua attribuunt Poëtæ, qvòd bibaces plerumqve ſunt pugnaces: vel, qvòd Bacchus primus terram junctis bobus excoluit. Propert. l. 3. *Qvod ſuper eſt vita, per te & tua* cornua *vivam, Virtutiſqve tua, Bacche, Poeta ferar.* 44 Decoratum, ornatum. 45 Caudam ſuam leni motu ad te crebrò movens & agitans, id eſt, tibi adulans. Hoc enim faciunt canes ſuis dominis, aut notis adulantes. 46 Et tui ex inferis ad ſuperos redeuntis pedes & crura blandientium more trilingui ſuo ore olfecit & odoratus eſt.

Ode XX. Ἀλληγορική.

Ad MÆCENATEM.

Horatius in Cygnum verſus, per univerſum pervolâbit orbem; unde ſibi promittit ſuæ Poëſeos immortalitatem.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *NOn uſitatâ, nec tenui ferar*
Pennâ, 2 biformis per 3 liqvidum æthera
Vates: neqve 4 in terris morabor
5 Longiùs: 6 invidiâqve major

1 Ordo eſt: Ego vates biformis ferar per liqvidum æthera, non uſitatâ, nec tenui pennâ, id eſt, non vulgari, nec fragili, ſed ſublimi ac nunqvam diſſolubili pennâ, id eſt, famâ in ore mortalium verſabor, & in cœlum ſublatus vehar. 2 Nuper homo, nunc cygnus: vel potiùs, vates Lyricus, & vates Satyricus. 3 Purum. 4 Tanqvam homo mortalis. 5 Diutiùs. 6 Et invidiâ, id eſt, invidis ſuperior terrenas

Urbes relinqvam : 7 non ego pauperum
8 Sangvis parentum , non ego , qvem vocas,
9 Dilecte Mæcenas , obibo,
10 Nec Stygiâ cohibebor undâ.
11 Jamjam 12 reſidunt cruribus aſperæ
13 Pelles: & album mutor in 14 alitem
15 Superna , naſcunturqve 16 læves
Per digitos humerosqve 17 plumæ.
Jam 18 Dædalæo 19 ocyor Icaro
Viſam 20 gementis littora 21 Boſphori,

hominum habitationes è ſublimi deſpiciam cœlum petens. Meton. adj. 7 O dilecte Mæcenas , ego non obibo mortem , qvamvis pauperibus parentibus ; & libertino patre natus ſim, qvalem tu me appellare ſoles. Epizeuxis. 8 Filius, proles inde orta, Meton. mat. 9 Alii conjunctè hæc legunt, *qvem vocas Dilecte* , id eſt , qvem (licet pauperem) tu vocas, ô dilecte Horati, ὃν καλεῖς ὦ φίλε , id eſt, qvem amici nomine dignaris. 10 Nec à Styge coërcebor, ne ad ſuperos redire poſſim , ut alii , qvorum fama cum morte interiit. De Styge vide Od. 34. l. II. 11 Jamjam incipio inclareſcere. Epizeuxis. 12 Deſcendunt , ſedem habent in cruribus meis. 13 Cygnorum. 14 In cygnum : unde mox ſeqvitur , *canorus ales*. Synecd. gen. Cygni autem in tutelâ ſunt Apollinis, uti & Poëtæ ; & cygni qvoqve ei Deo ſacri perhibentur non ſolùm ob cantus ſvavitatem , ſed qvia uti in Poëtis, ſic & in alite illo divini aliqvid eſſe creditur. 15 A partibus ſuperiorib. ſuperiore corporis mei parte : τὰ ἄνω, Al. *ſuperne*, ἐκ τῶν ἄνω. 16 Al. *leves* , id eſt , non aſperæ : ut *galeæqve leves*. Od. 2. l. I. & *levia ſaxa*. Od. 17. 17 Cygnorum. 18 Icaro Dædali , qvi unà cum patre à Cretâ fugiens , fretus alarum fiduciâ , decidit in mare. 19 Volatu meo velocior. 20 Suis fluctibus reſonantis , murmur edentis gemitus ſimile. Metaph. ab animatis ad inanimata. 21 Illius freti , cui Ju-

Syrteſqve 22 Getulas 23 canorus
Ales; 24 Hyperboreoſqve campos,
25 Me 26 Colchus, & qvi diſſimulat metum
27 Marſæ cohortis, 28 Dacus, & ultimi
Noſcent 29 Geloni: 30 me 31 peritus
32 Diſcet 31 Iber, 33 Rhodaniqve potor.

piter, in taurum ſeu bovem mutatus, Europam dorſo ferens, *Boſpori* nomen fecit. Vide ſuprà Od. 13. 22 Libycas, id eſt, loca in Africâ arenoſa. Vide Od. 22. l. 1. 23 Cygnus, qvi ſuæ mortis præſcius dulciſſimos cantus edit. Mart. *Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ, Cantator cygnus funeris ipſe ſui.* Od. 3. l. 4. *ò mutis qvoqve piſcibus Donatura Cygni, ſi libeat, vocem.* 24 Montes ſub polo & cardine cœli poſitos, unde ſpirat Boreas, ubi dies eſt ſex menſium, & nox totidem, anno in duas partes diviſo, id eſt, remotiſſimas terrarum regiones aſpiciam, carminibus meis adibo. Synecd. gen. 25 Memoria mei & fama perveniet ad omnes nationes. Meton. ſubj. 26 Colchi, qvi ad Pontum Euxinum habitant. Synecd. ſing. pro incolis Colchidis. Eadem eſt in *Dacus, Iber, Potor Rhodani*, id eſt, Daci, Iberi, ſive Hiſpani, Galli Lugdunenſes. 27 *Marſi* ſunt populi Italiæ, qvos Daci qvamvis reverà timeant, fingunt tamen ſe non timere. 28 Daci, Scythiæ Europeæ incolæ. 29 Scythiæ populi, Dacis vicini. Vide ſuprà Od. 9. 30 Anaphora. 31 Hiſpani exercitati & uſu periti, propter longa bella, & navigationes aſſiduas. His enim multorum morum, multarumqve rerum cognitio comparatur. Virg. Georg. 3. *Aut impacatos à tergo horrebis* Iberos. 32 Qvis fuerim. 33 Et Galli transalpini, qvi Rhodanum potant. *Rhodanus* eſt Galliæ fluvius, ortum ducens ex Alpibus, qvæ Italiam à Galliâ dividunt.

34 *Abſint inani funere neniæ,*
35 *Luctusqve turpes , & qverimoniæ:*
Compeſce 36 clamorem , ac 37 ſepulchri
38 *Mitte 39 ſupervacuos honores.*

34 Removeantur carmina funebria ſeu lugubria à funere meo ſupervacuo, qvod mihi inſtitui magnificè nolo. Benè *inani funere*, cùm non moriturum ſe, ſed in cygnum mutatum iri antè dixerit. Simile huic eſt, qvod *inanem tumulum* vocat Virgilius 3. Æn. in qvem corpus illatum non eſſet, ſed memoriæ tantùm causâ exſtructum, Græci κενοτάφιον appellant. Svetonius *honorarium tumulum* vocat. 35 Et luctus de illo, qvi mortuus non ſit, indecoros, & lamentationes. Nec dubium, qvin ad notum illud Ennii Poëtæ Epitaphium reſpexerit Poëta: *Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. Cur? volito vivus per ora virûm.* 36 Ejulatum muliebrem. 37 Mihi exſtruendi. 38 Omitte, intermitte: ut Ep. 5. l. 1. Mitte *leves ſpes, & certamina divitiarum*: & Virg. 1. Æn. *mæſtumqve timorem* Mittite: & Ter. Adelph. *Hera, lacrymas* mitte. 39 Vanos, ſuperfluos. De Art. Poët. *Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.*

Q. Ho-

Q. HORATII FLACCI CARMINUM SEU ODARUM.

LIBER III.

Ode I. Πραγματική.

De variis humanæ vitæ ſtudiis ad ſeipſum.

Vita beata non opibus, aut honoribus, ſed animi tranqvillitate efficitur.

Tricolos Tetraſtrophos.

ODi 1 *profanum vulgus*, *& arceo.*
2 *Favete linguis*: 3 *carmina non priùs*
Audita, Muſarum ſacerdos,
4 *Virginibus, puerisqve canto.*

1 Rudes, indoctos, à Muſis alienos pravisqve opinionibus corruptos homines, qvi manibus & pedibus illotis hæc ſacra contaminabunt, deteſtor, & ab his carminibus, tanqvam profanos à myſteriis & ſacris, excludo. Arcebantur non initiati & profani à ſacris, qvos Græci ἀμυήτυς, βεϐήλυς vocant. Virg. 6. *Procul, ô procul eſte*, profani. Alleg. à ſacrificantibus. 2 Vos, cœleſtibus hiſce ſacris initiati, oſtendite cum ſilentio, bona verba dicite, εὐφημεῖτε. Virg. 5. Æn. Ore favete *omnes, & cingite tempora ramis.* 3 Ego Horatius qvi Muſarum ſacra tracto, & Poëta ſum, canto virginibus & pueris teneris, nullis pravis opinionibus corruptis, ſed puris adhùc & caſtis, carmina Lyrica, à Romanis in Latinâ linguâ non priùs audita. Virg. Georg. 2. *Me verò primùm dulces antè omnia Muſæ, Qvarum ſacra fero ingenti perculſus amore, Accipiant.* Synecd. gen. 4 Qvibus ad virtutem &

5 Re-

5 Regum 6 timendorum in proprios 7 greges,
8 Reges in ipſos imperium eſt Jovis.
9 Clari giganteo triumpho,
Cuncta 10 ſupercilio moventis.
11 Eſt, 12 ut viro vir 13 latius ordinet
14 Arbuſta ſulcis; 15 hic 16 generoſior

beatitudinem, animiqve tranqvillitatem à teneris ungviculis confirmentur, & conformentur. 5 Ordo eſt: Imperium regum timendorum eſt in proprios greges, imperium Jovis, clari giganteo triumpho; & moventis cuncta ſupercilio, eſt in ipſos reges. 6 Qvi vel propter potentiam, vel propter crudelitatem à ſubditis timeri debent, qvippe ſoli plus cæteris poſſunt, adeò ut cum Plauto *humanos* qvosdam *Joves* eos rectè appellaveris. 7 Subditos. Metaph. à pecudibus. 8 Reges ipſi, qvi habent imperium in ſibi ſubditos, habent etiam Deum ſuum regem omnis iniqvitatis & violentiæ vindicem. Polyptoton eſt, ut paulò pòſt in *vir viro*. 9 Qvi ob triumphum de robuſtiſſimis Gigantibus devictis & fulmine proſtratis celeber & magnificus eſt. Sic Od. 4. l. 3. *ſcimus ut impios Titanas, immanemqve turmam Fulmine ſuſtulerit caduco.* 10 Qvi ſuperciliorum & oculorum nutu cœlum & terram, & omnia, qvæ in mundo ſunt, concutit. Meton. effic. contractione enim vel remiſſione ſuperciliorum, ſicut oculorum, declarantur ſæpè hominum voluntates. 11 Contingit etiam, fieri poteſt, ἔστιν ὡς, vel ἔστιν ὅπως. Oſtendit varia hominum eſſe ingenia ac ſtudia. 12 Ut alius vir alio viro ditior ac diligentior arborum & vitium plantator ſit, id eſt; ut alius alio plures poſſideat agros, in qvibus arbores, in ordinem redactas, plantet. 13 Ampliùs in foſſis ac ſcrobibus ſerat. 14 Humiliores arbores, ad qvas vites connectuntur. Meton. ſubj. pro adjunctis vitibus, & Synecd. ſpe. pro arboribus maximè frugiferis. 15 Ut hic vel alius qvispiam honores ambiat. 16 Nobilior, qvàm alius qvispiam competitor.

17 *Deſcen-*

17 *Deſcendat in* 18 *campum* 19 *petitor:*
20 *Moribus hic, meliorqve famâ*
Contendat: 21 *illi turba clientium*
Sit major: 22 *Æqvâ lege Neceſſitas*
Sortitur, 23 *inſignes &* 24 *imos:*
Omne 25 *capax* 26 *movet* 27 *urna* 28 *nomen.*

17 Ad comitia: qvia ex urbe Româ antiqvâ in campum Martium venienti deſcendendum erat. 18 In campum Martium, in qvo comitia habebantur. Synecd. gen. 19 Ubi honoris ac Magiſtratus cujusdam candidatus eſt. 20 Ut hic aut alius qvispiam non nobilitate, ſed virtute & vitæ innocentiâ fretus & rectè factis, ad eosdem honores contendat. 21 Ut illi multitudo clientum togatorum, qvi ſe dominum officii gratiâ manè ſalutent & comitentur, copioſior ſit, ut hic amicorum numero & fautoribus, qvorum ſuffragiis meliorem ſuperet in magiſtratu petendo, celebris ſit. 22 Mortis ſive moriendi tamen neceſſitas, ἀνάγκη eſt omnibus æqvalis, & æqvali conditione illuſtres & obſcuros, divites & pauperes ſorte & ſine delectu ſumit, λαγχάνει. *Pallida mors æqvo pulſat pede pauperum tabernas: Regumqve turres.* 23 Claros & nobiles, ἐπισήμους, ἐπιφανεῖς, & in ſummo honoris gradu conſtitutos. Od. 34. l. 1. *&* inſignem *attenuat Deus.* 24 Infimos, humiles. 25 Qvæ omnium hominum nominum capax eſt. 26 Agitat, ad ſortiendum fatum volvit, & poſteà ſorte, ut moriatur, educit. 27 Fatalis, in qvam ſortes conjiciuntur. Meton. à conſvetudine veterum, qvi judicia faciebant, delectumqve habebant magiſtratuum & controverſiarum eductis ſortibus ex urnâ, in qvam ſinguli ſua ſuffragia & ſententias conjiciebant, & ex illâ qvaſſâ & motâ educebantur ad hunc vel ad illum hùc vel illùc deſtinandum: ſic urna primum qvemqve ſine diſcrimine conditionis, ſexus, ætatis, demittit ad Orcum. Vides ergo hîc motum urnæ, rei inanimatæ, tribui per Metaph. 28 Hominum, qvicunqve in mundo vivunt. Meton. adj. pro teſſerulâ, ubi ſuf-

29 *Diſtri-*

29 Diſtrictus enſis cui ſuper impiâ
30 Cervice 31 pendet, non 32 Siculæ dapes
Dulcem 33 elaborabunt ſaporem,
Non avium citharæqve cantus
34 Somnum reducent: 35 ſomnus agreſtium
Lenis virorum non 36 humiles domos
37 Faſtidit, umbroſamqve 38 ripam,
Non Zephyris agitata 39 Tempe.
40 Deſiderantem qvod ſatis eſt, neqve

fragium erat inſcriptum. 29 Illi, cujus cervicibus enſis evaginatus impendet, nullæ, qvantumvis opiparæ epulæ, ſvaves aut gratæ poterunt eſſe, ſed metus omnes delitias ac gaudia contaminabit. Reſpicit notiſſimam de Damocle, Dionyſii aſſentatore, hiſtoriam. Vide Cic. Tuſc. l. 5. 30 Super homine impio. Synecd. part. 31 Jam jam in ſubjectum caput procubiturus. 32 Dionyſio, Siciliæ tyranno, apparatæ, qvæ erant exqviſitiſſimæ & regio luxu inſtructæ. Synecd. ſpe. 33 Non reddent ſaporem, id eſt, non ſapient illæ, ſed erunt inſipidæ penitus, intuenti mortem præſentem. 34 Non reſtituent ſomnum, qvem metus abſtulit; ſed in aureis lectis ab uno latere in aliud ſe devolvet, metuqve ſcelerum ac pœnarum dormire non poterit. 35 Ordo eſt: Somnus lenis non faſtidit humiles domos virorum agreſtium, & umbroſam ripam, non Tempe agitata Zephyris. 36 Caſas ingredi non ſpernit, non nauſeat, id eſt, ruſtici dormiunt ſvaviùs in ſuis caſis, qvàm reges in ſuis ædibus ſumptuoſiſſimis. 37 Metaph. ubi ſenſus & judicium tribuitur ſomno rei inanimatæ. 38 Propè limpidum fontem ſitam. 39 Neqve loca nemoroſa & jucunda, qvalia Tempe ſunt in Theſſaliâ, à Zephyris, ventis mitiſſimis, perflata, in qvibus ruſticus in ceſpite aliqvo proſtratus jucundè & ſecurè dormit. Synecd. ſpe. 40 Qvi illud deſiderat, qvod ſatis eſt in vitâ hominum ad victum & amictum, non navigat, neqve ſe maris periculo committit, ut

41 *Tumul-*

41 *Tumultuoſum* 42 *ſollicitat mare,*
Nec 43 *ſævus* 44 *Arcturi cadentis*
Impetus, aut orientis 45 *Hœdi:*
Non 46 *verberatæ grandine vineæ,*
47 *Fundusq́ mendax:* 48 *arbore nunc aqvas*
49 *Culpante, nunc torrentia agros*
Sidera, 50 *nunc hyemes iniqvas.*
51 *Contracta piſces æqvora ſentiunt,*
52 *Iactis in altum molibus;* 53 *huc* 54 *freqvens*

rem familiarem augeat. 41 Qvod fluctibus & tempeſtatibus timorem multum incutit. *Tumultus enim eſt perturbatio tanta, ut major timor oriatur: unde etiam nomen ductum eſt, tumultus.* Cic. Philip. 8. 42 Reddit eum ſolicitum, perturbat. 43 Violentus. 44 Stellæ in caudâ Urſæ occidentis, multaſqve tempeſtates excitantis. 45 Qvo oriente ſævit mare. 46 Afflictæ, & hoc anno fructum non laturæ. 47 Et fundus infructuoſus illum non ſollicitat, qvi maximos anni proventus pollicitus non præſtat, qvippe votis agricolæ non reſpondet, γῆ ἄπιϛος, id eſt, *fundus infidelis.* Ep. 7. l. 1. *Spem mentita ſeges.* 48 Cujus arbores (qvæ nec flores, nec fructus proferunt) modò imbres immoderatos culpant, modò ſidera æſtum producentia, ſuoqve calore agros torrentia, id eſt, æſtum immoderatum, modò hyemes graves, qvibus impeditæ, fructum producere non potuerunt. Synecd. ſing. pro plur. 49 Metaph. ab hominibus, qvi culpam cujuſqve mali, qvod non fecerint, conferunt in ipſius auctorem: ſic arbores qvaſi à conſitore ſuo accuſatæ, ſterilitatis faciunt intemperiem cœli ream illius. 50 Anaphora. 51 Arctiora & anguſtiora, qvàm par eſt, ædificiorum magnitudine, adeò ut ipſis piſcibus injuria inferatur. Sæculi ſui in ædificando luxum graviter damnat poëta. 52 In profundum mare molibus conjectis, & ædificiis ſuperexſtructis. Vide Od. 15. l. 2. 53 In hoc altum mare. 54 Aſ-

55 *Cæmenta*

55 *Cæmenta demittit* 56 *redemtor*
57 *Cum famulis,* 58 *dominusqve terræ*
Faſtidioſus: ſed timor, & minæ
59 *Scandunt eôdem, qvò dominus;* 60 *neqve*
Decedit æratâ triremi, 61 *&*
Poſt eqvitem ſedet 62 *atra cura.*
Qvòd ſi 63 *dolentem nec* 64 *Phrygius lapis,*
65 *Nec purpurarum ſidere clarior*
66 *Delinit uſus, nec Falerna*
67 *Vitis,* 68 *Achæmeniumqve coſtum;*

ſiduus. 55 Lapides rudes cæſos ad ædificii fundamentum projicit, ibiqve magnifica ædificia exſtruit. *Cæmenta* à *cædendo* dicta ſunt. 56 Qvi opus faciendum ſuo periculo, certâ mercede conſtitutâ, aſſumit, id eſt, operum conductor, ἐργολάβης. *Redimere* enim interdum, eſt conducere. 57 Cum operariis ſuis conductis. 58 Et dominus luxurioſus, qvi terræ jam faſtidioſus eſt, qvi terrâ ſpretâ in mari ædificat. 59 Eundem locum petunt, qvem dominus, eumqve perpetuò comitantur, id eſt, qvicqvid agit, non deſeritur à ſuis affectibus, qvi non ſinunt eum qvieſcere. 60 Neqve atra cura, ſi dominus navem conſcendat, de navi triremi æreo roſtro munitâ abit, decedit. Sic. Od. 16. l. 2. *Scandit æratas vitioſa naves Cura.* 61 Et ſi eqvum conſcendat, etiam poſt poſſeſſorum ſuum ſedet, eumqve ſemper poſt tergum ſeqvitur comes certiſſima. 62 Triſtis, moleſta, odioſa ſolicitudo. Sic. Od. 11. l. 4. *minuentur* atræ *Carmine* curæ. 63 Perturbatam mentem. 64 Eximia ædificia, columnæ marmoreæ ex lapide Phrygio factæ, qvibus fulciebantur & ornabantur atria domorum ſumptuoſarum. Meton. mat. 65 Nec uſus purpurarum, qvi ſidere clarior refulgeat, id eſt, neqve veſtes purpureæ ac ſplendidiſſimæ. 66 Mitigat, recreat. Al. *delenit.* 67 Nec vinum Campaniæ nobiliſſimum animi morbis medetur. Meton. ſubj. & hoc pro generoſo vino per Synecd. ſpe. 68 Unguentum Perſicum pretioſiſſi-

69 Cur invidendis 70 poſtibus, & 71 novo
Sublime ritu moliar atrium?
72 Cur valle permutem Sabinâ
Divitias operoſiores?

mum, ſic dictum ab *Achamene*, Perſarum rege, unde venit Coſtum. 69 Cur ego, non contentus meâ domo, ædificia magnifica concupiſcam? 70 Ambitioſis, marmoreis, invidiâ propter luxum laborantibus foribus. Synecd. mem. Od. 10. l. 2. *aulam invidendam* dixit. 71 Et novo invento ſplendidam domum ac ſublime palatium exſtruere moliar? 72 Cur relicto meo agro Sabino, in qvo vallis eſt [ubi vitam ago tranqvillam] appetam & amplectar divitias majores, moleſtiarum plenas, in qvibus & parandis magno labore, magnâqve operâ, & cuſtodiendis magnâ curâ opus eſt, cùm ille ad vitam tranqvillam agendam abundè mihi ſufficiat. Od. 2. l. 4. operoſa *parvus Carmina fingo.* Anaphora.

Ode II. Εὐκτική.

Ad AMICOS.

Pueri à teneris annis paupertati, militiæ, & vitæ laborioſæ ſunt aſſvefaciendi.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 ANguſtam, 2 amicè, pauperiem pati
3 Robuſtus acri militiâ puer
Condiſcat, & 4 Parthos feroces

1 Duram & difficilem paupertatem tolerare, id eſt, amare ſobrietatem. 2 Al. *amice*, id eſt, libenter & benignè. 3 Puer ac juvenis Romanus per acrem, laborioſam & difficilem militiam diu exercitatam factus validus cum acri militiâ diſcat. 4 Parthos, qvi ipſi ſunt eqvites, alioſqve imperii Romani

O 5 *Vexet*

5 Vexet eqves metuendus haſtâ:
Vitamqve 6 ſub dio, & 7 trepidis agat
In rebus: 8 illum ex mœnibus 9 hoſticis
10 Matrona bellantis tyranni
11 Proſpiciens, & 12 adulta virgo.
13 Suſpiret, eheu, ne 14 rudis agminum
Sponſus 15 laceſſat 16 regius aſperum
Tactu 17 leonem, qvem 18 cruenta
Per medias 19 rapit ira 20 cædes!
21 Dulce & decorum eſt 22 pro patriâ mori.
Mors & 23 fugacem perſeqvitur virum:

hoſtes bellicoſos. Synecd. ſpe. 5 Agitet. 6 Vitamqve non in thalamo, aut plumis, ſed ſub puro aëre nocturno tempore extra tectum traducat. 7 In rebus horribilibus, efficientibus homines trepidos, qvales in tumultu bellico eſſe ſolent maximè vicino jam hoſte, ἐν τοῖς φοβεροῖς. Liv. l. 4. *Et Senatus, ut* in trepidis rebus, *Dictatorem dici Mamercum Æmilium juſſit.* Et l. 34. *erant, ne ſe* in rebus *tam* trepidis *deſerat.* Meton. effc. 8 Militem Romanum. 9 Hoſtilibus, à Romanis obſeſſis. 10 Uxor regis alicujus cum Romanis bellum gerentis. 11 Eminùs, è longinqvo ſpectans. 12 Nubilis & matura viro, & alicui regio ſponſo deſponſata. 13 In hæc verba ingemiſcat, & qveribunda voce loqvatur. 14 Hoſtilium agminum ignarus, non exercitatus in prælìis, belloqve parùm aptus & aſſvefactus. Exclamatio cum lamentatione. 15 Ad ſui interitum provocet. 16 Regiâ ſtirpe progenitus. 17 Militem Romanum in conflictu ſævum. Allegoria. 18 Hoſtilis animi rabies. 19 Impellit. 20 Hoſtium. Manſit in translatione: leones enim maximè ſunt iracundi. 21 Jucundum. 22 Cic. Offic. 1. *Sed omnes omnium caritates patria una complexa eſt, pro qvâ qvis bonus dubitet mortem oppetere?* 23 Qvi fugiendo conſulunt ſaluti, ſæpiùs periclitantur, qvàm qvi fortiter pugnant.

Nec

Nec parcit imbellis 24 *juventæ*
25 *Poplitibus,* 26 *timidoqve tergo.*
27 *Virtus, repulſæ* 28 *neſcia ſordidæ,*
29 *Intaminatis* 30 *fulget honoribus:*
Nec ſumit, aut ponit 31 *ſecures*
Arbitrio popularis 32 *auræ.*
33 *Virtus,* 34 *recludens* 35 *immeritis mori*

24 Ignavæ juventutis, id eſt, meticuloſorum juvenum, ad fugiendum, qvàm ad pugnandùm, aptiorum: poplites enim & terga eorum, qvi fugiunt, cernuntur. Meton. adj. 25 Dùm à ſeqventibus hoſtibus adverſis, & inhoneſtis vulneribus confecti, nihilominùs mori coguntur. 26 Indicante trepidantem eqvitem, Meton. eſſe. 37 Fortitudo bellica ſe ipsâ contenta, nullos honores ambit. 28 Turpis repulſæ ignara. 29 Honoribus puris, non contaminatis, incorruptis, non largitionibus, aliisqve malis artibus acqviſitis, reſplendet, ſuisqve propriis bònis gaudet, non illis, qvæ aliena ſunt: nam viri virtute præſtantes à populo, aut à regibus honores non petunt. 30 Metaph. à Sole, qvi ut ſuo per ſe lumine clarus eſt: ſic vir ſuæ virtutis præſtantiâ ſatis fulget. 31 Nec capit, aut deponit Præturam, Conſulatum aut Dictaturam, aliosqve ſummos honores & magiſtratus, qvorum inſignia ſunt ſecures & faſces. Solebant enim, & Conſulibus Romæ, & Prætoribus in provinciâ faſces virgarum & ſecures præferri. Lucret. l. 3. *Qvi petere à populo faſces, ſævasqve* ſecures *Imbibit, & ſemper victus, triſtisqve recedit.* Meton. adj. ſigni. 32 Favoris, gratiæ, levitatis in mandandis magiſtratibus, & in ferendis ſuffragiis, id eſt, prout mobili & levi populo placuerit, qvo nihil inconſtantius, ſed ſuis bonis æternis ac immobilibus acqvieſcit. Metaph. Vide Od. 1. l. 1. Virg. 6. Æn. *qvem juxta ſeqvitur jactantior Ancus, Nunc qvoqve jam nimium gaudens* popularibus auris. 33 Fortitudo. 34 Aperiens. Od. 18. l. 2. *Æqva tellus Pauperi* recluditur. Ep. 5. l. 1. *Qvid non ebrietas deſignat? operta* recludit. 35 Illis,

Cœlum, 36 negatâ tentat iter viâ;
37 Cœtuſqve vulgares, & udam
Spernit humum 38 fugiente pennâ.
39 Eſt & 40 fideli tuta ſilentio 52
41 Merces. 42 Vetabo, qvi Cereris 43 ſacrum
Vulgârit arcanæ, 44 ſub iiſdem
Sit 45 trabibus, 46 fragilemqve mecum
Solvat 47 phaſelum: ſæpè 48 Dieſpiter

qvi ob egregia ſua facta, & præclara in mortales merita, immeriti & indigni ſunt ut moriantur. 36 Illud iter per viam, aliis ignavis incognitam & neglectam propter difficultatem & labores, ingreditur ac patefacit. Od. 4. l. 5. *Inſanientem navita Boſphorum* Tentabo, &c. 37 Viliumqve hominum in terris degentium conventus, atqve adeò hanc humum turbidam & cœnoſam, id eſt, res terrenas contemnit ac deſpicit, veloci ſuâ pennâ è rebus mortalium fugiente, & ſupra terrena altè in cœlum ſublevatâ, id eſt, humilium hominum ſpreto contubernio in cœlum evolat. 38 Metaph. 39 Commendatâ animi fortitudine digreditur ad laudem ſilentii, innuitqve virtutem etiam ſecreti tenacem eſſe, & arcana non eliminare. 40 Virg. *fida ſilentia ſacris*. 41 Sua certa præmia ſunt propoſita. 42 Qvi conſilia arcana facere neſcit, homo rimarum plenus, meo conſortio ipſum interdicam, & vetabo ut mecum habitet, & mecum in eâdem navi vehatur. 43 Qvod religioſiſſimo ſilentio continebatur, id eſt, qvodvis arcanum. Synecd. Spe. 44 Ut mecum ſub eodem ſit tecto. 45 Ædificiis, id eſt, ædibus. Synecd. mem. 46 Et in eâdem navi naviget, ne & ego unà cum homine impio à Diis puniar. 47 Navem velocem & oblongam. 48 Jupiter, diei & lucis pater, non cultus, aut aliqvo impio facto offenſus, ſæpè virum bonum viro impio puniendo conjunxit, id eſt, ſæpè caſtos & innocentes punit cum impiis & inceſtuoſis: qvod veteres ſacrificiis ac ſup-

Negle-

Neglectus, inceſto addidit integrum.
49 Raro antecedentem ſceleſtum
50 Deſeruit pede pœna claudo.

plicationibus avertere ſolebant, aut expiare. 49 Nemo hominum, qvi ſceleris cujusdam reus eſt, ſuam pœnam effugiet, & nemo crimen in fronte gerit, qvi non Nemeſin habeat in tergo: nam pœna tardo pede incedens, & pede claudo ſceleratorum veſtigia è longinqvo inſeqvens, rarò patitur ſceleſtum hominem præeuntem effugere, ſed cum aliqvando aſſeqvitur & comprehendit. Tibul. El. 9. *Ah miſer: & ſi qvis primò perjuria celat: Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.* 50 Imò illa à fronte præcedens ſceleratum exſpectat, tarditatemqve ſupplicii gravitate compenſat. Oſtendit culpæ comitem eſſe pœnam: ut Od. 5. l. 4. *Culpam pœna premit comes.* Alleg. è continuatis Metaph. à celerrimè fugientibus & tardiſſimè ſeqventibus.

Ode III. Πραγματική.

De VIRO HONESTO.

Vir virtute præditus nihil extimeſcit. Oratio Junonis de Trojâ eversâ, de bello Trojano finito, deqve Imperio Rom. à Trojanis initium capturo.

Tricolos Tetraſtrophos.

Juſtum, & 1 tenacem propoſiti virum,
Non civium 2 ardor prava jubentium,

1 In propoſito recto perſeverantem ac conſtantem, cui in totâ vitâ animo fixum, ne latum qvidem ungvem à rectâ ſententiâ diſcedere. 2 Non ſeditio & furor civium iniqvas leges ferentium, qvæ cum æqvo & bono pugnant; *vel*, ves pravas imperantium. Metaph. ab igne & Sole, ad vehementes motus po-

Non vultus 3 inſtantis tyranni
4 Mente qvatit ſolidâ: neqve Auſter,
5 Dux inqieti 6 turbidus Adriæ,
7 Nec fulminantis magna Iovis 8 manus:
9 Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.
10 Hac 11 arte 12 Pollux, & 13 vagus Hercules
14 Innixus, 15 arces attigit igneas:
16 Qvos inter Auguſtus 17 recumbens

pularium animorum indicandos. 3 Præſentis, ferro ac flammis, & horribili tormentorum apparatu urgentis, & ad iniqva compellere volentis. 4 A mente fixâ, id eſt, ab animi ſententiâ firmâ & conſtanti removet, non efficit inconſtantem. 5 *Arbiter Adriæ.* Od. 3. l. 1. Metaph. 6 Ab imo turbans & miſcens mare. Meton. eff. 7 Nec Jovis fulmina. Anaphora. 8 Meton. ſubj. partis pro adjuncto robore. 9 Qvin etiam ſi orbis cœli concuſſus procumbat, id eſt, ſi cœlum ruat, illæ cœli ruinæ obruent qvidem virum bonum & conſtantem, ſed intereà tamen imperterritum, ac non terrebitur illius ruinâ. 10 His artibus, id eſt, his virtutibus, vel his viis ab rationibus, juſtitiâ ſc. & propoſiti conſtantiâ Pollux, Hercules, Bacchus, Romulus ex mortalibus facti ſunt immortales. Anaphora. 11 Metaph. à regulis & præceptis diſciplinarum, qvæ diſcipulos ducunt ad certum finem, ſicut hujusmodi virtutis gradibus homines dicuntur in cœlum: qvod hîc intelligitur per Meton. periphraſticam. 12 Jovis & Lædæ filius. 13 Jovis & Alcmenæ filius, qvi multa maria & longinqvas terras peragravit ad varia monſtra domanda, πολύπλαγκτος. 14 Fultus. 15 Poſt tot labores arces ſideribus micantes attigit, inqve cœlum inter ſidera relatus eſt. 16 Inter qvos duos, Herculem & Pollucem. Anaſtrophe. 17 Accumbens, in cœlum propter egregia ſua in mortales merita receptus. Virg. 1. Æn. *tu das epulis ac-*

Purpureo

18 *Purpureo bibit ore nectar.*
19 *Hâc te* 20 *merentem,* 21 *Bacche pater,* 22 *tuæ*
Vexêre tigres, 23 *indocili jugum*
Collo 24 *trahentes;* 25 *hâc* 26 *Qvirinus*
27 *Martis eqvis* 28 *Acheronta fugit,*

cumbere Divum. 18 Ore ſuo rubicundo & pulchro nectar, Deorum potum, bibit, jam divus factus etiamnùm in terrâ vivus. Sic. Ep. 1. l. 2. *Præſenti tibi maturos largimur honores, Jurandaſqve tuum per nomen ponimus aras.* Virg. Ecl. 1. *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.* i. Auguſtus. 19 Hac arte & animi firmitudine. 20 Præmium immortalitatis, divinos honores: vel *merentem*, id eſt, militantem: ut ſit translatio à militibus. 21 Poëta ſermonem ſuum ab amicis transfert ad Bacchum per Apoſtrophen, qvem Synecdochicῶs appellat *patrem*: qvia nomen eſt partim divinitatis, partim dignitatis, ut τὸ *mater* apud Poëtas. 22 Animalia ferociſſima, tuo munere domita & mitigata, in cœlum uſqve ſubvexerunt. 23 Ad parendum inſveto. 24 A te ſubactæ: atqve ita immenſam tuam potentiam demonſtrant. 25 Hac deniqve arte & animi conſtantiâ. 26 Romulus, poſt mortem *Qvirinus* dictus, & inter Deos relatus. *Qvirinus* dicitur Romulus Synecdochicῶs, id eſt, à communi nomine ad proprium intelligendum: nam & populus *Qvirinus*, id eſt, Romanus, & Auguſtus Cæſar dicitur Georg. 3. *Qvirinus.* Conſtat autem Romulum tùm primùm *Qvirinum* eſſe vocatum, cùm inter Deos fuit relatus. 27 Patris ſui eqvis, id eſt, bellis gerendis, & fortitudine bellicâ. Meton. Eqvus Marti ſacer: *Bello enim armantur eqvi: bellum hæc armenta minantur.* Virg. 3. Æn. 28 Paludem infernalem vitavit,

29 Gratum elocutâ 30 conſiliantibus
Junone Divis: 31 Ilion, Ilion
32 Fatalis inceſtuſqve judex,
33 Et mulier peregrina vertit
In pulverem, 34 ex qvo deſtituit 36 Deos
Mercede pactâ Laomedon, 36 mihi
Caſtæqve damnatum Minervæ,

id eſt, immortalitatem conſecutus eſt. 29 Cùm Juno (Trojanorum & Romanorum, qvi à Trojanis oriundi, infenſiſſima hoſtis) ſuo ſuffragio id ipſum comprobaſſet, & rem gratam, & cum æqvitate conſentaneam, ſc. qvòd veteres inimicitias ex animo jam depoſuiſſet, in hunc modum elocuta eſſet. Apparatus eſt ad perfectam Proſopopœjam; ubi ficta Junonis perſona inducitur. 30 Inter ſe deliberantibus, conſilium habentibus, ecqvid Romulus in cœlum recipiendus eſſet. Sic de Art Poët. *Ille bonis faveatqve, & conſilietur amicis.* 34 Antiqviſſimam urbem Trojam. Hæc nominis iteratio affectum animi exprimit. Epizeuxis. Ab hoc loco incipit Junonis Oratio in Divorum cœtu habita ſuper Romuli conſecratione. 32 Paris à fatis datus, *vel*, patriæ ſuæ exitialis & ſceleratus judex conſtitutus inter me, Palladem & Venerem; illam Venerem, nobis ſpretis, prætulit, aureumqve malum dedit. Synecd. gen. Sic Od. 27. l. 1. *daret ut catenis* Fatale *monſtrum.* Paridi & Helenæ, non Græcorum viribus, Trojæ excidium aſſcribit. 33 Et Helena à Paride rapta, mulier non Trojana, ſed Græca Lacedæmonia, in cinerem & ruinam dedit. Ep. 15. l. 1. *Qvicqvid erit nactus prædæ majoris, ubi omne Verteret in fumum & cinerem.* 34 Ab eo tempore, qvo Laomedon (Rex Trojanus, Jli filius, Priami pater) fraudavit Deos promiſſâ mercede, id eſt, non perſolvit pactam mercedem, & ita fidem fefellit. 35 Neptunum & Apollinem, qvi Jovis juſſu Laomedonti ſuas operas locârant, ad muros Trojanos exſtruendos. Synecd. gen. 36 Ilion, qvod mihi Junoni & caſtæ Palladi ex merito inviſum & exo-

Cum 37 populo, & 38 duce fraudulento.
39 Jam nec Lacænæ ſplendet adulteræ
40 Famoſus hoſpes: nec 41 Priami domus
Perjura 42 pugnaces Achivos
Hectoreis opibus refringit:
43 Noſtriſqve 44 ductum 45 ſeditionibus

ſum eſt,propter injuriam nobis illatam in malo pulchritudinis, Veneri dato.Itaqve apud Virg.Æn.2, partim hoſtes accerſunt, partim ipſæ urbem incendunt & apud Homerum Menelao favent. 37 Trojano.Synecd.gen. 38 Laomedonte,rege ejus perjuro, qvi fraudavit Apollinem & Neptunum mercede promiſsâ. Synecd. gen. 39 Urbe Trojâ dirutâ, illud ſcelus ſatis ſuperqve in poſteris punitum, ſuæqve iræ ſatisfactum eſſe dicit. 40 Paris, infamis ille hoſpes Helenæ (qvi hoſpitii jure nefariè violato, hoſpitam ſuam, Menelai, Lacedæmoniorum regis, uxorem volentem ſecum abduxerat) poſtqvam jam captâ Trojâ, à Neoptolemo trucidatus eſt, jam non ampliùs, ut anteà, refulget. Synecd. gen. 41 Numeroſa illa familia Priami, Laomedontis filii, perjurio polluta propter Laomedontis fraudem. 42 Bellicoſos meos Græcos Hectoris fortitudine & auxilio debilitat, Trojanóſqve ſuos in decimum uſqve annum invictos præſtat. Od. 4. l. 2. *& ademptus Hector, Tradidit feſſis leviore tolli Pergama Grajis.* 43 Et bellum illud Trojanum, qvod noſtris Deorum diſcordiis in decennium productum eſt, jam finitum, confectum & ſedatum eſt, nihilqve reſtat, qvod me ampliùs ad iram commovere poſſit. 44 Cic. Ep. l. 7. *Svadere inſtitui, ut bellum* duceret. 45 Qveritur eâ de re in Deorum concilio ipſe Jupiter apud Virg. Æn. 10. *Nec veſtra capit diſcordia finem,* &c. Tùm Ovid. El. 2. l. 1. Triſt. *Mulciber in Trojam, pro Trojâ ſtabat Apollo: Æqva Venus Teucris, Pallas iniqva fuit.*

Bellum 46 *reſedit:* 47 *protinùs & graves*
48 *Iras, & inviſum* 49 *nepotem,*
50 *Troica qvem peperit* 51 *ſacerdos,*
52 *Marti redonabo:* 53 *illum ego lucidas*
54 *Inire ſedes,* 55 *ducere nectaris*
Succos, 56 *& adſcribi qvietis*
Ordinibus patiar Deorum.
57 *Dùm longus inter* 58 *ſæviat Ilion*
Romamqve pontus, 59 *qvalibet exules*
In parte regnanto beati;
Dùm Priami, Paridiſqve 60 *buſto*
61 *Inſultet armentum, & catulos feræ*

46 Finitum eſt. Metaph. à corporibus, qvæ multis motibus agitata tandem qvieſcunt in ſede. Sic Liv. *Poſtqvam iræ* reſediſſent, id eſt, homines irati ſedati & pacati fuiſſent. 47 Porrò, tenùs, deinceps. 48 Simultates meas remittam. 49 Romulum Qvirinum meum ex filio Marte nepotem. Synecd. gen. 50 Rhea Ilia à Trojanis oriunda. 51 Rhea Ilia Veſtæ ſacris, Trojâ Romam advectis, ab Amulio patruo præfecta. Synecd. gen. 52 Marti, filio meo, & patri ſuo reddam & reſtituam, illumqve ut pro filio habeat, concedam. Od. 7. l. 2. *Qvis te* redonavit *Qviritem Diis patriis, Italoqve cælo?* 53 Romulum. 54 Cœlum introire, in cœlum aſcendere δώματα ἀστερόεντα, Synecdochica definitio cœli. 55 Ibiqve ſvaviſſimos Deorum potus bibendo educere, exhaurire; ut Od. 12. l. 4. *Sed preſſum Calibus* ducere *Liberum Si geſtis.* 56 Et ſecurus Deorum conciliis annumerari. 57 At hac tamen conditione, dummodò longum mare fluctibus ſemper æſtuet & intercurrat inter Trojam & Romam, id eſt, dummodò Roma longiſſimò intervallò à Trojâ remota ſemper ſit, & nunqvam moribus & vitâ ſuâ Ilio ſimilis evadat. 58 Translatio eſt ab animatis. 59 Tùm Helenus, Antenor, Æneas, & alii Trojani exules in qvalibet terræ parte, omnibusqve mundi regionibus, felices regnent, ſic ut Trojano imperio nunqvam fruantur, nihil impedio. Permiſſio. 60 Sepulchro. 61 Liberè ſupervagetur, ἐνθρώσκῃ, id eſt, dum-

Celent

Celent inulta: ſtet 62 Capitolium
Fulgens 63 triumphatiſqve poſſit
64 Roma ferox 65 dare jura Medis.
66 Horrenda latè nomen in ultimas
Extendat oras, 67 qvà medius liqvor
Secernit Europen ab 68 Afro,
Qvà 69 tumidus rigat 70 arva 71 Nilus:
72 Aurum 73 irrepertum, 74 & ſic melius ſitum,
Cùm terra celat, ſpernere fortior,
Qvàm cogere humanos in uſus

modò Troja ita ſit deſerta, ut in eâ & armenta paſcant, & feræ in eâ, tanqvam luſtro, ſuos catulos occultent tutæ & illæſæ, nemine prohibente, eâ lege vigeat Capitolium urbis Romæ auratum & coruſcans. 62 Floreat imperium Romanorum, & diuturna ſit eorum dominatio. Meton. loci. 63 A ſe bello devictis, & in triumphum ductis. Sic Virg. Georg. 3. *Biſqve* triumphatas *utroqve ab littore gentes.* 64 Romani armis invicti, id eſt, Senatores & populus Romanus. Meton. ſubj. 65 Tanqvam victrix leges præſcribat. 66 Roma exteris gentibus formidoloſa longè latèqve potentiæ ſuæ famam & gloriam in ultimas terræ oras porrigat, ad Africanos & Ægyptios uſqve. 67 Qvâ parte medius maris Mediterranei liqvor; id eſt, mare Gaditanum interjectum Europam ab Africâ dividit. Anaphora. 68 Africa. Meton. adj. 69 Qvà exundans Nilus qvotannis arva irrigat, & limum ſecum trahens fertilia reddit. Meton. eſſe. Ægyptum ſignificat. Cic. 2. de Nat. Deor. *Ægyptum Nilus irrigat; & cùm totâ æſtate obrutam oppletamqve tenuerit, tùm recedit, mollitoſqve & oblimatos agros ad ſerendum, relinqvit.* 70 Ægyptum. Synecd. part. 71 Ægypti fluvius, à *Nilo* rege ſic dictus. 72 Roma fortior ad ſpernendum, id eſt, magis munita ſit hoc ipſo, qvòd poſſit ſpernere aurum, qvàm cogere. 73 Nondum viſum, nondum ex aurifodinis effoſſum. 74 Et ſic, cùm

Omne

Omne ſacrum rapiente dextrâ.
75 *Qvicunqve* 76 *mundi* 77 *terminus* 78 *obſtitit,*
79 *Hunc tangat armis;* 80 *viſere geſtiens,*
Qvâ parte 81 *debacchentur ignes,*
82 *Qvâ nebulæ, pluviiqve rores.*
Sed bellicoſis 83 *fata* 84 *Qviritibus*
Hac lege dico, ne nimium 85 *pii,*
86 *Rebuſqve fidentes* 87 *avitæ*
88 *Tecta velint reparare Trojæ.*

terra illud abſcondit, meliori loco in terræ viſceribus ſitum, qvàm cùm inter homines verſatur, poſſit ſpernere, qvàm Deorum ſimulacra & gentium devictarum ſacrum, Diis conſecratum, dextrâ, qvæ ſacris non parcit, id eſt, vi bellicâ ad res neceſſarias, aut etiam ad voluptatem convertere, & non ſine impietate profanare. Nam *Qvid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?* 75 Altera permiſſio eſt, ut nullus ſit orbis angulus vel inhabitatus & inacceſſus, qvi non ſentiat arma Romanorum. 76 Terræ partis habitabilis, qvàm Romani armis perſcrutati ſunt. 77 Polus Septentrionalis & Auſtralis. 78 Romæ rebellavit. 79 Hunc exercitu petat & ſubigat, ſuâqve potentiâ ad mundi fines penetret. 80 Viſere & devincere cupiens, qvâ parte ingens Solis æſtus ſæviat, terramqve inhabitabilem torreat, id eſt Zonam torridam, Æqvinoctiali & duobus Tropicis ſubjectam & interjectam. 81 Metaph. à ſacrificantibus Baccho. 82 Qvâ parte nebulæ & tenebræ, roreſqve pluvii, grandines & nives ſæviant, id eſt, Zonam frigidam ſub duobus circulis, Arctico & Antarctico ſitam, ubi mundus perpetuâ glacie obrigeſcit. 83 Felicitates ſuas futuras, ſc. eos totius mundi Imperatores fore. 84 Romanis hâc conditione prædico & confirmo. 85 Religioſi & amantes patriæ, ſc. Trojæ. 86 Rebusqve ſecundis ac potentiſſimo imperio confiſi, ſeu freti. 87 Veteris, unde orti ſunt. Roma enim Trojanorum veluti colonia erat. 88 Urbem Trojanam. Synecd. mem.

89 *Troja*

89 Trojæ 90 renaſcens alite lugubri
Fortuna 91 triſti clade iterabitur,
92 Ducente victrices 93 catervas
94 Conjuge 95 me Jovis, & ſorore.
96 Ter ſi 87 reſurgat murus 98 aheneus
99 Autore Phœbo, tèr pereat meis
100 Exciſus Argivis: ter 101 uxor
Capta 102 virum pueroſqve ploret.
103 Non hæc jocoſæ conveniunt lyræ:
Qvò Muſa tendis? 104 deſine 105 pervicax

89 Fortuna Trojæ renaſcens alite lugubri iterabitur triſti clade, [conjuge & ſorore Jovis] ducente victrices catervas. 90 Si fatum Trojæ malis auſpiciis, & infelici omine iterùm renaſcatur & ſurgat. 91 Flammâ & ferro iterùm vaſtabitur. 92 Ad Trojam delendam adducente. 93 Græcorum copias. 94 Virg. 1. Æn. *Aſt ego, qvæ Divûm incedo regina, Joviſqve Et ſoror, & conjux.* 95 Junone. 96 Synecd. fin. pro infin. toties, qvoties, & Anaphora. 97 Reædificetur. 98 Firmiſſimus ac validiſſimus: ut Od. 16. l. 3. *turris ahenea:* & Ep. 1. l. 1. *hic murus aheneus eſto.* Synecd. ſpe. 99 Etiamſi Apollo ſit conditor & autor operis, ter tamen pereat ille murus: qvotieſqve reparatus fuerit, toties rursùs deleatur. 100 Everſus & radicitùs evulſus à Græcis meis, qvi me Argis colunt, qvippe in meam gratiam Trojam jam ante deleverunt. 101 Hecuba vel Andromache. Synecd. gen. 102 Maritum ſuum Priamum vel Hectora, ſuoſqve filios occiſos lugeat & deploret. 103 Hæc, qvæ tracto, gravia & tragica non conveniunt Lyrico carmini, qvo res ludicræ & jocoſæ tantùm tractantur. Deponitur Proſopopœia Junonis per correctionem Calliopes, qvæ hîc per Synecd. gen. notatur *Muſæ* nomine. 104 Muſam Poëta monet, ut humili carmine ſermones Deorum non imminuat. 105 Muſa ar-

Referre

Referre 106 *ſermones Deorum,* 107 *&*
Magna 108 *modis tenuare parvis.*

rogans & audax. 106 Junonis de fato urbis Romæ, aliorumqve Deorum. 107 Deſine res magnas & graves carmine humili imminuere atqve deterere; ſed potiùs eas illuſtres & exornes. 108 Lyricis verſibus, Synecd. gen.

Ode IV. Προσφωνητική.

Ad CALLIOPEN.

Poëta ſe à multis periculis Muſarum ope ereptum fuiſſe dicit, omnibusqve malè ceſſiſſe, qvi adversùm Deos aliqvid moliri voluerint.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *DEſcende* 2 *cœlo, & dic, age,* 3 *tibiâ,*
Regina, 4 *longum, Calliope, melos,*
Seu voce nunc mavis 5 *acutâ,*
Seu 6 *fidibus, citharâ-ve* 7 *Phœbi.*
8 *Auditis?* 9 *An me ludit amabilis*
Inſania? 10 *audire, & videor pios*

1 O Regina Calliope, deſcende cœlo, & age, dic tibiâ longum melos. 2 De cœlo. Habent enim Muſæ etiam ſuas in cœlo ſedes, ut Jovis filiæ, & qvidem diſtinctas pro cujuſqve dignitate, id eſt, miſſos facias rerum divinarum modos & cantus. 3 Cum inſtrumento Muſico. 4 Carmen aliqvod prolixum. 5 Sonorâ. 6 Canoris chordis. 7 Aut lyrâ, qvæ à Mercurio inventa Phœbi munere tibi conceſſa eſt. 8 Sodales mei, nunqvid auditis Calliopen canentem, qvam paulo ante è cœlo evocavi? 9 An me fallit delectabilis ille Poëticus furor? Sic Ep. 2. l. 2. *mentis gratiſſimus error.* 10 Videor mihi audire Calliopen Muſam canentem, & ipſam diſcurrentem per ſylvas Muſis conſecratas, *vel*, qvas Dii in-

Errare

Errare per lucos, 11 *amœnæ*
Qvos & aqvæ ſubeunt, & auræ.
12 *Me* 13 *fabuloſæ* 14 *Vulture in Appulo,*
15 *Altricis extra limen Apuliæ,*
16 *Ludo, fatigatumqve ſomno,*
17 *Fronde novâ puerum* 13 *palumbes*
18 *Texêre:* 19 *mirum qvod foret omnibus,*
Qvicunqve celſæ nidum 20 *Acherontiæ,*

colunt. In lucis & nemoribus primi homines, & locis maximè ſolitariis Deorum delubra conſtituerunt. 11 Qvos lucos aqvæ jucundæ præterfluunt, & in qvibus mitiſſimi venti ſpirant. 12 Cauſam narrat Poëta, ob qvam præ aliis omnibus ipſe Muſas audire ac cernere canentes mereatur, nempe qvòd à pueritiâ uſqve Muſarum tutelâ ac præſidio etiam in locis pericnloſiſſimis protectus fuerit. Ordo eſt: Palumbes fabuloſæ texêre me puerum, fatigatum ludo & ſomno, novâ fronde in Vulture Appulo, extra limen Apuliæ altricis. 13 Columbæ ſylveſtres, de qvibus Poëtæ multa fabulantur: ut ſuprà, fabuloſus *Hydaſpes*. Meton. effic. Alii dictionem *fabuloſæ* ad *Apuliam* referunt, qvòd illi provinciæ illud epitheton maximè conveniat. Al *fabuloſò*, ut *Vulturi* aptetur. Montes enim vicinorum ferè fabulâ celebrantur, ut in Faliſcis Soracte, in Apulia Garganus qvoqve. 14 In Vulture monte Apuliæ. 15 Extra terminum Apuliæ nutricis ſive patriæ meæ. Alii volunt *Apuliam* hic nutricis ipſius Horatii, non provinciæ nomen eſſe: ita ut hoc in Apulia qvidem, ſed extra nutricis Apuliæ limen contigerit. Omnes autem nutrices garrulæ ac fabuloſæ; minùs tamen merentur fidem, ſi qvid apud ſe, remotis arbitris, factum ſit. 16 Ludo puerili, puerorum more, defeſſum, & ſomno victum ſive dormientem & humi ſtratum. 17 Recenti, & viridi fronde lauri myrtiqve, id eſt, viridi lauro & myrto. Synecd. gen. 18 Cooperuêre. 19 Qvod prodigium omnibus prodigioſum videretur. 20 *Acherontia* eſt urbs Lucaniæ admodùm

21 *Sal-*

21 Saltuſqve Bantinos, & 22 arvum
Pingue 23 tenent 24 humilis 25 Ferenti:
26 Ut tuto ab atris corpore viperis
Dormirem & 27 urſis: 28 ut premerer ſacrâ
Lauroqve, 29 collatâqve myrto,
Non ſine 30 Dîs animoſus infans.
31 Veſter, Camœnæ, veſter in arduos
32 Tollor Sabinos: 33 ſeu mihi 34 frigidum
35 Præneſte, ſeu Tibur 36 ſupinum,
Seu 37 liqvidæ placuêre 38 Bajæ.

parva, in ſublimitate montis ſita, ideòqve eam *nido* comparat. Sic Cicero Ithacam *nidulum* appellat. l. 1. de Orat. *Vel*, per *nidum* domum propriam ſignificat per Metaph. ab avibus. 21 Et ſylvas Bantiæ, civitatis Apuliæ, paſcuis abundantis. 22 Solum. 23 Inhabitant. 24 In depreſſâ valle poſiti. 25 Apuliæ oppidi. 26 Admirabile omnibus prodigium, qvomodo dormirem corpore tuto à venenatis ſerpentibus. 27 Regionem illam infeſtantibus. 28 Qvòd regerer & defenſarer lauro Apollini dicata; qvæ qvidem laurus præſagiebat, eum futurum Poëtam. 29 Et myrto â palumbibus in corpus meum comparatâ & congeſtâ. Sic de Art. Poët. *Undiqve collatis membris*. Myrtus autem Veneri conſecrata, ſignificabat eum res amatorias & lyrica cantaturum. 30 Non ſine protectione & auxilio Deorum ego infans impavidus, & audax, qvi non terrerer neqve à viperis, neqve ab urſis. Synecd. gen. pro Apolline & Venere: & Meton. cauſarum pro lato auxilio. 31 Ubicunqve fuero, ô Camœnæ, veſter ſum. Epizeuxis. 32 Recipio me, ſeu vehor in excelſos Sabini montes 33 Anaphora. 34 Ipſo ſitu minus obnoxium caloribus: *Vel*, propter frigidas aqvas ibi è fontibus profluentes, ad varios morbos ſalutares. 35 Oppidum in Aretino monte poſitum. 36 In aſcenſu montis conſtitutum. 37 Propter thermas & aqvas calidas, & propter aërem mollem ac purum, qvo locus ille præcipuè commendatur. Ep. 1. l. 1. *Nullus in orbe locus Bajis prælucet amœnis.* 38 Urbs Campaniæ.

39 *Veſtris* 40 *amicum fontibus, & choris,*
Non me 41 *Philippis verſa* 42 *acies retrò,*
43 *Devota non* 44 *exſtinxit arbos,*
Non 45 *Siculâ* 46 *Palinurus undâ.*
47 *Utcunqve* 48 *mecum vos eritis,* 49 *libens*
50 *Inſanientem navita* 51 *Boſporum*
Tentabo, & 52 *arentes arenas*
Littoris Aſſyrii, 53 *viator.*
Viſam 54 *Britannos* 55 *hoſpitibus feros.*

39 Ordo eſt: Acies verſa retrò Philippis non exſtinxit me amicum veſtris fontibus, & choris, non arbos, &c. 40 Veſtris Muſarum ſtudiis addictum. 41 Exercitus Bruti & Caſſii (qvibus olim militavi) qvi Philippis ab Auguſto Cæſare & Antonio ſuperatus in fugam verſus fuit. *Philippi* eſt urbs Theſſaliæ. Vide Od. 7. l. 2. 42 Synecd. part. pro toto exercitu. 43 Exſecrabilis, ſcelerata, quæ in proprio agro me dominum ſuum oppreſſura erat. Od. 23. l. 3. *Devota* victima. Od. 16. Epod. *devoti ſangvinis ætas.* De hac arbore vide Od. 13. & 17. l. 2. 44 Oppreſſit. 45 Sicilienſi: qvia loca ea ante Lucanos Siculi olim tenuêre. 46 Promontorium Lucaniæ non longè à Veliâ oppido, à *Palinuro*, Æneæ gubernatore, dictum, qvem ſomnus merſit in mari ex 5. Æn. ubi Horatius in ſummo periculo verſatus eſt, cùm ex bello Philippenſi in Italiam rediret. 47 Qvandocunqve. Vide Od. 35. l. 1. 48 Vos, ô Muſæ, itineris & viarum comites mihi eritis. 49 Lætus. 50 Propter fluctus, æſtum & procellas inſanientem & formidabilem. Vide Od. 13. & ult. l. 2. ubi *gementem* appellat. 51 Ponti Euxini anguſtias adibo. 52 Calentes. Al. *urentes*, id eſt, vehementiſſimo Solis calore intolerabiles. 53 Terreſtri itinere. 54 In ultimo Occidente. 55 Advenis peregrinis inhumanos & crudeles. Britanni enim tunc temporis hoſpites mactabant pro hoſtiâ.

Fidens juventus 82 horrida brachiis,
83 Fratresqve 84 tendentes 85 opaco
86 Pelion impoſuiſſe Olympo.
Sed qvid 87 Typhoeus, & 88 validus Mimas,
Aut qvid 89 minaci Porphyrion ſtatu,
Qvid Rhœcus, 90 evulſiſqve truncis
Enceladus jaculator audax,
91 Contra ſonantem Palladis ægida
Poſſent ruentes? 92 hinc 93 avidus 94 ſtetit

mùm terrorem incutiunt, ſed collatâ prudentiâ conſilioqve, dicto citiùs evaneſcunt, inſtar bullæ. 82 Perfundens alios horrore & terrefaciens. Meton. effe. 83 Et reliqvi fratres Gigantes, ex terrâ nati, contendentes montem monti imponere, atqve ita in cœlum aſcendere, & inde Jovem deturbare. Virg. Georg. 1. *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam.* Synecd. gen. 44 Contendentes, conantes. Sic. Ep. 2.l.2. Tendunt *extorqvere poëmata.* 85 Umbroſo. 86 Alium montem vicinum altiſſimum imponere Olympo, vaſtiſſimæ altitudinis Theſſaliæ monti. 87 Nomen Gigantis, ut & cæterorum. 88 Robuſtus. 89 Ingenti, ſublimi & terribili ſtaturâ formidabilis, qvi arbores & ſaxa in cœlum jaculabatur. Sic *minas murorum* ob altitudinem dixit Virgilius: ac de Epei machinâ: *mediaqve* minans *illabitur urbi.* 90 Qvi truncos arborum unà cum radicibus evulſas, id eſt, arbores eradicatas audacter in hoſtes jaculatus eſt : de qvo Virg. Æn. 3. & 4. 91 Contrà Minervæ clypeum (qvo Jupiter etiam uſus eſt contra gigantes) in conflictu cum hoſtibus ſonantem, id eſt, contrà conſilium & animi robur, ad terram ruentes, *vel,* inconſideratè venientes valerent? 92 A parte, Jovis & Palladis, id eſt, prudentiæ & conſilii in hâc pugnâ. 93 Pugnæ, vel cædis hoſtium, qvi & candenti ferro Clytium occidit. 94 In acie collocatus.

Vulcanus

Vulcanus: 95 *hinc matrona* 96 *Juno, &*
97 *Nunqvam* 98 *humeris poſiturus arcum,*
Qvi 99 *rore puro Caſtaliæ* 100 *lavit*
Crines 101 *ſolutos:* 102 *qvi* 103 *Lyciæ tenet*
Dumeta, 104 *natalemqve ſylvam*
105 *Delius, &* 106 *Patareus Apollo.*
107 *Vis conſilî expers mole ruit ſuâ:*
108 *Vim temperatam Dî qvoqve* 109 *provehunt*
In majus: 110 *iidem odêre vires*
111 *Omne nefas animo moventes.*
Teſtis mearum 112 *centimanus Gigas*

95 Hinc ſtetit etiã Jovis ſoror&conjux, qvæ matrimoniis præeſt, *cui vincla jugalia curæ.* Sic enim ipſa apud Ovid. 6. Faſt. *Si torus in pretio eſt, detur* matrona *Tonantis.* 96 Cum Porphyrione manus conſerens. 97 Hinc etiam Apollo, qvi ſemper arcum geſtat. Synecd. periphr. Apollinis. 98 De humeris dependentem. 99 Aqvâ limpidiſſimâ fontis Caſtalii, ſic dicta à *Caſtaliâ* puellâ, qvam Apollo adamavit. Synecd. ſpe. 100 Præſentis temporis: ut Od. 3. l. 2. *flavus qvam Tiberis* lavit. 101 Paſſos, humeris ſparſos non religatos. 102 Anaphora. 103 Aſiæ regionis nemora aſpera incolit. 104 Sylvam Deli inſulæ, in qva natus eſt. 105 in Delo inſula natus. 106 In Paterâ, Lyciæ urbe, oracula edens. 107 Robur corporis, ſine ratione ac prudentiâ, ſuo labitur impetu, & ſecum pleraqve præcipitat. Hùc reſpicit Claud. *Non ſolis viribus æqvum Credere, ſæpè acri potior prudentia dextrâ.* 108 Vires conſilio, prudentiâ & ratione gubernatas Dii qvoqve augent, ipſisqve augmenta & felices ſucceſſus largiuntur. 109 promovent. Metaph. à nautis, qvi porrò evehuntur in altum:, ut Æn. 3. *Provehimur portu.* 110 Dii. 111 Omnia impia, ſcelerata, & iniqvitatem animo meditantes. 112 Briareus centum habens manus, ob ſceleratas ſuas vires à Jove fulminatus, & ad inferos detruſus, ſatis notus te

Sententiarum notus, & 113 *integræ*
Tentator 114 *Orion Dianæ*,
Virgineâ domitus ſagittâ.
Injecta 115 *monſtris Terra dolet ſuis*,
Mœretqve partus 116 *fulmine* 117 *luridum*
118 *Miſſos ad Orcum: nec* 119 *peredit*
120 *Impoſitam* 121 *celer ignis* 122 *Ætnam:*
123 *Incontinentis nec* 124 *Tityi* 125 *jecur*

ſtis eſt: de qvo vide Od. 17. l. 2. 113 Intactæ, caſtæ virgini Dianæ pudicitiam tentans, eamqve de ſtupro compellans a ſollicitans, πειράστης. Sic enim Val. Max. l. 6. c. 1. *Citati itaqve Scantinius reus, uno teſte, qvi* tentatus *erat, damnatus eſt*, id eſt, qvem de ſtupro ſollicitaverat Scantinius. 114 Orion venator, ſtuprare conatus Dianam, ejus ſagittis c confoſſus, δαμείς, æternaſqve ſuæ impietatis pœnas apud inferos perſolvit. Vide Od. 28. l. 1. 115 Terra mater, impoſit monſtroſis gigantibus ſuis filiis (ſuprà Od. 12. l. 2. *Telluri juvenes*) materno affectu dolet. Pathos maternum, qvo ipſa cogatur eſſe ultrix ſuorum filiorum. Metaph. à rebu præter naturam & conſvetudinem. 116 Jovis. 117 Pallidum, & inferno colore fœdatum: *vel* efficientem pallida umbras & luridas. Meton. effe. Sic Ovid Met. 1. Lurida *terribiles miſcent aconita noverca.* Sic Tibul. l. 3. El. 3. *Me vehet in vaſtos amnes, nigramqve paludem, Dives in ignave* luridus *Orcus aqvâ.* 118 Demiſſos & detruſos eſſe ad Plutona. 119 Conſumit, id eſt, pœna illa æternùm durat. Amplificatio ab æternitate ſupplicii damnatorum. Metaph. à animantibus. 120 Gigantibus injectam, qvi flammarum globos minitabundi adhùc eructant. 121 Rapidus. 122 Siciliæ montem. Vide Lucret. l. 6. 123 Libidinoſi, intemperantis. 124 Qvi Latonam ſtuprare volens, ab ejus filio Apolline ſagittis confoſſus eſt. Vide Virg. Æn. 6. Tibul. l. 1. El. *Porrectusqve novem Tityus per jugera terræ, Aſſiduas atr viſcere paſcit aves.* 125 Qvod abſumptum & ſtatim renatum

126 *Re*

126 *Relinqvit* 127 *ales*, 128 *neqvitiæ* 129 *additus*
Cuſtos: 130 *amatorem trecentæ*
131 *Pirithoum cohibent* 132 *catenæ.*

ſemper abſumit. 126 Deſerit. 127 Aqvila, vel vultur. Synecd. gen. 128 Intemperantiæ ejus ac libidinis. Od. 15. l. 3. *Tandem* neqvitiæ *fige modum tua.* 129 Appoſitus, affixus cuſtos & ultor, ne denuò in impia & ſcelerata facta prorumpat. Cic. *Cuſtodem Tullio me apponite.* Vide Gellium l. 7. c. 11. 130 Proſerpinæ. 131 Ixionis & Diæ filium, cui cum Theſeo amico convenit, nullam conjugem, niſi è Jove natam, uxorem ducere, qviqve inferorũ regna cum Theſeo ad rapiendam Proſerpinam adiit. Virg. 6. Æn. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti* &c. 132 Trecenta vincula, qvibus æternùm apud inferos conſtringitur, ſuæqve impietatis condigna ſupplicia perſolvit. Od. 7. l. 4. *Nec lethæa valet Theſeus abrumpere caro Vincula Pirithoo.*

Ode V. Παραινετική.

In LAUDEM AUGUSTI.

Divi Auguſti laudes, Craſſi vituperium, Reguli conſtantia, & ad Pœnos reditus.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 C*Oelo tonantem credidimus Iovem*
Regnare: 2 *præſens Divus habebitur*
3 *Auguſtus*, 4 *adjectis Britannis*

1 Nos Romani hactenus credidimus Jovem, qvando tonat, in cœlo locum ſuum ſedemqve habere. Ut autem tonitrua demonſtrant Jovem eſſe cœli regem, ſic Auguſti victoriæ divinitatem ejus arguunt. 2 Auguſtus Cæſar à nobis reputabitur Divus & Jupiter eſſe, dùm eſt in vivis, inqve humanâ formâ nobiſcum inter homines præſens verſatur. 3 Cujus ductu & auſpicio hæc tàm praclara geſta ſunt. 4 Britannis,

29 Gratum elocutâ 30 conſiliantibus
Junone Divis: 31 Ilion, Ilion
32 Fatalis inceſtuſqve judex,
33 Et mulier peregrina vertit
In pulverem, 34 ex qvo deſtituit 36 Deos
Mercede pactâ Laomedon, 36 mihi
Caſtæqve damnatum Minervæ,

id eſt, immortalitatem conſecutus eſt. 29 Cùm Juno (Trojanorum & Romanorum, qvi à Trojanis oriundi, infenſiſſima hoſtis) ſuo ſuffragio id ipſum comprobaſſet, & rem gratam, & cum æqvitate conſentaneam, ſc. qvòd veteres inimicitias ex animo jam depoſuiſſet, in hunc modum elocuta eſſet. Apparatus eſt ad perfectam Proſopopœjam; ubi ficta Junonis perſona inducitur. 30 Inter ſe deliberantibus, conſilium habentibus, ecqvid Romulus in cœlum recipiendus eſſet. Sic de Art Poët. *Ille bonis faveatqve, & conſilietur amicis.* 34 Antiqviſſimam urbem Trojam. Hæc nominis iteratio affectum animi exprimit. Epizeuxis. Ab hoc loco incipit Junonis Oratio in Divorum cœtu habita ſuper Romuli conſecratione. 32 Paris à fatis datus, *vel*, patriæ ſuæ exitialis & ſceleratus judex conſtitutus inter me, Palladem & Venerem; illam Venerem, nobis ſpretis, prætulit, aureumqve malum dedit. Synecd. gen. Sic Od. 27. l. 1. *daret ut catenis* Fatale *monſtrum.* Paridi & Helenæ, non Græcorum viribus, Trojæ excidium aſcribit. 33 Et Helena à Paride rapta, mulier non Trojana, ſed Græca Lacedæmonia, in cinerem & ruinam dedit. Ep. 15. l. 1. *Qvicqvid erit nactus prædæ majoris, ubi omne Verterat in fumum & cinerem.* 34 Ab eo tempore, qvo Laomedon (Rex Trojanus, Ili filius, Priami pater) fraudavit Deos promiſſâ mercede, id eſt, non perſolvit pactam mercedem, & ita fidem fefellit. 35 Neptunum & Apollinem, qvi Jovis juſſu Laomedonti ſuas operas locârant, ad muros Trojanos exſtruendos. Synecd. gen. 36 Ilion, qvod mihi Junoni & caſtæ Palladi ex merito inviſum & exo-

Cum

Cum 37 *populo*, *&* 38 *duce fraudulento.*
39 *Jam nec Lacænæ ſplendet adulteræ*
40 *Famoſus hoſpes*: *nec* 41 *Priami domus*
Perjura 42 *pugnaces Achivos*
Hectoreis opibus refringit:
43 *Noſtriſqve* 44 *ductum* 45 *ſeditionibus*

ſum eſt, propter injuriam nobis illatam in malo pulchritudinis, Veneri dato. Itaqve apud Virg. Æn. 2, partim hoſtes accerſunt, partim ipſæ urbem incendunt & apud Homerum Menelao favent. 37 Trojano. Synecd. gen. 38 Laomedonte, rege ejus perjuro, qvi fraudavit Apollinem & Neptunum mercede promiſsâ. Synecd. gen. 39 Urbe Trojâ dirutâ, illud ſcelus ſatis ſuperqve in poſteris punitum, ſuæqve iræ ſatisfactum eſſe dicit. 40 Paris, infamis ille hoſpes Helenæ (qvi hoſpitii jure nefariè violato, hoſpitam ſuam, Menelai, Lacedæmoniorum regis, uxorem volentem ſecum abduxerat) poſtqvam jam captâ Trojâ, à Neoptolemo trucidatus eſt, jam non ampliùs, ut anteà, refulget. Synecd. gen. 41 Numeroſa illa familia Priami, Laomedontis filii, perjurio polluta propter Laomedontis fraudem. 42 Bellicoſos meos Græcos Hectoris fortitudine & auxilio debilitat, Trojanóſqve ſuos in decimum uſqve annum invictos præſtat. Od. 4. l. 2. *& ademptus Hector, Tradidit feſſis leviore tolli Pergama Grajis.* 43 Et bellum illud Trojanum, qvod noſtris Deorum diſcordiis in decennium productum eſt, jam finitum, confectum & ſedatum eſt, nihilqve reſtat, qvod me ampliùs ad iram commovere poſſit. 44 Cic. Ep. l. 7. *Svadere inſtitui, ut bellum* duceret. 45 Qveritur eâ de re in Deorum concilio ipſe Jupiter apud Virg. Æn. 10. *Nec veſtra capit diſcordia finem*, &c. Tùm Ovid. El. 2. l. 1. Triſt. *Mulciber in Trojam, pro Trojâ ſtabat Apollo: Æqva Venus Teucris, Pallas iniqva fuit.*

Bellum 46 *reſedit*: 47 *protinùs & graves*
48 *Iras, & inviſum* 49 *nepotem,*
50 *Troica qvem peperit* 51 *ſacerdos,*
52 *Marti redonabo*: 53 *illum ego lucidas*
54 *Inire ſedes,* 55 *ducere nectaris*
Succos, 56 *& adſcribi qvietis*
Ordinibus patiar Deorum.
57 *Dùm longus inter* 58 *ſæviat Ilion*
Romamqve pontus, 59 *qvalibet exules*
In parte regnanto beati;
Dùm Priami, Paridiſqve 60 *buſto*
61 *Inſultet armentum, & catulos feræ*

46 Finitum eſt. Metaph. à corporibus, qvæ multis motibus agitata tandem qvieſcunt in ſede. Sic Liv. *Poſtqvam iræ* reſediſſent, id eſt, homines irati ſedati & pacati fuiſſent. 47 Porrò, tenùs, deinceps. 48 Simultates meas remittam. 49 Romulum Qvirinum meum ex filio Marte nepotem. Synecd. gen. 50 Rhea Ilia à Trojanis oriunda. 51 Rhea Ilia Veſtæ ſacris, Trojâ Romam advectis, ab Amulio patruo præfecta. Synecd. gen. 52 Marti, filio meo, & patri ſuo reddam & reſtituam, illumqve ut pro filio habeat, concedam. Od. 7. l. 2. *Qvis te* redonavit *Qviritem Diis patriis, Italoqve cælo?* 53 Romulum. 54 Cœlum introire, in cœlum aſcendere δώματα ἀστερόεντα, Synecdochica definitio cœli. 55 Ibiqve ſvaviſſimos Deorum potus bibendo educere, exhaurire; ut Od. 12. l. 4. *Sed preſſum Calibus* ducere *Liberum Si geſtis.* 56 Et ſecurus Deorum conciliis annumerari. 57 At hac tamen conditione, dummodò longum mare fluctibus ſemper æſtuet & intercurrat inter Trojam & Romam, id eſt, dummodò Roma longiſſimô intervallô à Trojâ remota ſemper ſit, & nunqvam moribus & vitâ ſuâ Ilio ſimilis evadat. 58 Translatio eſt ab animatis. 59 Tùm Helenus, Antenor, Æneas, & alii Trojani exules in qvalibet terræ parte, omnibusqve mundi regionibus, felices regnent, ſic ut Trojano imperio nunqvam fruantur, nihil impedio. Permiſſio. 60 Sepulchro. 61 Liberè ſupervagetur, ἐνθρώσκῃ, id eſt, dum-

Celent

Celent inultæ: ſtet 62 *Capitolium*
Fulgens 63 *triumphatiſqve poſſit*
64 *Roma ferox* 65 *dare jura Medis.*
66 *Horrenda latè nomen in ultimas*
Extendat oras, 67 *qvà medius liqvor*
Secernit Europen ab 68 *Afro,*
Qvà 69 *tumidus rigat* 70 *arva* 71 *Nilus:*
72 *Aurum* 73 *irrepertum,*74 *& ſic melius ſitum,*
Cùm terra celat, ſpernere fortior,
Qvàm cogere humanos in uſus

modò Troja ita ſit deſerta, ut in eâ & armenta paſcant, & feræ in eâ, tanqvam luſtro, ſuos catulos occultent tutæ & illæſæ, nemine prohibente, eâ lege vigeat Capitolium urbis Romæ auratum & coruſcans. 62 Floreat imperium Romanorum, & diuturna ſit eorum dominatio. Meton. loci. 63 A ſe bello devictis, & in triumphum ductis. Sic Virg. Georg. 3. *Biſqve* triumphatas *utroqve ab littore gentes.* 64 Romani armis invicti, id eſt, Senatores & populus Romanus. Meton. ſubj. 65 Tanqvam victrix leges præſcribat. 66 Roma exteris gentibus formidoloſa longè latèqve potentiæ ſuæ famam & gloriam in ultimas terræ oras porrigat, ad Africanos & Ægyptios uſqve. 67 Qvâ parte medius maris Mediterranei liqvor; id eſt, mare Gaditanum interjectum Europam ab Africâ dividit. Anaphora. 68 Africa. Meton. adj. 69 Qvà exundans Nilus qvotannis arva irrigat, & limum ſecum trahens fertilia reddit. Meton. eſſe. Ægyptum ſignificat. Cic. 2. de Nat. Deor. *Ægyptum Nilus irrigat; & cùm totâ æſtate obrutam oppletamqve tenuerit, tùm recedit, mollitoſqve & oblimatos agros ad ſerendum, relinqvit.* 70 Ægyptum. Synecd. part. 71 Ægypti fluvius, à *Nilo* rege ſic dictus. 72 Roma fortior ad ſpernendum, id eſt, magis munita ſit hoc ipſo, qvòd poſſit ſpernere aurum, qvàm cogere. 73 Nondum viſum, nondum ex aurifodinis effoſſum. 74 Et ſic, cùm

Omne

Omne ſacrum rapiente dextrâ.
75 Qvicunqve 76 mundi 77 terminus 78 obſtitit,
79 Hunc tangat armis; 80 viſere geſtiens,
Qvâ parte 81 debacchentur ignes,
82 Qvâ nebulæ, pluviiqve rores.
Sed bellicoſis 83 fata 84 Qviritibus
Hac lege dico, ne nimiùm 85 pii,
86 Rebuſqve fidentes 87 avitæ
88 Tecta velint reparare Trojæ.

terrà illud abſcondit, meliori loco in terræ viſceribus ſitum, qvàm cùm inter homines verſatur, poſſit ſpernere, qvàm Deorum ſimulacra & gentium devictarum ſacrum, Diis conſecratum, dextrâ, qvæ ſacris non parcit, id eſt, vi bellicâ ad res neceſſarias, aut etiam ad voluptatem convertere, & non ſine impietate profanare. Nam *Qvid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?* 75 Altera permiſſio eſt, ut nullus ſit orbis angulus vel inhabitatus & inacceſſus, qvi non ſentiat arma Romanorum. 76 Terræ partis habitabilis, qvàm Romani armis perſcrutati ſunt. 77 Polus Septentrionalis & Auſtralis. 78 Romæ rebellavit. 79 Hunc exercitu petat & ſubigat, ſuâqve potentiâ ad mundi fines penetret. 80 Viſere & devincere cupiens, qvâ parte ingens Solis æſtus ſæviat, terramqve inhabitabilem torreat, id eſt Zonam torridam, Æqvinoctiali & duobus Tropicis ſubjectam & interjectam. 81 Metaph. à ſacrificantibus Baccho. 82 Qvâ parte nebulæ & tenebræ, roreſqve pluvii, grandines & nives ſæviant, id eſt, Zonam frigidam ſub duobus circulis, Arctico & Antarctico ſitam, ubi mundus perpetuâ glacie obrigeſcit. 83 Felicitates ſuas futuras, ſc. eos totius mundi Imperatores fore. 84 Romanis hâc conditione prædico & confirmo. 85 Religioſi & amantes patriæ, ſc. Trojæ. 86 Rebusqve ſecundis ac potentiſſimo imperio confiſi, ſeu freti. 87 Veteris, unde orti ſunt. Roma enim Trojanorum veluti colonia erat. 88 Urbem Trojanam. Synecd. mem.

89 Trojæ 90 renaſcens alite lugubri
Fortuna 91 triſti clade iterabitur,
92 Ducente victrices 93 catervas
94 Conjuge 95 me Jovis, & ſorore.
96 Terſi 97 reſurgat murus 98 aheneus
99 Autore Phœbo, tèr pereat meis
100 Exciſus Argivis; ter 101 uxor
Capta 102 virum pueroſqve ploret.
103 Non hæc jocoſæ conveniunt lyræ:
Qvò Muſa tendis? 104 deſine 105 pervicax

89 Fortuna Trojæ renaſcens alite lugubri iterabitur triſti clade, [conjuge & ſorore Jovis] ducente victrices catervas. 90 Si fatum Trojæ malis auſpiciis, & infelici omine iterùm renaſcatur & ſurgat. 91 Flammâ & ferro iterùm vaſtabitur. 92 Ad Trojam delendam adducente. 93 Græcorum copias. 94 Virg. 1. Æn. *Aſt ego, qvæ Divûm incedo regina, Joviſqve Et ſoror, & conjux.* 95 Junone. 96 Synecd. fin. pro infin. toties, qvoties, & Anaphora. 97 Reædificetur. 98 Firmiſſimus ac validiſſimus: ut Od. 16. l. 3. *turris ahenea:* & Ep. 1. il. 1. *hic murus aheneus eſto.* Synecd. ſpe. 99 Etiamſi Apollo ſit conditor & autor operis, ter tamen pereat ille murus: qvotieſqve reparatus fuerit, toties rursùs deleatur. 100 Everſus & radicitùs evulſus à Græcis meis, qvi me Argis colunt, qvippe in meam gratiam Trojam jam ante deleverunt. 101 Hecuba vel Andromache. Synecd. gen. 102 Maritum ſuum Priamum vel Hectora, ſuoſqve filios occiſos lugeat & deploret. 103 Hæc, qvæ tracto, gravia & tragica non conveniunt Lyrico carmini, qvo res ludicræ & jocoſæ tantùm tractantur. Deponitur Proſopopœia Junonis per correctionem Calliopes, qvæ hîc per Synecd. gen. notatur *Muſæ* nomine. 104 Muſam Poëta monet, ut humili carmine ſermones Deorum non imminuat. 105 Muſa ar-

Referre

Referre 106 *ſermones Deorum,* 107 *&*
Magna 108 *modis tenuare parvis.*

rogans & audax. 106 Junonis de fato urbis Romæ, aliorumqve Deorum. 107 Deſine res magnas & graves carmine humili imminuere atqve deterere; ſed potiùs eas illuſtres & exornes. 108 Lyricis verſibus, Synecd. gen.

Ode IV. Προσφωνητική.

Ad CALLIOPEN.

Poëta ſe à multis periculis Muſarum ope ereptùm fuiſſe dicit, omnibusqve malè ceſſiſſe, qvi adversùm Deos aliqvid moliri voluerint.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 D*Eſcende* 2 *cœlo, & dic, age,* 3 *tibiâ,*
Regina, 4 *longum, Calliope, melos;*
Seu voce nunc mavis 5 *acutâ,*
Seu 6 *fidibus, citharâ-ve* 7 *Phœbi.*
8 *Auditis?* 9 *An me ludit amabilis*
Inſania? 10 *audire, & videor pios*

1 O Regina Calliope, deſcende cœlo, & age, dic tibiâ longum melos. 2 De cœlo. Habent enim Muſæ etiam ſuas in cœlo ſedes, ut Jovis filiæ, & qvidem diſtinctas pro cujuſqve dignitate, id eſt, miſſos facias rerum divinarum modos & cantus. 3 Cum inſtrumento Muſico. 4 Carmen aliqvod prolixum. 5 Sonorâ. 6 Canoris chordis. 7 Aut lyrâ, qvæ à Mercurio inventa Phœbi munere tibi conceſſa eſt. 8 Sodales mei, nunqvid auditis Calliopen canentem, qvam paulo ante è cœlo evocavi? 9 An me fallit delectabilis ille Poëticus furor? Sic Ep. 2. l. 2. *mentis gratiſſimus error.* 10 Videor mihi audire Calliopen Muſam canentem, & ipſam diſcurrentem per ſylvas Muſis conſecratas, *vel*, qvas Dii in-

Errare

Errare per lucos, 11 *amœnæ*
Qvos & aqvæ ſubeunt, & auræ.
12 *Me* 13 *fabuloſæ* 14 *Vulture in Appulo,*
15 *Altricis extra limen Apuliæ,*
16 *Ludo, fatigatumqve ſomno,*
17 *Fronde novâ puerum* 13 *palumbes*
18 *Texêre:* 19 *mirum qvod foret omnibus,*
Qvicunqve celſæ nidum 20 *Acherontiæ,*

colunt. In lucis & nemoribus primi homines,& locis maximè ſolitariis Deorum delubra conſtituerunt. 11 Qvos lucos aqvæ jucundæ præterfluunt, & in qvibus mitiſſimi venti ſpirant. 12 Cauſam narrat Poëta, ob qvam præ aliis omnibus ipſe Muſas audire ac cernere canentes mereatur, nempe qvòd à pueritiâ uſqve Muſarum tutelâ ac præſidio etiam in locis pericnloſiſſimis protectus fuerit. Ordo eſt: Palumbes fabuloſæ texêre me puerum, fatigatum ludo & ſomno, novâ fronde in Vulture Appulo, extra limen Apuliæ altricis. 13 Columbæ ſylveſtres, de qvibus Poëtæ multa fabulantur: ut ſuprà, fabuloſus *Hydaſpes*. Meton. effic. Alii dictionem *fabuloſa* ad *Apuliam* referunt, qvòd illi provinciæ illud epitheton maximè conveniat. Al *fabuloſo*, ut *Vulturi* aptetur. Montes enim vicinorum ferè fabulâ celebrantur, ut in Faliſcis Soracte, in Apulia Garganus qvoqve. 14 In Vulture monte Apuliæ. 15 Extra [terminum Apuliæ nutricis ſive patriæ meæ. Alii volunt *Apuliam* hic nutrícis ipſius Horatii, non provinciæ nomen eſſe: ita ut hoc in Apulia qvidem, ſed extra nutricis Apuliæ limen contigerit. Omnes autem nutrices garrulæ ac fabuloſæ; minùs tamen merentur fidem, ſi qvid apud ſe, remotis arbitris], factum ſit. 16 Ludo puerili, puerorum more, defeſſum, & ſomno victum ſive dormientem & humi ſtratum. 17 Recenti, & viridi fronde lauri myrtiqve, id eſt, viridi lauro & myrto. Synecd. gen. 18 Cooperuêre. 19 Qvod prodigium omnibus prodigioſum videretur. 20 *Acherontia* eſt urbs Lucaniæ admodùm

21 *Sal-*

21 Saltuſqve Bantinos, & 22 arvum
Pingue 23 tenent 24 humilis 25 Ferenti:
26 Ut tuto ab atris corpore viperis
Dormirem & 27 urſis: 28 ut premerer ſacrâ
Lauroqve, 29 collatâqve myrto,
Non ſine 30 Dîs animoſus infans.
31 Veſter, Camœnæ, veſter in arduos
32 Tollor Sabinos: 33 ſeu mihi 34 frigidum
35 Præneſte, ſeu Tibur 36 ſupinum,
Seu 37 liqvidæ placuêre 38 Bajæ.

parva, in ſublimitate montis ſita, ideòqve eam *nido* comparat. Sic Cicero Ithacam *nidulum* appellat. l. 1. de Orat. *Vel*, per *nidum* domum propriam ſignificat per Metaph. ab avibus. 21 Et ſylvas Bantiæ, civitatis Apuliæ, paſcuis abundantis. 22 Solum. 23 Inhabitant. 24 In depreſſâ valle poſiti. 25 Apuliæ oppidi. 26 Admirabile omnibus prodigium, qvomodo dormirem corpore tuto à venenatis ſerpentibus. 27 Regionem illam infeſtantibus. 28 Qvòd regerer & defenſarer lauro Apollini dicata; qvæ qvidem laurus præſagiebat, eum futurum Poëtam. 29 Et myrto â palumbibus in corpus meum comparatâ & congeſtâ. Sic de Art. Poët. *Undiqve collatis membris*. Myrtus autem Veneri conſecrata, ſignificabat eum res amatorias & lyrica cantaturum. 30 Non ſine protectione & auxilio Deorum ego infans impavidus, & audax, qvi non terrerer neqve à viperis, neqve ab urſis. Synecd. gen. pro Apolline & Venere: & Meton. cauſarum pro lato auxilio. 31 Ubicunqve fuero, ô Camœnæ, veſter ſum. Epizeuxis. 32 Recipio me, ſeu vehor in excelſos Sabini montes 33 Anaphora. 34 Ipſo ſitu minus obnoxium caloribus: *Vel*, propter frigidas aqvas ibi è fontibus profluentes, ad varios morbos ſalutares. 35 Oppidum in Aretino monte poſitum. 36 In aſcenſu montis conſtitutum. 37 Propter thermas & aqvas calidas, & propter aërem mollem ac purum, qvo locus ille præcipuè commendatur. Ep. 1. l. 1. *Nullus in orbe locus Bajis prælucet amœnis*. 38 Urbs Campaniæ.

39 *Veſtris*

39 *Veſtris* 40 *amicum fontibus, & choris,*
Non me 41 *Philippis verſa* 42 *acies retrò,*
43 *Devota non* 44 *exſtinxit arbos,*
Non 45 *Siculâ* 46 *Palinurus undâ.*
47 *Utcunqve* 48 *mecum vos eritis,* 49 *libens*
50 *Inſanientem navita* 51 *Boſporum*
Tentabo, & 52 *arentes arenas*
Littoris Aſſyrii, 53 *viator.*
Viſam 54 *Britannos* 55 *hoſpitibus feros.*

39 Ordo eſt: Acies verſa retrò Philippis non exſtinxit me amicum veſtris fontibus, & choris, non arbos, &c. 40 Veſtris Muſarum ſtudiis addictum. 41 Exercitus Bruti & Caſſii (qvibus olim militavi) qvi Philippis ab Auguſto Cæſare & Antonio ſuperatus in fugam verſus fuit. *Philippi* eſt urbs Theſſaliæ. Vide Od. 7. l. 2. 42 Synecd. part. pro toto exercitu. 43 Exſecrabilis, ſcelerata, quæ in proprio agro me dominum ſuum oppreſſura erat. Od. 23. l. 3. *Devota victima.* Od. 16. Epod. *devoti ſangvinis ætas.* De hac arbore vide Od. 13. & 17. l. 2. 44 Oppreſſit. 45 Sicilienſi: qvia loca ea ante Lucanos Siculi olim tenuêre. 46 Promontorium Lucaniæ non longè à Veliâ oppido, à *Palinuro*, Æneæ gubernatore, dictum, qvem ſomnus merſit in mari ex 5. Æn. ubi Horatius in ſummo periculo verſatus eſt, cùm ex bello Philippenſi in Italiam rediret. 47 Qvandocunqve. Vide Od. 35. l. 1. 48 Vos, ô Muſæ, itineris & viarum comites mihi eritis. 49 Lætus. 50 Propter fluctus, æſtum & procellas inſanientem & formidabilem. Vide Od. 13. & ult. l. 2. ubi *gementem* appellat. 51 Ponti Euxini anguſtias adibo. 52 Calentes. Al. *urentes*, id eſt, vehementiſſimo Solis calore intolerabiles. 53 Terreſtri itinere. 54 In ultimo Occidente. 55 Advenis peregrinis inhumanos & crudeles. Britanni enim tunc temporis hoſpites mactabant pro hoſtiâ.

56 *Et lætum eqvino ſangvine Concanum:*
Viſam pharetratos 57 *Gelonos,*
Et Scythicum inviolatus 58 *amnem.*
Vos 59 *Cæſarem* 60 *altum*, 61 *militia ſimul*
Feſſas cohortes 62 *abdidit oppidis,*
Finire qværentem 63 *labores,*
64 *Pierio* 65 *recreatis antro.*
66 *Vos* 67 *lene conſilium & datis, & dato*

56 Et viſam incolam civitatis Hiſpanicæ Concanæ eqvino ſangvine poto delectantem. *Concani* enim erant Hiſpani, vel (ut alii volunt) Scythiæ populi, qvibus ſangvis ex eqvini cruris venis ſubtractus, & lacti commixtus, potus erat familiaris. Virgilius hoc Biſaltis Geloniſqve tribuit, 3. Georg. 57 Scythiæ populos arcu, ſagittis & pharetrâ armatos. Vide Od. 20. l. 2. *Et gens qvidem illa ſumptis haud tarda pharetris.* 58 Et incolumis, ſalvus Muſarum præſidio videbo Tanaim, aut Iſtrum. Synecd. gen. 59 Auguſtum. Ordo eſt: Vos, ô Muſæ, recreatis antro Pierio Cæſarem altum, qværentem finire labores, ſimul abdidit oppidis cohortes feſſas militiâ. 60 Magnum, egregium, totius Orbis Imperatorem. Metaph. a rebus procul apparentibus. 61 Simulac (ut Od. 4. l. 1. *qvò ſimul meâris*) milites ſuos & copias ſuas eqvitum peditumqve in oppida & hyberna deduxit, longâ totius æſtatis militiâ defatigatas, nec in aperto amplius campo circumducit. 62 Cic. *Si qvi ita ſe* literis abdiderunt. Al. *reddidit.* 63 Militares. 64 Muſarum & Poëtarum receſſu, id eſt, vos arte Poëticâ Cæſarem oblectatis. 65 Metaph. à rebus acciſis, vitiatis & corruptis. 66 Anaphora. 67 Vos, ô divinæ & almæ Muſæ, Imperatoribus & datis conſilium ſalutare & ab immanitate remotum, efficiens homines lenes & manſvetos, qvo uſus eſt Cæſar in ſubjugandis barbaris. Meton. eſſe.

68 *Gaude-*

8 Gaudetis almæ : 69 ſcimus ut 70 impios
Titanas, immanemqve turmam
Fulmine 71 ſuſtulerit 75 caduco,
3 Qvi terram 74 inertem, qvi mare 72 temperat
6 Ventoſum, & urbes, 77 regnaqve triſtia,
78 Divoſqve mortaleſqve 79 turbas
Imperio regit 80 unus æqvo.
1 Magnum illa terrorem intulerat Jovi

8 Et dato leni conſilio ob proſperum ac ſalutarem ſucceſ-
um lætamini, qvem in rebus agendis ſortitur prudentia.
9 Ex hiſtoriis accepimus, qvomodo Deorum ille optimus
: maximus Jupiter, qvi terram inertem, &c. 70 Titanas
: vaſtam illam multitudinem Gigantum [ex Titano & Ter-
à progenitorum] qvi contra Deos arma ſumentes, cœleſte
egnum affectare auſi ſunt. 71 E medio ſuſtulerit, & ad in-
eros deturbaverit. 72 In caput Titanum & Gygantum è
œlo cadente. Sic ſuprà arborem illam, cujus caſu penè oppreſ-
us fuerat, lignū nominat *caducum in domini caput.* Od. 23. l. 2.
3 Synecd. eſt periphr. Jovis. 74 Immobilem, qvæ ſola
nter elementa motu nullo agitatur. Qvâ ratione *brutam*
voqve appellat Od. 34. l. 1. id eſt, gravem ac tardam. Alio-
qvi *iners* meritò dici non poſſit, qvæ tot flores, herbas, fru-
ges, atqve arbores ex ſe pariat. 75 Mitigat, regit, modera-
ur. Sic Od. 12. l. 1. *Variiſqve mundum* Temperat *horis.*
6 A ventis, fluctibus & procellis agitatum. 77 Sedem in-
erorum, ubi omnia ſunt triſtia, de ſtatu ſuo ſollicita, & ſilen-
ia. Sic. Virg. Æn. 4. *alias ſub* triſtia Tartara *mittit.*
78 Immortales, ſc. Superos & Semideos. 79 Hominum
multitudines. Al. *turmas.* 80 Solus Jupiter, ſine ullius
lterius adminiculo. 81 Ordo eſt: Illa juventus horrida,
id eſt, vaſta illa & immanis juventus militum è terrâ proge-
nitorum) fidens brachiis. (id eſt. confiſa & innixa robore
orporis ſui, non ratione vel conſilio) intulerant Jovi ma-
gnum terrorem, id eſt, metum. Vis enim potentiaqve pri-

Fidens juventus 82 *horrida brachiis,*
83 *Fratresqve* 84 *tendentes* 85 *opaco*
86 *Pelion impoſuiſſe Olympo.*
Sed qvid 87 *Typhoeus, &* 88 *validus Mimas,*
Aut qvid 89 *minaci Porphyrion ſtatu,*
Qvid Rhœcus, 90 *evulſiſqve truncis*
Enceladus jaculator audax,
91 *Contra ſonantem Palladis ægida*
Poſſent ruentes? 92 *hinc* 93 *avidus* 94 *ſtetit*

mùm terrorem incutiunt, ſed collatâ prudentiâ conſilioqve, dicto citiùs evaneſcunt, inſtar bullæ. 82 Perfundens alios horrore & terrefaciens. Meton. eſſe. 83 Et reliqvi fratres Gigantes, ex terrâ nati, contendentes montem monti imponere, atqve ita in cœlum aſcendere, & inde Jovem deturbare. Virg. Georg. 1. *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam.* Synecd. gen. 44 Contendentes, conantes. Sic. Ep. 2.l.2. Tendunt *extorqvere poëmata.* 85 Umbroſo. 86 Alium montem vicinum altiſſimum imponere Olympo, vaſtiſſimæ altitudinis Theſſaliæ monti. 87 Nomen Gigantis, ut & cæterorum. 88 Robuſtus. 89 Ingenti, ſublimi & terribili ſtaturâ formidabilis, qvi arbores & ſaxa in cœlum jaculabatur. Sic *minas murorum* ob altitudinem dixit Virgilius: ac de Epei machinâ: *mediaqve* minans *illabitur urbi.* 90 Qvi truncos arborum unà cum radicibus evulſas, id eſt, arbores eradicatas audacter in hoſtes jaculatus eſt: de qvo Virg. Æn. 3. & 4. 91 Contrà Minervæ clypeum (qvo Jupiter etiam uſus eſt contra gigantes) in conflictu cum hoſtibus ſonantem, id eſt, contrà conſilium & animi robur, ad terram ruentes, *vel,* inconſideratè venientes valerent? 92 A parte, Jovis & Palladis, id eſt, prudentiæ & conſilii in hâc pugnâ. 93 Pugnæ, vel cædis hoſtium, qvi & candenti ferro Clytium occidit. 94 In acie collocatus.

Vulcanus

Vulcanus: 95 *hinc matrona* 96 *Juno*, *&*
97 *Nunqvam* 98 *humeris poſiturus arcum*,
Qvi 99 *rore puro Caſtaliæ* 100 *lavit*
Crines 101 *ſolutos*; 102 *qvi* 103 *Lyciæ tenet*
Dumeta, 104 *natalemqve ſylvam*
105 *Delius*, *&* 106 *Patareus Apollo*.
107 *Vis conſilî expers mole ruit ſuâ*:
108 *Vim temperatam Dî qvoqve* 109 *provehunt*
In majus: 110 *iidem odêre vires*
111 *Omne nefas animo moventes*,
Teſtis mearum 112 *centimanus Gigas*

95 Hinc ſtetit etiã Jovis ſoror & conjux, qvæ matrimoniis præeſt, *cui vincla jugalia curæ*. Sic enim ipſa apud Ovid. 6. Faſt. *Si torus in pretio eſt, detur* matrona *Tonantis*. 96 Cum Porphyrione manus conſerens. 97 Hinc etiam Apollo, qvi ſemper arcum geſtat. Synecd. periphr. Apollinis. 98 De humeris dependentem. 99 Aqvâ limpidiſſimâ fontis Caſtalii, ſic dicta à *Caſtaliâ* puellâ, qvam Apollo adamavit. Synecd. ſpe. 100 Præſentis temporis: ut Od. 3. l. 2. *flavus qvam Tiberis* lavit. 101 Paſſos, humeris ſparſos non religatos. 102 Anaphora. 103 Aſiæ regionis nemora aſpera incolit. 104 Sylvam Deli inſulæ, in qva natus eſt. 105 in Delo inſula natus. 106 In Paterâ, Lyciæ urbe, oracula edens. 107 Robur corporis, ſine ratione ac prudentiâ, ſuo labitur impetu, & ſecum pleraqve præcipitat. Hùc reſpicit Claud. *Non ſolis viribus æqvum Credere, ſæpè acri potior prudentia dextrâ*. 108 Vires conſilio, prudentiâ & ratione gubernatas Dii qvoqve augent, ipſisqve augmenta & felices ſucceſſus largiuntur. 109 promovent. Metaph. à nautis, qvi porrò evehuntur in altum; ut Æn. 3. *Provehimur portu*. 110 Dii. 111 Omnia impia, ſcelerata, & iniqvitatem animo meditantes. 112 Briareus centum habens manus, ob ſceleratas ſuas vires à Jove fulminatus, & ad inferos detruſus, ſatis notus te

Sententiarum notus, & 113 *integræ*
Tentator 114 *Orion Dianæ,*
Virgineâ domitus ſagittâ.
Injecta 115 *monſtris Terra dolet ſuis,*
Mœretqve partus 116 *fulmine* 117 *luridum*
118 *Miſſos ad Orcum: nec* 119 *peredit*
120 *Impoſitam* 121 *celer ignis* 122 *Ætnam:*
123 *Incontinentis nec* 124 *Tityi* 125 *jecur*

ſtis eſt: de qvo vide Od. 17 l. 2. 113 Intactæ, caſtæ virgin Dianæ pudicitiam tentans, eamqve de ſtrupro compellans ſollicitans, πειραστής. Sic enim Val. Max. l. 6. c. 1. *Citat itaqve Scantinius reus, uno teſte, qvi* tentatus *erat, damnatus eſt*, id eſt, qvem de ſtupro ſollicitaverat Scantinius. 114 Orion venator, ſtuprare conatus Dianam, ejus ſagittis c confoſſus, δμηθείς, æternaſqve ſuæ impietatis pœnas apud inferos perſolvit. Vide Od. 28. l. 1. 115 Terra mater, impoſit monſtroſis gigantibus ſuis filiis (ſuprà Od. 12. l. 2. *Telluri juvenes*) materno affectu dolet. Pathos maternum, qvo ipſa cogatur eſſe ultrix ſuorum filiorum. Metaph. à rebu præter naturam & conſvetudinem. 116 Jovis. 117 Pallidum, & inferno colore fœdatum: *vel* efficientem pallida umbras & luridas. Meton. effe. Sic Ovid Met. 1. Lurida *terribiles miſcent aconita noverca.* Sic Tibul. l. 3. El. 3. *Me vocet in vaſtos amnes, nigramqve paludem, Dives in ignav* luridus *Orcus aqvâ.* 118 Demiſſos & detruſos eſſe ad Plutona. 119 Conſumit, id eſt, pœna illa æternùm durat. Amplificatio ab æternitate ſupplicii damnatorum. Metaph. à animantibus. 120 Gigantibus injectam, qvi flammarum globos minitabundi adhùc eructant. 121 Rapidus. 122 Siciliæ montem. Vide Lucret. l. 6. 123 Libidinoſi, intemperantis. 124 Qvi Latonam ſtuprare volens, ab ejus filio Apolline ſagittis confoſſus eſt. Vide Virg. Æn. 6. Tibul. l. 1. El. 3 *Porrectuſqve novem Tityus per jugera terræ, Aſſiduas atr viſcere paſcit aves.* 125 Qvod abſumptum & ſtatim renatum

126 Re

26 *Relinqvit* 127 *ales,* 128 *neqvitiæ* 129 *additus*
Cuſtos: 130 *amatorem trecentæ*
131 *Pirithoum cohibent* 132 *catenæ.*

emper abſumit. 126 Deſerit. 127 Aqvila, vel vultur. Synecd. gen. 128 Intemperantiæ ejus ac libidinis. Od. 15. l. 3. *Tandem* neqvitiæ *fige modum tuæ.* 129 Appoſitus, affixus cuſtos & ultor, ne denuò in impia & ſcelerata facta prorumpat. Cic. *Cuſtodem Tullio me apponite.* Vide Gellium l. 7. c. 11. 130 Proſerpinæ. 131 Ixionis & Diæ filium, cui cum Theſeo amico convenit, nullam conjugem, niſi è Jove natam, uxorem ducere, qviqve inferorū regna cum Theſeo ad rapiendam Proſerpinam adiit. Virg. 6. Æn. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti* &c. 132 Trecenta vincula, qvibus æternùm apud inferos conſtringitur, ſuæqve impietatis condigna ſupplicia perſolvit. Od. 7. l. 4. *Nec lethæa valet Theſeus abrumpere caro Vincula Pirithoo.*

Ode V. Παραινετική.

In LAUDEM AUGUSTI.

Divi Auguſti laudes, Craſſi vituperium, Reguli conſtantia, & ad Pœnos reditus.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *COelo tonantem credidimus Iovem*
Regnare: 2 *præſens Divus habebitur*
3 *Auguſtus,* 4 *adjectis Britannis*

1 Nos Romani hactenus credidimus Jovem, qvando tonat, in cœlo locum ſuum ſedemqve habere. Ut autem tonitrua demonſtrant Jovem eſſe cœli regem, ſic Auguſti victoriæ divinitatem ejus arguunt. 2 Auguſtus Cæſar à nobis reputabitur Divus & Jupiter eſſe, dùm eſt in vivis, inqve humanâ formâ nobiſcum inter homines præſens verſatur. 3 Cujus ductu & auſpicio hæc tàm praclara geſta ſunt. 4 Britannis,

Imperio, 5 gravibusqve Perſis.
6 *Mileſ-ne 7 Craſsi, 8 conjuge barbarâ*
9 *Turpis maritus vixit? & 10 hoſtium*
(11 Prô Curia, inverſiqve mores!)
12 *Conſenuit ſocerorum in 13 arvis,*
14 *Sub rege Medo, 15 Marſus, & Appulus,*

populis in ultimo Occidente habitantibus, tanqvam Coronide ſuarum victoriarum, imperio Romano additis & devictis, qvi ab Auguſto per Druſum privignum ſuperati ſunt. 5 Nobis Romanis formidoloſis propter Craſſi cladem. Od. 9. l. 1. Qvo graves *Perſæ meliùs perirent.* 6 Ita-ne milites Craſſi ſeſe capi paſſi ſunt? Synecd. num. ſing. 7 M. Craſſi, à Parthis ignominiosâ clade affecti. 8 Cum conjuge alienigenâ ut ſervus vixit, & contrà leges patrias, Romanus, barbaræ conjugis matrimonium iniit? 9 Infamis & ignominioſus. Metaph. à corpore, qvod dicitur turpius fieri dente vel ungue. Od. 4. l. 2. 10. Romani nominis. 11 O Senatus populi Romani, *vel*, ô curia, qvàm indignas res paſſa es contrà majeſtatem populi Romani, & ô perverſi militum Romanorum mores, qvàm corrupti eſtis, ut jam barbaris ſerviatis, qvi illis olim dominari ſolebatis. Exclamatio, per dolorem talis indignitatis, qvòd ſervirent ii, qvi cæteris imperare ſolerent. 12 Senex factus eſt, ad ſenectutem uſqve vixit, omnem ætatem egit: Auget facti invidiam ipſa diuturnitas: nam qvi per ignaviam capi ſe permiſerunt, non connubiis tantùm hoſtium, ſed & armis aſſveverunt. 13 Contrà Romanos. 14 Sub imperio regis Perſæ & Parthi, hoſtium Romanorum. 15 Marſi & Appuli, milites Itali, inter Romanos milites erant clariſſimi, qvi cum Craſſo ſuperati & capti uxores acceperunt à Medis & Perſis, ut ibi, velut propriis ſedibus, conſeneſcerent.

16 *Anciliorum,* 17 *& nominis &* 18 *togæ*
Oblitus, æternæqve 19 *Veſtæ,*
Incolumi 20 *Iove, & urbe Româ?*
21 *Hoc caverat mens provida Reguli,*
22 *Diſſentientis conditionibus*

16 Scutorum breviũ, i.e. virtutis. Vide Florum l.3. Ignavi erant milites ſub Craſſo, qvi obliviſcerentur ancilia, numero duodecim, in æde Martis ſervata, & qvibus unum de cœlo lapſum credebatur: nam datum eſt pro oraculo, ibi fore imperium, ubi fuiſſet ancile. 17 Romani ſc. cujus recordatione mori potiùs optaſſet, qvam ignominiosè vivere. 18 Togæ ſuæ, qvam liberi tantùm induunt, id eſt, ſuæ libertatis & dignitatis, qvi uſqve adeò turpem ſervitutem ultrò ſubierit: 19 Cujus numen tantopere Romæ cultum, nos invictos præſtitiſſet: vel, *æternæ Veſtæ*, id eſt, æterni ignis, qvi in templo Veſtæ à virginibus cuſtoditus nunqvam extingvebatur. Meton. ſubj. 20 Jove Capitolino, id eſt, Capitolio, qvæ Jovis erat ſedes, adhùc ſtante & ſalvo: q. d. non deſertâ urbe à ſuis Diis: turpe igitur militibus Romanis, ut ſub armis hoſtilibus ſeneſcerent, Meton. ſubj. 21 Hoc tantum dedecus prudens ille M. Attilius Regulus, Conſul Romanus, ſuo exemplo interdixerat ac providerat, ne qvis ſc. ex captivitate liberationem ſperaret, ſed mori potiùs, qvàm ab hoſtibus capi, optaret. De Reguli autem, ne captivi cum Carthaginienſibus permutarentur, in ſenatu ſententiâ, Cic. l.1. & 3. Offic, & Gellius l. 6. c. 4. 22 Qvi diſſentiebat à turpibus conditionibus ſibi popoſitis, qvibus diſciplina militaris corrumperetur, ne ſc. militi capto aliqva ſpes ſalutis eſſet, nec, tanqvam merces, alius cum alio permutaretur. Notandum obiter, *diſſentientis* hîc regere dativum: ut Od. 2. l. 2. *Diſſidens plebi.* 23 Et diſſentientis ab exemplo, qvod traheret ſecum dedecus & damnum in futurum & poſterum tempus, ſi ſc. captiva militum Romanorum pubes non periret apud hoſtes immiſerabilis, id eſt, ſine miſericordiâ, cujus miſericordiâ

Fœdis, 23 & exemplo 24 trahenti
Perniciem veniens in ævum,
Si non periret immiſerabilis
Captiva 25 pubes. 26 Signa ego 27 Punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde (dixit)
28 *Direpta 29 vidi: vidi ego 30 civium*
31 *Retorta tergo brachia 32 libero,*
33 *Portasqve non clauſas, & arva*

nemo tangeretur, id eſt, niſi captiva pubes ab hoſtibus detenta nullâ miſericordiâ vel redemptione digna judicaretur. Nam tali exemplo milites deinceps ignaviùs pugnarent. 24 Al. *trahentis*, ſc. Reguli. 25 Juvenes captivi. Meton. ſigni. 26 Hæc eſt Oratio Reguli, in Senatu Romano habita, fortitudinis plena, qvâ captivi ſui redemptionem diſſvadet. Genus eſt Deliberativum, Proſopopœia. 27 Ego [inqvit M. Attilius Regulus] vidi Charthagine illa ſigna, & arma Carthaginenſium templis ſuſpenſa, qvæ militibus noſtris Romanis per ſummum dedecus ſine cœde in bello ab hoſte detracta & adempta ſunt, id eſt, qvæ milites Romani non occiſi, ſed ſeſe captivos tradentes, ab hoſtibus ſibi eripi per extremam ignaviam paſſi ſunt. 28 Al. *Derepta.* Al *Erepta.* 29 Anadiploſis 30 Romanorum ſc. qvi cives erant cùm caperentur, atqve adeò cives manere poterant, ſi fortiter reſtitiſſent. 31 Revincta in tergo libero. Solent enim captivorum & ſervorum manus & brachia à tergo revinciri. Ep. I. l. 2. *Mox trahitur manibus Regum fortuna retortis.* Virg. Æn. 2. *Ecce manus juvenem intereà poſt terga revinctum*, &c. 32 Qvondam libero, utpote cùm cives Romani fuerint. *Vel*, qvi ſeſe Carthaginienſibus ultrò dediderant: cùm ſatiùs fuiſſet mori, qvàm corpore libero tàm ignominioſam ſervitutem ultrò ſubire. 33 Eo deniqve vidi portas urbis Carthaginis nocturno tempore apertas: qvod arguit civi-

34 *Marte*

34 *Marte coli* 35 *populata noſtro.*
36 *Auro* 37 *repenſus ſcilicet acrior*
Miles redibit? flagitio additis
38 *Damnum. Neqve amiſſos colores*
39 *Lana refert medicata* 40 *fuco:*
Nec vera 41 *virtus, cùm ſemel* 42 *excidit,*
43 *Curat reponi deterioribus.*
44 *Si pugnat* 45 *extricata denſis*

um Carthaginenſium ob ignaviam Romanorum ſecuritatem. Hoc enim fit ſublato hoſtium metu: ut *Panduntur portæ,* &c. Virg. Æn. 2. & Horat. de Art. Poët. *& apertis otia portis.* 34 Et vidi agros illos ab illis coli, qvi fuerant armis noſtris anteà devaſtati. Meton. effic. 35 Paſſivum; cujus ergo activum eſt *populo.* Virg. 1. Æn. *Non nos aut ferro Libycos populare Penates Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.* 36 Scilicet miles (qvi ſemel captus eſt) auro redemptus (nam pendebantur olim nummi) ad pugnam fortior & animoſior redibit. Ironia eſt. Ter. in Andr. *Id populus curat* ſcilicet. Et Virg. Æn. 4. Scilicet *is ſuperis labor eſt, ea cura qvietos Sollicitat.* 37 Metaph. à veteri conſvetudine pecuniæ pendendæ ſive ponderandæ. 38 Cùm turpitudine ignaviæ pecuniæ jacturam, qvam pro captivis rependitis, conjungitis, ſi captivos redimendos ſvadeatis. 39 Neqve candida lana, alio colore tincta, non repræſentat, neqve reſumit poſteà candorem nativum amiſſum. 40 Subdititio aliqvo colore. *Fucus* herba eſt, qvâ tinguntur veſtes. 41 Fortitudo. 42 Ex animo hominis. 43 Deſiderat reſtitui illis, qvi virtute amiſſâ deteriores facti ſunt. Tribuit ſenſum rei inanimatæ per Metaph. 44 Qvod ſi fieri poteſt, ut cerva (qvæ naturâ timidiſſimum ac fugaciſſimum animal eſt) cùm è retibus expedita & liberata eſt, cum venatore poſteà pugnare audeat, & non ſtatim aufugiat, evenire etiam poterit, ut ille miles animoſus ſit, qvi ſe perfidorum ac perjurorum Pœnorum hoſtium poteſtati metu mortis coactus captivum tradidit ſive commiſit. Ter. Adelph. *Illi credunt conſilia omnia.* 45 Metaph. à tri-

Cerva

Cerva plagis, erit ille fortis,
Qui perfidis ſe credidit hoſtibus:
Et 46 Marte Pœnos proteret altero,
Qui 47 lora reſtrictis lacertis
Senſit iners, timuitqve mortem:
48 Hic, unde vitam ſumeret, inſcius,
Pacem duello miſcuit: 49 O pudor!
O magna Carthago, probroſis
50 Altior Italiæ ruinis!
51 Fertur pudicæ conjugis oſculum,
52 Parvoſqve natos, ut 53 capitis minor,

cis & filiis, qvibus pedes pullorum implicantur. 46 Et ſecundo prælio Carthaginenſes ſuperabit is, qvi primo prælio tanqvam miles ignavus captus & vinctus eſt. Meton. effic. 47 Vincula, qvibus ligatus eſt, brachiis ſuis poſt tergum religatis. 48 Hic miles, cùm neſciret qvâ ratione ſaluti ſuæ conſulere poſſet, tandem id ſe conſecuturum miſcendo pacem bello, ſperavit. Nam in ardentiſſimâ pugnâ, tanqvam in pace, ſe hoſtibus credidit. 49 O ignominia Romanorum. Gemina eſt exclamatio dolentis & indignantis imperatoris cum Anaphorâ. 50 Qvæ vituperabilibus & turpibus cladibus, qvibus Italia, id eſt, Roma, deformata non es, ſed illis major ac nobilior exiſtis. Metaph. à rebus procul eminentibus. 51 Regulus dicitur [cùm hæc animoſa verba ad Senatum prolocutus eſſet, nullâqve ratione ad hanc permutationem adduci poſſet] removiſſe â ſe, (id eſt, non admiſiſſe & recuſaſſe, cùm ſc. jamjam abitum moliretur) oſculum uxoris ſuæ caſtæ: qvo ſe tanqvam ſervum indignum judicavit. 52 Tanqvam qvi liberi nati eſſent, nec ampliùs ſui filii, id eſt, ſervi, & hoſtibus juramento obligati. 53 Ut capite diminutus, id eſt, ut ſervus factus per captivitatem. Eſt enim *capitis diminutio*, qvâ libertas qvidem & civitas retinentur, ſtatus verò prior mutatur. *Caput* enim hîc ſtatum ſignificat. Metaph.

A ſe

A ſe removiſſe, 54 & 55 virilem
Torvus humi poſuiſſe vultum,
56 Donec 57 labantes conſilio 58 patres
59 Firmaret 60 autor nunqvam alias 61 dato,
Interqve 62 mœrentes amicos
63 Egregius 64 properaret 65 exul.
Atqvi 66 ſciebat, qvæ ſibi barbarus
67 Tortor pararet; non aliter tamen

Unde Cic. Offic. 3. ſcribit, *ſententiam in Senatu dicere recuſavit, qvò diceret, qvamdiu hoſtium jurejurando teneretur, non eſſe Senatorem.* Dictum eſt autem *capitis minor*, ut *maturus ævi, integer vitæ*, &c. 54 Et dicitur ſevero vultu oculos in terrâ defixos habuiſſe. 55 Animoſus. 56 Donec ille autor firmaret Patres labantes conſilio nunqvàm aliàs dato. 57 Jam animo, qvid-nam agerent, dubitantes. Metaph. eſt ab ædificiis caſum & ruinam minantibus. 58 Conſcriptos, id eſt, Senatores. 59 Confirmaret, inqve ſuam ſententiam protraheret. 60 Svaſor ſive monitor, 61 Ab alio homine, id eſt, inaudito & admirabili, qvippe qvi conſilium dederat, qvo exqviſitiſſimis tormentis periret ipſe, qvi liberari poſſet. 62 Propinqvos propter abitum triſtes & lugentes. 63 Nunqvam ſatis laudatus: qvippe qvi non, ut alii exules, judicum ſententiâ, aut metu ſaltem judicii, patriam reliqverit; ſed & ipſe ſuo ſe ſuffragio, ob patriæ caritatem, fideiqve conſtantiam, non tàm exilio, qvàm certâ morte multârit. Metaph. à ſacrificaturis, qvi maturè ſecernunt à grege præſtantiſſimas qvasqve victimas, qvas aræ deſtinent. 64 Ad hoſtes redire, & jurijurando ſatisfacere. 65 Propter captivitatem. Intelligit Regulum per Synecd. gen. 66 Regulus. 67 Carnifex. Cic. Offic. 3. *Neqve tamen ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtem, & ad exqviſita ſupplicia proficiſci, ſed jusjurandum conſervandum putabat.* Idem in Piſon. *M. Regulum illigatum, in machinâ reſectis palpebris Carthaginienſes vigilando necaverunt.* Vide Val. Max. l. 9. c. 2.

68 Dimovit obſtantes propinqvos,
Et 69 populum 70 reditûs morantem,
71 Qvàm ſi clientum longa negotia
Dijudicatâ lite relinqveret,
72 Tendens Venafranos in agros,
Aut 73 Lacedæmonium 74 Tarentum.

68 Repulit, rejecit amicos ſuos ſibi contradicentes, precanteſqve, ne ad hoſtes rediret. *69* Romanum. 70 Qvi ſuam ad hoſtes reverſionem impediebat, tardabat. 71 Non ſecus ac ſi patronus fuiſſet, & clientum ſuorum longas cauſas litesqve longo tempore pendentes, lite jam finitâ & decisâ, ſententiâ ſc. pronunciatâ, tandem relinqveret. 72 Poſt multas moleſtias tandem animi gratiâ iter habens Venafrum, Campaniæ civitatem. Vide Od. *6.* l. 2. 73 A Phalanto Lacedæmonio conditum. 74 Italiæ oppidum.

Ode VI. Συλλογιστική.

Ad ROMANOS.

Corruptos ſuæ ætatis mores inſectatur.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *DElicta majorum immeritus 2 lues,*
3 Romane, 4 donec templa refeceris,
Ædeſqve 5 labentes Deorum, &

1 Romane popule, ob culpam [ſc. propter violatam religionem) majorum tuorum dabis pœnas, qvas non es meritus, ut qvi non commiſeris propter majorum delicta puniri. Od. 2. l. 2. *Virtus recludens* immeritis *mori Cœlum.* 2 Perſolves. 3 Synecd. unius pro multis, qvi luunt pœnas pro peccatis majorum. 4 Donec reædificaveris templa Deorum tuâ impietate diruta. Od. 15. l. 2. *& Deorum Templa novo decorare ſaxo.* 5 Ruinam minitantes, decidentes.

6 Fœda

6 *Fœda nigro ſimulachra fumo.*
7 *Dîs te minorem qvòd geris, imperas:*
8 *Hinc omne principium, huc refer exitum.*
Dî multa 9 *neglecti* 10 *dederunt*
11 *Heſperiæ mala luctuoſæ.*
Jam bis 12 *Monæſes, & Pacori* 13 *manus*
Non auſpicatos 14 *contudit impetus*
Noſtros, 15 *& adjeciſſe prædam*

6 Deorũ imagines ſqvalore deformatas ac ſordentes. 7 Eo nomine, Romane, univerſo orbi dominaris, qvia Deos tanqvam ſuperiores agnoſcis & coluiſti, illiſqve per impietatem te parem non geſſiſti. Sic Livius, apud qvem diligentiſſimus religionum cultor Camillus, Oratione, qvâ populum Romanum Vejos migrare prohibuit: *Intuemini*, inqvit, *horum deinceps annorum vel ſecundas res, vel adverſas, invenietis omnia proſperè eveniſſe ſeqventibus Deos, adverſa ſpernentibus.* 8 A Diis ſive à pietate in Deos rerum exordium ſume, & omnia Diis accepta refer, & ſi rerum tuarum lætum eventum conſecutus es, illum hùc ad Deos refer, illiſqve pietate & fide gratias age. Polyptoton. 9 Contempti, minùs ſtudiosè culti. Od.2.l.3. *ſæpè Dieſpiter* Neglectus *inceſto addidit integrum.* 10 Intulerunt multa adverſa Italiæ infelici & calamitoſæ. 11 Incolis Italiæ, qvi jam diu maximis in luctibus ſunt. Meton. ſubj. 12 Al *Monæſis.* Monæſes ac Pacorus Orodis, Parthorum regis, filii, *bis*, id eſt, primò Craſſum ſecundò T. Labienum cum omni exercitu deleverunt. Vide Juſtin.l.41. 13 Potentia, militares copiæ. Metaph. 14 Incurſiones & conatus noſtros inauſpicatos, id eſt, Deorum ductu ac numine non inceptos, repulit, repreſſit, atqve inanes reddidit. Metaph. eſt ab iis, qvi conterendo in pilis ſuccum è rebus exprimunt, vel eas in pulverem pilis, molis, maleis redigunt. 15 Et ille hoſtis lætatur ſe adjeciſſe pondus aliqvod ſuis torqvibus, qvi ante nos devictos erant exigui, jam verò facti ſunt ampliores, id eſt, lætatur & gloriatur ſe opes ſuas tenues

Torqvi-

Torqvibus exiguis 16 *renidet.*
Penè occupatam 17 *ſeditionibus*
18 *Delevit Urbem* 19 *Dacus, & Æthiops:*
20 *Hic* 21 *claſſe formidatus,* 22 *ille*
Miſſilibus melior ſagittis.
23 *Fœcunda culpæ* 24 *ſæcula,* 25 *nuptias*
Primum inqvinavêre, & 26 *genus,* 27 *& domos.*
28 *Hoc fonte derivata clades*
In patriam populumqve fluxit.

prædâ aliqvâ auxiſſe, ac noſtris ſpoliis ornatiorem eſſe, qvàm anteà. Parthis ſolenne erat torqves aureos geſtare. 16 Γε-λᾶ τῷ προσεθεικέναι. Metaph. à nitore corporum ad hilaritatem animi indicandum. 17 Diſſenſionibus, & bellis civilibus, propter contemptam religionem exortis. 18 Propemodùm Romam invaſit. Metaph. à pictorum lituris, qvæ inducuntur coloribus. Præterea in *Urbem* eſt Synecd. gen. 19 Scythæ & Ægyptii ſub Antonio & Cleopatrâ. Synecd. ſpe. 20 Æthiops. 21 Qvadraginta navium, qvam Cleopatra adverſus Cæſarem inſtruxerat, metuendus fuit. 22 Dacus, id eſt, Scytha multò peritior eſt, κρείττων in mittendis ſagittis. Od. 15. *Tydides* melior *patre.* 23 Noſtra autem, qvibus vivimus, ſæcula, id eſt, homines noſtri temporis ſunt planè vitioſi & pietatis ſteriles, ſceleris autem pleni & feraces. Metaph ab ubertate terræ. Vult ex matrimoniorum corruptelâ & adulteriis omnia Reipublicæ mala manaſſe 24 Meton. temporis adj. Sic. Tac. *ſæculum virtutum ſterile*, pro hominibus hujus temporis nulla virtute præditis. 25 Omnium primùm matrimonium polluerunt. 26 Poſtqvam nothi ex genuinis nati ſunt. 27 Et totas familias contaminârunt. 28 Ex hoc adulterii fonte totius Reip. calamitas, tanqvam per rivum deducta, in Italiam noſtram, populumqve Romanum profluxit. Tres hîc Metaphoræ continuatæ ab aqvis, *fonte derivata,*

29 *Motus doceri* 30 *gaudet* 29 *Ionicos*
31 *Matura virgo, &* 32 *fingitur artibus*
Iam nunc, & 33 *inceſtos amores*
34 *De tenero* 35 *meditatur ungui,*
36 *Mox juniores quærit adulteros*
37 *Inter mariti vina;* 38 *neqve eligit,*
Cui donet 39 *impermiſſa* 40 *raptim*

fluxit Allegoriam faciunt. 29 Saltationes parùm caſtas & impudicas, qvales ſunt Ionicæ. Jones enim præ ceteris Aſiaticis voluptate ac mollitie infames fuére. Vide Val. Max. l. 2. c. 6. Synecd. gen. 30 Delectatur. 31 Viro ſc. id eſt, nubilis. Addit *matura*: qvod magis inverecundum ſit, eam laſcivè ſaltare, qvæ pueritiæ annos exceſſerit. 32 Malis artibus inſtituitur, ſive diſcit malas artes, ſc. corpus molliter movere & ſaltare ſecundùm artem. Metaph. à figulis. Sic Ep. 2. l. 1. Fingit *eqvum tenera docilem cervice magiſter Ire viam, qvam monſtret eqves.* Al. *frangitur, artubus*: periti enim ſaltatores tàm mollia habent membra, ut exoſſes, id eſt, ſine oſſibus atqve nervis eſſe videantur. Al. *fingitur artibus*, id eſt, efformatur ad flexus decentes compoſitoſqve motus. 33 Adulterinos, flagitioſos. 34 A teneris annis, ab ineunte ætate, ἐκ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων. Cic. *Sed præſta te eum, qvi mihi* à teneris, *ut Græci dicunt,* ungviculis *es cognitus.* Duplex eſt Tropus: prior eſt Meton. ſigni pro ætate puerili indicatâ: alter eſt metaph. ab animalibus puſillis, qvibus vixdum ægrè ungves accreverunt. 35 Curat diſcit atqve exercet, μελετᾷ. 36 Ubi jam maturiori ætate alicui nupſit, tunc qværit ipſa, neqve exſpectat donec rogetur, amatores marito ſuo juniores. i. robuſtiores ac formoſiores. 37 Inter domeſtica convivia ſui mariti, qvæ conjugis ſuæ adulteræ hortatu celebrare cogitur: *vel,* inter epulas nuptiales. 38 Neqve deligit qvenqvam, ſed cuivis ſui corporis copiam præbet, id eſt, palam adulterium exercet. 39 Adulterii voluptatem lege matrimonii non conceſſam, illicitam Syn. gen. 40 Ce-

39 *Gaudia*, 41 *luminibus remotis*;
42 *Sed juſſa coram non ſine conſcio*
Surgit marito: ſeu 43 *vocat* 44 *inſtitor,*
Seu Navis Hiſpanæ 45 *magiſter,*
46 *Dedecorum pretioſus emptor.*
47 *Non his* 48 *juventus* 49 *orta parentibus*
50 *Infecit æqvor ſangvine* 51 *Punico,*
52 *Pyrrhumqve, &* 53 *ingentem* 54 *cecîdit*
55 *Anthiochum, Annibalemqve,* 56 *dirum:*

leriter & furtivè. 41 Lucernis exſtinctis, id eſt, nocturno tempore, ut clam marito furtivos ſuos amores exercere poſſit. 42 Sed velut publica meretrix ab adultero accerſita & ad adulterium venire juſſa palàm, marito uxoris ſuæ turpitudinem & ſciente & patiente, è lecto ſurgit, & ad mœchum properat. qvicunqve etiam ille ſit. 43 Illam ad ſe. 44 Negotiator, homo vilis & contemptus, qvi tabernæ, vel alii cuilibet negotiationi præponitur. 45 Gubernator, cui totius navis cura mandata eſt. Synecd. gen. *Magiſter* enim dicitur, cui præcipua cura rerum incumbit, & qvi magis, qvàm cæteri, diligentiam & ſollicitudinem rebus, qvibus præeſt, debet. 46 Qvi qvovis pretio & profusè emit flagitia ac ſtupra. 47 Non tàm libidinoſis, adulteris & ignavis, ſed iis, qvi jus matrimonii ſanctum ac caſtum haberent: ipſi autem filii aſſiduo labori & agriculturæ aſſveti eſſent. 48 Populi Romani, id eſt, Romani. 49 Nata. 50 Purpureo colore. 51 Pœnorum ſive Africanorum, id eſt, non tàm libidinoſis parentibus nati ſunt illi Romani, qvi navali bello Pœnos ſuperarunt. Od. 12. l. 2. *nec Siculum mare Pœno purpureum ſangvine.* 52 Epirotarum regem, à Curio Fabricioqve in Lucaniâ victum: cujus vitam ſcripſit Plutarchus. 53 Validiſſimum. 54 Devicit. 55 Syriæ regem, qvem vicit M. Acilius Glabrio. 56 Infeſtum, & qvaſi Deorum ira

Sed

Sed 57 ruſticorum 58 maſcula militum
Proles, 59 Sabellis docta ligonibus
60 Verſare glebas, & 61 ſeveræ
Matris 62 ad arbitrium 63 reciſos
64 Portare fuſtes, Sol ubi montium
65 Mutaret umbras, & juga 66 demeret
Bobus fatigatis, 67 amicum
Tempus 68 agens 69 abeunte curru.
70 Damnoſa qvid non imminuit dies?
Ætas 71 parentum 72 pejor avis 73 tulit

immiſſum. Al. *durum.* 57 Priſcorum Romanorum agri-culturam exercentium. 58 Progenies virilis, robuſta & animoſa, non effœminata, nec impudica. 59 Sabinis: pro qvibusvis ligonibus. Synecd. ſpec. pro gen. 60 Terram fodiendo invertere, id eſt, arare. 61 Duræ. 62 Juxtà juſſa, id eſt, ſi matres ſeveræ ſic juberent. 63 Securi. 64 Portare lignum domum ad ignem alendum. 65 Mutaret breves montium umbras in longas, id eſt, ubi jam finitis ruſticis laboribus veſpertino tempore Sol ad occaſum declinaret. Virg. Ecl. 1. *Majoresqve cadunt altis de montibus umbræ.* Idem Ecl. 2. *Et Sol creſcentes diſcedens duplicat umbras.* Sol enim diſcedens, uti & adveniens, qvò magis ex transverſo ferit, eò longiùs jacit umbras, qvas *duplicare* ait Virgilus, *mutari* verò Horatius, qvia repentè extenduntur. 66 Ab illorum collo detraheret, id eſt, & bobus diurno labore feſſis otium & qvietem concederet. Idem tempus veſpertinum ſignificat, qvod idcircò à Græcis βουλυτὸν, à *boum ſolutione*, dicitur. 67 Gratum, φίλον feſſis ruſticis. 68 Sol reducens curru ſuo ad occaſum declinante. Synecd. gen. 69 Sub Horizontem. 70 Tempus, omnibus rebus damnum & interitum afferens, qvid non deſtruit ac conſumit? *Omnia* enim *orta occidunt, & aucta ſeneſcunt.* Sal in Prolog. Jug. 71 Noſtrorum. 72 Deterior avis noſtris melioribus. 73 Pro-

74 Nos neqviores; 75 mox daturos
76 Progeniem vitioſiorem.

tulit, produxit. 74 Nos filios. 75 Qvi paulò pòſt progeniem pejorem edituri & progenituri ſumus. Hic obſerva elegantem gradationem in tribus verſiculis, à præterito tempore in futurum progredientem, hoc modo: Avis parentes parentibus nos, nobis noſtri liberi ſunt deteriores. 76 Liberos vitæ ſolutioris, qvàm patres fuerunt. Meton. adj.

Ode VII. Συμβουλευτική.

Ad ASTERIEN.

Conſolatur eam, de viri ſui abſentiâ mœſtam, monetqve, ut fidem conjugalem, ei datam, ſervet.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *QVid fles, Aſterie, qvem tibi 2 candidi*
3 Primo reſtituent Vere 2 Favonii,
4 Thynâ merce beatum,
5 Conſtanti juvenem fide

1 O Aſterie, qvid fles, id eſt, qvid flendo deſideras, vel luges Gygen juvenem conſtanti fide, qvem beatum Thynâ merce, candidi Favonii reſtituent tibi primo vere. 2 Venti Occidentales, id eſt, qvilibet venti, ſereni ac mites, efficientes cœlum candidum & ſerenum. Meton. effe. & Synecd. ſpe. nam *Frigora miteſcunt Zephyris*. Od. 7. l. 4. vel *candidi*, id eſt, læti & jucundi, ut *nigra* ferè omnia triſtia ſunt. 3 Novo Vere jam imminente reducent. 4 Ditiorem redditum ſive locupletatum mercibus Ponticis ex Bithyniâ Romam advectis. Catul. *Vix mi ipſe credens Thynam, atqve Bithynos Liqviſſe campos.* 5 In amore mutuo perſeverantem, nullamqve aliam præter te amantem.

6 Gygen

Gygen? 7 *Ille* 8 *Notis actus ad* 9 *Oricum,*
o *Poſt inſana Capræ ſidera,* 11 *frigidas*
Noctes non ſine multis
12 *Inſomnis lacrymis* 13 *agit.*
4 *Atqvi* 15 *ſollicitæ nuntius* 16 *hoſpitæ,*
7 *Suſpirare Chloen, & miſeram* 18 *tuis*
Dicens 18 *ignibus* 19 *uri,*

Amatorem tuum abſentem. 7 Gyges amator tuus. 8 Auſtris, id eſt, qvibuslibet ventis, pulſus. Synecd. gen. 9 Portum & oppidum in Epiro. 10 Poſtqvam Hœdi turbulenta ſidera pertulit, id eſt, poſt magnas tempeſtates Capræ occaſu excitatas. 11 Hyemali ſc tempore, & te lecti ſociâ carentes. 12 Non dormiens, vigilans, ſc. tui amoris impatientiâ & deſiderio. 13 Tranſigit. 14 Ordo eſt: Atqvi vafer nuncius ſollicitæ hoſpitæ, tentat *illam* mille modis, dicens, Chloën miſeram ſuſpirare, & uri tuis ignibus; & refert, ut perfida mulier impulerit Prœtum, credulum falſis criminibus, maturare necem Bellerophonti nimis caſto. Procatalepſis eſt, ubi Poëta ſuſpicionem Aſteries occupat. 15 Amatoris tui Gyges amore vehementer anxiæ. 16 Hoſpitæ ſuæ Chloes, qvæ amatorem tuum amat, id eſt, nuncius à Chloë ad amatorem tuum miſſus. 17 Amoris deſiderio ingemiſcere. 18 Eo amore, qvo tu amatorem tuum Gygen complecteris, qvi te qvoqve urit & macerat, ut Chloë non minus qvàm Aſterie in eodem Gyge laboraverit. Od. 27. l. 1. *Non erubeſcendis adurit* ignibus: & Od. 13. *arguens, Qvam lentis penitùs macerer* Ignibus. Virg. Ecl. 5. *Incipe, Mopſe, prior, ſi qvos aut Phyllidis* ignes, &c. Duplex ergo eſt Tropus: Prior eſt Metaph. pro amore, & in hoc Meton. adj. pro re amatâ, qvæ eſt maritus Gyges. 19 Tanqvam flammâ comburi. Metaph. Od. 14. Epod. Ureris *ipſe miſer.* Virg. Ecl. 2. *Me tamen* urit *amor.* 20 Conatur illum infinitis rationibus in alterius amorem protrahere.

20 Tentat mille 21 vafer modis.
22 Ut 23 Prœtum 24 mulier perfida credulum
Falſis 25 impulerit 26 criminibus, 27 nimis
Caſto 28 Bellerophonti
29 Maturare necem, 30 refert,
31 Narrat pæne 32 datum 33 Pelea Tartaro
34 Magneſſam Hyppoliten dum fugit 35 abſtinens;
36 Et peccare docentes
Fallax hiſtorias monet,

21 Ad perſvadendum callidus & aſtutus. Sat. 3. l. 2. *Qvo* vafer *ille pedes laviſſet Siſyphus ære.* 22 Affert exempla Bellerophontis & Pelei, qvi dum mulieres amantes ſpernunt, in maxima vitæ diſcrimina inciderunt. 23 Maritum ſuum. 24 Antæa adultera & mendax, Prœti uxor. Synecd. gen. 25 Sc. *eo.* 26 Criminationibus, delationibus. Sat. 3. l. 1. *ubi acris invidia, atqve vigent ubi* crimina. 27 Suâ abſtinentiâ nimiâ pericula ſibi accerſenti. 28 Glauci, Ephyræ regis, filio 29 Ut mortem acceleraret. Nam Bellerophon, cùm apud Prœtum, Argivorum regem, degeret, à reginâ Antæa de ſtupro ſibi inferendo ſollicitatus, cùm recuſaret, ab eadem apud maritum defertur, tanqvam qvi per vim ſtuprum offerre voluerit. Unde Bellerophon in ſumma pericula incidit. Sic Virg. 1. Æn. Maturate fugam, *regiqve hæc dicite veſtro,* &c. 30 Nuntius Chloës 31 Et nuntius Chloës præterea refert. 32 Ad Orcum demiſſum eſſe, id eſt, propè occiſum fuiſſe. 33 Æaci filium, Theſſaliæ regem. 34 Ex Magneſiâ, Theſſaliæ civitate, oriundam, Acaſti uxorem, Pelei amore captam. 35 Ab alterius conjuge, id eſt, nimis caſtus. Qvi & ipſe eodem modo apud maritum delatus, ab eodem, vindictam parante, in venatione armis exutus, ipſis feris dilacerandus objectus eſt, & vix à Chirone Vulcani machæra liberatus eſt. 36 Et idem ſubdolus ille nuntius monet ipſum, id eſt, narrat illi alias hiſtorias, qvæ ad adulterium committendum propter peri-

37 *Fruſtrà*

37 *Fruſtrà : nam ſcopulis ſurdior* 38 *Icari*
39 *Voces audit, adhuc* 40 *integer :* 41 *at tibi*
Nec vicinus Enipeus
Plus juſto placeat, cave :
42 *Qvamdis non alius* 43 *flectere eqvum ſciens*
Æqvè conſpicitur 44 *gramine Martio :*
Nec qvisqvam 45 *citus aqvè*
46 *Tuſco denatat alveo.*
47 *Primâ nocte domum* 48 *claude, neq;* 49 *in vias*

culi magnitudinem facilè aliqvem invitare doceant. 37 Atqvi fruſtrà hoc facit. 38 Scopulis Icarii maris, qvi ſunt immobiles & immutabiles. Significat enim Gygen non moveri, neqve flecti verbis nuntii illius à Chloë miſſi. *Surdus* ſcopulus dicitur per Meton. effecti negati, qvòd ſonitum non edat. 39 Verba nuntii ad perſvadendum vel maximè comparata. 40 Nondum illius alterius amore corruptus, ſed ab omni impudicitiâ immunis : ut Od. 4. l. 2. *Brachia, & vultum, tereteſqve ſuras* Integer laudo. Et Od. 4. l. 3. *& integræ Tentator Orion Dianæ.* 41 At verò cùm tu, ô Aſterie, hujusmodi conſtantem amatorem habeas, viciſſim vide, ne libidinoſus ille juvenis Enipeus, vicinus tuus, qvi te amat, nimis amabilis videatur. 42 Altera eſt προκατάληψις Enipéæ dexteritatis. 43 Qvi æqvè peritus ſit eqvum in gyrum flectendi, id eſt, eqvitandi. Virg. 9. Æn. Flectere *ludus eqvos, & ſpicula tendere cornu.* 44 In campo Martio, ubi tot qvotidiè Romani juvenes ſeſe exercent, ut eqvo uti benè ſcirent. Meton. adj. Od. 1. l. 1. *jam volucrem ſeqvor Te per* gramina Martii campi, &c. 45 Velociter. 46 In Tiberino fluvio, campo Martio vicino, qvi Tuſciam à Sabino dividit, ſecundo flumine deorsùm natat. In *alveo Tuſco* eſt Meton. ſubj. pro adj. eqvis Tiberis, id eſt, continens pro contento, id eſt, alveus, qvi eſt tanqvam lectus, pro aqvâ Tiberis in eo ſtratâ. 47 Noctis initio ſeu primâ noctis parte, ſtatim poſt crepuſculum. Synecd. integri. 48 Ut inviolatus tibi permaneat. 49 In plateas deorsùm aſpice ex illis ædi-

Sub 50 cantum 51 qverulæ 49 deſpice tibiæ:
52 Et te ſæpè vocanti
53 Duram, 54 difficilis mane.

bus tuis. 50 Sonitum. 51 Lamentabilis, qvâ Enipeus ſe amore tui perire conqveratur, teqve flectere & mitigare conetur, alii *qverulæ*. id eſt, molliter ſonantis. 52 Et, ô Aſterie, mane difficilis Enipeo, vocanti ſæpè te duram. 53 Sævam, moroſam & inexorabilem. Sic patres ſeveriores *duri* appellantur: ex qvo *duritas*. Cic. in Catone: *Qvanta in altero* duritas? 54 Sæva, inexorabilis & inexpugnabilis, χαλεπή. Sic Od. 10. l. 3. *Non te Penelopen* difficilem *procis Tyrrhenus genuit parens.*

Ode VIII. Ερωτηματική.

Ad MÆCENATEM.

Cum uxorem non habeat, nihilominus Kalendas Martias cur celebret, Mæcenas mirari non debet.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *MArtiis 2 cælebs qvid 3 agam 4 Kalendis,*
5 Qvid velint 6 florès, & 7 acerra thuris
Plena, miraris; 8 poſitusqve carbo in
Ceſpite vivo,

1 Ordo eſt: O Mæcenas, docte ſermones utriuſqve linguæ, tu miraris, qvid ego cœlebs agam Martiis Kalendis. 2 Qvi ſine uxore ſum. 3 Incipiam, qvi etiam ad ſacrificia me parem. 4 Qvibus mariti tantùm & matronæ pro conſervatione conjugii Junoni ſacrificabunt, 5 Anaphora. 6 Qvos ſparſi, inqve ſolenni ſacrificio adhibui. 7 Thuribulum, vel arcula, in qvâ thus ponebatur. 8 Et ignis impoſitus aris è vivo ceſpite erectis. Od. 19. l. 1. *Hic* vivum *mihi* ceſpitem,

9 *Docte ſermones* 10 *utriusqve linguæ:*
11 *Voveram dulces epulas, &* 12 *album*
13 *Libero* 14 *caprum, propè* 15 *funeratus*
Arboris ictu.
Hic dies, 16 *anno redeunte, feſtus,*
17 *Corticem aſtrictum pice* 18 *dimovebit*
Amphoræ 19 *fumum bibere* 20 *inſtitutæ*
21 *Conſule Tullo.*

hîc Verbenas, pueri, ponite. 9 Sic Od. ſeq. *Dulces docta modos, & citharæ ſciens* 10 Græcæ & Latinæ. 11 Sanctè promiſeram. Nunc ejus rei cauſam exponit, dicitqve privatâ religione ſe eum diem celebrare, non publicâ. 12 Diis ſuperis alba victima, inferis nigra immolabatur. 13 Baccho, conſervatori meo. 14 Qvòd vites rodere & infeſtare ſoleat, Baccho ſacrum. Virg. Georg. 2. *Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris Caditur.* 15 Mortuus ac ſepultus lapſu arboris in caput meum procumbentis. Vide Od. 13. l. 2. 16 Dies feſtus anniverſarius, anno vertente, id eſt, ſingulis annis, περιπλομένου ἐνιαυτοῦ. Sic Sat. 2. l. 2. *Sive diem feſtum rediens advexerit annus.* 17 Cooperculum, ne vinum evaporare potuerit pice illitum, id eſt, ſuperpicatum de amphorâ movebit, auferet, ut priſcum maximè vinum inde depromatur, id eſt, hoc die feſto vetuſtiſſima vini dolia relinentur. Amphora continebat vini ſextarios octo & qvadraginta. 18 Hyperbolica eſt Metaph. qvâ rei inanimatæ datur actus & animus. 19 Metaph. à rebus humidis & incenſis. 20 Qvæ poſita & ſtatuta eſt, ut ex vetuſtate fumum contraheret, ſive qvæ cœpta eſt fieri fumoſa, id eſt, vetuſta, intellige vinum valde vetuſtum, in utribus ita exſiccatum, ut depromi non poſſet, neqve bibi, niſi aqvâ dilutum ac temperatum. 21 L. Volcatius Tullus deſignatur, qvi fuit Conſul cum M. Æmilio Lepido. Meton. ſubj. pro adj. tempore dignitatis Conſularis. Præterea Synecd. finiti temporis, pro veterrimo vino. In amphoræ fundo no-

Sume, Mæcenas, 22 cyathos amici
23 Soſpitis centum, & 24 vigiles lucernas
Profer in lucem: procul omnis eſto
25 Clamor & ira.
26 Mitte civiles ſuper 27 Urbe curas.
28 Occidit 29 Daci Cotiſonis agmen:
30 Medus infeſtus ſibi luctuoſis
Diſſidet armis.
31 Servit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ
32 Cantaber, 33 ſerâ domitus catenâ:

men Conſulis ſcribebant, qvando vinum in cellâ vinariâ erat repoſitum, ad ſignificandam vini ætatem. Vide Od. 20. l. 1. 22 Capaciora pocula. 23 Vinum plurimum amici tui ab arboris illius caſu ſalvi & incolumis. Od. 36. l. 1. *Qvi nunc Heſperiâ* ſoſpes *ab ultimâ*, &c. Eſt hîc triplex Tropus: primùm Synecd. finiti, pro plurimis cyathis: deinde Meton. conti. pro plurimo vino contento: poſtremò Meton. in *amici* poſſidentis, pro re poſſeſsâ, id eſt, cyathos vini, qvod amicûs apponit. 24 Et extende ſive producito lucernas accenſas ſive totâ nocte non extinguendas, uſqve ad lucem, dum Sol exoriatur, id eſt, totam noctem compotemus. Metaph. ab animatis ad inanimata: vel *Vigiles*: id eſt, efficientes homines vigilantes, vel excitantes illos ad vigilias. Meton. effe. 25 Hoſtilis. Sic Od. 27 l. 1. *Lenite* clamorem *ſodales, Et cubito remanete preſſo.* 26 Omitte, relinqve. 27 De urbe Româ, id eſt, de negotiis publicis, rebusqve urbanis. Meton. ſubj. 28 Ad internecionem uſqve cæſum eſt. 29 Getarum regis, qvos Octavianus ſuperavit. 30 Medi & Parthi Romanorum hoſtes ſeditionibus civilibus ac propriis diſcordant, ideòqve nobis rebellare non poterunt. Synecd. ſing. pro plur. 31 Romanorum Imperio paret. 32 Cantabri populi erant Hiſpaniæ, qvos bellum ſex annos cum Romanis gerentes devicit Agrippa. 33 Tardâ ſervitute.

Jam

Iam Scythæ 34 *laxo meditantur arcu*
35 *Cedere campis.*
36 *Negligens, ne quâ populus laboret,*
Parce 37 *privatus nimiùm cavere, &*
38 *Dona præſentis rape lætus horæ, ac*
Linqve ſevera.

Od. 6. l. 2. *Cantabrum indoctum juga ferre noſtra.* 34 Non diſtento ampliùs, ſed remiſſo arcu, id eſt, armis depoſitis, ſive depoſita pugnandi voluntate. 35 E finibus Romanorum diſcedere. 36 Negligens eſto, non ſollicitus, ne in re aliqva populus Rom. tuâ operâ & conſilio indignus laboret. 37 Cùm magiſtratũ non geras, *parce*, i.e. nimis de illo ſollicitus eſſe deſine, & reliqvis etiam aliqvid curandum relinqve. 38 Occupa lætus, qvod præſens tempus tibi liberaliter indulget, illudqve in futurum tempus non differ, ſed omnium futurorum ſecurus, in convivio præſenti animo ſis. Od. 16. l. 2. *Lætus in præſens animus, qvod ultrà eſt, Oderit curare.* 39 Et res ſerias relinqve.

Ode IX. Ἀνταποδοτική, id eſt, Conſtans mutuâ reſponſione.

Ad LYDIAM.

Dialogus eſt de præteritis amoribus eisdemqve renovandis, inter Horatium & Lydiam.

Dicolos Diſtrophos.

HO. 1 *DOnec gratus eram tibi,*
Nec qviſqvam 2 *potior* 3 *brachia* 4 *candida*
Cervici juvenis dabat,

1 Qvamdiu tibi, ô Lydia, amabilis adhuc eram. 2 Mihi apud te prælatus, qvem pluris faceres. Od. 15. Epod. *Non feret aſſiduas* potiori *te dare noctes.* 3 Te amplexabatur, Et oſculabatur. 4 Pulchræ.

Perſa-

Perſarum 5 *vigui Rege beatior.*
LY. *Donec non aliam magis*
6 *Arſiſti, neqve erat Lydia* 7 *poſt Chloën,*
8 *Multi Lydia nominis*
Romanâ 9 *vigui clarior* 10 *Iliâ.*
HO. *Me* 11 *nunc* 12 *Threſſa Chloë* 13 *regit,*
Dulces docta 14 *modos, &* 15 *citharæ ſciens:*
Pro qvâ 16 *non metuam mori,*
17 *Si parcent* 18 *animæ fata ſuperſtiti.*
LY. 19 *Me* 20 *torret* 22 *face mutuâ*
22 *Thurini* 23 *Calaïs filius Ornithi:*
24 *Pro qvo bis patiar mori,*

5 Florui, vixi. Metaph. â plantis. 6 Qvamdiu nullam aliam magis amaſti, qvàm me. Metaph. ab ignibus. Virg. Ecl. 2. *Formoſam paſtor Corydon* ardebat *Alexin.* 7 Minùs dilecta qvàm Chloë: *vel,* neqve Chloën mihi anteponebas. 8 Ego Lydia nobilis & magnæ famæ. 9 Mihi felicior viſa fui. 10 Rheâ, Numitoris filiâ, Romuli & Remi matre. Od. 8. l. 4. *Qvid foret* Iliæ, *Mavortiſqve puer,* &c. 11 Poſtqvam amori tuo valedixi. 12 Ex Thraciâ puella. 13 Mihi imperat, & me habet, & ego ei ſervio tanqvam dominæ. Sic Od. 24. l. 3. *Nec dotata* regit *virum Conjux.* 14 Muſicæ numeros, *vel* cantilenas amatoriorum carminum. 15 Sic Od. 15. l. 1. *& Sthelenus* ciens *Pugnæ.* 16 Non recuſabo mori, libenter mortem oppetam. 17 Si meâ morte aſſeqvar, ut ſit mihi ſuperſtes. 18 Synecd. part. pro toti Chloë ſuperſtiti. 19 Lydiam. 20 Vehementer urit. Sic Od. 19. l. 3. *Me lentus Glyceræ* torret *amor meæ.* 21 Reciproco amore. Alleg. è Metaph. 22 Qvi ex Thurio civitate in ſinu Tarentino. 23 Nomen amatoris. 24 His verbis ſui in Calaim amoris magnitudinem declarat. cùm bis mori tamen poſſit nemo.

25 *Si parcent puero fata ſuperſtiti.*
HO. 26 *Qvid, ſi priſca redit* 27 *Venus?*
28 *Diductoſqve jugo cogit* 29 *aheneo?*
Si flava 30 *excutitur Chloë,*
31 *Rejectæqve patet janua Lydiæ?*
LY. *Qvanqvam ſidere* 32 *pulchrior*
33 *Ille eſt, tu* 34 *levior* 35 *cortice, &* 36 *improbo*
37 *Iracundior* 38 *Adriâ,*
39 *Tecum vivere* 40 *amem, tecũ* 41 *obeam libens.*

25 Si modò fata ei parcere velint, ut ſit ſuperſtes, & diutiùs vivendi tempus indulgeant. Anaphora. 26 Qvid ſi ô Lydia, priſcus atqve intermiſſus amor ad nos redit? In hiſce qyatuor interrogationibus eſt Apoſiopeſis, qvæ ſic explenda eſt: *aſſentireſ-ne?* 27 Amor. Meton. effic. 28 Noſqve divulſos & diſcordes rurſus conjungit firmiſſimo & indiſſolubili amoris vinculo? Metaph. à corporum disjunctione ad alienationem animorum. 29 Metaph. à rebus firmiſſimis & arctiſſimo vinculo compactis, qvæ diſſolvi & diſſociari non poſſunt. Sic *murum aheneum* dixit, Ep.1.l.1.& *turrim aheneam* Od.16. l. 3. 30 Ejicitur è pectore meo, tanqvam jugum vel onus? Ter. Eun. *homo* qvatietur *certè cum dono foràs.* 31 Tibi Lydiæ olim repudiatæ aditus & acceſſus ad me amatorem rursùs aperitur? 32 Splendidior. 33 Calais, qvem amo. 34 In amore. 35 Subere, qvod ob levitatem fertur ſuper aqvas. Sat. 4. l. 1. *nabis ſine cortice.* Synecd. gen. 36 Procelloſo. 37 Sævior. Translatio. Sic. Od. 2. Epod. *Nec horret* iratum *mare.* 38 Mari Adriatico. Vide. Od. 33. l. 1. 39 Anaphora. 40 Deſiderem. 41 Mortem ſc. id eſt, moriar.

Ode

Ode X. Πραγματική.

In LYCEN.

Lycen monet, ut poſitâ duritie ſibi ſupplici parcat.

Tricolos Tetraſtrophos.

EXtremum 1 Tanaim ſi biberes, Lyce,
Sævo nupta viro, me tamen 2 aſperas
3 Porrectum ante fores, 4 objicere incolis
Plorares Aqvilonibus.
Audis, qvo 5 ſtrepitu 6 januâ, qvo 7 nemus
Inter pulchra ſitum 8 tecta 9 remugiat
Ventis? 10 & poſitas ut glaciet nives

1 O Lyce, ſi remotiſſimum Scythiæ fluvium ad Caucaſum montem habitans biberes, id eſt, ſi in ultimâ Scythiâ aut Sarmatiâ nata eſſes ac viveres, atqve ita barbara eſſes, & crudeli viro, id eſt, Scythæ, nupta eſſes. Synecd. totius, pro illâ parte fluminis vicinâ Mœotidi paludi in orâ Scythicâ. Sic Virg. τροπικῶς locutus eſt Ecl. 1. *Aut* Ararim *Parthus bibet, aut Germania* Tigrin: Et Æn. 1. *priùs qvàm Pabula guſtaſſent Trojæ,* Xanthumqve *bibiſſent.* 2 Fores tuas puellæ aſperæ & inexorabilis. Tale eſt illud, *pavimentum ſuperbum.* Od. 14. l. 1. 3 Jacentem, extentum. Sat. 2. l. 2. *Si qvis ad ingentem frumenti ſemper acervum* Porrectus *vigilet.* 4 Plorando doleres, ſi exponeres me ventis Septentrionalibus, qvi in Scythiâ oriuntur. Plaut. Aulul. *Aqvam herclè* plorat, *cùm lavat,* profundere. 5 Ventorum. 6 Janua domus tuæ nocte impulſâ concitetur? 7 Viridarium. Feſtus ait, *nemora* propriè eſſe amœniores ſylvas. Rectè igitur Horatius hic de divitũ deliciis. Tibul. l. 3. El. 3. *Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos.* 8 Ædium tuarum. 9 Reſonet, ſtrepitu ſc. à vento excitato. Metaph. à bobus. Sic Od. 29. l. 3. *Non eſt meum, ſi* mugiat *Africis Malus procellis,* &c. 10 Et cernis qvomodo Jupiter, id eſt, aër, convertat ſive con-

11 *Pura*

11 *Puro lumine* 12 *Iupiter?*
13 *Ingratam* 14 *Veneri* 15 *pone* 16 *ſuperbiam;*
17 *Ne currente retrò funis eat rotâ.*
18 *Non te Penelopen difficilem procis*
Tyrrhenus genuit parens.
19 *O, qvamvis neqve te* 20 *munera, nec preces,*
Nec 21 *tinctus violâ pallor amantium,*
22 *Nec vir Pieriâ* 23 *pellice* 24 *ſaucius*
Curvat, 25 *ſupplicibus tuis*

ſtringat in glaciem nives ex aëre demiſſas & jacentes puro lumine, id eſt, operto & ſereno cœlo? qvod qvidem cœlum hiberno tempore frigidius eſt, qvàm nebuloſum aut caliginoſum, qvia nihil eſt, qvod frigus continere poſſit. 11 Metaph. 12 Meton.ſubj.pro frigido cœlo & aëre à Jove poſſeſſo. 13 Abominabilem. 14 Amorum Deæ. 15 Depone, relinqve. 16 Qvâ me amatorem tuum contemnis. 17 Ne funis, qvo rota fortunæ hactenùs ſecundo curſu feliciter tracta fuit, aliqvando retrocedat.& curſum ſuum flectat, tuqve ita immutatâ fortunâ rurſus contemnaris. Alleg. è continuatis Metaph. à rotis, fune circumactis, qvo rupto, rotæ retrocurrunt. 18 Tyrrhenus, id eſt,Italus pater tuus non genuit te talem, qvalis erat Penelope, Ulyſſis uxor, qvæ in ſuos amatores fuit ſæva & moroſa, qvos miris modis decepit. 19 O Lyce,exclamatio eſt optantis lenitatē mulieris vel obteſtantis. 20 A me amatore tibi miſſa. 21 Pallidus color amantium reliqvorum violacei coloris particeps. 22 Et qvamvis maritus tuus, qvi muſicæ, id eſt,fidicinæ pellicis amore vulneratus eſt, non te flectat & inclinet in amorem meum.Anaphora. 23 *Pellex* eſt ea, qvam maritus amat; ſemperqve refertur ad uxorem, ut pater ad filium.Cic. in Cluent. *Uxor generi, noverca filii, filia pellex.* 24 Metaph. à corporibus ad animum, qvi captus eſt amore pellicis: qvalis eſt in *curvat*, à flexibilibus rebus. 25 Amatoribus tamen tibi ſup-

Parvas

Parcas, 26 nec rigidâ mollior æſculo,
Nec 27 Mauris 28 animum mitior angvibus.
Non 29 hoc ſemper erit 30 liminis, aut 31 aqv
Cœleſtis patiens 29 latus.

plicantibus & flexis genibus te orantibus, te mitiorem exhibe, illorumqve miſerere. 26 Qvamvis etiam tu nihilo flexibilior es. 27 Mauritanis ſive Mauritaniæ ſerpentibus, id eſt, ſummè venenatis. Synecd. ſpe. 28 Qvoad animum tuum, id eſt, nec mitiorem & clementiorem animum habes. Helleniſmus. 29 Hoc meum corpus. Synecd. mem. 30 Januæ, in qvâ nocte recumbo. Synecd. part. 31 Pluviæ nocturno tempore è cœlo decidentis, id eſt, non ſemper ero juvenis, ut poſſim ſuper limen januæ tuæ cubare, idqve cœlo pluvioſo: noli igitur occaſionem amoris mei potiúndi præterire. Sic Ep. 1. l. 2. Cœleſtes *implorat* aqvas *doctâ prece blandus.*

Ode XI. Προσφωνητική.

Ad MERCURIUM.

Mercurium rogat, ut cantus ſibi dictet, qvibus animum Lydes flectat in ejus amorem, propoſitâ Danaidum fabulâ.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *MErcuri (nam te 2 docilis magiſtro*
Movit 3 Amphion lapides 4 canendo)
Tuqve 5 teſtudo, reſonare ſeptem

1 Lyræ inventor, & eloqventiæ Deus. Od. 10. l. 1. *Te canam magni Jovis, & Deorum Nuntium, curvæqve lyræ parentem.* Ordo eſt: O Mercuri, dic modos, qvibus Lydæ applicet aures obſtinatas. 2 Ad diſcendum facilis. 3 Amphion, Jovis ex Antiopâ filius, citharæ cantu traxit poſt ſe lapides, ex qvibus muri Thebani ſunt exſtructi. 4 Dum lyrâ à te inventâ canit. 5 Ex qvâ teſtudine Mercurius fe-

6 *Cal-*

6 Callida nervis:
7 Nec loqvax 8 olim, neqve 9 grata, nunc &
Divitum 10 menſis & 11 amica 12 templis,
13 Dic modos, Lyde qvibus 14 obſtinatas
Applicet aures.
Qvæ, velut 15 latis eqva 16 trima campis,
Ludit 17 exultim, 18 metuitqve tangi
19 Nuptiarum expers, & adhùc protervo
20 Cruda marito.
21 Tu potes 22 tigres, comiteſqve ſylvas
23 Ducere, & rivos celeres 24 morari.

cit lyram. Apoſtrophe ſive averſio ſermonis à Mercurio ad teſtudinem, id eſt, ad rem mutam & inanimatam, qvæ translatè dicitur *callida*, qvod ſicùt manus opere; ſic animus uſu concalluit. 6 Perita, qvæ callidè reſonare noviſti ſeptem chordis. 7 Qvæ non eras ſonora neqve vocalis, ſed muta. 8 Anteqvam Mercurius te chordis inſtruxiſſet. 9 Jucunda audientibus. 10 Conviviis. 11 Grata. 12 Deorum ſacris veteres Muſicam adhibebant. 13 Dic mihi amatorios cantus. 14 Duras, contumaces & à me averſas aures advertat, & ad cantilenas meas audiendas admoveat, id eſt, tuâ dulcedine Lyden puellam mihi concilia. 15 In campis ſpatioſis. 16 Trium annorum, adhùc juvencula. Non abſimilis alterius puellæ cum juvencâ comparatio Od. 5. l. 2. 17 Saltuatim, per ſaltationem. 18 Non vult ſe tangi, cavet ne tangatur. 19 Non nupta, ἄγαμος, ἀνύμφευτος. 20 Immatura ſive intempeſtiva petulanti viro amatori. Metaph. à fructibus immaturis. 21 O Lyra, vel, ô Mercuri. 22 Sic de Art. Poet. de Orpheo. *Dictus ob hoc lenire* tigres, *rabidoſqve leones.* 23 Tecum trahere. 24 Tuo ſonitu inhibere, tardare. Od. 12. l. 1. *Arte maternâ rapidos* morantem *Fluminum lapſus.*

25 Ceſſit 26 immanis tibi 27 blandienti
28 Ianitor 29 aulæ
30 Cerberus: qvamvis 31 furiale centum
32 Muniant angves 33 caput ejus, atqve
34 Spiritus teter, 35 ſanieſqve manet
Ore trilingvi.
Qvin & 36 Ixion 37 Tityoſqve vultu
38 Riſit 39 invito: 40 ſtetit 41 urna 42 paulùm

25 Locum dedit & conceſſit. 26 Ingentis, & vaſtæ aulæ, qvæ omnium mortalium eſt capax. 27 Blandè & ſvaviter canenti, cùm Orpheus uxorem ſuam Eurydicen ab inferis reduceret. Od. 19. l. 1. Blandum *& auritas fidibus canoris Ducere qvercus.* 28 Excubitor. 29 Inferorum. 30 Triceps ille canis infernalis. Vide Od. 13. l. 2. ubi eadem fermè accidiſſe Alcæo canenti apud inferos refert, qvæ hic Euridicen repetente Orpheo. Et Virg. Georg. 4. *Qvin ipſæ ſtupuére domus,* &c. 31 Horribile. 32 Cingant. 33 Triceps. 34 Anhelitus horridus & graveolens. 35 Et qvamvis atrum venenum, ſeu corruptus humor fluat ex ejus triplici ore. 36 Qvi Junoni ſtuprum inferre volens, ex objectâ nube Centauros progenuit, & ad inferos detruſus, & rotæ inter ſerpentes alligatus, aſſiduè & ſine reqvie circumagitur. Tibul. l. 1. *Illic Junonem tentare Ixionis auſi Verſantur celeri noxia membra rotâ.* 37 Immanis gigas, qvi Latonam de ſtupro compellans, ab Apolline ſagittis confoſſus eſt, & apud inferos continuò renaſcente jecore, ab aqvila dilacerandò & devorando, perpetuò punitur. *Tytios* eſt nominativus Græcus. Vide Od. 4. l. 3. 38 Orpheâ lyrâ canentem audiens. 39 Propter dolorem & cruciatum. 40 Qvievit, & Orphea fidibus canentem auſcultavit. 41 Urna filiarum Danai perforata, qvâ pertusâ ſine fundo dolia aqva implere perpetuò & irrito labore coguntur. Unde & *Danaidum dolium* proverbio celebratur pro inutili labore. Ad hoc dolium alludit Plaut. in Pſeud. *in pertuſum ingerimus dicta dolium: operam ludimus.* 42 Aliqvandiu.

43 *Sicca*

43 Sicca, dum grato Danaï 44 puellas
45 Carmine mulces.
Audiat Lyde 46 ſcelus, atqve 47 notas
Virginum 48 pœnas, 49 & inane lymphæ
Dolium 50 fundo pereuntis imo,
Seraqve 51 fata,
52 Qvæ manent culpas etiam ſub Orco:
53 Impiæ (nam qvid 54 potuére 55 majus?)
Impiæ 56 ſponſos potuêre duro
Perdere 57 ferro.
58 Una de multis 59 face nuptiali

43 A labore ceſſans, i. e. Danaï filiæ laborē ſuum intermiſerunt. 44 Filias. Vulgò *Danaides* vocantur, à patre Danao, ut ab avo Belo etiam *Belides*. 45 Gratâ lyrâ per Orphea oblectas. 46 Danai filiarum, qvæ 50 numero ſuos ſponſos, totidem Ægypti patrui filios, unâ nocte juſſu patris trucidârunt. 47 Omnibus hominibus ſatis cognitas; aut inſignes. 48 Qvas pœnas Danaides apud inferos luant. 49 Et audiat dolium illud, qvod aqvæ, urnis perforatis infuſæ vacuum, & aqvæ nunqvam plenum eſt. 50 Evaneſcentis in imo fundo, qvo caret dolium, cum ibi conſiſtere non poſſit. 51 Et fatales illas ſeu fato decretas ſeu deſtinatas, & ſempiternas pœnas qvamvis tardas, nunqvam tamen irritas: *Vel*, qvibus viventes etiam affici oportuerat. Meton. effic. 52 Qvæ hominum peccata & ſcelera non qvidem properant, ſed exſpectant ſcelera etiam poſt mortem ſub Orco luenda, ſeu potiùs ſceleratos ipſos, ne qvis ſc. poſt mortem culpâ ſimul & pœnâ ſe liberatum iri confidat. 93 Sceleratæ ſorores ſponſæ. Epizeuxis. Eodem pertinet repetitum *potuére*. 54 Admittere in ſe. 55 Peccatum & ſcelus. 56 Novos maritos ſuos. 57 Crudeli gladio: qvod ſcelus omnia ſcelera longè ſuperat. Meton. mat. 58 Hypermneſtra ex qvinqvaginta ſororibus ſive Danai filiabus ſola ſuo pepercit viro Lynceo. 59 Honore

Digna 60 *periurum fuit in parentem*
61 *Splendidè mendax, & in omne* 62 *virgo*
Nobilis 63 *ævum.*
64 *Surge* 65 (*qvæ dixit* 66 *juveni marito*)
Surge, ne 67 *longus tibi ſomnus,* 68 *unde*
Non times, 69 *detur:* 70 *ſocerum, &* 71 *ſceleſtas*
72 *Falle ſorores.*
Qvæ, velut 73 *nactæ vitulos leænæ,*
74 *Singulos* [75 *eheu!*] *lacerant: ego* 76 *illis*
77 *Mollior, nec te* 78 *feriam,* 79 *nec intrà*
Clauſtra tenebo.

matrimonii: qvinqve enim faces ſponſæ veſperi præferebantur. Meton. adj 60 Qvi eos, qvibus filias deſponderat, trucidaverit, fratremqve defraudaverit. 61 Laudabiliter, gloriosè ac decenter: cui ſc. pollicita ſe ſponſum ſuum trucidaturam, non præſtitit. Honeſtum autem eſt pro juſtitiâ mentiri, in iis præſertim, qvæ ſunt contra Deum & naturam. 62 Mulier. 63 Tempus. 64 Epizeuxis, ac præterea levis apparatus ad Propoſopœiam, ubi Hypermneſtra admonens Lynceum maritum ſuum de qværendâ citò ſibi ſalute, & illum excitans è ſomno inducitur. 65 Hypermneſtra. 66 Vel ex ſomnolentiâ, vel ex amore moras nectenti. 67 Mors, μακρὸς ὕπνος ut Od. 24. l. I. *perpetuus ſopor.* Metaph. 68 A qvo. 69 inferatur à ſocero tuo, parente meo, & ne cogaris æternùm dormire. 70 Danaum. 71 Sangvine contaminatas, μιαιφόνους. 72 Fugiendo decipe, λάθε, late, Od. 10. l. I. 73 In cibum: 74 Sponſos ſuos, tuos fratres, ſuum qvæqve ſeparatim immaniter trucidat. 75 Exclamatio Hypermneſtræ per commiſerationem. 76 Sororibus meis. 77 Mitior, humanior. 78 Ferro necabo. 79 Nec te tàm diu, dùm pater te dilaceratum veniat, in clauſtris cubiculi & in conclavi hoc clauſum tenebo, ſed periculum effu-

80 Me pater 81 ſævis 82 oneret catenis,
Qvòd viro 83 clemens miſero peperci:
Me vel 84 extremos Numidarum in agros
85 Claſſe releget.
86 I, pedes qvo te 87 rapiunt, & 88 auræ:
Dum 89 favet 90 nox, & 91 Venus, 92 I ſecundo
Omine, & 93 noſtri memorem 94 ſepulchro
95 Sculpe 96 querelam.

gere finam. Anaphora. 80 Anaphora. 81 in vincula conjiciat. 82 Vinciat & gravet. 83 Clementem me præbui in eo, qvòd tibi peperci. 84 Ultimos, id eſt, in loca maximè deſerta, & hominum freqventiâ vacua. 85 Navibus in exilium pellat, longiſſimèqve à patriâ removeat. 76 Tu modo fugam accelera, ſive terra, ſive mari iter facere voles. 87 Abducunt. 88 Et qvò venti te navibus affectum velociter abripiunt. 89 Tibi. 90 Qvâ opportunior fugiendi occaſio tibi conceditur. Ab opportunitate temporis. 91 Noſtrum amantium dux & tutelaris Dea: vel *Venus*, id eſt, amor in te meus. 92 Felici augurio abi. 93 Mei tuiqve memorem, id eſt, qvæ memoriam noſtri qvàm maximè longam efficiat: *Vel*, cujus memoria, ob vitam tuam ſervatam, ſit ſempiterna. 94 Deſtinctæ. 95 Incide in Epitaphio. 96 De amoribus noſtris tam miſerè divulſis.

Ode XII. Παραινετική.

Ad NEOBULEN.

Neobule Hebri adoleſcentis amore capta, vitam agit inertem, & deſidioſam.

Dicolos Diſtrophos.

1 *MIſerarum eſt, neqve amori* 2 *dare ludum,*
Neqve dulci 3 *mala vino lavere: aut* 4 *ex-*
animari, metuentes 5 *patruæ verbera* 6 *linguæ.*
Tibi 7 *qvalum* 8 *Cytherea puer* 9 *ales,*
10 *Tibi* 11 *telas, operoſæqve Minervæ*
12 *Studium* 13 *aufert, Neobule,* 14 *Liparæi* 15 *nitor*
17 *Eqves ipſo* 18 *melior* 19 *Bellerophonte,* (16 *Hebri:*
Neqve 20 *pugno, neqve* 21 *ſegni pede victus.*

1 O Neobule, miſeræ ſunt puellæ, qvæ in amore cum amatore non aliqvando colludunt, neqve voluptatem capiunt, neqve vino ſic exhilarantur, ut à ſe pellant curas: aut qvæ metu exanimantur propter patrui objurgationes: ſolet enim patruus fratris liberos ſeverius reprehendere, qvam pater ipſe. 2 Indulgere. Plaut. *Ego* dare *me* ludum *meo gnato inſtitui.* 3 Omnia amoris adverſa dulci vini potu diluere ſive abſtergere, omniumqve curarum oblıviſci: à *lavo, is,* tertiæ conjugationis. Metaph. à rebus ſordidis & obſcœnis, qvæ ſolent aqvâ dului. 4 Perturbari, cruciari. Sic Sat. 4. l. 1. *avidos vicinum fumus ut ægros* Exanimat, *mortisqve metu ſibi parcere cogit.* 5 Caſtigationes & objurgationes patruorum vel parentum, qvi acerrimi morum cenſores ſunt. Metaph. à moribus patruorum. 6 Meton. effic. 7 Calathum ſeu ciſtellam, id eſt, lanificium. 8 Filius Veneris. 9 Cupido alatus, qvi animum tuum juvenis cujusdam amore accendit. Synecd. gen. 10 Anaphora. 11 Texendi ſtudium. Periphr. Synecd. artis textoriæ. 12 Et exercitium lanificii, cui maximè præeſt ſedula & diligens Dea Minerva. 13 Adimit, è manibus excutit. 14 Ex Liparâ inſula oriundi. 15 Pulchritudo. 16 Juvenis illius, qvem perditè amas. 17 Ordo eſt: Simul lavit humeros unctos in undis Tiberinis, eqves melior, &c. 18 Præſtantior eſt. 19 Qvi eqvo alato Pegaſo inſidens Chimeram occidit. 20 Arte pugili. 21 Curſu pe-

22 *Simul* 23 *unctos Tiberinis humeros* 24 *lavit in un-* *(dis:*
25 *Catus idem* 26 *per apertum fugientes*
27 *Agitato grege cervos jaculari, &*
28 *Celer* 29 *alto* 30 *latitantem* 31 *fruticeto* 28 *ex-*
cipere aprum.

deſtri ab alio unqvam ſuperatus fuit, id eſt, qvi fuit præſtantiſſimus & pugil, & curſor. 22 Simulac, mox ubi. 23 Poſt exercitia campeſtria oleo delibutos. 24 Abluit & abſterſit. 25 Idem Hebrus ingenioſus & peritus jaculandi, id eſt, jaculis configendi cervos. Significat Horatius, hunc juvenem eſſe etiam præſtantem venatorem. 26 Per campum non arboribus conſitum. 27 Agminatim fugiente. 28 Qvi Hebrus etiam velox eſt ad excipiendum ſagittis & venabulo aprum, & ex inſidiis conficiendum. *Excipere*, verbum eſt proprium venatorum, δέχεσθαι dicunt Græci. Virg. Ecl. 3. *Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum* Excipere inſidiis? Idem 6. Æn. *Æmulus* exceptum *Triton* (*ſi credere dignum eſt*) *Inter ſaxa virum ſpumoſâ immerſerat undâ.* 29 Al. *Arcto*, id eſt, denſo. 30 Seſe abſcondentem. 31 Virgulto, vel loco, ubi multi frutices creſcunt.

Ode XIII. Προσευκτική.
Ad FONTEM BLANDUSIÆ.

Sacrificium fonti promittit, ejusqve amœnitatem ſummoperè commendat.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 O *Fons Blanduſiæ*, 2 *ſplendidior vitro,*
3 *Dulci digne mero, non ſine* 4 *floribus;*

1 Erat hic fons in agro ejus Sabino. 2 Pellucidior & purior, διαφανέστερος. Sic Od. 18. l. 1. *fides pellucidior vitro.* Metaph. à lumine. 3 Qvod cum ſplendidâ tuâ aqvâ miſceatur: vel potiùs, digne mero in ſacrificiis exhibito. Veteres enim fontibus ſacrificabant tanqvàm Diis, qvòd in iis aliqvid eximium eſſe crederent. Vide Od. 1. l. 1. 4 Sertis, qvibus veteres

Cras 5 donaberis 6 hœdo,
7 Cui frons turgida cornibus
8 Primis, & 9 Venerem, & 10 prælia 11 deſtinat
12 Fruſtrà: nam gelidos 13 inficiet tibi
Rubro 14 ſangvine 15 rivos
16 Laſcivi ſoboles 17 gregis,
18 Te 19 flagrantis 20 atrox hora 21 Caniculæ
22 Neſcit tangere: tu 23 frigus amabile
Feſſis 24 vomere tauris
25 Præbes, & 26 pecori vago.

ſpargebant fontes, &c., qvibus hoſtias coronabant. 5 A me. 6 In ſacrificium offerendo & mactando, id eſt, cras tibi hœdus à me immolabitur. 7 Qvi hœdus frontem tumore aliqvo, ex qvo cornua mox erumpunt, tumidam habet. 8 Jam primùm naſcentibus, erumpentibus. 9 Exercere admiſſuram & fœturam. Meton. effic. 10 Propter illam Venerem cum alio hœdo adverſario præliari, Metaph. à bello. 11 Conſtituit apud ſe, & meditatur. Verbum *deſtinandi* eſt conſilii & judicii: ſed qvia hic tribuitur beſtiæ utriusqve experti, Metaph. eſt inde. 12 Ut qvi cras occidendus, & immolandus eſt. 13 Colorabit, tinget, alioqve colore imbuet in tuum honorem. Sic ſuprà Od. 6. Infecit *aqvor ſangvine Punico.* 14 Suo. 15 Tuos. 16 Libidinoſi, luxurioſi: eſt enim capra animal laſcivum. Virg. Ecl. 2. *Florentem cythiſum ſeqvitur* laſciva *capella.* 17 Hircorum ſc. id eſt, hœdus. 18 Polyptoton. 19 Ardentis, maximoſqve calores excitantis. 20 Noxium & peſtiferum tempus. 21 Dies ſideris illius exorientis. 16 Kalendas Auguſti, occidentis poſt dies 40. qvi & *Caniculares* inde appellantur. Synecd. part. 22 Neqvit ad te penetrare calore ſuo. 23 Delectabilem frigidum aqvæ potum. 24 Aratro. 25 Largiris, ſuppeditas, πορίζεις. Od. 6. l. 2. *Ver ubi longum, tepidasqve* præbet *Jupiter brumas.* Ter. in Hecyr. *Nihil apud me tibi defieri patiar, qvin, qvod opus ſit, benignè* præbeatur. 26 Ovibus & capellis liberè paſcentibus,

27 Fiet

27 Fies nobilium tu qvoqve fontium,
Me 28 dicente 29 cavis 30 impoſitam ilicem
Saxis, 31 unde 32 loqvaces
Lymphæ 33 deſiliunt tuæ.

varièqve diſcurſantibus. 27 Tu qvoqve, ô fons Blanduſiæ, adſcriberis & numeraberis in numerum nobilium fontium. 28 Carmine aliqvo laudante. 29 Antroſis. 30 Innatam. 31 Ex qvibus ſaxis. 32 Cum murmure labentes ac ſonantes. Metaph. ab hominibus ad inanimata. 33 Defluunt, decurrunt.

Ode XIV. Παραινετική.

Ad POPULUM ROM.

Hæc Ode laudes continet Auguſti, ex Hiſpaniâ, devictis Cantabris, revertentis.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 Herculis ritu modò dictus, 2 ô plebs,
3 Morte venalem petiiſſe 4 laurum,

1 Ut olim Hercules. Nam velut ille Jovis & Alcmenæ filius ſummis periculis exantlatis, poſt interfectum tergeminum illum Geryona maximâ boum copiâ, multiſqve ſpoliis dives & ſuperbus in Italiam revertens, in documentum Hiſpaniæ, à ſe devictæ, duas columnas poſt ſe poſitas reliqvit: Ita etiam Auguſtus, tot annorum bellis hoſtibus tandem ſuperatis, glorioſiſſimum triumphum agens ad ſuos revertitur. Ordo eſt: O plebs, Cæſar modò dictus petiiſſe laurum venalem morte, victor ab Hiſpana ora repetit penates ritu Herculis. 2 O cives Romani. 3 Cum ſummis vitæ periculis emendam. Od. 16. l. 2. *non gemmis neqve purpurâ venale, nec auro.* 4 Victoriam de Cantabris, ferociſſimis Hiſpaniæ populis: lauro enim coronabantur victores. Meton ſigni.

5 Cæſar Hiſpanâ repetit 6 Penates
Victor ab orâ.
7 Unico gaudens 8 mulier marito
Prodeat, 9 juſtis 10 operata Divis,
Et 11 ſoror clari ducis, 12 & decoræ
Supplice vittâ.
Virginum matres, 13 juvenumqve nuper
Soſpitum: vos ô pueri, & puellæ, &
14 Jam virûm expertæ, malè nominatis
15 Parcite verbis.

5 Auguſtus victor & triumphator domum & in patriam ſuam Romam ab extremâ Hiſpanicâ orâ redit, ſeqve glorioſiſſimè ſuis reſtituit. 6 Meton. adj. pro domo, ubi Dii domeſtici aſſervantur & coluntur. 7 Matrona caſta & pudica, maximè Livia Druſilla Auguſti uxor, qvæ unico marito eſt contēta, procedat ad Deorum aras. Varia eſt Apoſtr. ad privatas & certas perſonas diverſi ſexus & ætatis, licet eas alloqvatur in tertiis perſonis: qvas ſigillatim hortatur ad ſacra Diis facienda. 8 Synecd. gen. pro Liviâ Druſillâ. 9 Diis patriis, uſuqve ac conſvetudine receptis; *Vel*, qvi tam inſignem Cæſari merenti victoriam annuerint; *Vel*, debita & juſta pro ſuâ fortitudine præſtantibus. 10 Sacra faciens & victimas offerens. Virg. Georg. 1. *lætis* operatus *in herbis*. Tibul. l. 2. El. 5. *Tunc* operata *Deo pubes diſcumbat in herbâ, Arboris antiqvæ qvà levis umbra cadet*. Et Octavia magni ducis Auguſti Cæſaris ſoror, M. Vipſanii Agrippæ uxor. Synecd. gen. ut in *ducis*. 12 Et fæminæ vel matronæ reliqvæ veſtitu ſive habitu matronâli in ſacrificiis convenienti exornatæ ſacrificent. 13 Et matres juvenum militum, qvi nuper è tam periculoſo bello Cantabrico ſalvi cum Auguſto in patriam redierunt. 14 Nuptæ. Contrà Od. 2. ſuprà: *Nuptiarum expers*. 15 A malis verbis ſeu imprecationibus, litibus, jur-

16 *Hic*

16 Hic dies 17 vere mihi 18 feſtus 19 atras
20 Eximet curas: ego nec 21 tumultum,
22 Nec mori 23 per vim metuam, tenente
Cæſare terras.
I, 25 pete 26 unguentum puer, & 27 coronas,
28 Et cadum 29 Marſi 30 memorem duelli,
31 Spartacum ſi 32 qva, potuit 33 vagantem
34 Fallere 35 teſta.
36 Dic & argutæ properet Neæræ

giis abſtinete, favete lingvis, bona verba dicite, εὐφημεῖτε. Religioſè enim cavebant veteres, ne qvid dictu factuqve inauſpicatum inter ſacra accideret. Vide Od. 11. hujus libri. 16 Qvo tam glorioſus triumphus inſtituitur. 17 Non ſimulatè. 18 Sacer. 19 Triſtes, mordaces, omneſqve ingratas ſollicitudines, qvæ atram bilem excitare, homineſqve triſtes efficere valeant. Meton eſſe. Sic Od. 1. hujus lib. *Poſt eqvitem ſedet* atra cura. 20 Ex animo meo tollet. 21 Civilis belli furorem nec ſedititiones. 22 Anaphora. 23 Non naturali morte in bellico tumultu. 24 Auguſto terrarum imperium obtinente, κρατοῦντος τῆς γῆς. 25 Adfer mihi ad futura convivia & lætitias. Apoſtrophe ad miniſtrum. 26 Qvo Cæſaries mea madefiat. 27 Serta, qvibus exorner. 28 Et cadum vetuſtiſſimi vini, qvi bello Marſico (qvod cum Romanis geſtum eſt à Marſis primùm, duce Popedio, cupiditate adipiſcendæ urbis Romæ) ante ſeptuaginta annos in cella promptuariâ conditus eſt. 29 Idem qvod bellum Italicum & Sociale. 30 Metaph. qvâ tribuitur ſenſus & recordatio rei inanimatæ. 31 Qvi ſedecim annis poſt bellum Marſicum, confluente ſervorum fugitivorum multitudine, omnia paſſim vina populabundus diripuit & aſſumpſit. 32 Aliqvâ ratione. Virg. 1. Æn. Si qvà *fata ſinant*. 33 Italiam cæde, latrociniis & rapinis pervagantem. 34 Latere, evitare, λανθάνειν. 35 Cadus ſive dolium vini, qvod non cum fugitivis ſuis militibus ebiberit, ex eo mihi profer. 36 Dic etiam

37 *Myrrhe-*

37 *Myrrheum* 38 *nodo cohibere crinem:*
39 *Si per inviſum mora janitorem*
Fiet, abito.
Lenit albeſcens animos 40 *capillus,*
Litium, & rixæ cupidos protervæ.
41 *Non ego* 42 *hoc ferrem* 43 *calidus juventâ,*
44 *Conſule Planco.*

Neæræ canoræ fidicinæ, ut feſtinet colligere & religare crinem in nodum, ut veniat ſemicompta, nec capillos ſuos curioſè componat, ne mihi in morâ ſit. Vide Od. 11. l. 2. 37 Subflavum, myrrhei coloris, vel myrrha delibutum. Ejus enim non in ungventis modô, ſed in vino odorem commendarunt veteres. Tibul. l. 3. El. 4. *Stillabat Tyrio* myrrhea *rore coma.* 38 Od. 19. l. 2. dixit, *nodo coercere.* 39 Si non ſtatim moroſus janitor te intromittat, noli eſſe moleſtus, ſed abi tantùm. 40 Canus capitis mei capillus, id eſt, ſenectus mitigat animum meum, altercationum & litium aliàs cupidum. Q. d. Ego jam vergo ad ſenectutem, patienter idcircò feram Neæræ contumeliam, ſed in juventute ad ultionem deveniſſem. Meton. ſigni. 41 Ego in juvenili adhùc ætate conſtitutus non hoc tuliſſem. 42 Me à janitore aliqvo fuiſſe impeditum. 43 Fervidus & iracundus juventute. Sic de Art. Poët. *florente juventâ Fervidus*, id eſt juvenis. 44 L. Munatio Planco conſule, anno ab urbe conditâ 720. cùm eſſem trium & viginti annorum. Meton. ſubj. pro tempore Conſulis Planci.

Ode XV. Μεμπτικὴ, id eſt, ad reprehendendum comparata.

In CHLORIM.

Ut jam vetula, petulantiæ & libidini modum conſtituat.

Uxor

Dicolos Tetraſtrophos.

1 U*Xor pauperis Ibyci,*
2 Tandem nequitiæ ſige modum tuæ,
Famoſisqve laboribus,
Maturo propior deſine 3 funeri
Inter ludere virgines,
4 Et ſtellis nebulam ſpargere 5 candidis.
6 Non, ſi qvid Pholoën ſatis,
Et te, Chlori, decet. Filia rectiùs
7 Expugnat juvenum domos,
8 Pulſo Thyas uti concita tympano.
9 Illam cogit amor 10 Nothi

1 Tu Chlori, libidinoſa anus, qvæ uxor es tenuis illius honeſtiqve Ibyci. 2 Tandem pone ſive conſtitue finem incontinentiæ tuæ, & turpibus operibus adulteriiſqve tuis. *Famoſas* enim vocabant fœminas, qvæ ſtupro aut adulterio infames erant. Sic ſuprà Od. 3. *Famoſus hoſpes.* 3 Deſine inter puellas jocari, cùm jam propter grandiorem ætatem morti vicinior ſis, id eſt, anus decrepita. Meton. adj. pompæ & apparatus, pro ipsâ morte. Et deſine virginibus formoſis te vetulam atqve aridam admiſcere. Alleg. è continuatis Metaphoris. 5 Lucidis: nam ut tenebræ nigræ, ita lux candida eſt. 6 Non enim ſtatim, ſi qvid ſatis juvenem puellam Phloën, filiam tuam, decet & ornat, hoc etiam tibi, Chlori, deformi vetulæ matri ornamento eſt. Procatalepſis eſt ejus, qvod poſſet anus objicere. 7 Filia tua, ætate florens, multò rectiùs, qvàm tu, ad juvenum fores ultrò currit, inqve eas irrumpit; vel ſuâ pulchritudine ipſos juvenes ſibi dedi cogit, & captivos detinet. Metaph ab obſidentibus & capientibus urbes. Simile eſt, qvod Venerem Od. 1. l. 4. abire ad juvenum domos jubet. 8 Thyadi Bacchi ſacerdoti, ſimilis, qvæ tympanorum pulſu exaudito, Bacchico furore diſcurſat & vagatur. 9 Filiam tuam juvenculam. 10 Qvo Nothum juvenem deperit.

Laſciva

Laſcivæ ſimilem 11 *ludere capreæ.*
12 *Te lanæ* 13 *prope nobilem*
Tonſæ Luceriam, 14 *non citharæ, decent,*
13 *Nec flos purpureus roſæ,*
16 *Nec poti* 17 *vetulam fæce tenus cadi.*

11 Amatori ſuo colludere. 12 Ætas tua lanificio magis apta eſt, qvàm luxui & ebrietati. 13 Qvæ circa laudatam Luceriam, Appuliæ oppidum, ab ovibus detonſæ ſunt. Solenne enim, ut meretrices, inclinante ætate, à qvæſtu illo ad lanam ac colum tranſeant. Tibul. l. 1. El. 6. *Nam qvæ fida fuit nulli, aſt victa ſenectâ, Ducit inops tremulâ ſtamina torta manu.* 14 Non blandi amatorum cantus exornant. 15 Nec ſertum ex roſis. 16 Nec vaſa vini, uſqve ad fæcem more juniorum meretricum exhauſta & evacuata, te vetulam decent. Anaphora. 17. Al. *vetulâ fæce*; id eſt, veteri vino.

Ode XVI. Ὑποθετική.

Ad MÆCENATEM.

Auro omnia patent. Horatius verò contentus eſt ſuâ ſorte, unde beatus exiſtit.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *INcluſam* 2 *Danaën turris* 3 *ahenea,*
4 *Robuſtæqve fores, & 5 vigilum canum*
6 *Triſtes excubiæ.* 7 *munierant ſatis*
8 *Nocturnis ab adulteris:*

1 Turri. 2 Acriſii filiam. 3 Carcer validiſſimus. Metaph. 4 Et januæ ſolidæ, ferro atqve ære undiqve munitæ. 5 Per totam noctem vigilantium. 6 Severæ, qvæ Danaën triſtem reddebant. Meton. eſſe. 7 Cuſtodierant, ſatis munitam & tutam reddiderant. 8 Adversùs ſtupratores ſive adulteros nocturno tempore ad illam commeaturos, vel, noctu ſæpiùs ambu-

non 9 Acriſium, 10 virginis 11 abditæ
odem 12 pavidum, 13 Jupiter & 14 Venus
iſiſſent: 16 fore enim tutum iter & patens,
onverſo in 17 pretium Deo.
18 *Aurum per medios* 19 *ire* 20 *ſatellites,*
Et 21 *perrumpere* 22 *amat* 23 *ſaxa*, 2 *potentiùs*
Ictu fulmineo. 25 *Concidit* 26 *Auguris*

lantes. 9 Danaës patrem, Argivorum regem: qvi cùm ex oraculo didiciſſet, ſe à Nepote ex filiâ Danaë vitâ privatum iri, ſummâ curâ filiam ſuam cuſtodiit, ne qvis ad illam penetraret, à qvo gravida facta patrem morti daret. 10 Filiæ ſuæ Danaës. Synecd. gen. 11 In carcere. 12 Anxium, deqve ſuâ vitâ & ſalute ſollicitum. 13 In aurum mutatus, & per imbrem in ſinum Danaës infuſus. 14 Jovi auxilium ferens. 15 Irriſiſſent, illuſiſſent. 16 Illi enim Dii ſciebant aditum ad Danaën facilem & expeditum futurum, ſi Jupiter in aurum, ſtupri mercedem, mutatus eſſet, & ad eam aditum auro patefeciſſet. 17 Synecd. gen. pro aureâ mercede & imbre. 18 Nec anxiæ & ſollicitæ cuſtodiæ illam impedire poſſunt. Aurum enim, &c. Oſtendit Poëta, auri non ad pudicitiam ſolùm, ſed ad omnia humana expugnanda immenſam vim eſſe & potentiam, *nihilqve tàm ſanctum, qvod non violari, nihil tàm munitum, qvod non expugnari pecuniâ poſſit*: ut Cicero teſtatur. 19 Per Metaph. ab animatis datur motus rei inanimatæ. 20 Cuſtodes alicujus magni Principis aut Regis. 21 Frangere. 22 Solet, φιλεῖ. Od. 3. l. 2. *Umbram hoſpitalem conſociare* amant. 23 Loca munita, qvæ viribus expugnari non poſſunt. 24 Validius qvàm fulmineus ictus. Plin. l. 33. ſcribit, fulmen nunqvam qvinqve altiùs pedibus deſcendere in terram. At auri illa ſacra fames, ire nos in terræ viſcera, & in ſede manium illud qværere cogit. 25 Corruit. 26 Amphiarai vatis univerſa familia, ſc. ipſe, & uxor, & liberi. Synecd. gen.

Argivi

Argivi domus, 27 *ob lucrum*
28 *Demerſa* 29 *excidio*: 30 *diffidit urbium*
Portas 31 *vir Macedo*, *&* 32 *ſubruit* 33 *æmulos*

27 Ob aurum, ſeu ob aureum illud monile, qvod Eriphyle ejus uxor ab Ardaſto, fratre ſuo, acceperat. Cic. *Eriphylen accepimus in fabulis, eâ cupiditate fuiſſe, ut, cùm vidiſſet monile [opinor] ex auro & gemmis: pulchritudine ejus incenſa, ſalutem viri proderet.* 28 Funditùs everſa, terræ hiatu abſorpta. Metaph. ab aqvis, qvibus obrui miſerum eſt. Amphiaraus enim, cùm â Polynice ad bellum Trojanum, in qvo ſe periturum præſciebat, una proficiſci ſollicitaretur, ut belli illud periculum effugeret, ſeſe abſcondit: verùm propria uxor Eryphyle, Talai ex Eurynome filia, aureo monili ab Adraſto corrupta, ipſum Pynici prodidit. Qvi ad bellum Trojanum perductus, ibidem à terrâ abſorptus fuit. 29 Al. *exitio*. 30 Diviſit, perrupit, proſtravit. Arietis ergo loco ei munera fuêre. 31 Philippus rex Macedoniæ. Synecd. gen. Cic. l. 1. Epiſt. ad Attic: *Philippus, Alexandri Magni Pater, omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in qva aſellus, auro onuſtus, poſſit aſcendere.* Plutarchus in Paulo Æmilio ſcribit, traditum eſſe à veteribus hiſtoricis, non Philippum ſed ejus aurum Græciam ſubegiſſe, atqve evertiſſe: conſtatqve inter omnes, illum plures urbes auro, qvàm vi & ferro, cepiſſe. Nec mirum: ſiqvidem Apollinis Phythii oraculum conſulenti, reſponſum à Deo ad hunc modum ferunt: Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. Qvo verſu argenteis pugnanti haſtis victoria promittitur. His ergo inſtructus armis Philippus, Olynthum urbem, corrupto Laſthene proditore, cepit. 32 Proſtravit & evertit, qvi anteà ſtabant. Metaph. à cuniculis, qvibus fundamenta parietum evertuntur: ſic Philippus reges alios ſuæ dominationis æmulos muneribus expugnavit. 33 De regno & principatu inter ſeſe per æmulationem & invidiam

34 *Reges 35 muneribus: 36 munera navium*
Sævos 37 illaqveant duces.
Creſcentem 38 ſeqvitur 39 cura pecuniam,
40 *Majorumqve fames: 41 jure perhorrui*
42 *Latè conſpicuum tollere 43 verticem,*
Mæcenas, eqvitum decus.
Qvantò qviſqve ſibi plura 44 negaverit,

contendentes. 34 Græciæ. 35 Corruptos. Itaqve Val. Max. l. 7. c. 2. ſcribit, Philippum majore ex parte mercatorem Græciæ antè fuiſſe, qvàm victorem. Hoc appellat Ennius, *bellum cauponari.* 36 Munera irretiunt & corrumpunt immites navium gubernatores ſive præfectos, id eſt, piratas. Al. ſic exponunt: Munera navium, id eſt, merces peregrinæ, qvæ navibus ad nos advehuntur [ut *munera terræ,* & *munera maris*] ſævos duces illaqveant. 37 Metaph à venatoribus, qvi plagis & laqveis excipiunt illigatas & implicatas feras. 38 Perpetuò comitatur. 39 Anxietas & ſollicitudo ſervandi. Hanc curam exagitat Horat. Sat. 1. l. 1. *An vigilare metu exanimem, nocteſqve dîeſqve Formidare malos fures, incendia, ſervos, Ne te compilent fugientes, hoc juvat? horum Semper ego optarem pauperrimus eſſe bonorum.* 40 Et deſiderium ſive cupiditas plurimum pecuniarum. Sic Od. 24. hujus lib. *ſcilicet improbæ Creſcunt divitiæ tamen Curtæ neſcio qvid ſemper abeſt rei.* 41 O Mæcenas, eqvitum Romanorum ſplendor, hinc factum eſt, qvòd ego Horatius meritò metui caput meum attollere & evehere, id eſt, ad ſummas divitias, ſummos honores, & nimiam potentiam aſcendere. 42 Diffusè celebrem, atqve multis hominibus conſpicuum. 43 Opes, potentiam & honores. Metaph. 44 Suæ cupiditati denegaverit, id eſt, qvantò paucioribus contentus eſſe voluerit, ſuam cupiditatem refrænans, tantò majorem Deorum in ſe liberalitatem experietur, & tantò ditior ab illis reddetur: utpote jam contentus iis, qvæ habet.

A Dîs plura 45 *feret. Nil cupientium*
46 *Nudus* 47 *caſtra peto:* 48 *& transfuga* 49 *divitũ*
50 *Partes linqvere geſtio:*
51 *Contemptæ* 52 *dominus ſplendidior rei,*
53 *Qvàm ſi, qvicqvid arat* 54 *non piger* 55 *Appulus,*
56 *Occultare meis dicerer horreis,*
57 *Magnas inter opes inops.*
58 *Puræ rivus* 59 *aqvæ, ſylvaqve* 60 *jugerum*
Paucorum, & ſegetis 61 *certa fides meæ,*

45 Accipiet, auferet. Od. 8. l. 4. *neqve tu peſſima munerum* Ferres. Et Virg. Æn. 5. *& argenti magnum dat ferre talentum.* 46 Pauper, omnibusqve rebus externis exutus. 47 Conſortia. 48 Et tanqvam fugitivus ab uno exercitu in alium fugiendo tranſit. Translatio à re militari. 49 Qvi in maximis divitiis anxii ſunt. 50 Conſortia relinqvere cupio, neqve cum illis eſſe. 51 A divitibus, id eſt, pauperis & vilis. 52 Poſſeſſor ditior, dum ſecuro animo illâ fruor: Nam magis poſſidemus ea, qvæ contemnimus, qvàm ea, qvibus non utimur, ſi poſſidemus. 53 Qvàm ſi ditiſſimus eſſem. 54 Laborioſus, diligens Appulus ſerit ac metit. 55 Synecd. ſpe. pro qvovis impensè opulento. 56 Habere reconditum. 57 Et intereà ritu avarorum in magnis divitiis egenus viverem. Unde illud: Tam deeſt avaro qvod habet, qvàm qvod non habet. 58 Hæc mea tenuis & contempta res. Suas nunc divitias explicat Poëta, de qvibus Sat 6. l. 2. 59 In agro meo Sabino. 60 Qvæ pauca tantùm jugera ſuo ambitu continet. 61 Et ſpes fundi mei ejusqve annui proventus indubitata, qvæqve vanâ ſpe me nunqvam lactat, *vel*, fundus meus fidelis fallit, id eſt, latet eum, vel ignoratur ab eo, qvi Africæ imperio ſplendidus & ſuperbus, id eſt, qvi Africæ imperat, qvòd conditione melior ſit, id eſt, is, qvi toti Africæ imperat, neſcit rivum aqvæ purum, ſylvamqve brevem & anguſtam, & fundum fidelem,

Fulgen-

Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit ſorte beatior.
62 *Qvanqvam nec Calabræ mella* 63 *ferunt apes,*
Nec 64 *Læſtrygoniâ* 65 *Bacchus in amphorâ*
66 *Langveſcit mihi, nec* 67 *pingvia* 68 *Gallicis*
69 *Creſcunt vellera paſcuis:*
70 *Importuna tamen pauperies* 71 *abeſt:*
Nec, ſi plura 72 *velim,* 73 *tu dare deneges.*
Contracto meliùs parva 74 *cupidine*
Vectigalia porrigam,
Qvàm ſi Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem. Multa 77 *petentibus*

& reſpondentem votis agricolæ, plus valere ad vitam beatam comparandam, qvàm ſuas maximas opes, latiſſimumqve imperium; ut qvi Imperator ignorat, in rebus modicis vitam eſſe longè jucundiſſimam. 62 Procatalepſis eſt ſive occupatio rei objectandæ. 63 Mihi in Calabriâ ſunt flores apibus gratiſſimi. 64 Formianâ, à *Formiis*, oppido Campaniæ, ubi ſedes ſuas habuerunt Læſtrigones, populi immaniſſimi, ita ut humanâ carne veſcerentur. 65 Vinum Meton. effic. 66 Seneſcit, aceſcit, inqve vappam degenerat. Sic infrà Od. 20. *Promere* languidiora *vina*. 67 Craſſæ ac denſæ lanæ. 68 Scoin. 69 In ovibus. 70 Odioſa, moleſta, in qvâ nulla eſt reqvies, qvæ egentem importunum eſſe cogit. Sic alibi *argenti ſitim importunam* appellat. 71 A me. 72 Poſſidere. 73 O Mæcenas, qvæ ſingularis tua liberalitas eſt, plura mihi dare recuſes. 74 Refrenatâ & coërcitâ divitiarum cupiditate facilius tributum perſolvam ſive pendam, qvàm ſi Lydiam Phrygiæ adjungam, id eſt, qvàm ſi eſſem ditiſſimus. Metaphora à rebus corpore præditis, & Metonym. effic. 75 Phrygius. Mygdon enim Phrygiam tenuit. 76 Halyattæ, regis Lydiæ ditiſſimi, Crœſi patris. Synecd. periphr. Lydiæ. 77 Deſiderantibus.

Deſunt 78 multa: 79 benè eſt, cui Deus 80 obtuli
81 Parca, qvod ſatis eſt manu.

78 Epanalepſis. 79 Sc. *ei*, id eſt, ille contrà felix vivit, qv modicâ re contentus vivit. 80 Dedit. 81 Qvantum ſuffici ad vitam degendam.

Ode XVII. Παραινετική.

Ad ÆLIUM LAMIAM.

Lamiæ nobilitatem laudat, deinde admonet, ut diem craſtinum hilariter exigat.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *ÆLi, 2 vetuſto 3 nobilis ab 4 Lamo,*
[5 Qvando & 6 priores 7 hinc Lamias 8 ferunt
Denominatos, & 9 nepotum
10 Per memores genus omne faſtos]
Autore ab illo 11 ducis originem,
12 Qvi 13 Formiarum mœnia dicitur
14 Princeps, & 15 innantem 16 Maricæ

1 Æli Lamia. 2 Antiqviſſimo. 3 Genus tuum deducens generoſus es. 4 Formiarum vel Læſtrigonum rege, & conditore, Neptuni filio. 5 Siqvidem, qvandoqvidem. 6 parentes' tuos. 7 Ab hoc antiqvo Lamo. 8 Hiſtoriæ memorant nomen ſortitos. 9 Poſterorum ſuorum, tui & aliorum. Synecd. ſpe. 10 Per faſtorum libros ſive urbis Romæ annales [in qvibus res annuatim & breviter ad poſterorum memoriam notabantur] tuorum majorum crebram mentionem facientes, denominatum eſſe verè dicunt. Meton ſubj. 11 Deducis genus tuum. 12 Lamum intelligit. 13 Civitatis Campaniæ. 14 Primus: ut Od. 15. l. 1. *principi Limo*: & Od. 30. hujus lib. Princeps *Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.* 15 Influentem. Translatio à piſcibus animatis. 16 Nymphæ, Latini regis matris, uxoris Fauni: de

Litto-

Littoribus 17 *tenuiſſe* 18 *Lyrin,*
19 *Latè tyrannus:* 20 *cras* 21 *foliis nemus*
Multis, & 22 *algâ* 23 *littus inutili*
24 *Demiſſa tempeſtas ab Euro*
25 *Sternet,* 26 *aqvæ niſi* 27 *fallit* 28 *augur*
29 *Annoſa cornix:* 30 *dùm potes,* 31 *aridum*
32 *Compone lignum; cras* 33 *genium mero*
Curabis, & 34 *porco* 35 *bimeſtri,*
36 *Cum famulis operum ſolutis.*

qvâ Virg. 7. Æn. *Hunc* (Latinum) *Fauno, & Nymphâ genitum Laurente Maricâ.* 17 inhabitaſſe. 18 Fluvium, influentem in Minturnas oppidum Campaniæ, ubi Marica colitur. 19 Longè latèqve in Italia regnans, εὐρυκρείων. Virg. 1. Æn. *Hunc populum late regem belloqve ſuperbum,* &c. 20 Ordo eſt: Cras tempeſtas demiſſa ab Euro ſternet nemus multis foliis, & ſternet littus alga inutili. 21 Ab arboribus dejectis. 22 Herbâ marinâ nullius uſus, qvam mare ad littus projicit. Hinc proverbium, *Vilius algâ,* pro re viliſſimâ, & nullius pretii. 23 Maris. 24 Deorſum miſſa, agitata. 25 Extendet & complanabit. 26 Pluviæ. 27 Vaticinio ſuo me decipit. 28 Præſcia, prænuncia. 29 Ad multos annos vivens. 30 Dùm tibi per ætatem licet. 31 Siccum, qvod citò flammam concipiat. 32 Exſtrue & frigus propulſes, id eſt, facito ut focus tuus ſit luculentus. Od. 9. l. 1. *Diſſolve frigus, ligna ſuper foco Large reponens.* 33 Tuum. 34 Qvia porcellus eſt *animal,* ut ait Juvenal. *propter convivia natum.* 35 Duorum menſium, ad convivium ſc. cum familiaribus habendum, non ut Genio immoles. 36 Cum adminiſtris tuis otioſis, omnium operum vacuis.

37 Myrrheum 38 nodo cobibere crinem:
39 Si per inviſum mora janitorem
Fiet, abito.
Lenit albeſcens animos 40 capillus,
Litium, & rixæ cupidos protervæ.
41 Non ego 42 boc ferrem 43 calidus juventâ,
44 Conſule Planco.

Neæræ canoræ fidicinæ, ut feſtinet colligere & religare crinem in nodum, ut veniat ſemicompta, nec capillos ſuos curioſè componat, ne mihi in morâ ſit. Vide Od. 11. l. 2. 37 Subflavum, myrrhei coloris, vel myrrha delibutum. Ejus enim non in ungventis modô, ſed in vino odorem commendarunt veteres. Tibul. l. 3. El. 4. *Stillabat Tyrio* myrrhea *rore coma.* 38 Od. 19. l. 2. dixit, *nodo coercere.* 39 Si non ſtatim moroſus janitor te intromittat, noli eſſe moleſtus, ſed abi tantùm. 40 Canus capitis mei capillus, id eſt, ſenectus mitigat animum meum, altercationum & litium aliàs cupidum, Q. d. Ego jam vergo ad ſenectutem, patienter idcircò feram Neæræ contumeliam, ſed in juventute ad ultionem deveniſſem. Meton. ſigni. 41 Ego in juvenili adhùc ætate conſtitutus non hoc tuliſſem. 42 Me à janitore aliqvo fuiſſe impeditum. 43 Fervidus & iracundus juventute. Sic de Art. Poët. *florente juventâ Fervidus,* id eſt juvenis. 44 L. Munatio Planco conſule, anno ab urbe conditâ 720. cùm eſſem trium & viginti annorum. Meton. ſubj. pro tempore Conſulis Planci.

Ode XV. Μεμπτικὴ, id eſt, ad reprehendendum comparata.

In CHLORIM.

Ut jam vetula, petulantiæ & libidini modum conſtituat.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 U*Xor pauperis Ibyci,*
2 Tandem nequitiæ fige modum tuæ,
Famoſisqve laboribus,
Maturo propior deſine 3 funeri
Inter ludere virgines,
4 Et ſtellis nebulam ſpargere 5 candidis.
6 Non, ſi qvid Pholoën ſatis,
Et te, Chlori, decet. Filia rectiùs
7 Expugnat juvenum domos,
8 Pulſo Thyas uti concita tympano.
9 Illam cogit amor 10 *Nothi*

1 Tu Chlori, libidinoſa anus, qvæ uxor es tenuis illius honeſtiqve Ibyci. 2 Tandem pone ſive conſtitue finem incontinentiæ tuæ, & turpibus operibus adulteriiſqve tuis. *Famoſas* enim vocabant fœminas, qvæ ſtupro aut adulterio infames erant. Sic ſuprà Od. 3. *Famoſus hoſpes.* 3 Deſine inter puellas jocari, cùm jam propter grandiorem ætatem morti vicinior ſis, id eſt, anus decrepita. Meton. adj. pompæ & apparatus, pro ipsâ morte. Et deſine virginibus formoſis te vetulam atqve aridam admiſcere. Alleg. è continuatis Metaphoris. 5 Lucidis: nam ut tenebræ nigræ, ita lux candida eſt. 6 Non enim ſtatim, ſi qvid ſatis juvenem puellam Phloën, filiam tuam, decet & ornat, hoc etiam tibi, Chlori, deformi vetulæ matri ornamento eſt. Procatalepſis eſt ejus, qvod poſſet anus objicere. 7 Filia tua, ætate florens, multò rectiùs, qvàm tu, ad juvenum fores ultrò currit, inqve eas irrumpit; vel ſuâ pulchritudine ipſos juvenes ſibi dedi cogit, & captivos detinet. Metaph ab obſidentibus & capientibus urbes. Simile eſt, qvod Venerem Od. 1. l. 4. abire ad juvenum domos jubet. 8 Thyadi Bacchi ſacerdoti, ſimilis, qvæ tympanorum pulſu exaudito, Bacchico furore diſcurſat & vagatur. 9 Filiam tuam juvenculam. 10 Qvo Nothum juvenem deperit.

Laſciva

Laſcivæ ſimilem 11 *ludere capreæ.*
12 *Te lanæ* 13 *prope nobilem*
Tonſæ Luceriam, 14 *non citharæ, decent,*
13 *Nec flos purpureus roſæ,* 15
16 *Nec poti* 17 *vetulam fæce tenus cadi.*

11 Amatori ſuo colludere. 12 Ætas tua lanificio magis apta eſt, qvàm luxui & ebrietati. 13 Qvæ circa laudatam Luceriam, Appuliæ oppidum, ab ovibus detonſæ ſunt. Solenne enim, ut meretrices, inclinante ætate, à qvæſtu illo ad lanam ac colum tranſeant. Tibul. l. 1. El. 6. *Nam qvæ fida fuit nulli, aſt victa ſenectâ, Ducit inops tremulâ ſtamina torta manu.* 14 Non blandi amatorum cantus exornant. 15 Nec ſertum ex roſis. 16 Nec vaſa vini, uſqve ad fæcem more juniorum meretricum exhauſta & evacuata, te vetulam decent. Anaphora. 17 Al. *vetulâ fæce*, id eſt, veteri vino.

Ode XVI. Ὑποθετική.

Ad MÆCENATEM.

Auro omnia patent. Horatius verò contentus eſt ſuâ ſorte, unde beatus exiſtit.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *INcluſam* 2 *Danaën turris* 3 *ahenea,*
4 *Robuſtæqve fores, &* 5 *vigilum canum*
6 *Triſtes excubiæ* 7 *munierant ſatis*
8 *Nocturnis ab adulteris:*

1 Turri. 2 Acriſii filiam. 3 Carcer validiſſimus. Metaph. 4 Et januæ ſolidæ, ferro atqve ære undiqve munitæ. 5 Per totam noctem vigilantium. 6 Severæ, qvæ Danaën triſtem reddebant. Meton. eſſe. 7 Cuſtodierant, ſatis munitam & tutam reddiderant. 8 Adversùs ſtupratores ſive adulteros nocturno tempore ad illam commeaturos, vel, noctu ſæpiùs ambu-

Si

Si non 9 *Acriſium*, 10 *virginis* 11 *abditæ*
Cuſtodem 12 *pavidum*, 13 *Jupiter & 14 Venus*
15 *Riſiſſent* : 16 *fore enim tutum iter & patens,*
Converſo in 17 *pretium Deo.*
18 *Aurum per medios* 19 *ire* 20 *ſatellites,*
Et 21 *perrumpere* 22 *amat* 23 *ſaxa*, 2 *potentiùs*
Ictu fulmineo. 25 *Concidit* 26 *Auguris*

lantes. 9 Danaës patrem, Argivorum regem: qvi cùm ex oraculo didiciſſet, ſe à Nepote ex filiâ Danaë vitâ privatum iri, ſummâ curâ filiam ſuam cuſtodiit, ne qvis ad illam penetraret, à qvo gravida facta patrem morti daret. 10 Filiæ ſuæ Danaës. Synecd. gen. 11 In carcere. 12 Anxium, deqve ſuâ vitâ & ſalute ſollicitum. 13 In aurum mutatus, & per imbrem in ſinum Danaës infuſus. 14 Jovi auxilium ferens. 15 Irriſiſſent, illuſiſſent. 16 Illi enim Dii ſciebant aditum ad Danaën facilem & expeditum futurum, ſi Jupiter in aurum, ſtupri mercedem, mutatus eſſet, & ad eam aditum auro patefeciſſet. 17 Synecd. gen. pro aureâ mercede & imbre. 18 Nec anxiæ & ſollicitæ cuſtodiæ illam impedire poſſunt. Aurum enim, &c. Oſtendit Poëta, auri non ad pudicitiam ſolùm, ſed ad omnia humana expugnanda immenſam vim eſſe & potentiam, *nihilqve tàm ſanctum, qvod non violari, nihil tâm munitum, qvod non expugnari pecuniâ poſſit* : ut Cicero teſtatur. 19 Per Metaph. ab animatis datur motus rei inanimatæ. 20 Cuſtodes alicujus magni Principis aut Regis. 21 Frangere. 22 Solet, φιλεῖ. Od. 3. l. 2. *Umbram hoſpitalem conſociare* amant. 23 Loca munita, qvæ viribus expugnari non poſſunt. 24 Validius qvàm fulmineus ictus. Plin. l. 33. ſcribit, fulmen nunqvam qvinqve altiùs pedibus deſcendere in terram. At auri illa ſacra fames, ire nos in terræ viſcera, & in ſede manium illud qværere cogit. 25 Corruit. 26 Amphiarai vatis univerſa familia, ſc. ipſe, & uxor, & liberi. Synecd. gen.

Argivi

Argivi domus, 27 *ob lucrum*
28 *Demerſa* 29 *excidio*: 30 *diffidit urbium*
Portas 31 *vir Macedo*, *&* 32 *ſubruit* 33 *æmulos*

27 Ob aurum, ſeu ob aureum illud monile, qvod Eriphyle ejus uxor ab Ardaſto, fratre ſuo, acceperat. Cic. *Eriphylen accepimus in fabulis, eâ cupiditate fuiſſe, ut, cùm vidiſſet monile* [*opinor*] *ex auro & gemmis pulchritudine ejus incenſa, ſalutem viri proderet.* 28 Funditùs everſa, terræ hiatu abſorpta. Metaph. ab aqvis, qvibus obrui miſerum eſt. Amphiaraus enim, cùm â Polynice ad bellum Trojanum, in qvo ſe periturum præſciebat, una proficiſci ſollicitaretur, ut belli illud periculum effugeret, ſeſe abſcondit: verùm propria uxor Eryphyle, Talai ex Eurynome filia, aureo monili ab Adraſto corrupta, ipſum Pynici prodidit. Qvi ad bellum Trojanum perductus, ibidem à terrâ abſorptus fuit. 29 Al. *exitio.* 30 Diviſit, perrupit, proſtravit. Arietis ergo loco ei munera fuêre. 31 Philippus rex Macedoniæ. Synecd. gen. Cic. l. 1. Epiſt. ad Attic: *Philippus, Alexandri Magni Pater, omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in qva aſellus, auro onuſtus, poſſit aſcendere.* Plutarchus in Paulo Æmilio ſcribit, traditum eſſe à veteribus hiſtoricis, non Philippum ſed ejus aurum Græciam ſubegiſſe, atqve evertiſſe: conſtatqve inter omnes, illum plures urbes auro, qvàm vi & ferro, cepiſſe. Nec mirum: ſiqvidem Apollinis Phythii oraculum conſulenti, reſponſum à Deo ad hunc modum ferunt: Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. Qvo verſu argenteis pugnanti haſtis victoria promittitur. His ergo inſtructus armis Philippus, Olynthum urbem, corrupto Laſthene proditore, cepit. 32 Proſtravit & evertit, qvi anteà ſtabant. Metaph. à cuniculis, qvibus fundamenta parietum evertuntur: ſic Philippus reges alios ſuæ dominationis æmulos muneribus expugnavit. 33 De regno & principatu inter ſeſe per æmulationem & invidiam

34 Reges 35 *muneribus*: 36 *munera navium*
Sævos 37 *illaqveant duces.*
Creſcentem 38 *ſeqvitur* 39 *cura pecuniam,*
40 *Majorumqve fames*: 41 *jure perhorrui*
42 *Latè conſpicuum tollere* 43 *verticem,*
Mæcenas, eqvitum decus.
Qvantò qviſqve ſibi plura 44 *negaverit,*

contendentes. 34 Græciæ. 35 Corruptos. Itaqve Val. Max. l. 7. c. 2. ſcribit, Philippum majore ex parte mercatorem Græciæ antè fuiſſe, qvàm victorem. Hoc appellat Ennius, *bellum cauponari.* 36 Munera irretiunt & corrumpunt immites navium gubernatores ſive præfectos, id eſt, piratas. Al. ſic exponunt: Munera navium, id eſt, merces peregrinæ, qvæ navibus ad nos advehuntur [ut *munera terræ*, & *munera maris*] ſævos duces illaqveant. 37 Metaph à venatoribus, qvi plagis & laqveis excipiunt illigatas & implicatas feras. 38 Perpetuò comitatur. 39 Anxietas & ſollicitudo ſervandi. Hanc curam exagitat Horat. Sat. 1. l. 1. *An vigilare metu exanimem, noctesqve dieſqve Formidare malos fures, incendia, ſervos, Ne te compilent fugientes, hoc juvat? horum Semper ego optarem pauperrimus eſſe bonorum.* 40 Et deſiderium ſive cupiditas plurimum pecuniarum. Sic Od. 24. hujus lib. *ſcilicet improbæ Creſcunt divitiæ tamen Curtæ neſcio qvid ſemper abeſt rei.* 41 O Mæcenas, eqvitum Romanorum ſplendor, hinc factum eſt, qvòd ego Horatius meritò metui caput meum attollere & evehere, id eſt, ad ſummas divitias, ſummos honores, & nimiam potentiam aſcendere. 42 Diffusè celebrem, atqve multis hominibus conſpicuum. 43 Opes, potentiam & honores. Metaph. 44 Suæ cupiditati denegaverit, id eſt, qvantò paucioribus contentus eſſe voluerit, ſuam cupiditatem refrænans, tantò majorem Deorum in ſe liberalitatem experietur, & tantò ditior ab illis reddetur: utpote jam contentus iis, qvæ habet.

A Dîs plura 45 *feret. Nil cupientium*
46 *Nudus* 47 *caſtra peto:* 48 *& transfuga* 49 *divitum*
50 *Partes linqvere geſtio:*
51 *Contemptæ* 52 *dominus ſplendidior rei,*
53 *Qvàm ſi, qvicqvid arat* 54 *non piger* 55 *Appulus,*
56 *Occultare meis dicerer horreis,*
57 *Magnas inter opes inops.*
58 *Puræ rivus* 59 *aqvæ, ſylvaqve* 60 *jugerum*
Paucorum, & ſegetis 61 *certa fides mea,*

45 Accipiet, auferet. Od. 8. l. 4. *neqve tu peſſima munerum* Ferres. Et Virg. Æn. 5. *& argenti magnum dat ferre talentum.* 46 Pauper, omnibusqve rebus externis exutus. 47 Conſortia. 48 Et tanqvam fugitivus ab uno exercitu in alium fugiendo tranſit. Translatio à re militari. 49 Qvi in maximis divitiis anxii ſunt. 50 Conſortia relinqvere cupio, neqve cum illis eſſe. 51 A divitibus, id eſt, pauperis & vilis. 52 Poſſeſſor ditior, dum ſecuro animo illâ fruor: Nam magis poſſidemus ea, qvæ contemnimus, qvàm ea, qvibus non utimur, ſi poſſidemus. 53 Qvàm ſi ditiſſimus eſſem. 54 Laborioſus, diligens Appulus ſerit ac metit. 55 Synecd. ſpe. pro qvovis impensè opulento. 56 Habere reconditum. 57 Et intereà ritu avarorum in magnis divitiis egenus viverem. Unde illud: Tam deeſt avaro qvod habet, qvàm qvod non habet. 58 Hæc mea tenuis & contempta res. Suas nunc divitias explicat Poëta, de qvibus Sat 6. l. 2. 59 In agro meo Sabino. 60 Qvæ pauca tantùm jugera ſuo ambitu continet. 61 Et ſpes fundi mei ejusqve annui proventus indubitata, qvæqve vanâ ſpe me nunqvam lactat. *Vel*, fundus meus fidelis fallit, id eſt, latet eum, vel ignoratur ab eo, qvi Africæ imperio ſplendidus & ſuperbus, id eſt, qvi Africæ imperat, qvòd conditione melior ſit, id eſt, is, qvi toti Africæ imperat, neſcit rivum aqvæ purum, ſylvamqve brevem & anguſtam, & fundum fidelem,

Fulgen-

Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit ſorte beatior.
62 *Qvanqvam nec Calabræ mella* 63 *ferunt apes,*
Nec 64 *Læſtrygoniâ* 65 *Bacchus in amphorâ*
66 *Langveſcit mihi, nec* 67 *pingvia* 68 *Gallicis*
69 *Creſcunt vellera paſcuis:*
70 *Importuna tamen pauperies* 71 *abeſt:*
Nec, ſi plura 72 *velim,* 73 *tu dare deneges.*
Contracto meliùs parva 74 *cupidine*
Vectigalia porrigam,
Qvàm ſi Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem. Multa 77 *petentibus*

& reſpondentem votis agricolæ, plus valere ad vitam beatam comparandam, qvàm ſuas maximas opes, latiſſimumqve imperium; ut qvi Imperator ignorat, in rebus modicis vitam eſſe longè jucundiſſimam. 62 Procatalepſis eſt ſive occupatio rei objectandæ. 63 Mihi in Calabriâ ſunt flores apibus gratiſſimi. 64 Formianâ, à *Formiis*, oppido Campaniæ, ubi ſedes ſuas habuerunt Læſtrigones, populi immaniſſimi, ita ut humanâ carne veſcerentur. 65 Vinum Meton. effic. 66 Seneſcit, aceſcit, inqve vappam degenerat. Sic infrà Od. 20. *Promere* languidiora *vina*. 67 Craſſæ ac denſæ lanæ. 68 Sc. *in*. 69 In ovibus. 70 Odioſa, moleſta, in qvâ nulla eſt reqvies, qvæ egentem importunum eſſe cogit. Sic alibi *argenti ſitim importunam* appellat. 71 A me. 72 Poſſidere. 73 O Mæcenas, qvæ ſingularis tua liberalitas eſt, plura mihi dare recuſes. 74 Refrenatâ & coërcitâ divitiarum cupiditate facilius tributum perſolvam ſive pendam, qvàm ſi Lydiam Phrygiæ adjungam, id eſt, qvàm ſi eſſem ditiſſimus. Metaphora à rebus corpore præditis, & Metonym. effic. 75 Phrygius. Mygdon enim Phrygiam tenuit. 76 Halyattæ, regis Lydiæ ditiſſimi, Crœſi patris. Synecd. periphr. Lydiæ. 77 Deſiderantibus.

Deſunt 78 multa; 79 benè eſt, cui Deus 80 obtulit
81 Parca, qvod ſatis eſt manu.

78 Epanalepſis. 79 Sc. *ei*, id eſt, ille contrà felix vivit, qui modicâ re contentus vivit. 80 Dedit. 81 Qvantum ſufficit ad vitam degendam.

Ode XVII. Παραινετικὴ.

Ad ÆLIUM LAMIAM.

Lamiæ nobilitatem laudat, deinde admonet, ut diem craſtinum hilariter exigat.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *ÆLi, 2 vetuſto 3 nobilis ab 4 Lamo,*
[5 Qvando & 6 priores 7 hinc Lamias 8 ferunt
Denominatos, & 9 nepotum
10 Per memores genus omne faſtos]
Autore ab illo 11 ducis originem,
12 Qui 13 Formiarum mœnia dicitur
14 Princeps, & 15 innantem 16 Maricæ

1 Æli Lamia. 2 Antiqviſſimo. 3 Genus tuum deducens generoſus es. 4 Formiarum vel Læſtrigonum rege, & conditore, Neptuni filio. 5 Siqvidem, qvandoqvidem. 6 parentes tuos. 7 Ab hoc antiqvo Lamo. 8 Hiſtoriæ memorant nomen ſortitos. 9 Poſterorum ſuorum, tui & aliorum. Synecd. ſpe. 10 Per faſtorum libros ſive urbis Romæ annales [in qvibus res annuatim & breviter ad poſterorum memoriam notabantur] tuorum majorum crebram mentionem facientes, denominatum eſſe verè dicunt. Meton ſubj. 11 Deducis genus tuum. 12 Lamum intelligit. 13 Civitatis Campaniæ. 14 Primus: ut Od. 15. l. 1. *principi Limo*: & Od. 30. hujus lib. Princeps *Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.* 15 Influentem. Translatio à piſcibus animatis. 16 Nymphæ, Latini regis matris, uxoris Fauni: de

Littoribus 17 *tenuiſſe* 18 *Lyrin,*
19 *Latè tyrannus:* 20 *cras* 21 *foliis nemus*
Multis, & 22 *algâ* 23 *littus inutili*
24 *Demiſſa tempeſtas ab Euro*
25 *Sternet,* 26 *aqvæ niſi* 27 *fallit* 28 *augur*
29 *Annoſa cornix:* 30 *dùm potes,* 31 *aridum*
32 *Compone lignum; cras* 33 *genium mero*
Curabis, & 34 *porco* 35 *bimeſtri,*
36 *Cum famulis operum ſolutis.*

qvâ Virg. 7. Æn. *Hunc* (Latinum) *Fauno, & Nymphâ genitum Laurente Maricâ.* 17 inhabitaſſe. 18 Fluvium, influentem in Minturnas oppidum Campaniæ, ubi Marica colitur. 19 Longè latèqve in Italia regnans, εὐρυκρείων. Virg. 1. Æn. *Hinc populum* late regem *belloqve ſuperbum*, &c. 20 Ordo eſt: Cras tempeſtas demiſſa ab Euro ſternet nemus multis foliis, & ſternet littus alga inutili. 21 Ab arboribus dejectis. 22 Herbâ marinâ nullius uſus, qvam mare ad littus projicit. Hinc proverbium, *Vilius algâ*, pro re viliſſimâ, & nullius pretii. 23 Maris. 24 Deorſum miſſa, agitata. 25 Extendet & complanabit. 26 Pluviæ. 27 Vaticinio ſuo me decipit. 28 Præſcia, prænuncia. 29 Ad multos annos vivens. 30 Dùm tibi per ætatem licet. 31 Siccum, qvod citò flammam concipiat. 32 Exſtrue & frigus propulſes, id eſt, facito ut focus tuus ſit luculentus. Od. 9. l. 1. *Diſſolve frigus, ligna ſuper foco Largè reponens.* 33 Tuum. 34 Qvia porcellus eſt *animal*, ut ait Juvenal. *propter convivia natum.* 35 Duorum menſium, ad convivium ſc. cum familiaribus habendum, non ut Genio immoles. 36 Cum adminiſtris tuis otioſis, omnium operum vacuis.

Ode XVIII. Προσευκτικὴ, id eſt, ad precandum appoſita.

Ad FAUNUM.

Deum ſylveſtrem, infernum & peſtilentem, precatur, ut per ſuos tranſiens agros, ſibi ſuisqve ſit propitius: ac vult memorem eſſe eorum, qvæ qvotannis ipſe religiosè præſtat.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 FAune, Nympharum 2 3 fugientum amator,
Per meos 4 fines, & 5 aprica rura
Lenis 7 incedas, abeasqve parvis
Æqvus 8 alumnis:
6 Si tener 9 pleno 10 cadit hœdus anno,
Larga nec deſunt Veneris 11 ſodali
Vina 12 cratera, 13 vetus ara multo

1 Ruſticorum Deus. Huic Fauno (qvem Græci Pana appellant) ſacrificabant Romani Vere ineunte, & Nonis Decembribus. 2 Dryadum & Hamadryadum, qvæ ſylvarum ſunt & arborum. Synecd. gen. 3 Te fugientium, propter inſignem ſalacitatem tuam, ne virginitatem amitterent. 4 Agri in Sabinis. 5 Solis radiis illuſtrata & temperata. 6 Oro te ut tranſeas placidus & propitius, πρᾶος, ſine iracundiâ. 7 Epizeuxis. 8 Mitis, ἐπιεικὴς, nullamqve noxiam inferens parvis meis agnis & capris. Synecd. gen. 9 Exacto, completo. 10 In tuum honorem à me immolatur. Metaph. ab iis, qvi de ſuo ſtatu dejiciuntur. Virg. 1. Æn. *Multa tibi ante aras noſtrâ* cadet *hoſtia dextrâ.* 11 Comiti, amico, qvia, teſte Terentio, *ſine Cerere & Libero friget Venus.* Veneris enim veluti nutrimentum qvoddam vinum. 12 Ampliſſimo poculo. 13 Et ſi ara per multos

14 *Fumat*

14 Fumat 15 odore.
6 Ludit 17 herboſo pecus omne campo,
Cùm tibi nonæ redeunt Decembres:
8 Feſtus in pratis 19 vacat 20 otioſo
Cum 21 bove 22 pagus.
Inter 23 audaces lupus 24 errat agnos:
25 Spargit agreſtes 26 tibi ſylva 27 frondes:
28 Gaudet 29 inviſam 30 pepuliſſe 31 foſſor
Ter pede terram.

jam annos tibi inſtituta, &c. 14 Accenſa qvotannis ſemper fumat. Sic Virg. Ecl. 1. *Biſſenos cui noſtra dies altaria fumant.* 15 Largioris thuris. 16 Exultat qvaſi pecudes ſentirent Faunum ſuum eſſe cuſtodem, hoc præſertim die, nempe nonis decembris: qvo tempore Faunalia anniverſalia in pratis & ſylvis celebrabantur. 17 In campo gramineo. 18 Tua feſta celebrans. 19 Qvieſcit & feriatur. 20 Ab omni opere ceſſante. 21 Aratorio. 22 Omnis pagi ruſticus & incola. Meton. ſubj. 23 Lupum illo die non metuentes (qvod alioqvi naturâ faciunt) tui numinis præſidio fretos. 24 Lenis vagatur, omnemqve feritatem ſuam deponit. 25 Folia producit, & humum illis exornat, id eſt, illo ipſo tempore arbores vireſcunt. 26 In tuum honorem. 27 Meton. adj. pro arboribus. 28 Delectatur. 29 Odioſam, propter laborem, qvem foſſor in terrâ fodiendâ & colendâ perfert. 30 Hilariter ſaltaſſe tui ſacrificii temporibus. 31 Vinitores & agricolæ. Synecd. ſing. pro plur.

Ode XIX. Διαςολικὴ.

Ad TELEPHUM.

Reprehendit eum jocosè, qvòd veteres hiſtorias deſcribens, ea negligat, qvæ ad jucundè vivendum pertinent.

 Dicolos

Dicolos Diſtrophos.

1 *QVantum diſtet ab* 2 *Inacho*
3 Codrus, 4 *pro patriâ* 5 *non timidus mori,*
Narras, & genus 6 *Æaci,*
Et pugnata 7 *ſacro* 8 *bella ſub Ilio:*
Qvo 9 *Chium pretio cadum*
Mercemur: qvis 10 *aqvam temperet ignibus:*
11 *Qvo præbente domum, & qvota*

1 O Telephe, tu hiſtoricorum more computas & deſcribis, qvot anni intercedant inter Inachum & Codrum. 2 Primo Argivorum rege. 3 Ultimus Athenienſium Rex, ut teſtatur Paterculus, Melanthi filius, qvi pro patriâ habitu ſervili indutus in medios hoſtes ſe immiſit, ut incognitus interficeretur. 4 Pro ſalute patriæ ſuæ. Apollo enim ex oraculo reſponderat, qvorum Rex interfectus eſſet, eos ſuperiores fore. De Codri morte. Cic. Tuſc. 1. Juſtin. l. 2. & Val. Max. l. 5 c. 6. 5 Imperterritus mori. Sic Od. 9. l. 4. Non *ille pro caris amicis, Aut patriâ* timidus perire. 6 Jovis filii, Æginæ regis, inferorum judicis, ex qvo Phocus, Peleus, & Telamon, Ajax, Teucer, & Achilles oriundi. 7 A Diis condito. Vide Od. 3. hujus lib. 8 Decem annis ad Trojam pugnata. 9 Taces, id eſt, non narras, qvanti emamus cadum vini Chii, vini optimi & laudatiſſimi. Synecd. ſpe. Inter Græca vina Chio, inter Italica Falerno, primas dedêre Romani: qvâ de re Epod. 9. 10 Balneum, in qvo, anteqvam diſcumbamus, lavemur & ungamur, calefaciat. Nam veteres non niſi loti & uncti diſcumbebant. Alii aqvam hîc malunt intelligere adhiberi ad vinum hyeme tepefaciendum. Nec enim tantùm frigidam miſcebant ad temperandum vinum: ſed calidam interdùm, ut vini frigiditas, aut nive aut glacie qvæſita, non noceret. Unde Juvenal. Sat. 5. *Qvando vocatus adeſt calidæ gelidæqve miniſter.* 11 Taces qvo amico nos amicos domi ſuæ ad convivium invitante, id eſt, cujus domi, & qvotâ horâ nos convivas ad

12 *Peli-*

12 *Pelignis caream frigoribus* , *taces.*
13 *Da Lunæ properè* 14 *novæ,*
15 *Da noctis mediæ* , 16 *da* , *puer* , *Auguris*
Murenæ: 17 *tribus aut novem*
18 *Miſcentur cyathis pocula* 19 *commodis.*

ſe vocet, ut prope luculentum aliqvem focum Pelignum frigus propulſemus. *Præbere domum* Græci παρέχειν dicunt. Sic Sat. 5. l. 1. *Murenâ* præbente domum , *Capitone culinam.* 12 Vehementiſſimis frigoribus. Synecd. ſpe. *Pelignum* eſt oppidum apud Samnites , propter montes frigidum. 13 Interrupto Telephi ſermone minimè convivali, ut invitatione lætitiam excitet, arrepto calice, qvaſi jam ſit in convivio, triplici nomine ſibi infundi jubet , dicens puero pincernæ: Cyathos vini mihi infunde , mihiqve ſine morâ ac feſtinanter da aliqvod poculum, Lunæ novæ, id eſt , in honorem Lunæ novæ, id eſt, veſpertinæ & orientis, id eſt, noctis initio ebibendum, qvia ab hoc tempore cœna initium capit. 14 Virg. 1. Georg. *Aut cùm* Sole novo *terras irrorat Eous*, id eſt, oriente Sole. 15 Da aliqvod poculum in gratiam mediæ noctis, in qvam cœnam & compotationem uſqve producam, epotandum. Anaphora & Apoſiopeſis. 16 Da cyathum auguris Murenæ, id eſt , in honorem Murenæ, qvi jam in augurum collegium aſſumptus eſt, qviqve auguria ſua matutino tempore captabit, evacuandum; nam per totam noctem potare animus eſt. 17 Infra enim tria pocula in convivio nulla gratia, ſed mœſtitia eſt: ſuprà novem autem inſania. 18 In conviviis propinantur. Al. *miſcentor.* 19 Aptis, convenientibus cuiqve ſuis : ut qvi in Muſarum ſunt tutelâ, ad illarum numerum novem ſumant pocula : qvi verò Gratiis ſeu Charitibus placere volunt, duntaxat tria. Alii exponunt minoribus , & ad voluptatem tantùm , ebrietatem non inducentibus. Alii (qvod mihi maximè placet) exponunt plenis, qvibusqve ad juſtam menſuram nihil deſit. Et tales certe poſcere debebat is , cui

Qvi muſas 20 *amat* 21 *impares,*
22 *Ternos ter cyathos* 23 *attonitus petet*
23 *Vates :* 24 *tres prohibet ſuprà,*
25 *Rixarum metuens* 26 *tangere* 27 *Gratia,*
28 *Nudis juncta* 29 *ſororibus.*
30 *Inſanire juvat; cur* 31 *Berecynthiæ*
32 *Ceſſant flamina tibiæ ?*
33 *Cur* 34 *pendet* 35 *tacitâ fiſtula cum lyrâ ?*

è vino inſanire conſtitutum erat. Romani enim id, cui nihil deeſt, ſed perfectum, omnibusqve numeris plenum eſt, vocant *commodum.* Ita *talentum commodum* à Plauto. Vel deniqve *commodis*, id eſt, commodè. 20 Muſis deditus. 21 Numero, nempe novem. 22 Ille in novem Muſarum gratiam tria pocula ter, id eſt, novies bibet & evacuabit. 23 Tanqvam Poëta Muſarum amore perculſus, vinoqve excitatus, & qvaſi jam ſtupeſcens ex nimio vino. 24 Cyathos. 25 Jurgiorum, ad qvæ, ſi qvis plures, qvàm tres, ebiberit, facilè aliqvis exſurgit. Sic Od. 24. l. 3. *&* metuens alterius viri *Certo fœdere Caſtitas.* 26 Vetat eum plures qvàm tres cyathos bibere. 27 Qvæ numero ternario & impari gaudet. 28 Qvia ſine fuco eſſe debent. 29 Conjuncta ſororibus duabus, manibus connexis & complicatis. 30 Libet mihi Poëtico furore incitari, & ad novem Muſarum numerum capacia pocula evacuare uſqve ad inſaniam, non me continere intrà Gratiarum numerum. Relictis ergo Gratiis modeſtioribus, venit ad Muſas Poëtici furoris præſides. 31 Phrygiæ [nam in Phrygiâ tibiarum uſus primùm inventus eſt] qvæ ſacris Berecynthiæ, matris Deorum, adhibebatur. 32 Flatus ſive ſoni in noſtro convivio otium agunt, id eſt, cur non inflantur tibiæ Phrygiæ? 33 Anaphora. 34 De pariete dependet, & nullum ſonitum edit, nec pulſatur. 35 Muta. Metaph. ubi motus & ſenſus rei inanimatæ detrahitur.

36 *Parcen-*

36 Parcentes ego dexteras
Odi: 37 ſparge roſas: 38 audiat invidus
39 Dementem ſtrepitum 40 Lycus,
41 Et vicina ſeni non habilis Lyco.
42 Spiſſâ te nitidum 43 comâ,
44 Puro te 45 ſimilem, Telephe, 46 Veſpero,
47 Tempeſtiva 48 petit Chloë:
Me 49 lentus Glyceræ 50 torret amor meæ.

36 Manus otioſas à tibiæ cantu, vel parcè miniſtrantes, & ignavas in vino miſcendo. 37 O puer, inſperge roſas menſæ. 38 Non ſine dolore. Optatio eſt arrogantis. 39 Noſtrum ebriorum furioſum tumultum, hilaritatis noſtræ indicem. 40 Vicinus ille Lycus. 41 Et ſtrepitum noſtrum audiat vicina ejus amica, qvæ Lyco ſeni non eſt apta, neqve conveniens, qvia juvenis puella eſt. 32 O Telephe, Chloë tempeſtiva petit te nitidum ſpiſſâ comâ, & ſimilem puro Veſpero. 43 Denſis capillis, unguento delibutis, nitentem juvenem. 44 Sereno. 45 Hilarem & ſerenum. 46 Luciſero occidentali, veſpertino ſideri. 47 Ætate tibi conveniens, nubilis. 48 Ultro appetit & amat. 49 Languidus, qvi lentè & diu protractus, me languore afficit. Sic Od. 13. l. 1. *Qvàm* lentis *penitus macerer ignibus.* 50 Perurit, interiùs conſumit. Sic. Od. 9. hujus lib. *Me* torret *face mutuâ Thurini Calais filius Ornithi.* Metaph. ab igne.

Ode XX. Μεμπτική.
Ad PYRRHUM

Ne formoſum Nearchum à ſuâ meretriculâ diſtrahat.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 NOn vides, qvanto 2 moveas periclo,

1 Non vides, ô Pyrrhe, qvanto periculo amanti puellæ formoſum adoleſcentem adimas? Allegoria eſt è perpetuis Metaph. à venatoribus. 2 Amoveas, eripere coneris: mox, etc.

Pyrrhe

Pyrrhe, 3 *Getulæ* 4 *catulos* 5 *leænæ?*
Dura 6 *poſt paulò* 7 *fugies* 8 *inaudax*
9 *Prælia* 10 *raptor:*
Cùm per 11 *obſtantes* 12 *juvenum catervas*
13 *Ibit inſignem* 14 *repetens* 15 *Nearchum:*
16 *Grande certamen*, 17 *tibi præda cedat*
18 *Major*, *an* 19 *illi*.
20 *Interim dum* 21 *tu celeres* 22 *ſagittas*
Promis, 23 *hæc dentes acuit timendos:*
24 *Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo*

nim raptorem appellat. 3 Libycæ. Virg. 5. Æn. *tergum* Getuli *immane leonis*. 4 Juniores fœtus, id eſt, Nearchum. 5 Puellæ ſuæ? 6 Paulo poſt. 7 Vitabis, teqve in fugam conjiciens victum fatebere. 8 Non audax, timidus, ignavus. 9 Cum illâ, tanqvam leænâ. 10 Tu Pyrrhe, qvi catulos ſuos leænæ rapias ſeu rapueris. 11 Impedientes & reſiſtentes, ne per vim Nearchum repetere poſſit. 12 Qvi Nearcho æqvali ſuo favent. 13 Cùm illa, viâ vi factâ, tanqvam rabida leæna perrumpet. 14 A te per vim. 15 Juvenem. 16 Tùm inter te & illam magnum prælium futurum eſt, utrùm tu vinces, an illa; id eſt, uter veſtrûm Nearcho ſit potiturus. 17 Habenti. 18 Repetenti. 19 Utilior & gratior, tibi-ne ob amorem, an illi ob lucrum. 20 Manet Poeta in ſvaviſſimâ Allegoriâ. 21 Tanqvam venator catulum rapturus. 22 Arma & tela tua, qvæ in illam, tanqvam leænam, conjicias, producis, expedis. 23 Hæc etiam, tanqvam leæna, ſibi non deeſt, & dentes ſuos formidandos maledicentiâ armat. 24 Ille autem Nearchus tanqvam pugnæ judex dicitur ſub ſuo ſolo arbitrio victoriam poſuiſſe, vel pedibus poſuiſſe, id eſt, habere in ſuâ poteſtate victoriam, ut, utri velit, victoriam adjudicet. Dicimur enim ea *ſub pedibus ponere & habere*, qvæ planè in noſtrâ ſunt poteſtate, ita ut ea protere-re & calcare liceat, cùm lubet: & ſic Græci ὑπὸ πόδας τίθεσθαι

Sub

Sub pede 25 palmam
Fertur, 26 & leni 27 recreare 28 vento
29 Sparſum odoratis humerum capillis:
30 Qualis aut 31 Nireus fuit, 32 aut 33 aqvoſâ
34 Raptus ab 35 Idâ.

& παθεῖν. Nearchum ergò adoleſcentem ſecurum eſſe oſtendit, atqve eorun negligere contentionem, qvi de re, qvæ in ipſius arbitrio ſit, litigent. Synecd. gen. 25 Victoriam, cujus inſigne eſt palma. Meton. adj. ſigni. 26 Et fertur recreare, &c. 27 In æſtu refocillare. 28 Venti ſpiramine. 29 Per qvem humerum capilli, ungvento vel alio ſvavi odore imbuti, diffuſi ſunt. 30 Sc. qvi ſuâ pulcritudine tantarum litium vobis cauſam præbet, utpote longè formoſiſſimus, qvalis aut Nireus fuit, &c. 31 Rex Naxi, omnium Græcorum, qvi ad Trojam venerunt, Achille excepto, pulcherrimus: & cujus forma in proverbium abiit. Od. 15. Epod. *Formâqve vincas Nirea.* 32 Aut qvalis fuit raptus &c. 33 Fontibus abundante: ex qvibus duo refluunt fluvii, Scamander, & Simoïs. Unde Homerus πιδήεσσαν nominat, qvaſi πιδακόεσσαν. 34 Ganymedes, Troïs filius formoſiſſimus, qvi ab Ida monte per aqvilam in cœlum raptus fuit, ut ibi Jovis pincerna, Diis nectar infunderet. Virg. 1. Æn. & *rapti Ganymedis honores* 35 Phrygiæ monte.

Ode XXI. Παραινετική.

Ad AMPHORAM.

Jocoſè eam admonet, ut vinum vetuſtum in Corvini gratiam effundat; unde occaſione oblatâ, vini laudes commemorat.

Tricolos

Tricolos Tetraſtrophos.

1 O *Nata 2 mecum 3 Conſule Manlio,*
4 Seu tu qverelas, ſive geris 5 jocos,
Seu 6 rixam, & 7 inſanos amores,
Seu 8 facilem, pia 9 teſta, ſomnum:
10 *Qvocunqve* 11 *lectum nomine Maſſicum*
Servas, 12 moveri digna 13 bono die:
14 *Deſcende, Corvino 15 jubente,*

1 O pia teſta, id eſt, ô vini amphora ſancta, qvæ mihi Horatio æqvæva, eodem, qvo ego, tempore, L. Manlio Torqvato Conſule, condita es. 2 Cùm ego naſcerer Venuſii in Apuliâ. 3 Meton. fuit ſimilis Od. 8. hujus libri. *Conſule Tullo*, & l. 2. 4 Qvodcunqvé etiam tu vinum tibi incluſum geris, ſive illud pro variis bibentium ingeniis qverelas & mœſtitiam in animis illorum gignet. Varii enim ſunt vini effectûs, juxta varia hominum temperamenta. 5 Jocos. 6 Lites, in qvas aliqvi ebrii ſolent exſurgere. Anaphora. 7 Qvi homines inſanos reddunt. Meton. effe. 8 Levem & tranqvillum. Sic Od. 11. l. 2. *Pellente laſcivos amores. Canitie,* facilemqve ſomnum. 9 Duplex eſt hîc Tropus: 1. Metaph. in *pia*, à rebus inanimatis & intelligentibus ad inanimatam rationiſqve expertem: deinde Synecd. gen. pro amphorâ. *Teſta* enim eſt vas qvodlibet è terrâ factum. 10 O teſta, cujuscunqve Conſulis nomine notata, ſive Manlio Conſule, ſive alio Conſule, in te reconditum ſervas & geris nobiliſſimum vinum Campanum in Maſſicis montibus natum. Inſcribebantur enim Conſulum nomina in teſtis, ſeu amphoris, ſeu cadis, ad notandam vini ætatem. 11 Electum, optimum. 12 Certè tu, amphora, digna es, qvæ in uſum producaris, atqve depromaris. Od. 13. Epod. *Tu vina Torqvato move Conſule preſſa meo.* 13 Feſta, fauſto & læto. 14 Age ex editiori apothecâ, in qvâ recondita es, deſcende. 15 Dignitate ſuâ id ipſum præcipiente.

16 Promere 17 languidiora vina.
18 Non ille, qvanqvam Socraticis 19 madet
Sermonibus, te negliget horridus:
20 Narratur & priſci Catonis
Sæpè mero 21 caluiſſe 22 virtus;
23 Tu lenè 24 tormentum ingenio admoves
Plerumqve 25 duro; tu ſapientium
26 Curas, & 27 arcanum 28 jocoſo

16 Vel deſcende promere, id eſt, ut ex te promas ſive proferas, vel jubente promere, id eſt, ut promas. 17 Vetuſtate minùs fortia, mitiora atqve delicata. 18 Qvamvis Corvinus philoſophiâ Socraticâ ſit refertus, imbutus, & irrigatus, non erit tamen tàm horridus, ut te contemnat, & à te imbui & inebriari ſpernat. ſed magno in honore illi es futura. Procatalepſis eorum, qvæ poſſent objici de ſobrietate Corvini. 19 Refertus eſt. Metaph. à liqvidis, ut *madere multo imbre, Baccho.* 20 Virtus Catonis, id eſt, ipſe excellens & ſeverus M. Cato Cenſorius major, vino, parcè ſumpto, hilaris fuiſſe dicitur. 21 Efferbuiſſe, omnibusqve curis valedixiſſe. 22 Meton. rei adjunctæ pro ſubjecto, gravi & ſevero ipſo Catone virtute prædito. 23 Laus vini. Per te ô pia teſta, vel ô vinum, qvaſi per eculeum ingenia ſeveriora explorantur, qvalia ſint. Hùc pertinet locus ille in Art. Poët. *Reges dicuntur magnis urgere culullis, Et torqvere mero, qvem perſpexiſſe laborem, An ſit amicitiâ dignus.* Celebratur cujusdam Perſæ Apophtegma, qvi negavit tormentis opùs eſſe ad exqvirendam veritatem, vino enim rectiùs elici. 24 Mite tormentum tui caloris: qvia alia tormenta aſpera & gravia ſunt. Alleg. ab iis, qvi coguntur vi tormenti confiteri. 25 Severo ingenio, ex qvo aliàs nulla tormenta aliqvid extorqverent. 26 Graviores cogitationes & ſtudia. 27 Secretum. 28 Vino tuo, qvod inclusum geris, curas ſolvente, hilari. Meton. effic.

Conſili-

Conſilium 29 *retegis* 28 *Lyæo*:
30 *Tu ſpem reducis mentibus* 31 *anxiis*,
32 *Vireſqve, & addis* 33 *cornua pauperi*,
34 *Poſt te neqve* 35 *iratos* 36 *trementi*
Regum 37 *apices, neqve militum arma.*
37 *Te Liber, & , ſi læta* 38 *aderit Venus*,
39 *Segneſqve nodum ſolvere Gratiæ*,
40 *Vivæqve* 41 *producent lucernæ*,

Lyæus unum eſt ex nominibus Bacchi. 29 Manifeſtas, & in lucem profers. 30 Sic Od. 17. l. 1. *Qvis poſt vina gravem militiam, aut pauperiem crepat?* Et Ep. 5. l. 1. *Qvid non ebrietas deſignat? operta recludit: Spes jubet eſſe ratas*, &c. Anaphora. 31 Sollicitis. 32 Animiqve robur. 33 Pugnandi audaciam & confidentiam homini contemto addis, eumqve ex timido audaciſſimum reddis. Ovid. *Tunc pauper cornua ſumit.* Metaph. â beſtiis. 34 Poſt te, ô vinum largiùs potum, & poſtqvam te liberaliùs bibit. 35 Infeſtam Regum majeſtatem & potentiam: *vel*, Regum iratorum majeſtatem & potentiam, per Hypallagen. Od. 35. l. 1. *Hinc* apicem *rapax Fortuna cum ſtridore acuto Suſtulit*, &c. Metaph. à flocco lanæ vertici pileorum inſuto. Propriè *Apex* eſt ſacerdotum inſigne. 36 Cum tremore timenti, exhorreſcenti. 37 O pia teſta ſive amphora, Bacchus, & Venus, & Gratiæ, & lucernæ producent te. In *Liber, Venus, Gratia, lucerna* eſt Alleg. è cauſis ad jucunditatem & hilaritatem animorum indicandam, pro vino, amore, venuſtate. In *nodum* eſt Metaph. â corporibus colligatis, pro fide. 38 Nobis in convivio. 34 Qvæ tardæ ſunt in rumpendo amicitiæ & concordiæ vinculo, qvæ non facilè concordiam diſſolvunt. Helleniſmus. 40 Per totam noctem ardentes & incenſæ: ignem enim vivere & mori dicimus, ut animal qvoddam Metaph. ab animatis. Vide Od. 8. hujus libri. 41 Te amphoram, tuumqve vinum prolongabunt, id eſt, totam noctem bibetur, *vel*, tota nox in vino, & hilaritate conſumetur. Sic Od. 8. huj. lib.

Dum

Dùm 42 rediens 43 fugat aſtra Phœbus.

& vigiles lucernæ Profer in lucem. 42 Ad nos matutino tempore. 43 Radiis ſuis reliqva minora aſtra obſcurat, id eſt, dùm redit aurora.

Ode XXII. Εὐχαριστική.

In DIANAM.

Dianæ, cujus officia celebrat, pinum, villæ ſuæ imminentem, conſecrat.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *MOntium cuſtos, nemorumqve virgo,*
Qvæ 2 laborantes utero puellas
3 Ter vocata audis, 4 adimiſqve letho
5 Diva triformis:
6 Imminens villæ tua pinus eſto:

1 O Diana, Jovis & Latonæ filia, qvæ venatrix in ſylvis & montibus tuas venationes exerces. Synecd. gen. 2 Fœminas utero dolentes, id eſt, partui vicinas ſive parturientes audis. Hinc *Lucina* dicta, qvòd infantibus in *lucem* venientibus operam ferat. 3 Poſtqvam ter ab ipſis invocata es, exaudis. Numerus ternarius religioni tribuitur. 4 Et qvæ præſtas, ut mulieres ſalvæ pariant & incolumes. 5 Diana tergemina, τρίμορφος, τριπρόσωπος, ſive qvòd triplicem vultum ſeu perſonam ac poteſtatem gerat, in cœlo, in terrâ, apud inferos; unde triplex ſortitur nomen, Lunam, Dianam, Proſerpinam: ſive qvòd alia videatur dùm creſcit, alia cùm plena eſt, & iterum dùm decreſcit. Unde Virg. 4. Æn. *Tergeminamqve Hecaten, tria Virginis ora Dianæ.* Vide qvæ nos ibid. Qvin & *Triviam* appellari volunt, non tàm qvod in *triviis* colatur, qvàm ob triplicem ejus in cœlo viam: movetur enim in altitudinem, latitudinem & longitudinem. 6 Volo; ut arbor illa pinus, qvæ villæ meæ vicina eſt,

7 Qvàm 8 per exactos ego 9 lætus annos,
10 Verris 11 obliqvum meditantis 12 ictum
Sanguine donem.

tibi ſacra ſive conſecrata ſit. 7 Pinum. 8 Per finitos & confectos annos, id eſt, qvotannis ſive ſingulis annis. 9 Lubens. 10 Porci non caſtrati. 11 Qvam pinum ego donem, id eſt, irrigem & perfundam, ſangvine verris meditantis obliqvum ictum, id eſt, qvi conetur morſione obliqvâ eum vulnerare, à qvo cedatur in ſacrificium. 12 In adverſarium.

Ode XXIIII Προσφωνητική.

Ad PHIDILEN.

Dii puris manibus, & conſcientiâ vitæ benè actæ ſunt colendi.

Tricolos Tetraſtrophos.

COelo 1 ſupinas ſi 2 tuleris manus
3 Naſcente Lunâ, 4 ruſtica Phidile,
5 Si thure 6 placâris, & 7 hornâ
Fruge 8 Lares, 9 avidâqve porcâ:

1 Manus tuas ſupplices & ad cœlum expanſas ſive levatas. Virg. 3. Æn. *tendoqve* ſupinas *Ad cælum cum voce* manus. Exordium ab hypotheſi: ſi Deo ſupplicaveris, ſacraqve piè feceris, multa mala effugies. 2 Suſtuleris, Deoſqve adoraveris. 3 In novilunio. Metaph ab animantibus, & Meton. ſubj. pro tempore Lunæ primùm apparentis. Luna mater eſt plantarum, idcircò ruſticæ mulieres in novilunio ei ſacrificare ſolebant. 4. Vicina meo in agro Sabino. 5 Anaphora. 6 Tibi propitios reddideris. 7 Hornotinâ, hujus anni, novellâ. Synecd. gen. Od. 2. Epod. *Et* horna *dulci vina promens dolio.* Propert l.4. *Illa dies* hornis *eadem denunciat agnis.* 8 Deos tuos domeſticos. 9 Voraci, edaci & in-

Nec

Nec 10 *peſtilentem ſentiet* 11 *Africum*
2 *Fœcunda vitis, nec* 13 *ſterilem ſeges*
Rubiginem, 15 *aut dulces alumni*
15 *Pomifero* 16 *grave tempus anno.*
7 *Nam, qvæ* 18 *nivali paſcitur* 19 *Algido*
o *Devota, qvercus inter, & ilices,*
Aut creſcit 21 *Albanis in herbis*
22 *Victima*, 23 *Pontificum ſecures*
4 *Cervice tinget*: 25 *te nihil attinet*

xplebili porcâ in ſacrificium oblatâ. Laribus porca immo-abatur, qvia hæc pecus tantùm utilis eſt ad eſcam, qvâ fami-iam abundare optamus. 10 Corruptionem & putredinem nducentem. 11 Auſtrum. 12 Vitis tua propter tuam pie-atem fertilis futura. 13 Qvæ ariſtis ſterilitatem inducit. Virg. Georg. 1. *malam* vocat. Meton. effe. 14 Nec liberi ui cari ſentient ſive experientur. 15 Anni parte pomiferâ, nempe Autumno, qvando pueri pomis vehementer delectan-ur. Synecd. mem. pro integro. Od. 7. l. 4. *ſimul* Pomifer *au-tumnus fruges effuderit.* 16 Tempus peſtilens & inſalubre, d eſt, morbos. 17 Αἰτιολογία ejus qvod dixit, Lares placari hure & fruge, ne de magnis ſacrificiis ſollicita ſit Phidile, (præſertim cùm Dii non ſacrificia, ſed animum & pietatem hominum reſpiciant) qvalia decet facere pontifices pro ſalute populi. Ordo eſt: Nam victima devota, qvæ paſcitur *in* ni-vali Algido, inter qvercus & ilices, aut *qvæ* creſcit in herbis Albanis, tinget ſecures Pontificum cervice. 18 Nive tecto. Od. 12. l. 1. *gelidum* appellat. 19 In monte Algido. 20 Ex voto Diis promiſſa & ſacrificiis deſtinata. 21 In paſcuis montis Albani, ubi nivei tauri non niſi à Pontifice mactandi ſunt. 22 Ovis bima, ſeu bidens: vel major aliqva hoſtia, ut taurus candidus. 23 Maximorum. 24 Cervice ſuâ præ-ciſâ & ſangvine inde profluente madefaciet, imbuet, id eſt, magna victima à ſolis pontificibus immolabitur ac mactabi-tur. Meton. conti. pro contento illìc ſangvine. 25 Nihil

T 2 26 *Ten-*

26 Tentare multâ cæde 27 bidentium,
28 Parvos 29 coronantem marino
Rore 30 Deos, 31 fragiliqve myrto.
32 Immunis 33 aram ſi 34 tetigit manus,
35 Non ſumptuoſâ blandior hoſtiâ,

attinet te, coronantem parvos Deos rore marino & myrto fragili, tentare *Deos* multâ cæde bidentium. 26 Placare magnos Deos (Jovẽ & alios) mactando multas bidentes, ſive experiri qvid per ſacrificia ab ipſis obtineri poſſit. 27 Ovium bimarum, vel cujuſcunqve pecoris. *Bidentes* enim qvaſi *biennes*: aut (ut allii malunt) duos dentes longiores cæteris habentes. 28 Deos minimè arte aut materiâ ſumptuoſos, id eſt, Deos domeſticos ſive Penates, qvales in villâ eſſe convenit. 29 Placantem roſmarino. 30 Synecd. gen. 31 Tenerâ, & vitâ brevi. 32 A culpâ, aut ſcelere, ac planè pura: vel potiùs propriè, ſine munere, vacua munere, nihil porrigens, inanis, non autem illius, qvi, ut Diis blandiatur, ſumptuoſas eorum aris hoſtias admovet: ut Od. 12. l. 4. *non ego te meis* Immunem *meditor tingere poculis*, id eſt, nihil adferentem. 33 Deorum. 34 Tenuit, id eſt, Deos precata eſt. Solebant enim orantes aram tangere ſive manibus apprehendere, Itaqve Varro (ut refert Mocrob. Sat. l. 3. c. 2.) *ſcribit, aras primùm anſas dictas, qvod eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri, qvemadmodum vaſorum anſas tenere & prendere ſolemus.* Ad qvem morem reſpiciens Virg. Æn. 12. ut & hìc Horatius, Latinum Regem ſic loqventem facit: *Tango aras, medioſqve ignes, & numina teſtor.* Idem Æn. 4. *Talibus orantem dictis, arasqve tenentem.* Et Æn. 6. *Talibus orabat dictis, arasqve tenebat.* Nec ſolùm id in obſecrationibus ſolenne erat, ſed & de re magnâ aliqvâ juraturi templa adibant, tactisqve aris jurejurando ſe obſtringebant. Cic. pro Flacco: *qvi ſi aram tenens juraret, crederet nemo, per epiſtolam, qvod volet, injuratus probabit?* 35 Qvæ qvidem manus nihilo gratior

36 *Mollibit*

36 Mollibit averſos Penates
37 Farre pio, & 38 ſaliente 39 micâ.

Diis fuerit propter magnam & ſumptuoſam hoſtiam: *Vel*, eo ipſo qvod ſumptus aberit, Diis gratior, & ad exorandum efficacior, mollibit, &c. 36 Mitigabit Deos domeſticos iratos. Od. 12. Epod. *Preces & averſum ad Jovem.* 37 Molâ ſalsâ, id eſt, farre toſto aſpero ſale piè oblato. Metaph. qvâ pietas ab animatis ratione præditis tribuitur inanimato. 38 Saltante, vel crepitante: nam ſal in ignem conjectus ſaltat & crepitat. 39 Salis. Catul. *Nulla eſt in tàm magno corpore mica ſalis.*

Ode XXIV. Προσφωνητική.

In DIVITES AVAROS.

Dicolos Diſtrophos.

INtactis 2 opulentior
3 Theſauris Arabum, & divitis 4 Indiæ,
5 Cæmentis licet 6 occupes

A Romanis armis nondùm occupatis. Sic Od. 12. l. 2. dixit *Plenas Arabum domos*: qvas nondùm ſc. Romanorum avaritia exhauſerat. Ordo eſt: Licet *tu* opulentior intactis theſauris Arabum, & divitis Indiæ, occupes mare Tyrrhenum, & Ponticum tuis cæmentis, *tamen tu* non expedies animum metu, &c. 2 Qvamvis tu ditior ſis. 3 Arabibus ipſis, qvi theſauros ſive divitias illas poſſident. 4 Qvæ auro argento, lapillisqve pretioſis abundat, id eſt, divitum Indorum. Meton. ſubj. 5 Saxis cæſis ad ædificandum in mari: ut Od. 1. hujus lib. *hùc freqvens* Cæmenta *demittit redemptor.* Synecd. part. pro ædificiis, cæmentis, id eſt, calce, lapidibus, & ligno conſtructis. 6 Ædificiis palatiiſqve complanes, atqve adeò omnium hominum ditiſſimus ſis.

7 Tyrrhenum omne tuis, & mare 8 Ponticum:
9 Si 10 figit 11 adamantinos
12 Summis 13 verticibus 14 dira neceſſitas
Clavos: non animum 15 metu,
Non mortis laqveis 16 expedies caput.
17 Campeſtres 18 melius Scythæ,
[Qvorum 19 plauſtra 20 vagas 21 ritè trahunt domos,]
Vivunt, & 22 rigidi Getæ;
23 Immetata qvibus 24 jugera 25 liberas
Fruges & 26 Cererem ferunt:
27 Nec 28 cultura placet longior 29 annuâ,

7 Mare Tuſcum omne: per Hyperbolen exprimit inſana ædificia illius ſæculi. 8 Al. *Apulicum.* 9 Si fato mors ingruat, non te liberabunt divitiæ, qvamvis ampliſſimæ. 10 Affigit, extremamqve neceſſitatem admovet. 11 Firmiſſimos & infragibiles, ut eſt adamas. Metaph. à duritie adamantis. Sic Od. 35. l. 1. *clavos trabales* dixit. 12 In excelſo dignitatis gradu conſtitutis. 13 Capitis tui. 14 Horribilis & inevitabilis moriendi neceſſitas. 15 Moriendi. 16 Liberabis & explicabis: ſunt enim hi laqvei ἄφυκτοι καὶ διέξοδοι, id eſt, *inexplicabiles & inevitabiles.* Metaph. à vinctis. 17 In campis, non domibus, habitantes: ſuprà Od. 35. l. 1. *profugos* appellavit. 18 Rectiùs, qvàm nos Romani. 19 Currus. 20 Inſtabiles & incertas. 21 Ex regionis ritu & conſvetudine in varia campeſtria loca transferunt. 22 Duri & aſperi, qvi carentes rebus ad victum neceſſariis, eqvas mulgent, & lac earum vaſis exceptum potant. Appellant Græci ἱππημολγοὺς. 23 Nullis metis ſive limitibus aut terminis diſtincta ac ſeparata, ſed communia. 24 Agrorum ſpatia. 25 Non unius proprias, ſed omnibus communes. 26 Segetes proferunt. Meton. effic. 27 Nec plus ſerunt, qvàm ad annum ſufficiat. 28 Agricultura. 29 Qvàm unius anni ſpatium.

30 *Defun*

30 Defunctumque 31 laboribus
32 Æqvali recreat ſorte 33 vicarius.
34 Illic matre carentibus
Privignis 35 mulier 36 temperat innocens:
Nec 37 dotata 38 regit virum
Conjux, 39 nec nitido fidit adultero.
40 Dos eſt magna parentium
Virtus, 41 & metuens alterius viri
Certo fœdere 42 caſtitas:
43 Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.
44 O qvisqvis volet impias

30 Et illum qvi liberatus eſt. 31 Præteriti anni, id eſt, qvi annum laboravit. 32 Similibus ruſticis laboribus ſublevat: nam ipſe qvoqve annuum laborem explet. 33 Vices alterius gerens, ſeqvente anno ſuccedens. 34 Apud Scythas & Getas. 35 Qvæ noverca eſt. Syn. gen. 36 Mitis & benigna abſtinet, parcit, nullamqve privignis perniciem molitur. Virg. Georg. 1. *Jam ſibi tum curvis malè* temperat *unda carinis.* 37 Ditiſſimis parentibus orta. 38 Imperat viro, aut domina eſt viri. Sic Plaut. *Argentum accepi, libertatem vendidi.* 39 Nec in formoſo adultero ponit fiduciam. 40 Illic parentium innocentia, non eorundem opes, eximia dos eſſe cenſetur. 41 Et pudicitia, qvæ conſtanti fœdere conjugali, ab alio viro tangi non vult. 42 Uxor caſta & devitans adulterium. Meton. adj. 43 Et apud illos matrimonii fidem violare nefas eſt, i. e. non licet, aut ſi violent, pœna adulterii mors eſt. Sic infrà Od. 4. l. 4. *Culpā pœna premit comes* 44 Εὐχή. Optat Horatius ſibi dari virum fortem, qvo compeſcat inſanam effrenemqve civium licentiam, Scytharumqve in morem componat ſtatum politicum, qvò pater patriæ ſtatuæ ſuæ inſcribi, poſteriſqve immortalis eſſe poſſit. Apoſtrophe: convertitur enim oratio ab avaro ad Reip. & im-

Cædes, & 45 rabiem tollere civicam:
46 *Si qværet pater urbium*
Subſcribi ſtatuis, 47 indomitam audeat
48 *Refrenare 49 licentiam,*
50 *Clarus poſt genitis; 51 qvatenùs [heu 52 nefas!]*
53 *Virtutem incolumem odimus,*
Sublatam ex oculis qværimus invidi.
54 *Qvid triſtes qverimoniæ,*
Si non ſupplicio culpa 55 reciditur?
Qvid leges 56 ſine moribus
Vanæ proficiunt? ſi neqve fervidis
Pars 57 incluſa caloribus

mortalis gloriæ ſtudioſos. 45 Furorem bellorum civilium. Synecd. gen. 46 Si cupiet hunc titulum ſuis ſtatuis ſubſcribi, qvod pater patriæ ſuæ & urbium fuerit. 47 Effrenatam, qvæ nec armis nec legibus reprimi poſſe videtur. 48 Compeſcere. Metaph. à beſtiis. 49 Peccandi. 50 Laudabilis hic tanto ſuo beneficio poſteris ſuis futurus. 51 Qvoniam, in qvantum [heu impietatem maximam!] nos invidi averſamur viros bonos adhùc viventes, viros autem bonos morte amiſſos, jamqve ex oculis noſtris ſublatos deſideramus, reqvirimus, & non invenimus. Ovid. *Paſcitur in vivis livor, poſt fata| qvieſcit.* 52 Exclamatio eſt per commiſerationem. 53 Duplex eſt Tropus primùm Synecd. ſpe. pro qvovis bono, ſive animi, ſive corporis, ſive Fortunæ: deinde adjunct. pro qvolibet homine illis prædito. 54 Qvid triſtes lamentationes proſunt? Anaphora. 55 Si ſcelus hominum capitali pœnâ ſeveriſſime punitum non è medio tollitur? Metaph. à Chirurgis, qvi vitiatum membrum reſecant, ut reliqvum corporis ſervetur. In *culpa* & *delicta* eſt Meton. adjunctorum pro hominibus ſic delinqventibus qvi ſuppliciis coercendi ſunt. 56 Si ſint ſine moribus, id eſt ſi vita hominum ſecundùm illas non efformetur. 57 Inter duos Tropicos, id eſt, Zona torrida, ſeu plaga Meridionalis.

Mundi, nec 58 *Boreæ finitimum latus,*
59 *Durataqve ſolo nives*
Mercatorem abigunt? 60 *horrida callidi*
Vincunt æqvora navitæ?
61 *Magnum pauperies* 62 *opprobrium, jubet*
Qvidvis & facere & pati,
Virtutiſqve viam deſerit 63 *arduæ!*
64 *Vel nos in Capitolium,*
Qvò 65 *clamor* 66 *vocat, & turba* 67 *faventium:*
Vel nos in 68 *mare proximum*
Gemmas, & 69 *lapides, aurum &* 70 *inutile,*

Synecd. periphraſis. 58 Septentrionali vento frigidiſſimo vicinum. 59 Et nives glacie adſtrictæ ſolo, id eſt, ad ſolum, mercatorem à ſe pellunt, qvin ex omnibus terræ partibus opes accumulet? 60 Si nautæ ad lucrum faciendum docti & periti aſpera æqvora ſuperant? 61 Epiphonema, qvod Poëta ſubjicit narratis periculis, qvæ hominibus creant auri ſacra fames & paupertas. 62 Qvæ extremum dedecus eſſe reputatur, maximè avaro, cui virtus poſt nummos. Sic Ep. 1. *Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.* 63 Difficilis, dùm pecuniæ accumulandæ inhiamus. 64 Qvandoqvidem divitiæ ſunt bonis moribus impedimento, ergò in Capitolium eas deferamus ad ornamentum templi. Nonnullis videtur Horatius reſpicere hîc illa tempora, in qvibus matronæ Romanæ, republicâ in diſcrimine conſtitutâ, mundum omnem ſuum muliebrem olim ad belli ſumptus in Capitolium comportârunt. 65 Populi applauſus illam munificentiam approbans. Sic Ep. 18. l. 1. *ſcis qvo* clamore *corona Prœlia ſuſtineas campeſtria.* 66 Invitat. 67 Laudantium. 68 Thyrrhenum. 69 Pretioſos. 70 Qvod nullam majorem utilitatem præſtare poteſt, qvàm qvævis alia terræ

Summi 71 materiam mali,
72 Mittamus. 73 Scelerum ſi benè pœnitet,
Eradenda Cupidinis
Pravi ſunt 74 elementa, & teneræ nimis
75 Mentes 76 aſperioribus
Formandæ ſtudiis. Neſcit 77 eqvo rudis
77 Hærere 78 ingenuus puer
Venariqve 79 timet 80 ludere doctior,
81 Seu Græco jubeas 82 trocho,
Seu 83 malis 84 vetitâ legibus 85 aleâ:
Cùm perjura patris 86 fides

gleba. 71 Fomitem. 72 Conjiciamus & immergamus. 73 Si verò nos flagitiorum noſtrorum pœnitet, neceſſe eſt, ut avaritiæ principia funditùs ac radicitùs tollamus & extrahamus. 74 Metaph. à primordiis hujus univerſitatis, pro cauſis inſanæ cupiditatis. Sic Juvenalis dicit *elementa vitiorum.* 75 Puerorum. 76 Sanioribus ac fortioribus diſciplinis à primâ pueritia corrigendæ & imbuendæ ſunt. 77 Hærere in eqvo, id eſt, eqvitare. 78 Ingenuis parentibus ortus. 79 Non vult, φυλάττεται. 80 Ad ludendum. 81 Anaphora. 82 Turbine à Græcis invento, qvem Virgilius appellat *volubile buxum.* Æn. 7. vide qvæ nos ibi. 83 Ipſum ludere. 84 Interdicta legibus majorum. 85 Ludo teſſerarum. *Alea* etiam accipitur pro qvovis ludo, qvi caſu potiùs, qvàm arte gubernatur. Per ſimilitudinem ponitur pro qvavis fortuna ſive periculo, diciturqve *aleam omnem jacere,* qvi ſe periculo fortunæqve committit. Contrà, *Extra omnem aleam aliqvid eſſe* dicitur, de qvo dubium non eſt, qvod eſt extra omne periculum, omnemqve controverſiam. 86 Sceleſta ac perjurio violata, id eſt, pater perfidus.

87 *Con-*

87 Conſortem ſocium fallat & 88 hoſpitem,
89 Indignoque pecuniam
Hæredi 90 properet. Scilicet 91 improbæ
92 Creſcunt divitiæ: 93 tamen
94 Curtæ neſcio qvid ſemper abeſt rei.

Meton. adj. 87 Ejuſdem ſortis & conditionis in permutandis mercibus. 88 Advenam. 89 Aleatori prodigo. 90 Feſtinanter & citò acccumulare, illumqve celeriter collocupletare ſtudeat. Sic ſuprà Od. 7. l. 2. *qvis udo* Deproperare *apio* coronas *Curatve myrto?* 91 Improbè & per nefas accumulatæ: *vel,* homines improbos efficientes. Meton. effe. Ut ſuprà Od. 4. l. 1. Pallida *mors.* 92 His artificibus accumulantur. 93 Tamen illis avaris, qvorum cupiditatis ſitis nunqvam expletur, aliqvid ſemper videtur deeſſe: *Multa* enim *petentibus deſunt multa.* 94 Ex avari judicio imminutæ, Sic Od. 16. hujus lib: *Creſcentem ſeqvitur cura pecuniam, Majorumqve fames.*

Ode XXV. Ἐρωτική.

Ad BACCHUM.

Bacchi inſtinctu afflatuqve concitatus, nova qvædam carmina Lyrica de Auguſto eſt dicturus.

Dicolos Diſtrophos.

1 QVo me, Bacche, rapis 2 tui
Plenum? 3 qvæ in nemora, aut 4 qvos
(agor in ſpecus

1 In *qvo*, *qva*, & *qvos* eſt Polyptoton. 2 Tuo divino furore ſive divino numine concitatum afflatumqve adigis? Meton. ſubj. 3 In qvas ſylvas. 4 In qvæ antra & loca ſubterranea

5 *Velox mente* 6 *novâ ?* 7 *qvibus*
Antris 8 *egregii* 9 *Cæſaris* 10 *audiar,*
11 *Æternum* 12 *meditans decus*
Stellis 13 *inſerere ,* 14 *& concilio Iovis?*
Dicam 15 *inſigne ,* 16 *recens , adhùc*
17 *Indictum ore alio ,* 18 *Non ſecùs* 19 *in jugis*
20 *Exſomnis* 21 *ſtupet Evias,*
22 *Hebrum proſpiciens , & nive candidam*
23 *Thracen, ac* 24 *pede barbaro*

furioſus impellor? 5 Celer,expeditus. 6 Inſveta & plus qvàm humanâ, raptâ & concitata. 7 In vel ex qvibus locorum ſolitudinibus,in qvib.locis ſecretis. Alludit enim ad antra ſeu adyta Deorum , unde reddebantur oracula: perinde ac ſi carmen hoc ſit vaticinium, de Cæſare in Deorum numero adſcrendo ex antris auditum. Ordo eſt : Qvibus antris meditans, audiar inſerere ſtellis& concilio Jovis æternum decus egregii Cæſaris. 8 Metaphora. Vide Od. 6. l. 1. & Od. 5. l. 3. 9 Auguſti. 10 A poſteritate. 11 Æternam gloriam & majeſtatem. 12 Eximium aliqvod carmen. 13 Laudibus ad cœlum & ſidera referre , *in cœlum vocare* , ut loqvitur Catullus , id eſt , immortalitati conſecrare. Metaph. à plantis, de qvâ fuit Od. 1. l. 1. 14 Et Deorum cœtui , ut cum reliqvis Diis cum Jove conſilia agitet & deliberet. Al. *conſilio* 15 Egregium qvid. 16 Novum à nemine uſqve adhùc tractatum. 17 Nondum dictum , ſc. carmen lyricum , qvod primus Latinorum protuli. Sic Virg. 7.Æn. *Nec tu in carminibus noſtris* indictus *abibis.* 18 Non aliter, ſed ſic Evias concitari ſolet,ut ego nunc commoveor ad Auguſti laudes meo carmine decantandas. 19 In montibus diſcurrens. 20 Propter furorem vigilans & experrecta. Nam hæc ſacra tempore nocturno celebrantur. Al. *inſomnis.* 21 Baccha ſive Bacchi ſacerdos attonita & cum ſtupore miratur. 22 Thraciæ fluvium , qvem *hyemis ſodalem* appellat Od. 25. l. 2. 23 Regionem ſeptentrionalem frigidiſſimam. 24 Alleg.

Luſtra-

Luſtratam 25 *Rhodopen*: 26 *ut mihi devio*
27 *Rupes, & vacuum nemus*
Mirari libet: 28 O *Najadum* 29 *potens,*
Baccharumqve valentium
Proceras manibus vertere 30 *fraxinos*:
31 *Nil parvum, aut humili modo,*
Nil mortale 32 *loqvar.* 33 *Dulce periculum eſt,*
34 O *Lenæe, ſeqvi Deum,*
35 *Cingentem viridi tempora pampino.*

è Metaph. à viatoribus, pro Orpheo aliiſqve Poëtis: qvi verſibus ſuis hanc regionem celebrârunt. 25 Thraciæ montem, qvem Thraces barbari peragrant, aut ſacris Bacchi, & Mænadum cœtu celebrant & illuſtrant, Orpheo primum imitante. 26 Qvo modo mihi libet, more furioſi vago & à viâ uſitatâ aberranti, id eſt, verſus lyricos ſcribenti, ſcopulos, & nemus ab hominibus vacuum ac deſertum luſtrare! 27 Al. *ripas*, id eſt, flumina, id eſt, Italiam, reſqve Romanas. 28 O Bacche, qvi Imperator es, qvi poteſtatem habes in Najades (fluviorum Nymphas) & in Bacchas tuas ſacerdotes, qvæ vel altas arbores fraxinos tuo numinis inſtinctu ſuis manibus radicitùs poſſunt evertere. 29 Sic Od. 3. l. 1. *Sic te Diva* potens *Cypri.* 30 Evertere editiſſimas qvaſqve arbores. Synecd. ſpe, Virg. 1. Æn. *Tyrias olim qvæ* verteret *arces.* 31 Anaphora. 32 De Auguſto Cæſare. 33 Illud periculum eſt mihi jucundum. 34 O Bacche, torcularis præfecte. *Lenæus* enim dictus eſt Bacchus *ἀπὸ τοῦ ληνοῦ*, id eſt, *à torculari* ſive *lacu*, qvo vinum exprimitur. Virg. Georg. 2. *Huc pater ô* Lenæe *veni.* 35 Qvi viridi pampino illos, qvos exornatos cupit, coronat.

Ode

Ode XXVI. Προσευκτική.

Ad VENEREM.

Senectute jam confectus, lyræ & rebus amatoriis valedicit.

Tricolos Tetraſtrophos.

Vixi puellis 1 nuper idoneus,
Et 2 militavi non ſine gloriâ:
3 Nunc arma, 4 defunctumqve bello
Barbiton hic 5 paries habebit;
6 Lævum marinæ qvi 7 Veneris latus
Cuſtodit. 8 Hîc, hîc ponite lucida

1 Cùm eſſem ætate integrâ, & ad amores accommodatâ. 2 Amavi, amori operam dedi cùm laude. Ovid. *Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido.* Alleg. è Metaph. à re militari, ubi qvi ſe fortiter geſſerant ſuâ potiùs perſvaſione, qvàm aliorum prædicatione, inſolenter gloriabantur (qvalis fuit Terentianus ille Thraſo) ad virtutem Lyricæ Poëſeos indicandam. 3 Paries hujus templi [qvod Veneri conſecratur] habebit nunc [cùm ætate ſim ſenior] arma mea militaria, nempe funalia, barbiton, vectes & arcus. 4 Et barbiton (inſtrumentum muſicum) qvod finivit & abſolvit bellum amoris, qvo non ultrà ad canendas res ludicras uti poſſum. Sic Od. 24. hujus lib. Defunctumqve laboribus *Æqvali recreat ſorte Vicarium.* 5 Synecd. gen. 6 Qvi reſpicit & proximus eſt lævo lateri Veneris marinæ, id eſt, Veneris ex ſpuma maris genitæ: unde Ἀφροδίτη, ab ἀφρὸς, *ſpuma maris*, ob ſimilitudinem ſeminis, vel propter humoris ſalſi vim animalem & fœcundam. Vide qvæ nos ad Virg. Æn. 5. v. 81. Eodem epitheto uſus eſt & Od. 11. l. 4. *Qvi dies menſem Veneris* marinæ *Findit Aprilem.* 7 Meton. ſubj. pro adjuncto Veneri ſimulacro. 8 Epizeuxis.

9 *Funalia, & 10 vectes, & arcus*
11 *Oppoſitis foribus 12 minaces.*
13 *O qvæ 14 beatam Diva 15 tenes 16 Cyprum, &*
17 *Memphim carentem 18 Sithoniâ nive,*
19 *Regina, 20 ſublimi flagello*
21 *Tange Chloën 22 ſemel, 23 arrogantem.*

6 Funes ceratos & incenſos nocturno tempore lucem præbentes, ſive nocturnis ambulationibus inſervientes. Pergit enumerare amore inſanientium arma, cum igne & ferro everſuros ſe occluſas januas minantur. 10 Ferreis inſtrumentis, qvibus ab amicâ excluſis, ejus fores, feneſtras & parietes nocte effregi. Sic Thraſo apud Terentium in Eun. Thaidis domum expugnaturus, inqvit, *In medium huc agmen cum* vecti, *Donax.* 11 Nocturno tempore mihi obſtantibus, & me non intromittentibus, clauſis. 12 Suo ictu. Metaph. ubi cura & ſenſus datur rei inanimatæ. 13 O Venus. Apoſtrophe ad Venerem, cui permiſta eſt deprecatio, ut Chloën, qvæ illum ſolebat faſtidire, telis Cupidinis feriat. 14 Divitem. 15 Regis & inhabitas. Sic Od. 4. hujus lib. de Apolline, *qvi Lyciæ* tenet *Dumeta.* 16 Inſulam opulentam, in qvâ Venus præcipuè colebatur. Vide Od. 3. l. 1. 17 Urbem Ægypti, id eſt, totam Ægyptum, qvæ nive caret, qvòd regio eſt calida. Synecd. part. id eſt, unius civitatis pro totâ regione. 18 Qvalis eſt in Sithone, Thraciæ monte. 19 Tu, inqvam, ô regina Venus. 20 In altum ſublatò, ut ictus ſit gravior & vehementior. Metaph. à perfidis ſervis, vel ab aurigis, qvi tardos eqvos flagris exſuſcitant ad maturandum iter. 21 Vehementi amoris plagâ percute, ut tandem tuo numine domita, mitior eſſe diſcat. 22 Ut illa, qvæ nunqvam vim tuam ſenſit, aliqvando & ſemel ſentiat. 22 Amatores ſuos ſuperbè contemnentem.

Ode XXVII. Προσφωνητική.

Ad GALATEAM, navigaturam.

Dehortatur eam præcipuè ab exemplo Europæ.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *IMpios parræ* 2 *recinentis omen*
3 *Ducat, & prægnans canis, aut ab agro*
4 *Rava decurrens lupa* 5 *Lanuvino,*
6 *Fœtaqve vulpes!*
7 *Rumpat & ſerpens iter inſtitutum,*
8 *Si per obliqvum ſimilis* 9 *ſagittæ*

1 Homines ſcelerati iter facientes opto, ut habeant hæc mala inceptorum ſuorum omina, ſc. parram avem [cujus vox triſtis eſt] ravam lupam, fœtam vulpem, & ſerpentem velocem, ſed tibi jam navigaturæ nihil tale eſt metuendum, ego enim auſpicium feci, &c. ſed tamen vides anni tempus, &c. 2 Iterum atqve iterum canentis, voce & volatu auſpicium, ſed adverſum, facientis. *Oſcines aves* ſunt, qvæ ore canentes faciunt auſpicium, ut cornix, noctua, &c. *Alites*, qvæ alis ac volatu, ut aqvila, &c. Parra autem & in oſcinibus & alitibus habetur, teſte Feſto. 3 Dux ſit itineris, comitetur, eò nimirum, ut impii malè pereant. Exclamatio eſt per optationem & imprecatiouem, ut omnia ſiniſtra omnia Dii à Galateâ convertant in impios. 4 Crinibus fulva: vel inducens navim. Meton. eſſe. 5 Undecunqve. Species pro gen. 6 Gravida. 7 Impediat etiam. Hujusmodi monſtris apud Ter. in Phorm. Geta nuptias ait ſe diſturbaturum, vel certè tardaturum. *Introit in ædes ater alienus canis; Anguis per impluvium decidit de tegulis: Gallina cecinit*, &c. 8 Cùm illa ex transverſo, &c. Catul. *Nam ſi luxerit, ad librariorum Curram ſcrinia.* 9 Inſtar jacnli, *vel*, ejus ſurculi partis, qvæ in vitibus incurva & contorta pangitur (eſt enim ſerpenti ſimilis) ex arborum ramis ſeſe vibrans.

10 *Terruit mannos! ego* 11 *cui timebo*
12 *Providus auſpex?*
Antequam 13 *ſtantes* 14 *repetat paludes*
Imbrium 15 *divina avis imminentum,*
16 *Oſcinem corvum prece ſuſcitabo*
17 *Solis ab ortu.*
18 *Sis licet felix ubicunque mavis,*
Et memor noſtri, Galatea, vivas:
Teque nec 19 *lævus* 20 *vetet ire picus,*
Nec 21 *vaga cornix:*
22 *Sed vides, quanto* 23 *trepidet tumultu*

10 Perturbavit minores eqvos ſive gradarios, qvibus ad navem veheris. Hæc enim omnia tibi cavenda ſunt. Od. 4. Ep. *Et Appiam* mannis *terit.* 11 An tibi timebo? Neqvaqvam: qvia nec impia es, nec talia monſtra tibi triſtem eventum pronuntiant. 12 Peritus aruſpex, futurorum providus. 13 Qvietas, qvæ non fluunt, neqve currunt, ut fluvii, ſed ſtant, ut ſtagna. 14 Volando circumeat, ut ſeſe ibi lavet. 15 Cornix, imbrium præſcia & prænuntia. Synecd. gen. 16 Oſcinem corvum meis precibus permovebo, à fronte & à dextrâ ut appareat, tibiqve felix augurium præbeat & occinat. *Oſcines*, qvaſi *oricines*, dicuntur aves, qvæ cantu & ore canentes futura prædicunt: ut corvus, cornix, noctua. 17 Ab Oriente. Nam augures cœlum in qvatuor partes dividebant, & cùm augurium captabant, orientem ſolem ſpectabant: ut meridies eis eſſet pars dextra, ſeptentrio ſiniſtra. 18 Opto igitur, ô Galatea, ut ſis felix, & memor noſtri, licet vivas ubicunqve mavis vivere, qvàm nobiſcum, id eſt, etſi mavis eſſe ſine me, ſis felix tamen. Permiſſio. 19 A ſiniſtrâ parte apparens, qvi erat mali ominis. 20 Iter tuum impediat. 21 Errabunda, vagans volatu. Anaphora in *nec* repetito. 22 Sed vides, qvantam tempeſtatem Orion denuntiet. Dehortatur Galateam à navigatione. Vide Od. 28. l. 23 Qvanto ventorum fremitu omnia ſuo impetum o-

24 Pronus 25 Orion : e o,26 qvid ſit ater
Adriæ, novi, ſinus ; & qvid 27 albus
28 Peccet 29 Iapyx.
30 Hoſtium uxores puerique 31 cæcos
32 Sentiant motus orientis 33 Hœdi, &
Æqvoris 34 nigri fremitum, 35 & trementes
Verbere ripas!
36 Sic & 37 Europe niveum 38 doloſo
Credidit tauro latus, & 39 ſcatentem
Belluis 40 pontum, 41 mediasqve fraudes
42 Palluit audax.

veat & percellat, & navigaturos trepidantes efficiat. Meton. eſſe. 24 Ad occaſum vergens. 25 Turbulentum illud ſidus. 26 Qvàm noxius & infeſtus ſit ſinus ille maris Adriæ. Vide Od.9. hujus lib. 27 Qvamvis ſerenus. Sic Od. 7.l.1. Notum *album* dixit. 28 Peccare, i. e. qvantam tempeſtatem concitare ſoleat. 29 Calabriæ ventus ex Apuliâ flans. 30 Qvi nobis malè cupiunt. Altera eſt exclamatio optantis & imprecantis. Solent ſcriptores mala hoſtibus optare, qvos perire cupiunt. Ovid. *Hoſtibus eveniant convivia talia noſtris!* Ter. Heaut. *Ah, obſecro, iſtud inimicis ſiet!* 31 Tempeſtates, qvarum cauſæ ignorantur, *vel*, obſcuras & nigras: ut ſuprà Od. 13. l. 2. *cæca fata:* & Virg. 2. Æn. *Multaqve per cæcam congreſſi prælia noctem Conſerimus.* 32. Experiantur. 33 Al. *Auſtri.* 34 Noxii, tempeſtuoſi. 35 Et ſentiant littora maris, qvæ videntur tremere, fluctuũ impulſu commota & conqvaſſata. 36 Qvemadmodùm taurus decepit Europam; ſic tu, ni caveas, ab Auſtro decipieris. 37 Europa, Agenoris filia, Cadmi ſoror. Europæ autem exemplo Galateam deterret, ne ſe mari qvantumvis tranqvillo, committat. 38 Fraudulento Jovi, qvi Deum tegebat, in taurum mutato, commiſit, [illegible]. 39 Repletum belluis marinis. 40 Mare Boſphorum. 41 Jovis fraudes in medio dolo cognitas, non antè ſuſpectas. 42 Qvæ anteà imperterrita fuit,

43 *Nuper*

43 Nuper in pratis 44 ſtudioſa florum, 45 &
Debitæ Nymphis opifex coronæ,
46 Nocte ſubluſtri, nihil aſtra præter
Vidit & undas.

47 Qvæ 48 ſimul centum 49 tetigit potentem
Oppidis 50 Creten, 51 Pater, ô relictum
Filiæ nomen, 52 pietasqve, dixit,
Victa furore,

53 Unde? qvò veni? 54 levis una mors eſt
Virginum culpæ. 55 Vigilans-ne ploro

poſteà pallens extimuit. Timor enim pallorem inducit. 43 Paulò antè, die præterito. 44 Europa, qvæ ſtudioſè & ſedulò flores colligebat Sic de Proſerpinâ, cùm à Dite raperetur, Claudianus: & venuſtiſſimè Ovid. 5. Met. *Qvodam Proſerpina luco Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit*, &c. 45 Et qvæ coronam nectebat Nymphis debitam, id eſt, promiſſam. 46 Illâ ipsâ nocte, ſeqventi paululùm admodùm lucente. Virg. 9. Æn. *Et galea Euryalum* ſubluſtri *noctis in umbra Prodidit immemorem.* 47 Europa. 48 Simulac, poſtqvam: ut Od. 4. l. *qvò* ſimul *meâris.* Acceſſus eſt ad Proſopopœjam Europes. 49 Pervenit in patriam Jovis. 50 Cretam Homerus appellat ἑκατόμπολιν. Virg. Æn. 3. de Cretenſibus, *Centum urbes habitant magnas.* Ariadne Theſeo apud Ovid. *Non ego te, Crete, centum digeſta per urbes Aſpiciam, puero cognita terra Jovi.* 51 Tum dixit, ô nomen *Pater* â me filiâ per tenerariam audaciam deſertum & neglectum. Hæc & qvæ ſeqvuntur, fermè uſqve ad finem Odæ, ſunt verba Europæ ingemiſcentis. 52 O pietas, patriæ & parentibus debita, inſano amore tauri poſtpoſita. 53 Undè abii? & qvo feror? Qvomodo à patre ad hunc raptorem perveni? Erotemata inciſa vehementiam doloris, & mentis emotionem denotant. 54 Una mors levior pœna eſt, qvàm qvæ ſufficiat virginitati amiſſæ, id eſt, pudor violatus in virgine multas meretur mortes. 55 An vigilans de-

 Turpe

Turpe commiſſum? an 56 vitiis carentem
57 Ludit imago
Vana, qvæ portâ fugiens 58 eburnâ
Somnium 59 ducit? 60 meliùs-ne fluctus
Ire per longos fuit, an rècentes
Carpere flores?
91 Si qvis 92 infamem mihi nunc juvencum
63 Dedat iratæ, lacèrare ferro, &
64 Frangère enitar 65 modò multùm 66 amati
Cornua tauri.
67 Impudens liqvi patrios penates,
Impudens Orcum moror: 68 ô Deorum

ploro hoc turpe ſcelus commiſſum? Aporia eſt & addubitatio de facti flagitii veritate, utrùm ita factum ſomniaverit. 56 Qvæ hujuſmodi facinus non admiſerim. 57 An falſa qvædam ſomnii ſpecies, id eſt, phantaſma in ſomnis mihi occurrit & me decipit? Synecd. gen. in *imago* pro ſomnio. 58 Ex portâ eburnea, per qvam vana ſomnia emittuntur. Homer. Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων, &c. qvos Homeri verſus expreſſit Virg. 6. Æn. *Sunt geminæ Somni portæ: qvarum altera fertur Cornea, qvâ veris facilis datur exitus umbris: Altera candenti perfecta nitens elephanto.* Vide qvæ nos ibi, & Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 3. 59 Mihi adducit? 60 Altera eſt Aporia ſive Addubitatio. 61 Optatio eſt per indignationem. 62 Per qvem infamia mihi oblata eſt. Meton. effe. 63 In poteſtatem mihi redigat. 64 Diſcerpere, diripere coner, διακόπτειν. 65 Paulò antè. 66 A me. 67 Impudens in eo fui, qvod patrem reliqverim; impudens nunc ſum, qvòd ulteriùs adhùc vivo, meamqve mortem moror, mihiqve manus non infero. *Orcum* enim, vel *Plutonem morari*, eſt non mori, cùm oporteat. Anaphora. *Orcus* ab *urgendo* dictus, qvòd illo Deus maximè nos urgeat. 68 Apoſtrophe eſt ad aliqvem Deorum.

Si qvis

Si qvis 69 *hæc audis,* 70 *utinam inter errem*
Nuda leones!
Anteqvam 71 *turpis macies* 72 *decentes*
Occupet 73 *malas,* 74 *teneræqve ſuccus*
Defluat prædæ, 75 *ſpecioſa qværo*
Paſcere tigres.
76 *Vilis Europe, pater urget abſens:*
77 *Qvid mori ceſſas? pater hac ab* 78 *orno*
Pendulum 79 *zonâ benè te ſecutâ,*
Lædere collum.
Sive te rupes & 80 *acuta letho*
Saxa delectant, age, te procella
81 *Crede veloci, niſi* 82 *herile mavis*

69 Hæc verba, haſce qverelas. 70 Utinam errem nuda inter leones, atqve ab iis devorer, anteqvam contabeſcam! 71 Senilis. 72 Formoſas, pulchras. 73 Maxillas. 74 MihiqveEuropæ, qvæ tigribus tenera præda futura ſum, pulchritudo dilabatur, decedat. 75 Ego adhùc ætate integrâ tigribus me devorandam offerre qværo. 76 Qvid tu autem cunctaris? Nam & ipſe pater tuus, qvi tibi Europæ vilis, & neglectus fuit, dùm præ tauro ipſum contempſiſti, ille abſens corpore, ſed animo præſens, ſtimulat te, ut moriaris. Al *Europe*, id eſt, ô Europa, qvæ vilis ac contempta es, perdito jam virginitatis flore: & tùm erit Apoſtrophe ad ſe ipſam. 77 Europà ſe ipſam alloqvitur, ut diximus. 78 Arbore. Deliberatio eſt per Addubitationem de genere mortis. 79 Cingulo tuo (in uſum laqvei) qvod opportunè tecum attuliſti, collum tibi obſtringere, te ſuſpendere, tuamqve animam intercludere. 80 Scopuli velociter hominem, ut morbi acuti, interimentes, ex qvibus & in qvæ te præcipites. 81 Committe te rapidæ procellæ, qvæ te ſcopulis illidat, id eſt, conjice te præcipitem in mare procelloſum. 82 Niſi mavis lanam certo pondere traditam, & ab herâ imperatam, in fila ducere, id eſt,

Carpere penſum,
83 *Regius ſanguis, dominæqve tradi*
84 *Barbaræ* 85 *pellex.* 86 *Aderat* 87 *qverenti*
88 *Perfidùm ridens Venus, &* 89 *remiſſa*
90 *Filius arcu.*
91 *Mox ubi luſit ſatis,* 92 *Abſtineto*
(Dixit) irarum, 93 *calidæqve rixæ,*
94 *Cùm tibi inviſus laceranda reddet*
Cornua taurus.
95 *Uxor invicti Jovis eſſe neſcis?*
96 *Mitte ſingultus:* 97 *benè ferre magnam*

in ſervitutem tradi. 83 Cum Agenoris, regis Phœnicum, filia ſis. Meton. mat. 84 Immiti. 85 Cujus mariti tu propter pulchritudinem concubina ſis, & à qvâ miſerrimè tracteris. 86 Deponitur Proſopopœja virginis, & altera Veneris inducitur. 87 Hiſce qverelis Europæ lamentanti, deqve mortis genere ſecum deliberanti. 88 Ridens perfidè, id eſt, doloſè, non ex animo. Helleniſmus. Sic Od. 22. l. 1. Dulce *ridentem Lalagen amabo.* 89 Non, ut prius, tenſo, ſed laxato ſagittariorum more, ubi jaculari deſinunt: qvippe qvi Europam ſuis ſagittis ſauciârat, ejuſqve virginitatem expugnaverat. 90 Filius ejus Cupido, Synecd. gen. 91 Poſtqvam Venus Europam ſatis diu vexavit, illamqve ſuas calamitates diu conqveri paſſa eſt. 92 Abſtineto ab iris, & clementem te erga illum gere, nec irata ipſi facias, qvod interminata es. Helleniſmus: ut ἀπέχου τῶν ὀργῶν Sic Od. 9. l. 2. *Deſine mollium tandem qverelarum.* 93 Qvæ venit à calore ſangvinis. 94 Cùm taurus ille, cui tantoperè irata es, te reviſet. Ironice: nam anteà minabatur ſe cornua Tauri fracturam. 95 An neſcis te eſſe uxorem omnipotentis Jovis? Vel, an neſcis te gerere, ut omnipotentis Jovis uxorẽ decet? Helleniſmus. 96 Omitte, relinqve, ejulationes & lamentationes. 97 Diſce infinitam hanc beatitudinẽ & res ſecundas ferre moderatè,

Diſce

Diſce 98 Fortunam; 99 tua ſectus orbis
Nomina ducet.

iiſqve non inſoleſcere. 98 Felicitatem à Fortunâ Deâ hominibus, ut Ethnici credebant, datam. Meton effic. 99 Una pars orbis terrarum ab Aſiâ & Africâ diviſa, ab hoc eventu Europa appellabitur.

Ode XXVIII. Συλλογιστική.

Ad LYDEN.

Hortatur Lyden, diem, Neptuno ſacrum, in potu & cantu hilariter transigere.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *FEſto qvid potiùs die*
Neptuni faciam? 2 prome 3 reconditum
Lyde 4 ſtrenua Cæcubum,
5 Munitæqve adhibe vim ſapientiæ.
6 Inclinare meridiem
Sentis: 7 ac, veluti ſtet volucris dies,
8 Parcis deripere 9 horreo

1 Ordo eſt: Lyde, prome reconditum *vinum* Cæcubum: qvid *enim* potiùs feſto die Neptuni faciam, id eſt, facere poſſum. Cùm ille voluptatibus dicatus ſit? 2 Deprome, ut bibam. 3 Multis annis in cellâ promptuariâ ſervatum. 4 Strenuè, largiter. 5 Et omni gravitati & frugalitati cuſtoditæ & ſeptæ contra voluptates vim infer, eamqve vino & lætitiâ expugna, ut joco & ludo aliqvis ſit locus. Metaph. ab oppidis præſidio firmatis. 6 Decreſcere, & ſolem à meridie ad occaſum vergere animadvertis. 7 Ac, qvaſi velociſſimè præteriens dies nunqvam finiatur. 8 Ceſſas rapere ac promere ex vini apothecâ vini cadum Bibuli conſulatu reconditum 9 Synecd. gen.

10 Ceſſantem 11 Bibuli Conſulis amphoram.
Nos 12 cantabimus 13 invicem
14 Neptunum, & virides 5 Nereïdum comas:
16 Tu curvâ 17 recines lyrâ
Latonam, & 18 celeris ſpicula 19 Cynthiæ:
20 Summo carmine, 21 qvæ 22 Cnidon [phon
23 Fulgentesqve 24 tenet 25 Cycladas, & 26 Pa-
Junctis 27 viſit 28 oloribus,
29 Dicetur meritâ Nox quoque næniâ.

10 Tot annis reconditam & otioſam, utpote ex qvâ nihil depromptum fuit. 11 Conſul fuit M. Calpurnius Bibulus cum C. Julio Cæſare A.U.C. DCCXXIIII. Ætatem ergò hujus vini notat. 12 Hoc die feſto. 13 Per vices, viciſſim. 14 Deum maris, Saturni filium, in diei feſti honorem. 15 Nerei filiarum, maris Nympharum. 16 Tu vero, ô Lyde. 17 Iterum atqve iterum canes, decantabis. 18 Tanqvàm velociſſimæ venatricis. 19 Dianæ Latonæ filiæ, in Cyntho, Deli monte, natæ. Synecd. gen. 20 Ultimo ſeu extremo: ut Ep. 1. l. 1. *Primâ dicte mihi*, ſummâ *dicende Camœnâ.* 21 Venerem celebrabimus. Sic Od. 30. l. 1. *O Venus, regina Cnidi* Paphiqve. 22 Urbem Cariæ. 23 Nitentes. 24 Incolit. 25 Inſulas ſibi ſacras. Vide Od. 14. l. 1. 26 Urbem Cypri. 27 Inviſit. 28 Cygnis, à qvibus trahitur currus Veneris. Vide Od. 1. l. 4. 29 Nox etiam cantabitur carmine debito, triſti ſc. & lugubri, qvod ſomno & tenebris (qvæ ſunt mortis imago) optimè convenit.

Ode XXIX. Παραινετική.

Ad MÆCENATEM.

Invitat eum ad cœnam hilarem, publicis curis omiſſis:

Dicolos

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *TYrrhena regum progenies, 2 tibi*
3 Non antè verſo lene merum cado
Cum flore, Mæcenas, 4 roſarum, &
5 Preſſa tuis balanus capillis
Iamdudùm apud 6 me eſt; 7 eripe te moræ;
Ne ſemper 8 udum 9 Tibur, & 10 Æſulæ
Declive 11 contemplêris arvum, &
12 Telegoni juga parricidæ.
13 Faſtidioſam deſere copiam, &

1 Ab Hetruſcis regibus oriunde. Sic Od. 1. l. 1. *Mæcenas atavis edite regibus.* Ordo eſt: O Mæcenas, Tyrrhena progenies regum, jam dudùm apud me eſt tibi lene merum, non antè verſo cado cum flore roſarum, & balanus preſſa tuis capillis. 2 In tuum honorem 3 In cado ſive amphorâ antehac nunqvam promptâ, in eumqve diem aſſervatâ, vel inversâ ad vinum depromendum. Cadi enim ſive amphoræ os ſupernè erat, ut verti neceſſe eſſet, qvò depromi vinum poſſet. 4 Qvibus apud me coroneris. 5 Glans unguentaria preſſa, id eſt, oleum vel unguentem balaninum ex eâ expreſſum, ut eo unguento tui capilli delibuti niteant. Synecd. gen. & Meton. mat. 6 Jamdiu domi meæ eſt. Meton. eſt ſubj. poſſeſſoris pro re poſeſsâ & adjunctâ. 7 Expedi & liberâ te iis rebus, qvæ tibi ſunt in morâ, qvæ te remorantur, qvò minùs ad nos venias. 8 Humidum propter copiam aqvarum, qvæ faciunt Tibur inſalubre. 9 Vicinum illud oppidum, id eſt, avoca te à cogitatione negotiorum, qvæ fieri debent in eo oppido. Meton. ſubj. 10 Oppidi in declivi colle poſiti, Tiburi propinqvi. 11 In hortis tuis. 12 Oppidi Tuſculi conditi à Telegono Ulyſſis ex Circe filio, qvi patrē imprudēs interfecit. 13 Relinqve aliqvandiu domi tuæ illam omnium rerum abundantiam, qvæ faſtidium parit: nam *Putet aper, rhombuſqve recens, mala copia qvando Ægrum ſollicitat ſtomachum:*

14 Molem 15 propinqvam nubibus arduis,
16 Omitte mirari 17 beatæ
18 Fumum, & opes, 19 ſtrepitumqve Romæ.
Plerumqve gratæ divitibus 20 vices,
21 Mundæqve parvo ſub 22 Lare pauperum
Cœnæ ſine 23 aulæis & 24 oſtro
25 Sollicitam explicuêre frontem.
26 Iam clarus 27 occultum Andromedes 28 pater
29 Oſtendit ignem: jam 30 Procyon furit,
31 Et ſtella 32 veſani Leonis,

ut eſt Sat. 2. l. 2. Omninò copia ſatietatem, ſatietas faſtidium parit. 14 Turrim in hortis tuis in ſublime exſtructam, unde totam ferè Romam proſpicis. Synecd. gen. hyperbolica. 15 Vicinam. 16 Deſine. 17 Divitis. 18 Auram popularem, vel ambitionem. Metaph. ab iis rebus, qvæ initiò videntur aliqvid magnum portendere, qvalis eſt fumus, ſed citò evaneſcunt in auras. Tumultum. 20 Hujusmodi viciſſitudines ſive varietates, qvæ tædium tollunt. 21 Frugales, qvæ ſunt neqve ſordidæ, neqve nimis ſumptuoſæ. 22 In exiguis domibus. Meton. contenti pro continente Deos Penates. 23 Tapetis. 24 Veſtibus purpureis. 25 Ipſis divitibus non rarò in rugas contractam frontem exporrexerunt & exhilarârunt, id eſt, omnem triſtitiam diſcuſſerunt. *Explicare frontem* dicitur tùm id, qvod lætitiæ cauſam affert, ut hoc loco: tùm is, qvi re aliqvâ lætâ ſibi oblatâ, vultu & fronte lætitiam declarat. Ex fronte certè, qvo qviſqve animo ſit, perſpicitur. Metaph. à rebus involutis. 26 Anaphora. 27 Corporibus noxium, ex occulto lædentem. 28 Cepheus, Æthiopum rex, inter ſidera collocatus. Synecd. gen. 29 Exſerit calorem, denunciat æſtatem. 30 Anticanis ante Caniculam cum Sole oritur, ſuoqve calore homines inſanos reddit. 31 Et ſignum Septentrionale exoritur circa Cancrum, in qvo fit ſolſtitium æſtivum. 32 Morbiferi.

Sole

Sole dies 33 referente 34 ſiccos
Iam paſtor 35 umbras cum grege 36 languido
37. Rivumqve 38 feſſus 39 qværit, & 40 horridi
41 Dumeta 42 Sylvani; caretqve
Ripa 43 vagis 44 taciturna ventis.
Tu, 45 civitatem qvis deceat ſtatus,
Curas, & 46 Urbi 47 ſollicitus, times
Qvid 48 Seres, & regnata Cyro
49 Bactra parent, 50 Tanaiſqve diſcors.
51 Prudens futuri temporis 52 exitum
53 Caliginosâ nocte premit Deus:
Ridetqve, ſi 54 mortalis 55 ultrà
Fas trepidat. 56 Qvod adeſt, memento

33 Excitante. 34 Sine pluviâ, & calidiſſimos. 35 Ad calorem vitandum. 36 Æſtu ſolis fatigato. 37 Ad bibendum, vel ſeſe proluendum. 38 Calore. 39 Captat. 40 Agreſtis. 41 Loca ſpinis referta, ut calorem effugiant. Hæc enim denſitate ſuâ Solem excludunt. 42 Nemorum Dei. 43 Omnia pervagantibus. 44 Nullo fluctu permota, murmur non edens. Significat Poëta tempus ventoſum jam transiiſſe. 45 Romam. Syecd. gen. 46 Romæ. Synecd. gen. 47 Anxius. 48 Populi Aſiæ Scythicæ. 49 Tu curas, qvid Seres & Bactra contra Romanos præparent & moliantur, qvondam à Cyro regnata, id eſt, in qvibus regnavit Cyrus. 50 Fluvius Aſiam ab Europâ diſterminans, qvi fluit per populos diſcordes, id eſt, qvid Sarmatæ & Scythæ apud Tanaim & Mœotidem paludem inter ſe diſcordes & belligerantes moliantur. Meton. ſubj. 51 Providens. 52 Finem & eventum. 53 Denſis innorantiæ tenebris includit & detinet, id eſt, eventum nobis ignotum voluit. Metaph. 54 Synecd. gen. 55 Ultrà id, qvod ipſi licitum eſt, laborat, id eſt, de futuris anxius & ſollicitus eſt. 56 Illud, qvod præſens eſt, æqvo animo &

Compone-

Componere æqvus: cætera 57 *fluminis*
Ritu feruntur, 58 *nunc medio alveo*
59 *Cum pace delabentis Etruſcum*
In mare, 58 *nunc* 60 *lapides adeſos*,
61 *Stirpeſqve raptas, & pecus, & domos*
62 *Volventis unà, non ſine montium*
63 *Clamore, vicinæqve ſylvæ:*
64 *Cùm fera diluvies qvietos*
Irritat amnes. 65 *Ille potens* 66 *ſui,*
Lætuſqve deget, cui licet in diem,
Dixiſſe, 67 *vixi*: 68 *cras vel atrâ*
Nube 69 *polum*, 70 *pater*, *occupato*,

cum æqvitate moderari memento. 57 Qvæ futura ſunt, curſum ſuum habent, inſtar fluminis delabentis in mare Tyrrhenum: nunc placidè & qvietè, nunc rapidè & violenter, id eſt, futura interdum placida & qvieta, interdum triſtia & adverſa ſunt. Synecdochica eſt Tiberis deſcriptio. 58 Interdum. 59 Leniter, qvietè, placidè, ἡσύχως. 60 Excavata rupium ſaxa. 61 Arbores exſtirpatas. 62 Secum trahentis. 63 Fragore & tumultu. Metaph. ab animatis. 64 Cùm ingens aqvarum inundatio amnes placidos impellit, concitat, & qvaſi ad iram provocat, ut ripas ſuas exſuperent, id eſt, cùm diluvies ex imbribus oritur. 65 Ille homo liber eſt, & compos ſui, ſuiqve juris, ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ, hilariſqve vivet, cui licet dixiſſe, vixi in diem, id eſt, bonis præſentibus & paratis, & qvæ in meâ poteſtate ſunt, fruor, futura non curo. 66 Affectuum ſuorum, qvibus ſapiens imperat. Meton ſubj. 67 Producitur Proſopopœia illius, qvi potens eſt ſui, uſqve ad finem. 68 Tu, ô Jupiter, Deorum & hominum pater, cras vel ipſum cœlum nubilum vel ſerenum facito, id eſt, ſive cœlum ſit nubilum, ſive ſerenum: tamen Deus illud, qvodcunqve præteriit, non mutabit. Procatalepſis eſt, cui miſcetur audax permiſſio. 69 Cœlum. Synecd. part. 70 Jupiter. Synecd. gen.

Vel ſole puro: non tamen irritum,
Qvodcumqve retrò eſt, efficiet: 71 *neqve*
Diffinget, infectumqve reddet,
Qvod fugiens ſemel 72 *hora* 73 *vexit.*
Fortuna 74 *ſævo læta negotio,*
75 *Ludum inſolentem ludere pertinax,*
Tranſmutat 76 *incertos honores,*
Nunc mihi, nunc alii 77 *benigna:*
Laudo 78 *manentem:* 79 *ſi celeres qvatit*
80 *Pennas,* 81 *reſigno qvæ dedit,* 82 *& meâ*
Virtute me involvo, 83 *probamqve*
Pauperiem ſine dote qværo.

71 Non aliter finget, non deſtruet, vel immutabit. Metaph. à figulis, qvi, qvod priùs finxerant, ſæpè deſtruere & corrumpere ſolent. 72 Præteritum tempus. Synecd part. 73 Invexit, ſecumduxit. 74 Qvæ lætatur rebus adverſis homines exercere. 75 In ludendo aliqvo ludo inſtabili & incerto, dùm res hominum variè mutat. 76 Inſtabiles. 77 Clemens eſt. 78 Fortunam apud me manentem, mihiqve faventem & ſecundam. 79 Si fugit & adverſa eſt. 80 Tanqvam avolatura. Metaph. ab avibus. 81 Qvæ obſignata habebam, rurſus aperio, & fortunæ reddo in omnem eventum paratus. Sic Ep. 7. l. 1. *Hâc ego ſi compellar imagine, cuncta* reſigno, id eſt, reddo. Nam propriè *reſignare*, eſt, qvæ ſigno impreſſo clauſa erant, aperire. Ibid. *Adducit febres, & teſtamenta* reſignat. 82 Et meis me virtutibus, tanqvam veſte, circumdo, orno, munio ac defendo adversùs fortunæ injurias, non rebus externis. Metaph. petita à veſtimentis, qvibus nos involvimus. 83 Et paupertatem cum virtute conjunctam ſine præmio atqve opibus qværo. Metaph. ab iis uxoribus, qvæ indotatæ ducun-

84 *Non*

84 *Non eſt meum, ſi 85 mugiat Africis*
85 *Malus procellis, ad 86 miſeras preces*
Decurrere, 87 & votis paciſci,
Nc 88 Cypriæ Tyriæqve merces
89 *Addant 90 avaro divitias mari.*
91 *Tunc me 92 biremis præſidio 92 ſcaphæ*
93 *Tutum per Ægæos tumultus*
Aura feret, 94 geminusqve Pollux.

tur domum. 84 Non propoſiti mei eſt (qvippe qvi Fortunæ ſervire nolim) navigare, navigationisqve me periculo committere, ut diteſcam & rem augeam: etenim pauper eſſe malo. 85 Arbor navis impulſa procellis Africi venti, vel Africæ terræ, reſonet. 86 Hominibus miſeris convenientes. 87 Et cum Neptuno aliisqve Diis votis & precibus pactum inire, ne, naufragio facto, merces meæ in mari pereant. 88 Merces meæ ex Cypro inſulâ Tyroqve urbe advectæ, id eſt, qvæcunqve merces. Species pro genere. 89 Per naufragium. 90 Omnia ad ſe rapienti, abſorbenti, inſatiabili. 91 Qvando maris periculo me expono, & voti reum facio, tunc Aura & geminus Pollux feret me per Ægæos tumultus tutum præſidio biremis ſcaphæ, qvod nunqvam eſt futurum. Ironia. 92 Parvæ navis duobus ordinibus remigum agitatæ, qvâ tutò navigare nemo poteſt in mari Ægæo. 93 Immunem per Ægæi Maris fluctus, motus, vel ventorum in Ægæo Mari deprælliantium perducet ventus. Eſt autem Ægæum Mare admodùm procelloſum ac periculoſum nautis. Nomen ergo qvidam deducunt ab *Ægæo*, patre Theſei: alii à ſcopulo, ἀιγὸς ſive Capræ ſimilitudinem referente. Vide qvæ nos ad Virg. p. 241. 94 Caſtor & Pollux geminati nautis favent.

Ode

Ode XXX.

Ἀποτελεστικὴ, Προσφωνητικὴ καὶ Εὐχαριστική.

Ad MELPOMENEM MUSAM.

[H]oratius Lyricos verſus ſcribendo, æternam gloriam eſt conſecutus.

Monocolos.

EXegi monumentum, 2 ære 3 perennius,
4 Regaliqve ſitu Pyramidum altius,
[Q]vod nec imber 5 edax, aut Aqvilo 6 impotens
[P]oſſit 7 diruere, aut innumerabilis
[8] Annorum ſeries, & 9 fuga temporum:
[1]0 Non omnis moriar: 11 multaqve pars mei

1 Ego Horatius perfeci & abſolvi opus aliqvod carminum [ſ]ive lyricum, æternum ingenii mei monumentum futurum, [a]ereis ſtatuis durabilius. Sic de Metamorphoſeôn libris Ovid. *Jamqve opus exegi, qvod nec Jovis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.* Synecd. gen. pro Lyrico Poëmate. 2 Meton. mat. & Epiſtrophe. 3 Veſtali Synecd. gen. 4 Et ſublimius ſtatu ſive conſtructione pyramidum, ab Ægyptiis regibus in ſui ſepulturam, exſtructarum. *Pyramides* ſunt moles maximæ ita conſtructæ, ut è lato in acutum tendant. Dictæ, qvòd *flammarum* ſimilitudinem habent: Græci enim *πῦρ ignem* vocant. Lege Plin. l. 36. c. 12. 5 Omnia vetuſtate corrumpens. 6 Vehementer ſæviens, ut qvi ſibi non poſſit temperare. Metaphora. 7 Abolere & debilitare. 8 Incomprehenſibilis temporis longinqvitas. 9 Curſus temporum. Sic Od. 14. l. 2. *fugaces annos* dixit, & Od. ſuperiore, *horam fugientem.* 10 Non totus moriar. Sic Ep. 1. l. 1. *Qvid verum atqve decens, curo & rogo, & omnis in hoc ſum.* 11 Et maxima præſtantiſſimaqve mei pars, mens vel ingenium.

12 Vita-

12 Vitabit Libitinam: 13 Uſq; ego poſterâ
Creſcam laude recens, 14 dùm Capitolium
15 Scandet cum tacitâ 16 virgine Pontifex.
17 Dicar, 18 qvà violens obſtrepit 19 Aufidus,
Et qvâ 20 pauper aqvæ 21 Daunus agreſtium
22 Regnavit populorum, 23 ex humili potens,
24 Princeps 25 Æolium carmen ad Italos
Deduxiſſe 26 modos. 27 Sume ſuperbiam

12 Effugiet mortem, erit immortalis. Meton. cauſæ. *Libitina* enim propriè eſt Dea funerum: ſignificat etiam capulum, vel feretrum, in qvo cadavera efferuntur ad ſepulturam. 13 Semper ego renovatus, nunqvam ſeneſcens, incrementum ſumam futurorum hominum laude. 14 Uſqve dùm imperii Romani æterna futura memoria eſt. 15 Donec Pontifex Maximus aſcendet in Capitolium ad ſacra Idualia celebranda, cum virgine Veſtali tacente, dùm ſacra celebrantur. 16 Veſtali. Synecd. gen. 17 Laudabor à poſteritate. Ordo eſt: Ego potens ex humili, dicar princeps deduxiſſe carmen Æolium ad modos Italos, qvà Aufidus violens obſtrepit, & qvà Daunus pauper aqvæ regnavit agreſtium populorum. 18 Idqve in iis locis, qvâ violentus, impetuoſus, &c. 19 Apuliæ fluvius, ubi natus eſt Horatius. Sic Od. 9. l. 4. *Longè ſonantem natus ad Aufidum.* 20 Aqvæ copiâ deſtitutus propter vehementes calores. 21 *Daunus* rex Apuliæ fuit, â cujus nomine fluvius ſic appellatus eſt. 22 Rex fuit agreſtium populorum. ἐβασίλευσε τῶν λαῶν, id eſt, imperávit agreſtibus populis. Tale illud Virg. 11. Æn. *Juſtitiane priùs mirer, belli-ne laborum?* Conſtructio Græca. Sic *Deſine qverelarum, Abſtineto irarum, Decipitur laborum, Soluti operum,* apud Horat. 23 Ex plebejo loco, ſc. libertino patre natus, magnus & excellens vates. 24 Qvòd omnium primus deduxerim. 25 Qvale Alcæus ſcripſit, à Lesbo inſulâ, in qvâ regnavit Æolus. Vide Od. 13. l. 2. Synecd. gen. 26 Rhythmos & modulationes. 27 O Muſa Melpomene,

Quæſitam meritis, 28 & mihi Delphicâ
29 Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

vindica tibi gloriam ſive ſpiritus juſtos & tibi jure debitos, ac propriis virtutibus mihi acqviſitos. Apoſtrophe. 28 Et lubens exorna mihi crines lauro Apollineâ, id eſt, immarceſſibili coronâ ex lauro conſecratâ Apollini, qvi Delphis edidit oracula ſub monte Parnaſſo, & ſummâ veneratione ibi colebatur. 29 Meton. ſigni. & Synecd. integr. pro membris, id eſt, ramis lauri, è qvibus nectebatur corona eximiis Poëtis.

Q. HORATII FLACCI CARMINUM SEU ODARUM LIBER IV.

Ode I. Εὐκτικὴ, Ἐρωτική.

Ad VENEREM.

Horatius, jam eâ ſe eſſe ætate, ut à rebus amatoriis & carminibus ludicris alieno eſſe animo debeat, & tamen Ligurini veſano amore torreri dicit.

Dicolos Diſtrophos.

1 *INtermiſſa Venus diu,*
Rurſus 2 *bella moves:* 3 *parce, precor, precor.*
Non 4 *ſum, qvalis eram bonæ*

1 A me neglecta. 2 Bella tua cum puellis & amicis, & illa amantium prælia à me Lyrico carmine celebranda excitas. Ovid. *Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido.* Metaph. 3 Parce mihi, & noli me cogere, ad illa tanto tempore deſita iterum repetenda. Epizeuxis. 4 Sc. ampliùs talis.

5 Sub regno Cynaræ: deſine dulcium
Mater 6 ſæva Cupidinum,
Circa 7 luſtra decem 8 flectere 9 mollibus
10 Iam durum imperiis: Abi,
Qvò blandæ juvenum te 11 revocant preces.
12 Tempeſtivius in domo
Pauli, purpureis 13 ales oloribus,
14 Commeſſabere 15 Maximi.
Si 16 torrere jecur 17 qværis 18 idoneum,
19 Namqve & nobilis, & decens,
20 Et pro ſollicitis non tacitus reis,

5 Sub imperio amicæ meæ Cynaræ benignæ, nullamqve à me mercedem exigentis, id eſt, cùm Cynara bona me regeret. Qvi enim amant, ſerviunt. Metaph. à Monarchis, qvi obſeqvium à ſubditis exigunt. 6 Venus aliqvando crudelis eſt, & ſæva inter dulces voluptates. Hic idem verſus poſitus eſt ſuprà Od. 19. l. 1. in principio. 7 Ætatis ſc., id eſt, cùm nunc annos qvinqvaginta ſim natus. 8 Permovere: qvippe qvi propter ætatem domari ampliùs & molleſcere neqveam. 9 Dulcibus, qvæ molliunt animos: vel, qvæ jam antè mollitos, id eſt, ætate ipsâ pronos & faciles ad amandum, decent. Ovid. l. 1. de remed. amor. *Lude, decent animos mollia regna tuos.* 10 Me jam ſenio induratum, moroſum & gravem. 11 A ſene ad ſeſe. 12 Opportuniùs, decentiùs. 13 Qvæ velut ales volucris es, & celeriter vehi ſoles in curru pulchris oloribus juncto. Sic Od. 28. l. 3. *qvæ Cnidon Junctis viſit oloribus.* Metaph. à colore purpuræ. 14 Jocabere, voluptuariè vives. 15 Pauli Fabii Maximi, Pauli, aut certè Qvinti filium. 16 Comburere. Metaphora ab igne. 17 Deſideras. 18 Amoribus aptum. Jecur enim eſt ſedes libidinis. 19 Namqve Paulus ille juvenis nobilis, & formoſus: ut Od. 27. l. 5. *malas decentes.* 20 Et pro reis, in rebus capitalibus anxiis.

21 Et

Et centum puer artium,
22 *Latè* 23 *ſigna feret militiæ tuæ.*
4 *Et , qvandoqve potentior*
Largis muneribus riſ.rit æmuli,
lbanos propè ; 25 te , lacus
Ponet marmoream ſub 26 trabe Citreâ.
7 *Illic plurima 28 naribus*
29 *Duces thura, lyræqve , & 30 Berecynthiæ*
electabere tibiæ
31 *Miſtis carminibus , non ſine fiſtulâ.*
llîc 32 bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
audantes , pede 33 candido

atronus non mutus , ſed facundus: qvippe qvos ſuo patro-inio ſæpiſſimè juvit & defenſavit. 21 Et juvenis multis ar-bus inſtructus. Numerus finitus pro infinito. 22 Amplè. bicunqve volueris, id eſt, multùm amabit, & animo liben- . 23 Vexilla. Metaph. Ovid. *Militiæ ſpecies amor eſt, di-edite ſegnes.* 24 Et qvandocunqve Paulus riſerit, id eſt, ilaris erit, validior & plus valens apud amicam, qvàm larga valis munera, tùm ille marmoream conſtituet atqve eriget bi ſtatuam in monte Albano propè Albanos lacus, ubi opi-na habet prædia. 25 Meton. ſubj. 26 In templo citreæ ar-oris, id eſt, in templo arboribus odoratis ædificato. Meton. nat. Al. *Cypriâ.* 27 In templo. 28 Metaph. ab animatis ad nanimatam imaginem, cui tribuitur ſenſus & odorum & ſo-orum: ſed in *thura* eſt Meton. ſubj. pro ipſius odore , qvo erfundetur, ſtatua. 29 Attrahes, & bibendo qvaſi exhau-ies plurimos odores, id eſt, illic plurima tibi inſtituentur ex hure ſacrificia. 30 In ſacris Deæ Phrygiæ Cybeles inven-æ & uſurpari ſolitæ , id eſt, cujuslibet tibiæ. Synecd. ſpe. Variis carminibus & inſtrumentis Muſicis commiſtis & onſonantibus. 32 Manè & veſperi. 33 Tenero.

34 *In morem Saliûm ter* 35 *qvatient humum.*
36 *Me nec fœmina, nec puer*
Iam, nec ſpes 37 *animi* 38 *credula mutui,*
Nec 39 *certare juvat mero,*
40 *Nec vincire novis tempora floribus.*
41 *Sed cur heu, Ligurine, cur*
42 *Manat* 43 *rara meas lachryma per genas?*
Cur 44 *facunda* 45 *parùm decoro*
46 *Inter verba cadit lingua ſilentio?*
47 *Nocturnis te ego ſomniis*

34 In morem Saliorum, Martis ſacerdotum, qvi ancilia per urbem ferentes magno corporis motu ſaltant. Sic Od. 36. l. 1. *Nec* morem in Saliûm *ſit reqvies pedum. Salii.* [teſte Livio] in urbe fuêre à Numâ conſtituti, & Marti Gradivo conſecrati, qvi totidem ancilia per urbem cum ſaltibus geſtabant atqve tripudiis: unde & nomen habent. 35 Pulſabunt humum, id eſt, ſaltabunt. Sc. Paulum Fabium Maximum tibi rebusqve amatoriis accommodatiſſimum invenies. 36 Me nec fœmina ulla amplius juvat, id eſt, delectat. 37 Amoris. 38 Cum perſvaſione conjuncta, fore, ut mutuò amer ab ea, cujus amoris captus ſum. 39 Contendere vino cum amicis in conviviis non delectat. Ductum à bello. 40 Nec caput inter bibendum coronare. Anaphora: ut in *cur.* 41 Sed, eheu puer Ligurine, qvamvis ætate ingraveſco, amore tamen tui incenſus ad priſtinas revocor laſcivias. Apoſtrophe pathetica. 42 Defluit, mihi erumpit, tui qvando recordor. 43 Inſolita, guttatim & raro defluens, non amoris parvitate, ſed ætatis vereccundiâ: nam turpe eſt ſeni præ amore flere. 44 Aliàs ſatis loqvax. 45 Mihi viro gravi & honeſto parùm convenienti. 46 Cur lingua mea inter loqvendum ſive in medio ſermone titubat & obtumeſcit, labitur? qvod nimii amoris eſt judicium. 47 O Ligurine dure, ego nocturnis in ſomniis te jam qvaſi captum brachiiſqve circumdatum am-

Jam

Jam captum teneo, jam 48 volucrem ſeqvor
Te 49 per gramina Martii
Campi, 50 te per aqvas, 51 dure, volùbiles.

lecti mihi videor. 48 Te tanqvam alitem è complexu meo volantem ſeqvor. Sumtum ab avibus. 49 Qvaſi ludentem in campo Martio. 50 Jam te per fluvias aqvas aſſiduè ſeqvor, qvaſi denatantem in Tiberi, qvi fluit juxta campum Martium, in qvo juventus Romana ſe curſu, luctâ, eqvo, natatione exercebat. 51 O Ligurine inexorabilis. Sumtum à ſaxis & metallis.

Ode II. Ἐγκωμιαστική, id eſt, Ad laudandum comparata.

Ad ANTONIUM JULUM, M. Antonii Triumviri Filium.

Antiqvos Poëtas, & præcipuè Pindarum, imitari periculoſum eſt.

1 P*indarum qviſqvis ſtudet æmulari,*
Jule, 2 ceratis ope Dædalêâ
3 *Nititur pennis, 4 vitreo 5 daturus*

1 Pindarum, inter Lyricos Poëtas facilè principem, ejusqve verborum & ſententiarum majeſtatem ſi qvis imitari & carmine exprimere annitatur, is ſuos conatûs irritos ſentiet, ut olim Icarus volare tentans, in mare decidit. 2 Cerâ illitis atqve connexis, ſive corpori affixis artificio Dædali patris. Vel ad Dædali fabulam reſpicit: qvi, fugiens *Minoia regna, Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo eſt.* Vel, qvia artificioſa omnia *Dædala* vocamus. 3 Suſtentatur. 4 Mari pellucido inſtar vitri, διαφανεῖ, vel, ejusdem coloris. ſc. viridis aut cærulei, cum vitro, qvod ab *Icaro* mare *Icarium* appellatum eſt. Metaph. 5 Ut Icarus ille, qvi Ponto nomen dedit, nudum irriti ſui laboris nomen, & ludum ac jocum poſte-

Nomina 6 Ponto.
7 Monte decurrens velut amnis, 8 imbres
Qvem ſuper 9 notas 10 aluêre 9 ripas,
11 Fervet, 12 immenſusqve ruit profundo
Pindarus ore,
13 Laureâ donandus Apollinari,
Seu per 14 audaces 15 nova 16 dithyrambos
Verba 17 devolvit, numerisqve 18 fertur

ris relicturus. 6 Icario mari. Synecdoche generis. 7 Ex monte aliqvo deorſum currens, id eſt, torrens. Ordo eſt: Pindarus fervet, & ruit immenſus ore profundo, velut amnis decurens monte, qvem imbres aluére ſuper notas ripas. Significat Horatius hoc ſimili copioſam Pindari ſapientiam & celerem in dicendo ubertatem. 8 Aqvæ pluviæ copioſæ. 9 Fluminis margines, qvas crebrò alluentes notas ſibi fecerunt. 10 Abundantem reddiderunt, ita auxerunt, ut extrà ripas erumpat. Metaph. à nutricibus. 11 Verbis ſublimibus inſtar alicujus ignis aſcendit. Metaph. ab aqvâ fervidâ & agitatâ. 12 Et ſummus ignei ingenii vi & acumine, ore ſublimi gravibuſqve ſententiis ruit. A Geometris ſumtum. 13 Qvi Phœbeâ coronâ, Poëtis conſecratâ, ubiqve decorandus eſt, qvicqvid etiam ſcribat. Od. ult. l. 3. *Delphicam laurum* dixit. 14 Animoſos, valdè vehementes ad animos concitandos, *Vel*, pedibus lege ſolutis conſtantes. 15 Inuſitata, à nullo anteà unqvam prolata. 16 Cantiones & choros Rhythmicos liberiùs in honorem Bacchi compoſitos. Dicti ſunt *Dithyrambi* ἀπὸ τοῦ Διονύσου τοῦ ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθόντος, id eſt, *à Bacchô duabus januis egreſſo*, ſemel ex matris utero, ſemel ex Jovis patris femore; *Vel*, qvòd vino capti & pectora & ora ſimul aperta gerant. 17 Deorſum volvit, id eſt, verba grandia loqvitur ac defluere facit, Metaph. à rotundis figuris, qvæ volubili motu & facili teruntur. 18 Et verſibus Dithyrambicis liberalioribus & lege verſûs ſolutis rapitur.

Lege ſolutis:
Seu 19 *Deos,* 20 *regeſqve canit,* 21 *Deorum*
Sangvinem, 22 *per qvos* 23 *cecidêre* 24 *juſtâ*
Morte 25 *Centauri,* 26 *cecidit tremenda*
Flamma Chimæræ;
27 *Sive, qvos Elea domum reducit*
Palma cœleſtes: 28 *pugilem-ve, eqvum-ve*
29 *Dicit, &* 30 *centum potiore ſignis*
31 *Munere* 32 *donat;*

19 Jovem & Apollinem, in Olympiis & Pythiis. 20 Hieronem Siciliæ regem, alioſqve heroas, & Palæmonem, Archemorum, Herculem, Pirithoum, Theſea, Bellerophontem, in Iſthmiis ac Nemeis. Synecd. gen. 21 Heroas, à Diis oriundos, διογενέας. Priſci reges illi omnes ſuam ad Deos originem referebant. Meton mat. 22 Herculem. Pirithoum. & cæteros Lapithas, qvi Centauros devicerunt. 23 Trucidati, devicti ſunt in nuptiis Pirithoi, & alibi. Metaph, & Polyptoton. 24 Meritâ, propter libidinem & petulantiam. 25 Thraciæ populi, qvi à Poëtis finguntur eſſe mediâ parte viri, & mediâ eqvi, originem ab Ixione ducentes. 26 Et per qvos (imprimis Bellerophontem) etiam ignis ille, qvi ex faucibus horrendæ illius Chimæræ, monſtri tergemini & formidabilis, eructabatur, exſtinctus eſt. 27 Sive dicit & laudat eos, qvos victoria, apud Elidem, Peloponenſi oppidum, parta, domû reducit cœleſtes, id eſt, cœleſtibus ob gloriam comparandos, & celeberrimos apud patriæ ſuæ cives reddit. Alleg. è continuatis Metaph. 28 Sive eum laudat, qvi pugillatu vicerit, ut Pollucem ſive eum qvi certamine eqveſtri, vel eqvorum curſu ſuperior fuerit, ut Caſtor. Horat. de Art. *Et pugilem victorem, & eqvum certamine primum, Et juvenum curas, & libera vina referre.* 29 Lyrici carminis materiâ. 30 Synecd. finiti pro infinitis ſtatuis. 31 Carminibus immortalibus donat, qvæ ſunt centum ſtatuis meliora ac diuturniora. Hoc ideò dicit, qvòd victoribus omnibus ſtatuæ publicè ponebantur. 32 In *donat* & *plorat* eſt Epiſtrophe.

33 Flebili ſponſæ juvenem-ve raptum
34 Plorat, & vires, 35 animumqve, moresq́;
36 Aureos educit 37 in aſtra nigroq́;
38 Invidet Orco.
39 Multa Dircæum levat aura cygnum,
40 Tendit, Antoni, qvoties in altos
Nubium tractus: 41 ego, apis Matinæ
More, modoqve,
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum; 42 circa nemus, 43 uvidiqve
Tiburis 44 ripas, 45 operoſa parvus

33 Triſti, dignæ fletu ac lacrymis: ut Od. 24. l. 1. *Multis ille qvidem* flebilis *occidit.* 34 Sive etiam in Epitaphiis deplorat ſponſum ſponſæ ſuæ triſti immaturâ morte ablatum. 35 Animoſitatem. 36 Honeſtos & bonos mores ejuſdem juvenis ad cœlum uſqve tollit, & *ſtellis inſerit*, ut Od. 25. l. 3. loqvitur. Metaphora à præſtantiſſimo metallo. 37 Me-Metaph. hyperbolica. 38 Et eum morti ſubtrahit, adimit. i. e. à morte & oblivione eum vindicat. Alleg. è Metonymiis. 39 O Antoni Jule, validus ſpiritus & copioſus ventus in ſublime ad cœlum elevat & attollit Pindarum Poëtam, qvi in Dirce, fonte Thebano, tanqvam altivolans cygnus natus & enutritus eſt. Nam ut cygnus, aurâ & vento levatus, in altum volat; ſic Pindarus, qvoties Deorum & Regum canit laudes, ſuâ eloqventiâ ſublimis volat, & ſvaviter canit. Alleg. è Metaphoris. 40 Qvoties in ſupremam aëris regionem, ubi nubes condenſantur, id eſt, in cœlos ipſos, evolat. 41 At contra ego Horatius, parvus Poëta, ut apis Calabra, in Matino monte paſcens & circa terram volans, carpensqve laboriosè thyma alioſqve flores ſibi gratos. i. e. ſcribens depreſſè, ſvavi tamen ſtylo fingo carmina, &c. 42 Circa ſylvas in ſeceſſu ſolitario. 43 Propter aqvarum copiam humidi, aqvâ abundantis. Od. 29. l. 3. *udum Tibur.* 44 Circa margines exſpatiatus. 45 Carmina laborioſa, e-

Carmina

Carmina 46 *fingo.*
47 *Concines majore Poëta plectro*
Cæſarem, 48 *qvandoqve* 49 *trahet*, 50 *feroces*
51 *Per ſacrum clivum*, *meritâ decorus*
52 *Fronde* 53 *Sicambros:*
54 *Qvo nihil majus*, *melius-ve terris*
Fata donavêre, 55 *boniqve Divi*,
Nec dabunt, 56 *qvamvis redeant in aurum*
Tempora priſcum.
57 *Concines lætoſqve dies*, 58 *& Urbis*

laborata, qvæ multum operæ atqve induſtriæ reqvirant, per maximam curam compono, exiſtens humilis Poëta ejus collatione. 46 Sumtum eſt à figulis. 47 At tu, ô Antoni Iule, tanqvam excellens Poëta res Auguſti Cæſaris egregiè geſtas digniori & ſublimiori ſtylo, id eſt, carmine Heroïco, canes, deſcribes. Metaph. ab amplioribus organis Muſicis, qvorum ſonus exauditur longiùs. 48 Qvandocunqve Cæſar, decorus fronde meritâ trahet per ſacrum clivum Sicambros feroces. 49 Aget, eoſqve in triumphum ſpectandos reducet. 50 Indomitos, *cæde gaudentes*, ut eos Od. 14. hujus libri appellat. 51 Per clivum Capitolinum viæ Sacræ adhærentem. Triumphantes enim ingreſſi urbem portâ Triumphali, per Velabrum & Forum, ab æde Saturni, qvà via Sacra clivo proxima erat, in Capitolium aſcendebant. Synecd. gen. 52 Exornatus triumphali laureâ ſive coronâ laureâ propter fortitudinem bellicam meritâ. Meton mat. 53 Germaniæ populos, Menapiis finitimos, qvos hodiè *Cheldrenſes* appellamus. 54 Cæſare. 55 Rebus Romanis faventes & benigni. Sic. Od. 5. hujus l. *Divis orte* bonis, *optime Romulæ Cuſtos gentis.* 56 Qvamvis aurea ſecula, vel aureæ ætatis mores redeant. 57 Decantabis etiam dies feſtos & lætitiæ deſtinatos propter victorias, & triumphos Cæſaris. Anaphora. 58 Et ludos publicos variè in

Publicum ludum, ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu, 59 forumqve
Litibus 60 orbum.
61 Tùm meæ [62 ſi qvid loqvar audiendum]
63 Vocis accedet bona pars: 64 & ô Sol
Pulcher, ô laudande, canam 65 recepto
Cæſare felix.
66 Teqve dùm procedis, Io triumphe,
Non ſemel dicemus, Iô triumphe,
67 Civitas omnis, 68 dabimuſqve Divis
Thura benignis.

urbe conſtitutos, *vel* publicam civitatis lætitiam, pro magnanimi Auguſti reditu à Diis impetrato & conceſſo. 59 Et cantabis forum controverſiis & contentionibus vacuum, propter dies feſtos ac ludos publicos. Ut enim inter arma ſilent leges, ita in communi totius populi gaudio triumphoqve lites forenſes tacebant. 60 Metaph. à pupillis utroqve parente orbatis, vel contra à parentibus orbatis ſuis liberis. 61 Ubi ſc. tu Pindaricâ venâ & carminis majeſtate bella & triumphos Cæſaris illuſtrabis. 61 Si modò aliqvid memoratu vel auditu dignum ego vilis Poëta loqvi poſſum. 63 Magna mei carminis pars, ex laudibus Cæſaris conſtans, tuis carminibus adjungetur. 64 Et ô dies feſtive, laudibuſqve celebrande, qvo victor Cæſar urbem ingreſſus eſt. Apoſtrophe ad Solem, pro die per Meton. effic. pro effe. qvem diem dicit tranſactum iri à totâ civitate per Apoſtrophen alteram ab Julo ad triumphum, & per acclamationem Baccho ſacram, *Io triumphe*, identidem uſurpatam per Epiſtrophen. 65 Recuperato, à periculis belli liberato. Sic Od. 7. l. 2. recepto *Dulce mihi furere eſt amico.* 66 Et, ô triumphe, dùm tu perageris, cùm in Capitolium veheris, nos omnes cives iterùm atqve iterùm fauſtam illam acclamationem iterabimus, Io, Io, triumphe. 67 Nos omnes cives. Meton. ſubj. pro adjunctis. 68 Et Divis, Romanorum rebus faventibus ac

69 Te

69 Te decem tauri, totidemqve vaccæ,
70 Me tener 71 ſolvet vitulus 72 relictâ
Matre, 73 qvi 74 largis 75 juveneſcit herbis
76 In mea 77 vota;
78 Fronte curvatos imitatus 79 ignes
Tertium Lunæ 80 referentis ortum,
81 Qvâ notam duxit, niveus videri,
82 Cætera fulvus.

benignis ergà nos Cæſaris reditu, ſacrificia offeremus. 69 Tùm te, ut Prætorem, ac fortè jam deſignatum Conſulem, Cæſaris affinem opibuſqve abundantem, decem tauri ſolvent & liberabunt à voto, qvo obligaris ex Cæſaris reditu. 70 Me autem fortunæ tenuioris. 71 Liberabit à voto, qvod pro Cæſaris incolumitate Diis feci. Dicimur *Vota facere* ac *ſuſcipere*, cùm vovemus aliqvid. *Nuncupata* enim *Vota* dicebantur, qvæ Magiſtratûs ituri in provinciam faciebant, multis nempe præſentibus. *Reddere* autem *Vota*, eſt ſolvendo ſe liberare. 72 A vaccâ depulſus. 73 Vitulus. 74 Copioſis. 75 In prato adoleſcit, fit juvencus. 76 Propter. 77 Diis facta. 78 Qvi cornua habet parva & curva inſtar Lunæ, tertio diè poſt novilunium. 79 Splendórem curvorum cornuum. 80 Qvæ reducit. 81 Qvâ in parte ille notabatur, id eſt, in fronte candidus erat. 82 Κατὰ τ᾽ ἄλλα, per, *Vel*, qvoad cætera, habens cætera fulva, *Vel* cùm cætero toto corpore rufo colore ſit. Synecdoche. Sic. Ep. 10. l. 1. *Excepto, qvod non ſimul eſſes,* cætera *latus*. Virg Æn. 3. *Conſertum tegmen ſpinis: at* cætera *Grajus.*

Ode III. Προσευκτική.
Ad MELPOMENEN.

Natus eſt Horatius ad artem Poëticam, cujus beneficio immortalem gloriam eſt conſecutus.

Dico-

Dicolos Diſtrophos.

1 *QVem tu, Melpomene, ſemel*
Naſcentem placido lumine 2 *videris,*
Illum non labor 3 *Iſthmius*
4 *Clarabit pugilem, non eqvus* 5 *impiger*
Curru ducet 6 *Achaico*
Victorem: 7 *neqve res bellica* 8 *Deliis*
Ornatum foliis 9 *ducem,*
Qvòd 10 *Regum tumidas* 11 *contuderit minas,*
12 *Oſtendet Capitolio:*

1 Melpomene, qvem tu ſemel benignis & amicis oculis aſpexeris in lucem editum, is neqve clarus pugil, neqve miles erit, ſed Poëta. 2 Metaph. à corpore ad animum. 3 Suſceptus in curuli certamine Iſtmico, à Siſypho in honorem Neptuni inſtituto. *Iſthmos* inſula eſt inter duo maria, Ægæum & Jonium, concluſa. Undè *Iſthmia certamina* dicta. Ovid. *Æqvora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſtmon, Et tenuis tellus audit utrumqve mare.* Meton. effic. pro victoriâ certamine Iſthmico partâ. Eſt præterea Synecd. periphr. pugillatus. 4 Clarum & nobilem reddet ex victoriâ conſecutâ pugnis valentem: vel *clarabit*, id eſt, declarabit: voce enim præconis victorum nomina declarabantur. Lucret. l. 4. Metaph. à luce. 5. Celer. 6 Curru Græco, vel Eleo, id eſt, qvadrigali certamine, illum victorem non ſecum rapiet. Synecd. gen. *Elis* enim eſt civitas Achaiæ. 7 Neqve fortitudo & induſtria bellica. 8 Apollineis foliis, id eſt, laureâ coronâ à *Delo* inſulâ, Apollini ſacrâ. Synecd. gen. 9 Tanqvam ſummum belli Imperatorem, hoſtium ſuorum victorem & triumphantem. 10 Hoſtium ſuorum. 11 Inflatos animos fregerit & domuerit. Sumtum ab utentibus piſtillis, aut à fabris, ad dura mollienda & in pulverem redigenda, aut qvoqvo modo malleis frangenda. 12 Eum in Capitolium deducet, ibiqve glorioſum populo Romano oſtendet. Trium-

13 *Sed*

13 *Sed, qvæ Tibur aqvæ fertile perfluunt,*
14 *Et ſpiſſæ nemorum* 15 *comæ,*
16 *Fingent* 17 *Æolio carmine nobilem.*
18 *Romæ* 19 *principis urbium*
Dignatur ſoboles inter amabiles
20 *Vatum ponere me choros:*
Et jam dente minus mordeor 21 *invido.*
22 *O teſtudinis aureæ*

phantes enim rectà in capitolium vehebantur. 13 Non hæc ſuprà memorata eum reddunt nobilem, ſed aqvæ illæ, qvæ præterfluunt ferax illud oppidum Tibur, ab eo deſcriptæ Æolio carmine, facient nobilem. 14 Et denſæ frondes nemorum, id eſt, copioſa arborum folia. Sic infrà Od. 7. *Diſfugére nives: redeunt jam gramina campis, Arboribuſqve comæ.* 15 Metaph. ab animantibus ad inanimata. 16 Illuſtrem & celebrem apud exteras nationes efficient. Virg. Æn. 2. *nec ſi miſerum fortuna Sinonem* Finxit. Sumtum à figulis, qvi propriè dicuntur fingere qvippiam ex argillâ & luto. 17 Carmine aliqvo Sapphico & Alcaico, qvale Sappho & Alcæus condiderunt. Synecd. gen. Sic Od. 30. l. 3. *Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.* 18 Hinc univerſus populus Romanus dignatur me numerare inter Poëtas Lyricos, qvi canunt amabilia. Meton. loci pro incolis. 19 Qvæ omnium urbium princeps eſt, & caput. Virg. Ecl. 1. *Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit urbes, Qvantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.* 20 Lyricorum Poetarum. 21. Et jam æmulorum mordacibus calumniis minùs proſcindor, id eſt, & jam virtute ſupero invidiam. Sic Salluſt. *Gloriâ invidiam viciſti.* Alleg. à canibus & feris. 22 O Pieri Melpomene Muſa, qvæ moderaris & inflectis ad concordem concentum amabilem cantum amœniſſimæ atqve excellentis Lyræ. Sic Ep. 2. l. 1. *Ad* ſtrepitum *citharæ ceſſatum ducere*

Dulcem

Dulcem quæ ſtrepitum, 23 Pieri, temperas!
O, 24 mutis quoqve piſcibus
Donatura cygni, ſi libeat, 25 ſonum,
26 Totum muneris hoc tui eſt,
27 Qvod monſtror digito prætereuntium
Romanæ 28 fidicen lyræ;
29 Qvod ſpiro, & placeo (30 ſi placeo) tuum eſt.

curam. Exclamatio eſt admirantis vires teſtudinis: & in *aurea* eſt Metaph. à præſtantiâ metalli, ad pulchritudinem Lyræ indicandam. 23 Vocativus caſus Græcus, à Nominativo Pieris. Synecd. gen. pro ſpeciali Musâ Melpomene. 24 Vocis expertibus, non ſpirantibus, non reſpirantibus, paucis exceptis; nam pulmonem non habent, nec pulmone indigent, eò qvòd non habeant ſangvinem, qvo cordis calor refrigeretur. 25 Qvo donatura es cantus dulcedinem, eosq́ non ſolùm vocales ſed etiam Muſicos facere potes. Nam cygni ante mortem canere dulciſſimè dicuntur. 26 Illud univerſum tuum beneficium eſt, tibiqve acceptum fero. 27 Qvòd Romæ in pretio & admiratione ſum. Hinc Perſius: *At pulchrum eſt*, digito monſtrari, *& dicier, hic eſt*. Notum illud eſt de Demoſthene, *qvi illo ſuſurro* (ut ait Cic. Tuſcul. 5.] *aqvam ferentis muliercula, ut mos in Græciâ eſt, inſuſurrantisqve alteri, Hic eſt ille Demoſthenes, οὗτος ἐκεῖνος Δημοσθένης, delectari ſe dicebat.* 28 Qvòd Lyricus Poëta ſim. 29 Qvòd vitam ſpiritumqve duco, id eſt, qvòd vivo, aliisqve in admiratione ſum, illud omne tuum eſt, & nulliættereà debetur. 30 Si tamen mea carmina apud viros doctos in pretio habentur. Modeſta ἐπανόρθωσις eſt, ad minuendam Poëtæ immodicam de ſe perſvaſionem Poëtices.

Ode

Ode IV. Προσφωνητικὴ, Ἐγκωμιαστική.
Ad URBEM ROMAM.
De indole Druſi, ejusqve inſtitutione ſub Auguſto.
Tricolos Tetraſtrophos.

1 *QValem miniſtrum fulminis 2 alitem*
(Cui Rex Deorum regnum in aves vagas
3 Permiſit, expertus fidelem
Iupiter in 4 Ganymede flavo,)
Olim 5 Juventas & patrius vigor
6 Nido laborum propulit inſcium:
7 Verniqve, 8 jam nimbis remotis,
Inſolitos docuêre niſus,
9 Venti, 10 paventem; 11 mox in ovilia
Demiſit hoſtem vividus impetus:

1 Qvàm alacris & robuſta eſt Aqvila in errantes aves, ejusq; pugnandi cupiditas in draconem: aut qvalis eſt catulus leonis in capream, ejus dentibus jam dilacerandam, talem Rhœti, & Vindelici vidêre Druſum, &c. 2 Aqvilam Jovis armigeram. Synecd. gen. 3 Commiſit, propter ejus fidem erga Jovem. 4 In pulchro Ganymede, Trois regis filio, Jovis pocillatore, in cœlum rapiendo. 5. Juventutis flos atqve impetus & vigor paternus, ingenitus, ſc. aqvilæ. Meton. effic. creditur enim *Juventas* Dea juventutis. 6 E nido expulit prædandi & pugnandi imperitum. Al. *protulit*. 7 Et qvem verni venti, ideſt, Zephyrus & Favonius, vernumqve tempus, qvo excluditur, docuêre inſvetos prædandi conatûs. *Vel,* primos & non uſitatos volatûs. 8 Inſtante æſtate: totum enim ver imbriferum eſt. Synecd. gen. ad inſolitos volatûs exprimẽdos. 9 Favonii & Zephyri. Synecd. gen. 10 Feras adhùc aggredi timentem. 11 Qvem etiam alitem Jovis aqvilam paulò pòſt magis in rapinis exercitatum vegetus animi vigor in ovilia, ut agnos rapiat, tanqvam hoſtem ab alto deorſum miſit.

Q Nunc

12 *Nunc in 13 reluctantes dracones*
14 *Egit amor dapis atqve pugnæ:*
15 *Qvalemve 16 lætis caprea paſcuis*
17 *Intenta, fulvæ matris ab ubere*
18 *Jam lacte depulſum leonem,*
19 *Dente novo peritura vidit:*
20 *Vidére Rhœti bella ſub Alpibus*
Druſum gerentem, & Vindelici: 21 *qvibus*
Mos, unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras 22 *obarmet, qværere diſtuli:*
[Nec ſcire 23 *fas eſt omnia] ſed diu,*
24 *Lateqve victrices catervæ*

12 Poſtqvam animoſior factus eſt. 13 Sibi, id eſt, naturali odio contendentes. 14 Devorandos compulit cibi cupiditas, id eſt, fames, & pugnæ naturalis amor. 15 Anaphora. 16 Exhilarantibus paſcentes. Meton. effe. 17 Animum in pratorum deliciis occupatum habens. 18 Paulò antè à lacte remotum. Virg. Depulſos à lacte *domi qva clauderet agnos.* 19 Dente leonini catuli nondùm prædæ aſſvefacto, ſeu nondùm in pugnâ exercitato, devoranda. 20 Qvalis, inqvam, aqvila aut leo junior, talem, tàm fortem Rhœti & Vindelici [eas Alpium partes tenentes, qvæ ad Orientem ſpectant, & in Auſtrum vergunt; Helvetiis finitimi] Druſum Neronem gerentem bella ſub Alpibus, & ibidem memorabili victoriâ potitum. 21 Qvi Vindelici cur talibus ſecuribus in prælio (qvalibus Amazones mulieres qvondam in præliis uſæ ſunt, ſive Amazonum more) utantur, illud curioſiùs indagare in aliud commodius tempus rejeci. Ordo eſt: Qvibus mos *ut* obarmet dextras *ſuas* ſecuri Amazoniâ, unde deductus ſit, diſtuli qværere. 22 Muniat. 23 Poteſt, δυνατὸν. Vide Od. 2. l. 1. 24 Sed hoc certò ſcio & affirmo, qvòd Vindelicorum & Rhœtorum catervæ, longo tempore latè per multas regio-

Conſiliis

Conſiliis juvenis revictæ.
Senſêre, qvid 25 *mens ritè,* 26 *qvid* 27 *indoles*
28 *Nutrita* 29 *fauſtis ſub penetralibus*
30 *Poſſet, qvid Auguſti paternus*
31 *In pueros* 32 *animus Nerones.*
Fortes 33 *creantur fortibus, & bonis:*
Eſt in juvencis, eſt in eqvis patrum
34 *Virtus: nec* 35 *inbellem* 36 *feroces*
37 *Progenerant aqvilæ columbam;*
38 *Doctrina ſed vim promovet* 39 *inſitam,*
40 *Rectiqve cultus pectora roborant:*
41 *Utcunqve defecêre mores,*
Dedecorant benè nata culpæ.

nes hactenùs hoſtibus ſuis in bello ſuperiores, jam auſpiciis & fortitudine juvenis Druſi tandem viciſſim ſuperatæ ſint, & ſenſerint, ſive experti ſint, qvid, &c. 25 Animus & prudentia. 26 Anaphora. 27 Innata virtus ſive ingenii bonitas. 28 Metaph. ab alumnis. 29 In domo Auguſti, in qvâ omnis virtutis & fortitudinis ſchola qvaſi patet. 30 Valeat. 31 In privignos & adoptivos pueros, Tiberium & Druſum. Synecd. gen. 32 Affectus. 33 Procreantur ex magnanimis viris. 34 Ingenita bonitas. 35 Ignavam. 36 Magnanimæ, animoſæ. 37 Producunt. 38 Sed tamen proba inſtitutio & educatio naturalem inclinationem excitat, provehit, προάγει, melioremqve facit. 39 Metaph. à plantis. 40 Et amor ac ſtudium honeſti, virtutis, accurataqve ingeniorum cultura, ſive bonæ inſtitutiones mentem in rectâ virtute conformant & confirmant. 41 Ubicunq; ſeu qvandocunq; naturæ bonitas à bonis morib. deſtituta eſt, ibi culpæ, i.e. mali mores, ignavia & peccata etiam illa, qvæ benè nata ſunt, id eſt, naturæ bonitatem, ſive illos, qvi optimis parentibus prognati ſunt, deformant, dedecoreqve afficiunt.

Qvid debeas, ô 42 *Roma,* 43 *Neronibus*
44 *Teſtis* 45 *Metaurum flumen, & 46 Aſdrubal*
47 *Devictus, &* 48 *pulcher* 49 *fugatis*
50 *Ille dies Latio tenebris,*
51 *Qvi primus almâ* 52 *riſit adoreâ.*
53 *Dirus* 54 *per urbes* 55 *Afer* 56 *ut Italas,*
57 *Ceu flamma per tædas, vel* 58 *Eurus*

42 Apoſtrophe eſt & Meton. ſubj. pro ô Romani. 43 Hujus Druſi progenitoribus, id eſt, ei Claudiæ gentis ſtirpi ſeu familiæ, cui cognomen Nero, acceptum feras. 44 Illud teſtatur. Metaph. ab homine, ſicut eſt in *riſit* & *tenebris.* 45 Flumen Umbriæ, qvod hodiè *il Metro* appellant Itali: ubi Aſdrubal cum qvinqvaginta ſex millibus hominum, Claudii Neronis operâ, cæſus eſt. 46 Hannibalis frater. 47 Imò occiſus ad illud flumen, & capite truncatus, qvod Hannibali fratri ante caſtra projectum fuit. 48 Felix, gratus & ſerenus. Sic Cic. l. 4. Epiſt. ad famil. *Noli qværere: ita mihi* pulcher *hic dies viſus eſt, ut ſpeciem aliqvam viderer videre qvaſi reviviſcentis Reipublicæ.* 49 Anxietate, ſollicitudine ex Romanorum animis depulsâ, id eſt, Carthaginenſibus & Afris ex Italiâ pulſis. 50 Qvo victoria memorabilis parta eſt, qvo Hannibalis ferox animus domitus fuit, teſtis eſt. 51 Dies. 52 Victoriâ & gloriâ bellicâ lætus fuit, nosqve benigno vultu reſpexit. Feſtus: *Adoream, laudem ſeu gloriam dicebant, qvia glorioſum eum putabant, qvi farris copiâ abundaret.* Plaut. in Amphitry. *Qvi prædâ, atqve agro,* adoreâqve *affecit populares ſuos.* Propriè tamen *adorea* frugum copiam ſignificat. Meton. adj. ſigni. 53 Crudelis ille Imperator Africanus Hannibal eqvitavit, id eſt, incredibili velocitate aufugit. 54 Per totam Italiam. 55 Hannibal Synecd. gen. 56 Poſtqvam, cùm. 57 Velut ignis per faces, aliamqve incendibilem materiam. 58 Vel ut Eurus, id eſt, qvilibet ventus, Siculum mare percurrit, inqve eo horribiliter tumultuatus eſt. Synecd. ſpe.

Per

Per Siculas 59 eqvitavit undas.
60 Poſt hoc ſecundis uſqve laboribus
Romana 61 pubes crevit, & 62 impio
Vaſtata Pœnorum tumultu
Fana 63 Deos habuêre rectos.
64 Dixitqve tandem 65 perfidus Annibal:
66 Cervi, 67 luporum præda rapacium,
68 Sectamur ultrò, 69 qvos 70 opimus
Fallere, & effugere eſt triumphus.
71 Gens, qvæ 72 cremato fortis ab Ilio

59 Metaph. ab hominibus. 60 Poſt hanc victoriam, (qvâ Claudii Neronis auſpicio Aſdrubal fuit occiſus, & Afrorum ferocia domita fuit) populus Romanus ſemper proſperis prælíis corroborata fuit. 61 Romani juvenes. Meton. ſigni. 62 Deorum templa, qvæ bellicâ & hoſtili Carthaginenſium veſtatione diruta erant, poſteà rectos Deorum cultûs ſive ſtatuas Deorum erectàs, Hannibale profligato, rursùs habuerunt. 63 Imagines & ſimulaca Deorũ reſtituta & erecta. Meton. ſubj. 64 Proſopopœia eſt, ubi Poëta ſuâ oratione Annibalem inducit loqventẽ, cujus ſermo producitur in qvatuor & viginti verſus cum notâ qvidem acceſſus ad eam, ſed ſine notâ receſſus ab ipsâ. 65 Qvia primus violavit fœdus inter Romanos & Afros initum. 66 Oratio Hannibalis ad ſuos milites. Non [inqvit] Carthaginenſes, qvi ſumus tanqvam imbelles cervi Romanos, veluti lupos, inſeqvimur. Alleg. è continuis metaphoris. 67 Romanorum præda & eſca. 68 Illos. 69 Qvos Romanos lupos latere, & fallendo effugere & evitare ſuma eſt victoria, magnificiq́ve triumphi loco ducere debemus. Ter. in Heaut. *Triumpho, ſi licet me latere recto abſcedere*, id eſt, triumphi loco habeo, ſi mihi licet periculum, in qvo verſor, declinare. 70 Magnificus. Sic *ſpolia opima* dicuntur, qvæ dux duci hoſtium detraxit. Metaph. à fertilitate terræ. 71 Gens illa Romana, qvæ originem duxit à Trojâ, id eſt, Trojani, Æneas, Anchiſes & comites jactati in mari Tyrrheno. Synecd. gen. 72 A Græcis combuſto.

73 Jactata Tuſcis æquoribus, 74 ſacra,
75 Natoſqve, 76 maturoſqve patres
77 Pertulit Auſonias ad urbes;
78 Duris ut ilex 79 tonſa bipennibus
80 Nigræ 81 feraci frondis in 82 Algido,
83 Per damna, per cædes, ab ipſo
84 Ducit opes animumqve ferro.
Non 85 Hydra ſecto 86 corpore 87 firmior
Vinci 88 dolentem 89 crevit in Herculem;

73 Acta in Tyrrheno mari. 74 Deos penates. 75 Et filium Aſcanium, Æneas ſc. itemqve ſuos liberos alii Trojani, qvi Æneam ſecuti ſunt. Virg. 2. Æn. *Aſcanium, Anchiſenq; patrem, Teucroſq; penates Commendo ſociis*, &c. 76 Et Anchiſen, aliosqve patres ſenio confectos. Virg. Æn. 5. *ævi maturus Aceſtes.* 77 Ad Italiæ urbes ſecum navibus advexit. 78 Ut ilex ſuccîſa & ramis ſpoliata magis magisqve creſcit, ſic Romani adverſis præliis magis invaleſcunt. 79 Securibus ramis ac frondibus reſecta. Metaph. ab animantibus: ut enim capilli tonderi dicuntur & crines reſecari: ſic plantæ, cùm eis frondes & folia tondentur. 80 Nigris & denſiſſimis foliis. 81 Feraci. 82 *Algidum* mons eſt in agro Tuſculano. Vide Od. 21. l. 1. 83 Virg. 11. Æn. *Bellum importunum, cives, cum gente Deorum, Invictisqve viris gerimus: qvos nulla fatigant Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.* 84 Vires & augmentum conſeqvitur, qvantòqve plura ramorum ſuorum damna patitur, eò magis in altum creſcit. Sat. 1. l. 2. *aut, qvi* Duxit *ab oppreſſâ meritum Carthagine nomen.* 85 Hydra ſerpens monſtroſa in Lernâ deliteſcens, cujus uno capite ab Hercule abſciſſo, ſeptem ſubitò renaſcebantur. Sunt qvi Hydræ capita centum, ſunt qvi qvinqvaginta dent, ſunt qvi novem, alii etiam pauciora. 86 Corpore. Synecd. inte. pro mem. 87 Animoſior, ſc. qvàm Romanorum gens, qvæ damnis, bellis & præ his crevit in nos. 88 Qvi, ſi ab aliqvo ſuperandus fuiſſet, dolebat. 89 Multiplicata eſt.

90 *Monſtrum-ve ſummiſére Colchi*
Majus, 91 *Echioniæ-ve* 92 *Thebæ.*
93 *Merſes profundo,* 94 *pulchrior evenit:*
95 *Luctére, multâ* 96 *proruet integrum*
Cum laude 97 *victorem, geretqve*
Prælia 98 *conjugibus loqvenda.*
99 *Carthagini* 100 *jam non* 101 *ego* 102 *nuntios*
Mittam ſuperbos: 103 *occidit, occidit*

90 Nec Colchi edidêre, immisêre Jaſoni, reliqvisqve Argonautis, aureum vellus rapturis, majus monſtrum, ſc. draconem, aurei velleris cuſtodem, & armatos homines ex hujus Draconis dentibus ſeminatis natos, nec urbs Thebana majus monſtrum, ſc. draconem Marti ſacrum, Cadmo immiſit; (qvem ille, cùm Thebas conderet, interfecit, cujusqve dentes cùm Palladis conſilio ſeminaret, exinde armati milites orti ſtatim mutuis vulneribus confoſſi conciderunt, Echione & aliis qvatuor, qvos Cadmus in urbe condendâ ſibi adjutores accivit, tantùm exceptis] illud, inqvam, monſtrum majus non fuit, vel contra Jaſonem, vel contra Cadmum; qvàm populus Romanus contra nos Afros. 91 Ab Echione, Cadmi genero, conditæ. 92 Thebanis. Meton. ſubj. loci. 93 Qvem populum Romanum ſi profundo mari, & imo pelago obruas. Ep. 1. l. 1. merſor *civilibus undis.* 94 Fortior inde emergit. 95. Si lucteris & pugnes cum illâ gente. 96 Proſternet, proculcabit & evincet te hoſtem incolumem, victorem, & nunqvam anteà victum. 97 Qvi paulò antè viceras. 98 Ab eorum uxoribus, lætitiâ ac dolore permotis, commemoranda; *vel,* qvæ victores reverſi domum uxoribus narrent. Sic enim ad Ulyſſem ſuum Penelope: *Narrantis conjux pendet ab ore viri.* 99 Carthaginem, i. e. ad Carthaginenſes. Meton. loci. 100 Illo tempore, cùm Romanos ad Cannas trucidarem. 101 Annibal. 102 Victoriarum mearum. 103 Præciſa eſt, interiit. Plaut. Occidit *ſpes noſtra.* Epizeuxis cum exclamatione deſperantis.

104 *Spes omnis* , 105 *& fortuna noſtri*
Nominis, 106 *Aſdrubale interemto.*
107 *Nil Claudiæ non efficient* 108 *manus*:
109 *Qvas & benigno numine* 110 *Iupiter*
Defendit , *&* 111 *curæ ſagaces*
Expediunt per 112 *acuta belli*.

104 Victoriæ. 105 Et totius Carthaginis felicitas & gloria. Metaph. ab appellationibus rerum. Narrant hiſtorici Annibalem, Aſdrubalis capite aſpecto, res Carthaginienſium deſperaſſe, ſic locutum, *agnoſco te Carthaginis fortuna*. 106 Meo fratre Aſdrubale trucidato. 107 Hæc nonnulli interpretes Horatii verba eſſe volunt, non Annibalis. 108 Vires & copiæ Claudiæ Neronianæ, id eſt, Nerones ipſi perficient omnia. Synecd. part. 109 Copias viresqve. 110 Suo favore tuetur. 111 Et qvas ducum vigilantia, & accurata ſolertia & providentia per omnia belli diſcrimina liberant, & facultatem vincendi, aut certè evadendi feliciter concedunt. Metaph. à canibus venaticis & ſagacibus. 112 Sic *ſubita belli, obliqva tumuli, &c.* apud Livium.

Ode V. Προσευκτική.

AD AUGUSTUM.

Ut tandem in urbem redeat.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 *DIvis orte bonis, optime* 2 *Romulæ*
Cuſtos gentis, 3 *abes jam nimium diu*:

1 O maxime Imperator Auguſte, qvi per Æneam & reliqvos progenitores tuos, à Divis propitiis & beneficis progenitus es. Metaph. à cœlicolis. 2 Et qvi Romanæ gentis (à Romulo Romæ conditore) protector conſtitutus es. Sic *Romula tellus*, apud Virg. *Dardana arma, Dardana pubes.* &c. 3 A nobis, & ab urbe Româ. Liv. l. 29. ut mos *eſt iis, qvi diu* abſunt.

4 *Ma-*

4 Maturum reditum pollicitus 5 Patrum
Sancto 6 concilio, 7 redi.
8 Lucem redde tuæ, dux bone, patriæ:
9 Inſtar veris enim vultus ubi tuus
10 Affulſit populo, 11 gratior it dies,
Et 12 ſoles meliùs nitent.
13 Ut mater 14 juvenem, qvem 12 Notus 16 invido
Flatu 17 Carpathii trans maris æqvora
18 Cunctantem ſpatio 19 longiùs annuo
Dulci detinet à domo,
Votis, 20 ominibuſqve, & 21 precibus vocat,

4 Celerem. Metaph. à frugibus, qvæ propriè matureſcunt, nec citiùs, nec tardiùs æqvo ad utilem uſum colliguntur. 5 Conſcriptorum. 6 Inviolabili ſenatui, vel ſenatorum cœtui. Virg. 1. Æn. *Jura, magiſtratusq; legunt*, ſanctumqve *Senatum*. Synecd. gen. pro Senatu, & in hoc Meton. adj. pro Senatoribus. 7 Ad nos. 8 Imperator felix & ſalutaris, redde te tuæ patriæ, id eſt, redi in patriam tuam tanqvam lux & ſalus. Alleg. è Metaph. 9 Ad ſimilitudinem. 10 Lætiſſimus arriſit populo Romano. 11 Tunc dies ſunt ſereniores. 12 Et tunc Sol puriùs & ſplendidiùs nitere videtur, id eſt, dies motu Solis effectus. Meton. effic. 13 Velut ſollicita qvædam mater, &c. Ordo eſt: Ut mater vocat votis ominibusqve, & precibus, juvenem cunctantem trans æqvora Carpathii maris, qvem Notus detinet invido flatu à dulci domo longiùs ſpatio anni, nec, &c. 14 Filium ſuum, peregrè abſentem. Sic Od. 12. *Telluris juvenes.* 15 Auſter. 16 Adverſo & reditum invidente ventorum flatu. Metaph. ab animantibus ad inanimata. 17 A *Carpatho* inſulâ Ægyptum versùs, inter Rhodum & Cretam. Synecd. ſpec. pro qvovis periculoſo mari. 18 Morantem ultrà annum. 19 Diutiùs. 20 Bonis verbis. 21 Supplicationibus pro filii reditu factis & effuſis.

Curvo nec faciem 22 *littore dimovet :*
Sic, 23 *deſideriis icta fidelibus,*
Qværit 24 *patria* 25 *Cæſarem.*
26 *Tutus bos etenim rura* 27 *perambulat :*
28 *Nutrit rura* 29 *Ceres, almaqve* 30 *Fauſtitas :*
31 *Pacatum* 32 *volitant per mare navitæ :*
Culpari metuit 33 *fides :*
Nullis 34 *polluitur caſta* 35 *domus* 36 *ſtupris :*
37 *Mos & lex maculoſum edomuit nefas :*
Laudantur 38 *ſimili prole* 39 *puerperæ :*

22 A, ſive de littore maris, ad qvod filium appulſurum ſperat, movet. Terent. in Adelph. *Cave nunc jam oculos à meis qvoqvam* dimoveas *tuos.* 23 Pio tui deſiderio perculſa, affecta, deqve te abſente ſollicita. Sumtum à corporibus. 24 Tua patria urbs Roma. 25 Cæſarem. 26 Immunis ab omni periculo bellico, id eſt, te præſente, ô Cæſar, omnia terrâ mariqve ſunt tranqvilla. 27 Inter arandum peragrat, id eſt, tuti ſunt agricolæ & aratores. Od. 17. Epod. Perambulabis *aſtra ſidus aureum.* 28 Agros fertiliſſimos reddit ſuo munere ac numine. 29 Frugum Dea, id eſt, frumenta luxuriantur in agris. Meton. & Metaph. 30 Felicitas. 31 Tranqvillum, non infeſtum piratis. 32 Navium velis, tanqvam pennis, celeriter navigant. Metaphora ab avibus. Sic Od. 37. l. 1. *ab Italiâ* volantem *Remis adurgens.* 33 Fides cavet, φυλάττεται commiſiſſe, qvamobrem culpetur, id eſt, nemo fidem fallit. Meton. adj. 34 Violatur. 35 Familia, id eſt, matronæ & virgines, Meton. ſubj. 36 Adulteriis. 37 Boni mores, & lex Julia de adulteriis coërcendis omnia turpia & immunda adulteria fregerunt, & è medio ſuſtulerunt. 38 Qvòd ſuis maritis ſimilem prolem progenerant, neqve cum adulteris ſeſe commiſcent, id eſt, filii ſunt parentibus ſimiles, non generantur ſpurii. Sic Catullus optat, ut Torqvatus filius naſcituus ſuo ſit ſimilis patri Manlio, *qvi facilè inſciis Noſcitetur ab omnibus, Et pudicitiam ſuæ Matris indicet ore.* 39 Matres, cùm ſint puerperæ.

40 *Cul-*

40 *Culpam* 41 *pœna premit comes.*
42 *Qvi* 43 *Parthum paveat? qvis* 44 *gelidum Scy-*
45 *Qvis, Germania qvos horrida parturit* (*then?*
Fœtus, 46 *incolumi Cæſare? qvis* 47 *feræ*
48 *Bellum curet* 49 *Iberiæ?*
50 *Condit qvisqve diem collibus in ſuis,*
Et vitem 51 *viduas* 52 *ducit ad* 53 *arbores:*
54 *Hinc ad vina redit lætus, &* 55 *alteris*
Te menſis adhibet Deum.

40 Scelera & peccata pœna celeriter conſeqvitur. 41 Magiſtratus, qvi verſatur in delinqventibus citò puniendis. Meton. ſubj. 42 Q. d. nemo. 43 Truculentum illum hoſtem amplius timeat? id eſt, bella jam ceſſant. Parthi ſigna militaria, qvæ Craſſo & Antonio ademerant, poſcenti reddiderunt. Vide Od. 15 hujus lib. Synecd. ſingularium pro Parthis, Medis & Scythis. 44 In Septentrionali regione, nivibus ac glaciæ rigidâ, habitantem. Scythæ virtutis moderationiſqve Auguſti famâ commoti, amicitiam ultrò petiverunt. 45 Qvis extimeſcat ſive paveat fœtus, id eſt, homines, qvos dira Germania producit? Germanos ultra Albim fluvium ſummovit Auguſtus, Hiſpaniam univerſam ſubegit. Meritò igitur ſecurum jubet eſſe populum Romanum Horatius. 46 Auguſto vivo. 47 Indomitæ, bellicoſæ. 48 Incurſiones hoſtiles. 49 Hiſpaniæ, à flumine *Ibero*. 50 Unusqvisqve ruſticus finit ſive ad finem perducit in vinetis ſuis. Eſt hic ſuperioris interrogationis ſubjectio. 51 Qùm vitibus non maritatas ſive junctas. Metaph. ab orbatis conjugibus. 52 Adducit, conjungit. 53 Ulmos, populos, & ſimiles arbores. 54 Ab agriculturâ hilaris ad convivia & commeſſationes revertitur. 55 Et te, ô Auguſte, in ſecundis menſis, cùm primæ epulæ remotæ ſunt, infuſo in pateras mero tanqvam Deum adhibet, tibiqve tanqvam Deo vinum libat & effundit. Veteres, primâ menſâ ſublatâ, ſecundam poſitis

Te multâ prece 56 proſeqvitur mero
57 Defuſo pateris, 58 & Laribus tuum
Miſcet numen, uti 59 Græcia Caſtoris,
Et magni 60 memor Herculis.
Longas 61 ô utinam, 62 dux bone, 63 ferias
Præſtes 64 Heſperiæ, 65 dicimus 66 integro
Sicci mâne die, dicimus 67 uvidi,
68 Cùm Sol Oceano ſubeſt.

pomis, infuſoqve vino, in Deorum honorem exhibebant: qvam potionem ἀγαθοῦ δαίμονος vocabant. Horatius ergò hîc nihil aliud voluit, qvàm Auguſtum Cæſarem ἀγαθὸν δαίμονα Romanis eſſe. 56 Tibi ſacrificat. 57 Vino de pateris fuſo. 58 Et qvisqve tuum numen & nomen cum Penatibus ſuis conjungit, & unà tanqvam Deum invocat. 59 Qvemadmodum Græciæ, id eſt, Græci Caſtorem & Pollucem, & magnum illum monſtrorum domitorem Herculem inter Deos Penates enumerant; ita etiam nos Romani te. Meton. ſubj. 60 Ob beneficia ab illis accepta. 61 Exclamatio eſt per optationem. 62 Imperator optime Auguſte. Synecd. gen. 63 Dies feſtos, id eſt, otioſam pacem. 64 Italiæ. Synecd. gen. 65 In hæc verba precamur. Anaphora. 66 Matutino tempore, cùm dies adhùc ſolidus reſtat, dùm adhùc ſicci ſumus, ac nihil guſtavimus. 67 Cùm madidi, vino pleni, & ebrii ſumus. Contrarium eſt hoc nomen nomini *ſicci.* Virg. Ecl. 10. Uvidus *hibernâ venit de glande Menalcas.* 68 Cùm Sol eſt ſub Oceano, id eſt, occidit, id eſt, veſperi.

Ode VI. Προσευκτική.

Ad APOLLINEM & DIANAM.

Carmen ſæculare.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 Dive

1 Dive, 2 qvem 3 proles Niobæa magnæ
Vindicem 4 linguæ, 5 Tityoſqve raptor
6 Senſit, 7 & Trojæ 8 prope victor altæ
9 Phthius 10 Achilles,
11 Cæteris major, 12 tibi miles impar:
Filius qvamvis 13 Thetidis 14 marinæ
15 Dardanas turres qvateret tremendâ
16 Cuſpide pugnax.

1 O Apollo. 2 Cujus ſagittæ ultrices. 3 Sex filii, totidemqve filiæ Niobes, Tantali filiæ, ſororis Pelopis, Amphionis, Thebarum regis, uxoris: qvæ cùm ob numeroſam prolem ſeſe matri Apollinis Latonæ, geminam tantùm prolem habenti, glorioſè præferret, uno die omnes ſuos liberos ejus ſagittis confoſſos, perdidit; ipſa mœrore confecta. Synecd. gen. 4 Glorioſæ & ſuperbæ, qvòd liberorum multitudine & pulchritudine Niobe Latonam præ ſe contemneret, i. e, verborum arrogantium. Meton. effic. 5 Qvem etiam ſenſit Tityus, Jovis & Elaræ Nymphæ filius, qvi Latonam tuam matrem rapere & de ſtupro interpellare non dubitavit. Itaqve tuis ſagittis confoſſus, apud inferos vulture ejus jecur, continuo renaſcens, lacerante, æternùm punitur. 6 Suo exitio. 7 Et qvem ſenſit Achilles, &c. 8 Qvi excelſæ Trojæ propemodùm everſor fuit: qvia Hectorem interfecit, qvo pacto faciliùs Troja capi potuit (ut Od. 4. l. 2. *& ademptus Hector Tradidit feſſis leviora tolli Pergama Grajis*) & paulò antè, qvàm Troja caperetur, à Paride occiſus eſt, idqve Apollinis impulſu. Virg. 6. Æn. *Phœbe, graves Trojæ ſemper miſerate labores, Dardana qvi Paridis direxti tela, manusqve Corpus in Æacida.* 9 Erat Phthia Achillis patria, Theſſaliæ urbs. 10 Græcorum fortiſſimus. 11 Qvi reliqvis Græcis fortior fuit. 12 Te tamen minor extitit: qvia à te ſub figurâ Paridis Achilles fuit occiſus: *vel*, qvia tuo conſilio ab ipſo Paride fuit interemptus. 13 Et Pelei. 14 Nerei & Doridis filiæ. 15 Propugnacula Trojæ concuteret. 16 Belli-

17 Ille, 18 mordaci velut icta 19 ferro
Pinus, aut impulſa cupreſſus 20 Euro,
21 Procidit latè, 22 poſuitqve collum in
Pulvere Teucro.
23 Ille non 24 incluſus eqvo Minervæ
Sacra mentito, 26 malè feriatos
Troas, & lætam Priami 27 choreis
28 Falleret aulam:
Sed palàm 29 captis gravis (30 heu nefas, heu!)

coſus metuendâ cuſpide haſtæ ſuæ, id eſt, haſtâ ſuâ, qvam nemo præter Achillem poterat vibrare. 17 Achilles ruit velut arbor cadens. 18 Qvæ qvaſi mordet, & paulatim exedit arborem inciſam. Metaph. ab animantibus. 19 Securi dejecta. 20 Ab Euro proſtrata. 21 Magnâ ſui corporis mole, poſtqvam procubuit, latum locum implevit, lateqve proſtratus eſt. 22 Et occumbens depoſuit, id eſt, occubuit. 23 Achilles non inſidiis, aut dolo, ſed aperto Marte Trojam expugnaſſet, niſi à Paride tuâ operâ & impulſu priùs eſſet interfectus. 24 Cùm reliqvis Græciæ principibus, Menelao, Ulyſſe, Diomede, Pyrrho, Mneſtheo, Teucrô, aliiſqve compluribus. 25 In eqvo ligneo Trojano, qvi tanqvam votum eſſet pro reditu Græcorum, Minervæ violatæ ſacer mentiebatur & ſimulabat, id eſt, qvem ſimulabant Græci à ſe fabricatum eſſe, ut Palladem offenſam placarent. Virg. 2. Æn. *Votum pro reditu ſimulant*. Ibid. *Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo Effigiem ſtatuere, nefas qvæ triſte piaret*. Meton. rei ſignificatæ pro ſigno illius & ſimulacro. 26 Achilles non fefelliſſet Trojanos intempeſtivè & magno ſuo malo otiantes, cùm vigilare debuiſſent. 27 Tripudiis. 28 Nocturno tempore per dolum non invaſiſſet domum regiam Priami, urbemqve Trojanam ſomno vinoqve ſepultam. 29 Trojanis ſuâ fortitudine victis crudelis futurus erat. 30 Exclamatio eſt per commiſerationem cum Epizeuxi.

31 *Neſcios*

31 Neſcios fari pueros, 32 Achivis
33 Vreret flammis, etiam latentes
Matris in 34 alvo:
35 Ni, tuis victus Veneriſqve gratæ
Vocibus, 36 Divûm pater annuiſſet
Rebus Æneæ potiore ductos
37 Alite muros.
38 Doctor argutæ fidicen Thaliæ,
Phœbe, qvi 39 Xantho lavis amne crines,
40 Dauniæ defende 41 decus Camœnæ,
42 Lævis Agyeu.
43 Spiritum Phœbus mihi, Phœbus 44 artem
Carminis, nomenqve dedit Poëtæ.
45 Virginum primæ, puerique 46 claris
Patribus orti,

31 Neſcios fandi, id eſt, infantes, *νήπια τέκνα.* 32 Græcis. 33 Combuſſiſſet. 34 Adhùc materno etiam ventri incluſos. Synecd. totius. 35 Ni Jupiter mitigatus & flexus tuis, ô Apollo, precibus atqve interceſſionibus & Veneris Jovi patri gratæ, conceſſiſſet conatibus ac laboribus Æneæ urbis Romæ muros *ductos*, id eſt, ducendos & erigendos *potiore alite*, id eſt, meliori augurio, qvàm lamentabilis urbis Trojanæ, ſc. cujus in toto mundo imperium æternùm, & ſine fine foret. 36 Synecd. periphr. Jovis. 37 Synecd. gen. pro vulturibus illis ſex, qvi Remo annuiſſent: & Meton effic. pro meliore auſpicio inde edito. 38 O Phœbe, qvi doces Thaliam Muſam argutè & ſonorè canentem. 39 Trojæ fluvio, tibi ſacro. 40 Latinæ meæ Muſæ, id eſt, carminis mei Lyrici. Meton. effic. 41 Honorem & dignitatem. 42 Imberbis Apollo, cui in viis publicis ſolebant ſacrificare: *ἀγυιαὶ* enim viæ ac plateæ ſunt. Vide Macrob. Sat. l. 1. 43 Vegetum & acutum ingenium, indolem Poëticam. 44 Poëticam, qvam doctrina & exercitatione acqvirimus. 45 Vos etiam nobiliſſimæ puellæ, virginum Romanarum præcipuæ. 46 Senatoribus, Conſulibus, & imperatoribus progeniti.

Delia

Deliæ 47 *tutela Deæ,* 48 *fugaces*
Lyncas, & cervos 49 *cohibentis arcu,*
50 *Lesbium* 51 *ſeruate pedem, meiqve*
Pollicis 52 *ictum:*

Ritè Latonæ 53 *puerum canentes,*
Ritè creſcentem 54 *face* 55 *Noctilucam,*
56 *Proſperam frugum,* 57 *celeremq́;* 58 *pronos*
Volvere menſes.

59 *Nupta jam dices: Ego* 60 *Dîs* 61 *amicum,*

47 Qvi eſtis ſub protectione Dianæ Deæ, qvæ cum fratre Apolline in Delo inſulâ nata eſt. 48 Ad fugam celeres. 49 Tanqvam venatrix ſuo arcu & ſagittis configentis, comprehendentis & vulnerantis. 50 Sapphicum carmen. Synecd. membri. Nam Sappho fuit Lesbia. 51 Inter ſaltandum in choreis veſtris obſervate. 52 Lyræ meæ ſtrepitum, id eſt, mei carminis modulationem. 53 Ex veterum inſtituto & ſolenni conſvetudine laudantes Apollinem, Latonæ filium. Synecd. gen. 54 Poſt novilunium ſuo lumine, uſqve dum plena ſit, creſcentem. 55 Dianam ejus ſororem, id eſt, Lunam nocte claram & lucentem. Græcorum expreſſit epithetum νυκτιλαμπής. Synecd. gen. 56 Nocturno ſuo humore fruges & ſata proſperantem ac nutrientem. Luna enim plantandi & vegetandi vim habet. 57 Celerem in volvendis menſibus, *Vel*, menſes celeriter decurrentes celeriter ad finem perducentem. Nam Luna 28 circiter diebus orbem ſuum conficit, qvod eſt ſpatium menſtruum. 58 Sic de Art. Poet. *ut ſylvæ foliis* pronos *mutantur in annos.* 59 Tu puella, cùm fueris nupta, hoc dices: Ego docilis modorum vatis Horatii, reddidi carmen amicum Diis ſæculo referente feſtas luces. Poëta unam è puellis alloqvitur, omnium nomine. 60 Apollini, Dianæ, aliiſqve Diis. 61 Diis gratum & amabile, φίλον. Brevis eſt Proſopopœia.

62 *Sæculo feſtas referente luces,*
63 *Reddidi carmen, docilis modorum*
Vatis Horatî.

62 Cum annus centeſimus feſtos dies & ſacros ludos ſæculares reduceret. 60 Ego facilè didici verſus Poëtæ Horatii, eoſdem cecini & recitavi.

Ode VII. Παραινετική.

Ad MANLIUM TORQVATUM.

Veris adventu, & æqvâ omnibus moriendi conditione, ſine ſpe reviviſcendi, omniumqve rerum mutatione & viciſſitudine propoſitâ invitat ad hilariter jucundèqve vivendum.

Dicolos Diſtrophos.

1 *Diffugêre nives, redeunt jam* 2 *gramina campis,*
Arboribuſqve 3 *comæ.*
4 *Mutat terra vices, & decreſcentia ripas*
Flumina 5 *prætereunt.*

1 Hoc lætiſſimo veris tempore nives abierunt & liqvefactæ ſunt. Metaph. ab animantibus. Verni temporis deſcriptio. Eſt & altera Od. 4. l. 1. *Solvitur acris hyems*, &c. 2 Herbæ agris jam reſtituuntur. Eadem Metaph. Virg. *viridi ſe gramine veſtit Tellus.* 3 Frondes & flores. Sic Od. 3. hujus lib. *Et ſpiſſa nemorum* comæ. 4 Pro ingratâ hyeme vernum tempus reducit, id eſt, mutatur anni tempus. 5 Et flumina, qvæ hyberno tempore nivibus & pluviis hibernis creverant, jam decreſcentia, intra fluviorum margines fluunt, neqve eos tranſiliunt. Metaph. à viatoribus. Od. 11. l. 2. *qvis puer ocyus Reſtinguet ardentis Falerni Pocula* prætereunte *lympha.* Alii *decreſcentia* interpretantur, valdè creſcentia, ripaſqve tranſcendentia ac ſuperfluentia ſolutis vere nivibus.

6 Gratia

6 Gratia cum Nymphis, 7 geminiſqve ſororibus, 8 audet
9 Ducere nnda choros.
Immortalia ne ſperes, 10 monet annus, & 11 almum
Qvæ rapit hora diem.
Frigora 12 miteſcunt Zephyris: ver 13 proterit æſtas
Interitura, 14 ſimul
15 Pomifer Autumnus fruges 16 effuderit, & 17 mox
Bruma recurret 18 iners.

6 Aglaia. Synecd. ſpe. 7 Thalia & Euphroſyne. Synecd. gen. 8 Hoc anni tempore. 9 Sine veſte choros exercere: qvia *Frigora miteſcunt Zephyris*, ut ait tribus pôſt verſibus. Gratiæ alioqvi pinguntur nudæ, qvia beneficia omni fuco & velamine carere debent. Manus ipſarum inter ſe connexæ, notant perpetuum amicitiæ fœdus, gratiamqve à gratiâ disjungi non poſſe. Stant hilari vultu, ut intelligamus parata & prompta debere eſſe noſtra in amicos obſeqvia: pinguntur juvenes, qvòd accepti gratia beneficii non debeat conſeneſcere. Vide Od. 19. l. 3. 10 Ipſe annus, & tempus, qvod anni partes celeriter conſumit, docet te, ne vitam tuam æternam fore exiſtimes, ſed aliqvando tibi moriendum memineris. Metaph. qvâ inanimato tribuitur, qvod eſt animati. 11 Omnia alentem ac nutrientem calore Solis, qvi diei præeſt. 12 Frigora mitigantur & fugantur à vere, cujus nuntii ſunt & prodromi Zephyri, venti tepidi, & ſicci, ab occaſu æqvinoctiali flantes adverſus Eurum. Metaph à maturis frugibus. 13 Poſt hoc vernum tempus ſeqvitur æſtas & conſumit, qvæ interitura eſt, ſimul, &c. Metaph. 14. Simulac. 15 Poma ferens. 16 Produxerit, & in horrea condiderit. Metaph. à liqvidis & aqvis. 17 Cùm Autumni tempus tranſiit. 18 Hyems, qvæ facit homines inertes & ignavos, redibit. Virg. Georg. 1. *Hyems ignava colono* per Meton. eſſe.

19 *Damna*

19 *Damna tamen* 20 *celeres* 21 *reparant* 22 *cæleſtia Lunæ:*
23 *Nos, ubi* 24 *decidimus,*
25 *Qvò pius Æneas, qvò* 26 *Tullus dives, &* 27 *Ancus,*
28 *Pulvis & umbra ſumus.*
Qvis ſcit an 29 *adjiciant hodiernæ craſtina* 30 *ſummæ*

19 Detrimenta temporum, *vel*, ſuæ lucis, poſtqvam crevit, decreſcentis. Illud tamen hìc diſcriminis eſt, qvòd hæc tempora redeunt: ſed nos ſemel exſtincti nunqvam renaſcimur. Unde Catul: *Soles occidere, & redire poſſunt, Nobis, cùm ſemel occidit brevis lux, Nox eſt perpetuò una dormienda.* 20 Qvarum motus in cœlo omnium celerrimus. 21 Recuperant, reſarciunt. 22 Qvæ ſunt in viciſſitudine ortus & interitus. 23 At contra nos mortales homines, poſtqvam decidimus, ſc. ad inferos, id eſt mortui ſumus, inqve eum locum pervenimus, qvò pius, &c. non (ut anni tempora) redimus, ſed tranſimus in pulverem. 28 Metaph. à foliis & floribus plantarum. 25 In qvem decidit & poſt mortem pervenit pius Æneas, qvi parentem ſuum Anchiſen ſuis humeris è mediis Trojæ flammis extulit. Sic Virg. Æn. 1. *Sum* pius Æneas, *raptos qvi ex hoſte Penates Claſſe veho mecum,* &c. Anaph. ac præterea Synecd. periphr. inferorũ, qvò deſcendunt illuſtriſſimi qviq; & potentiſſimi. 26 Servius Tullus Hoſtilius, tertius Romanorum Rex. Regnavit Hoſtilius annis 32. fulmine ictum, cum regia, uxore, filiis, omniqve familiâ conflagrâſſe, ex Plinio, & Dionyſio aliiſqve liqvet. 27 Ancus Martius qvartus Romanorum Rex, Numæ ex filiâ & Martio Pontifice nepos. Imperavit annis 24. relictis duobus filiis. Dictus autem Ancus ἀπὸ τῦ ἀγκῶνος, id eſt, *à cubito,* qvem incurvum habuit. 28 Homines è pulvere facti, & eodem reſolvendi. Meton. mat. Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα, καὶ σκιὰ μόνον. Eurip. *Homo bulla.* 29 Addituri, appoſituri ſint diem craſtinum. 30 Multitudini vitæ noſtræ, ſive numero dierum, qvos uſqve ad hodiernum diem viximus. Be-

Tempora 31 *Di ſuperi?*
32 *Cuncta manûs avidas fugient hæredis, amico*
Quæ dederis animo.
33 *Cùm ſemel occideris, & de te* 34 *ſplendida* 35 *Minos*
Fecerit 36 *arbitria,*
Non, Torqvate, 37 *genus, non te* 38 *facundia, non te*
39 *Reſtituet pietas.*
40 *Infernis neq; enim tenebris* 41 *Diana* 42 *pudicũ*
43 *Liberat* 44 *Hippolytum:*

nè Mart. *Sera nimis vita eſt craſtina, vive hodiè.* 31 Apud qvos vitæ ac mortis arbitrium eſt. 32 Omnia illa, qvæ in curãdo corpore conſumpſeris, & liberali tuo animo indulſeris, hæredis tui inexplebilis manus effugient, & tua erunt, neqve ad hæredem pervenient. Hortatur ad liberalitatem. 33 Ubi ſemel mortuus fueris, & inferis per Minoa adjudicatus, nunqvam reviviſces, cùm θάνατος ſit ἀθάνατος. 34 Majeſtatis plena, æqviſſima, lucida ac ſine odio, irâ, invidiâ, qvalia in terris exercentur. Metaph. à luminoſo corpore. 35 Judex inexorabilis apud inferos, Jovis filius, rex Cretæ. 36 Judicia conſtituerit, id eſt, cum de te Minos ſplendidè & præclarè judicârit, ſententiamqve æqviſſimam tulerit, tibiqve apud inferos convenientem locum aſſignaverit. 37 Generis tui nobilitas, qvod ab antiqviſſimo Manlio Torqvato, qvi Gallo, ſe provocanti, occiſo torqvem aureum detraxit, & inde nomen conſecutus eſt, deducis. 38 Eloqventia tua. 30 Non Deorum timor & cultus te humanæ vitæ reddet. Sic Od. 14. l. 2. *Eheu fugaces, Poſthume, Poſthume, Labuntur anni: nec pietas moram Rugis, & inſtanti ſenectæ Afferet, indomitæqve morti.* 40 Ex morte. 41 Qvamvis Dea. 42 Caſtum, qvi ſuâ temperantiâ compreſſit libidinem Phædræ ſuæ novercæ. 43 Liberare potuit. 44 Theſei filium, à Phædrâ novercâ adamatum: qvi cum exitum ſortitus eſt, ut libidinoſæ mulieris, cui obſeqvi noluerit, criminatione perierit.

Nec

Nec 45 *Lethæa valet* 46 *Theſeus abrumpere* 47 *charo*
Vincula Pirithoo.

Nam ad patris Theſei preces, Neptunus qvadrigarum curriculo in littore ſeſe exercenti, belluam marinam repentè immiſit: qvâ exterriti eqvi, infelicem juvenem per avia raptantes, miſerrimè dilaniârunt. Vide Ovid. 15. Met. 45 Infernalia, à *Lethe* flumine apud inferos. 46 Qvamvis Neptuni filius Theſeus & Pirithoûs inter rariſſima illa qvatuor amicorum paria enumerantur; qvi apud inferos deſcendentes, ut inde Proſerpinam raperent, ibidem vincti remanſerunt. Vide Plut. in vitâ Theſei. 47 Amico ſuo,

Ode VIII. Ἐγκωμιαστική,
Ad MARCUM CENSORINUM.

Nihil eſt, qvod homines magis immortales reddere poſſit, qvàm Poëtarum carmina.

Monocolos.

1 *Donarem pateras* 2 *grataq́;* 3 *commodus,*
Cenſorine, meis 4 *æra* 5 *ſodalibus:*

1 Darem vaſa argentea, qvibus olim Pontifices & Sacerdotes in ſacrificiis utebantur. Anaphora. 2 Affabrè facta & accepta. 3 Ego liberalis & benignus donarem, vel in eo eſſem liberalis & benignus, qvòd donarem, &c. Al. *commodis,* id eſt, qvi vel commodaverunt mihi, vel commodare poſſunt. *Commodi* enim dicuntur ii, qvi ſeſe ad aliorum mores vel ſuo judicio accommodant, vel ſunt accommodati naturâ, & qvi aliis facilè & libenter proſunt. Cic. pro Mur. *Nemo Catone, proavo tuo,* commodior, *comior & moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.* Terent. Heaut. *mulier* commoda *& faceta hæc eſt meretrix.* 4 Vaſa, vel pocula ærea, id eſt, ex ære facta. Meton. mat. 5 Amicis.

Donarem 6 *tripodas*, 7 *præmia fortium*
Grajorum; 8 *neqve tu peſſima munerum*
Ferres, 9 *divite me ſcilicet artium*,
10 *Qvas aut* 11 *Parrhaſius* 12 *protulit, aut* 13 *Scopas*;
14 *Hic* 15 *ſaxo*, 16 *liqvidis* 17 *ille coloribus*
Solers, *nunc* 18 *hominem ponere*, 19 *nunc Deum.*
Sed non hæc mihi 20 *vis, non tibi talium*

6 *Tripodes* menſæ aut vaſa erant ut plurimùm ahenea, anſata, & tribus innixa pedibus, ut fortiter ſtarent, & viris fortibus dari ſolebant in ſignum victoriæ. Duorum generum *tripodes* fuêre: alterum, qvi ἐμπυριβήτης dicebatur, qvo aqva calefiebat, & igni imponebatur, eoqve ad balnea utebantur: alterum ἄπυρον, ignis expers, qvem igni non admovebant, in qvo vinum dilui ſolebat: qvi etiam ad ædium templorumqve ornatum ſervabatur. 7 Qvi præmia fortium Græcorum victorum qvondam dati fuerunt: ut apud Virg. 5. Æn. *In medio ſacri* tripodes, &c. & l. 9. *Bina dabo argento perfecta, atqve aſpera ſignis Pocula, devictâ genitor qvæ cepit Ariſbâ*: *Et* tripodas *geminos, auri duo magna talenta.* 8 Neqve tu, ô Cenſorine, auferres & acciperes à me viliſſima munera, ſed omnium præcipua. Sic Od. 16. l. 3. *à Dis plura* feret. 9 Si ego eſſem dives, & abundarem illis ſignis & tabulis pictis mirandâ arte & induſtriâ elaboratis. 10 Artes ſive artificioſas tabulas. 11 Pictor clarus, natus Epheſi, vel (ut alii volunt) Athenis. 12 Pinxit. 13 Sculptor, ſtatuarius inſignis ſc. *ſculpſit*. 14 Scopas. Refertur enim ad propius & poſterius. 15 E marmore. 16 Humidis. 17 Parrhaſius. Refertur enim ad remotius & prius. 18 Peritus in formandâ ſive faciendâ vel hominis, vel Dei effigie. Meton. ſubj. Sic de Art. *qvia* ponere *totum Neſciet*. Sic Græci τιθέναι pro *fingere* ſive *facere* uſurpant. 19 Epanodos. 20 Verùm horum copia & facultas mihi non eſt. Honeſta excuſatio, à tenuitate fortunæ.

21 *Res eſt, aut animus 22 deliciarum egens:*
Gaudes carminibus; carmina poſſumus
Donare, 23 & pretium dicere muneris.
24 Non inciſa 25 notis marmora publicis,
Per qva 26 ſpiritus, & 27 vita 28 redit 29 bonis
Poſt mortem ducibus: non celeres 30 fugæ,
31 Rejectæqve retrorsum Annibalis minæ,
Non incendia Carthaginis 32 impiæ,
33 Ejus, qvi domitâ nomen ab Africâ

21 Res familiaris. Abundas tu qvidem talibus deliciis, tùm re, tùm animo. 22 Talium rerum, qvas vulgus in deliciis aut divitiis habet. 23 Et poſſumus dicere, qvàm pretioſum ſit munus carmen, & qvanti æſtimandum; nempe qvòd ampliùs præſtare poſſint, qvàm ſaxa, aut marmora notis inciſa, &c. Al. *muneri.* 24 Statuæ marmoreæ, titulis & inſcriptionibus honorificis, publicâ Senatus & populi Romani autoritate datis, qvæ ab omnibus legi poſſunt, qvibusqve egregiorum virorum res geſtæ illuſtrantur, notatæ, non reddiderunt Scipionem clariorem, qvàm Ennii ſcripta. 25 Verbi gratiâ his literis, S. P. Q. R. AD ÆTERNAM P. CORNELII SCIPIONIS AFRICANI MEMORIAM. 26 Qvæ efficiunt, ut egregii & fortes Imperatores mortui, qvodammodo reviviſcant. Metaph. ab animantibus, qvæ mortuæ videntur qvaſi reviviſcere per ſtatuas & imagines. 27 Memoria. 28 Apud poſteros. 29 Fortibus, ἀγαθοῖς. 30 Annibalis ſc. ex Italiâ, cùm traducto per Scipionem in Africam bello, deſerere Italiam, cui infeſto exercitu incumbebat, & patriæ ferre auxilium cogebatur. 31 Repreſſæ ac retractæ in Africam. 32 Perjuræ, fœdifragæ. Nam contra fœdus, cum Romanis initum, bellum renovabant Carthaginenſes. 33 Hæc omnia non clariùs illuſtrant laudes *ejus*, id eſt, Scipionis Africani, qvi ob Africanum bellum feliciter confectum agnomen Africani lu-

Lucratus rediit , clariùs indicant
Laudes , qvam 34 *Calabræ Pierides : neqve ,*
35 *Si chartæ ſileant , qvòd benè feceris ,*
Mercedem tuleris. Qvid foret 36 *Iliæ*
Mavortiſqve puer , 37 *ſi taciturnitas*
38 *Obſtaret meritis* 39 *invida Romuli ?*
40 *Ereptum Stygiis fluctibus* 41 *Æacum*
42 *Virtus,&* 43 *favor, &* 44 *lingua potentium*

cratus triumphans in urbem rediit. 34 Ennii verſus ſive ſcripta , qvi fuit Calaber. Ennio enim debet , qvòd ejus res præclarè geſtæ perpetuâ hominum memoriâ conſerventur, qvæ aliàs unà cum ſtatuis brevi perituræ erant. Meton. effic. Muſæ dictæ ſunt *Pierides* , à *Pierio*, monte Bœotiæ , ubi natæ ſunt ex Jove & Mnemoſyne. 35 Neqve enim , ſi Hiſtoricorum & Poëtarum monumenta non accedant , apud poſteros egregiam tui memoriam & laudem , & meritorum in rempublicam mercedem conſecutus fueris, ſed illis omninò privaberis. Duplex Tropus : alter in *chartæ* , pro verſibus inſcriptis in chartis per Meton. ſubj. alter in *ſileant* per Metaph. à rebus vocalibus, qvæ compreſsâ voce ſilent. Cic. *Muſa Varronis* ſilet , id eſt , nihil ſcribit Varro. 36 Romulus Iliæ & Martis filius. Synecd. periphr. Item in *Virtus* , *favor*, *lingua* eſt Alleg. è Meton. adjunctorum pro ſubjectis , id eſt , Poëtis peritis , diſertis , & fortium virorum ſtudioſis , qvi horum præclara facta memoriæ poſteritatis commendant. 37 Si nunqvàm Poëtarum & Hiſtoricorum ſilentium , &c. 38 Qvò minùs futuris temporibus illuſtrarentur. 39 Silentium de rebus præclarè geſtis videtur illorum gloriæ invidere, de qvibus ſiletur. 40 Ex morte & oblivione hominum liberatum. 41 Jovis ex Æginâ filium : qvem cum Minoë & Rhadamantho , ob inſignem juſtitiam, Poëtæ poſt mortem etiam apud inferos exercere judicia , tradidêre. 42 Vis ingenii. 43 Benevolentia. 44 Vox egregiorum Poëtarum. Nam ma-

Vatum

Vatum divitibus conſecrat 45 *inſulis.*
Dignum laude virum 46 *Muſa* 47 *vetat mori:*
48 *Cœlo Muſa beat:* 49 *ſic Iovis* 50 *intereſt*
Optatis epulis impiger 51 *Hercules:*
52 *Clarum* 53 *Tyndaridæ ſidus ab infimis*
Qvaſſas eripiunt æqvoribus rates,
54 *Ornatus viridi tempora pampino*
Liber, vota bonos ducit ad exitus.

gna vis eſt in eloqventiâ. 45 Beatorum inſulis fortunatis, μακάρων νήσοις, vel Elyſiis campis aſſignat, id eſt, egregiis carminibus Æacum apud inferos judicem facit, & immortalitati conſecrat. Synecd. gen. 46 Poëtarum carmina. Meton. effic. 47 Nam abſqve Poëtarum monumentis eſſet, idem tumulus, qvi corpus, etiam nomen obrueret. 48 In cœlo collocans beatum efficit, in cœlum laudibus attollit. 49 Per Poëtarum carmina. 50 Fruitur: qvippe qvi à parente Jove qvadrijugo curru in cœlum ſublatus eſt. 51 Jovis filius. 52 Lucidum ſidus in cœlo. 53 Caſtor & Pollux, fratres, filii Tyndari, naves naufragium paſſas, jam jam imo altoqve mari immergendas à naufragio liberare Poëtarum carminibus creduntur. Synecd. gen. & Meton. rerum ſignificatarum pro ipſis cœleſtibus ſignis. 54 Sic per carmina Poëtarum Bacchus, qvi caput & tempora ſua viridi pampino ornata habet, preces hominum perducit ad ſecundos exitûs.

Ode IX. Ἐυχαριστική.
Ad LOLLIUM.

Scripta ſua nunqvam interibunt; virtus ſine carminum ope oblivione deletur. Lollii laudes ille cantabit, cujus virtutes etiam celebrat.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 NE *ſortè credas* 2 *interitura, quæ*
Longè ſonantem natus ad 3 *Aufidum,*
4 *Non antè vulgatas per artes*
5 *Verba loqvor ſocianda chordis.*
6 *Non, ſi priores Mæonius tenet*
Sedes Homerus, 7 *Pindaricæ latent,*
8 *Ceæqve, & Alcæi* 9 *minaces,*
10 *Steſichoriqve* 11 *graves* 7 *Camœnæ.*
Nec, ſi qvid olim 12 *luſit Anacreon,*
13 *Delevit ætas;* 14 *ſpirat adhùc* 15 *amor,*

1 Ordo eſt: Ne, id eſt, ut non, tu fortè credas ea verba interitura, qvæ *ego, Horatius*, natus ad Aufidum longè ſonantem, loqvor, &c. 2 Peritura eſſe. 3 Apuliæ flumen. 4 Novis & inuſitatis artibus omnium primus inter Latinos carmina ad Lyram canto. 5 Lyrica carmina Lyræ fidibus aptanda. Synecd. mem. 6 Qvamvis Poëta ex Mæoniâ ſive Lydiâ oriundus Homerus inter Poëtas ſupremum locum obtineat ſive occupet, non tamen Pindarus, &c. ſunt obſcuri. 7 Pindari Muſæ, id eſt, poëmata obſcura ſunt. Meton. effic. 8 Simonidis ex Ceâ inſulâ exorti. Vide Od. 1. l. 2. 9 Auſteræ, amaræ, qvibus patriæ ſuæ tyrannos inſectatus eſt, & è civitate fugavit. 10 Poetæ ex Himerâ, civitate Siciliæ. 11 Magni ponderis: qvippe qvi maxima bella, & clariſſimos cecinit duces. 12 Scripſit, cantavit. Synecd: gen. Verè *luſit*: qvia res amatorias ſcripſit. Virg. Ecl. 1. Ludere *qvæ vellem, calamo permiſit agreſti*. 13 Conſumpſit vetuſtas; ſed multa ejus feſtiviſſimi Poetæ monumenta adhuc ſuperſunt. 14 Nondum oblivione hominum ſepultus eſt, recens eſt, Metaph. à rebus animatis. 15 Qvo Phaonem puerum perditè amavit.

Vivunt-

Vivuntqve commiſſi 16 *calores*
Æoliæ fidibus 17 *puellæ.*
18 *Non ſola* 19 *comptos* 20 *arſit* 21 *adulteri*
Crines, & aurum 22 *veſtibus* 23 *illitum*
24 *Mirata,* 25 *regaleſqve cultus,*
Et 26 *comites,* 27 *Helene Lacæna;*
28 *Primus-ve* 29 *Teucer tela* 30 *Cydonio*
Direxit arcu; 31 *non ſemel* 32 *Ilios*

16 Et amores, qvos Sappho puella, ex patriâ Lesbo orta, lyræ fidibus ſociavit, in carminibus noſtris temporibus adhùc vigent. Metaph. 17 Synecd. gen. 18 Non ſola Helena arſit comptos crines adulteri, &c. Significat Poëta multas ante Helenam amâſſe, qvæ belli cauſam præbuerant, & magna olim bella eſſe geſta memoriâ digna, ſed hæc omnia fuiſſe oblivioni tradita, qvod Poëtæ, vel ſcriptores deeſſent, qvi poſterorum memoriæ ea commendarent. 19 Accuratè pexos. 20 Summo amoris ardore expedivit, vehementer amavit. Metaph. ab igne. 21 Paridis. Synecd. gen. pro ſpe. 22 Adulteri Paridis ſui raptoris. 23 Intextum. 24 Eſt. 25 Et ornatus ejus, Priami regis filio dignos. Tales cultûs Paris ad Helenam ſic jactat apud Ovidium: *Cùm videas cultûs noſtrâ de gente virorum, Qvales Dardanias credis habere nurus?* 26 Qvos itineris ſocios ſibi elegerat Paris juvenes formoſiſſimos. 27 Menelai, Spartani regis, uxor. 28 Nec in bello Trojano Teucer omnium primus ſagittas in hoſtes jaculatus eſt. 29 Telamonis filius Ajacis frater. 30 Cretenſi: à *Cydone* urbe in Cretâ, ubi primùm de pecudum cornibus arcus curvati, & facti ſunt. Vide Od.15.l.1. Virg.Ecl.10. *libet Partho torqvere* Cydonia *cornu Spicula.* 31 Troja non ſemel bello capta fuit, ſed ante Græcorum obſidionem ab Apolline & Neptuno terrâ mariqve infeſtata, & ab Hercule anteà capta & diruta fuit. Sed illa bella nemo deſcripſit. 32 Trojani. Metonymia loci.

Vexata: 33 non pugnavit 34 ingens
35 Idomeneus, 36 Sthelenuſ-ve ſolus.
37 Dicenda 38 Muſis prælia: non 39 ferox
40 Hector, vel 41 acer 42 Deiphobus 43 graves
Excepit ictus pro pudicis
Conjugibus, pueriſqve primus.
Vixêre 44 fortes ante 45 Agamemnona
Multi: ſed omnes 46 illacrymabiles
Urgentur, ignotiqve longâ
47 Nocte, 48 carent qvia vate 49 ſacro.
50 Paulùm 51 ſepultæ diſtat inertiæ
Celata Virtus: non ego te meis

33 In bello Trojano. 34 Robuſtus. 35 Cretenſium rex 36 Capanei & Evadnæ filius. 37 Qvæ digna eſſent, qvæ à præclaris Poëtis illuſtrarentur. 38 Carminibus, qvorum Muſæ autores ſunt. Meton. cauſæ effic. 39 Bellicoſus. 40 Ab Ajace vulneratus, & ingenti ſaxo ad terram proſtratus eſt. 41 Robuſtus. 42 Germanus ejus frater. 43 Crudelia perpeſſus eſt vulnera. A Merione enim in brachio vulneratus eſt. 44 Viri magnanimi. 45 Qvi Græcorum dux ab Homero fortiſſimus deſcribitur. 46 Propter qvos in bello cæſos nemo lachrymat, qvos nemo lachrymis decorat, ut loqvitur Ennius, ἄκλαυστοι. 47 Et incogniti perpetuo ſilentio, & ſempiternâ ſui nominis oblivione premuntur, æterniſqve ignorantiæ tenebris obruuntur. Metaph. à tenebris, in qvibus omnia ſilent. 48 Qvia nullum habuêre Poëtam, à qvo egregia ſua facta memoriæ mandarentur. 49 Muſis & Apollini. 50 Virtus, qvæ non laudata & apud poſteros incognita in obſcuro latet, parvo diſcrimine ac non multum differt ab ignaviâ obſcurorum hominum, qvi vitam morti ſimilem agunt, & qvorum memoria unà cum corpore ſepulta eſt. 51 Metaph. à cadaveribus, qvæ humo mandantur & cognita latent.

52 Char-

52 Chartis 53 inornatum ſileri,
Tot-ve tuos patiar 54 labores
55 Impunè, Lollì, 56 carpere lividas
Obliviones. Eſt 57 animus tibi
58 Rerumqve prudens, & ſecundis
Temporibus 59 dubiisqve 60 rectus,
61 Vindex avaræ fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,
62 Conſulqve non unius anni,

52 Carminibus chartæ inſcriptis. Meton. ſubj. pro adjuncto. 53 Te non illuſtratum & laudatum apud poſteros ignorari. 54 Tuas res geſtas, & præclara facta, civilia negotia. Synecd. gen. Nam M. Lollius iſte graviſſima bella & in Thraciâ, & in Galatiâ, & in Germaniâ geſſit. 55 Non patiar lividas obliviones, id eſt, invida ſilentia, qvæ gloriam & memoriam apud poſteros tibi invideant, immeritò carpere tuos labores. 56 Paulatim imminuere, & aliqvid inde demere, & obſcurare. Metaphora. Vide Od. 11. l. 1. 57 Synecd. eſt partis pro ipſo Lollio. 58 Rerum futurarum providus, vel, rerum cognitione præſtans, Sic mox, *abſtinens pecunia*, locutione Poëtæ noſtro familiari. 59 Adverſis. 60 Seſe rectè gerens, conſtans & aqvabilis, qvi his non frangatur, illis non inſoleſcat & efferatur. Metaph. à corpore ad animum. Nam qvemadmodum corpus rectum eſſe dicitur, qvod non eſt inflexum, aut incurvarum: ſic animus dicitur eſſe rectus, qvi non eſt perturbatus, neqve anxius; ſed ſedatus & tranqvillus. 61 Ultor ac punitor avaritiæ, & abſtinens à pecuniâ, id eſt, pecuniam non deſiderans: cui omnia parent, qvæqve omnia in mundo poſſidere videtur. 62 Eſtqve tibi animus, qvi non, more Romanorum Conſulum, unius anni Conſulatum gerit, ſed ſemper eſt ille Conſul, qvoties ſuis cupiditatibus imperavit, qvoties honeſtatem prætulit utilitati, qvoties hominum nocentium muneribus

Sed qvoties bonus atqve fidus
63 Judex honeſtum prætulit utili, &
64 Rejecit alto dona nocentium
Vultu, & 65 per obſtantes catervas
66 Explicuit ſua victor arma.
67 Non poſſidentem multa vocaveris
Rectè beatum: 68 rectiùs occupat
Nomen beati, qvi 69 Deorum
Muneribus ſapienter uti,
Duramqve 70 callet pauperiem pati,
71 Pejusqve letho flagitium timet:

non corrumpitur. 63 Ille tuus animus tanqvam bonus & fidelis judex juſtum iniqvitati præpoſuit. 64 Et erecto vultu excelſoqve animo malorum munera, ad alterius jus & bonam cauſam depravandam oblata, deſpexit & repudiavit. Nam alti animi eſt pecuniam contemnere. 65 Per mediam hoſtium aciem, id eſt, per munera & largitiones, *vel*, per affectuum & vitiorum catervas, per utilitates, odia, iram, invidiam, ambitionem, avaritiam, virtuti & rationi obſiſtentes. 66 Tanqvam mundi & opum humanarum victor ſuam integritatem & abſtinentiam, qvibus cum vitiis pugnat, exprompſit, in aciem qvaſi collocavit, deqve omnibus illis glorioſum triumphum egit. Alleg. eſt è continuatis Metaphoris. 67 Non rectè & propriè appellaveris eum beatum, qvi multa in mundo poſſidet. 68 Meritò. 69 Qvæcunqve Dii largiuntur. 70 Longo uſu novit. Metaph. à duritie carnoſa pedum. Hanc Metaphoram docet Cic. l.3. de Nat. Deor. *Callidos vocamus, qvorum animus ſic uſu concalluit, ut manus opere.* 71 Et mori mavult, qvàm flagitium aut turpitudinem aliqvam committere.

72 *Non*

72 *Non ille pro charis amicis,*
Aut patriâ timidus perire.

72 Ille, id eſt, vir talis non timet aut dubitat pro charis amicis ſuis, aut patriâ mori. Sic Od. 19. l. 3. *Codrus pro patriâ non timidus mori.*

Ode X. Ἐρωτική.

Ad LIGURINUM puerum ſpecioſum.

Futurum dicit, ut Ligurinum ſuæ adversùs amatores arrogantiæ pœniteat, cùm flos ætatis ſuæ exaruerit.

Monocolos.

O 1 *Crudelis adhuc, & Veneris 2 muneribus 3 potens,*
4 *Inſperata tuæ cùm veniet pluma 5 ſuperbiæ,*
6 *Et, quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ:*

1 In amatorem tuum, dum amantem non redamas. Sic Virg. Ecl. 2. O crudelis *Alexi, nihil mea carmina curas.* 2 Pulchritudine, ætatis flore, ſvavitate, gratiâ. Synecd. gen. 3 Qvi potens es, id eſt, alios antecellis. 4 Cùm barba prima tanqvam pluma, qvam animus tuus tanqvam deformitatem non ſperat, neqve cupit, tibi ſuperbo naſcetur. Sumtum ab avibus, ad annos mollis ac primæ lanuginis notandos. 5 Meton. eſt adj. pro lævi & impubi ætate, cui ferè comes adjungitur ſuperbia, atqve ſui admiratio, aliorumqve contemptio & deſpicientia. 6 Et cùm capilli oblongi, qvi per humeros tuos diſperſi ventilantur, & diffuſi ſunt, jam detonſi erunt. Metaph. eſt ab eodem animalis genere cum ſuperiore. Sic de Gyge puero Od. 5. l. 2. & alio qvodam Od. 20. l. 3. Apud veteres enim pueri non impudici tantùm, qviqve ad cyathos ſtabant, ſed & ingenui atqve honeſtè habiti, puellarum in morem comam per cervicem atqve humeros demittebant. Unde *comati* qvoqve & *capillati* impuberes ſæpè

7 *Nunc*

7 Nunc & qvi color eſt 8 puniceæ flore prior roſæ;
9 Mutatus, Ligurine, in faciem 10 verterit 11 hiſpidã,
12 Dices: Heu [qvoties te ſpeculo videris 13 alterum]
14 Qvæ mens eſt hodiè, cur eadem non puero fuit?
Vel cur 15 his animis 16 incolumes non redeunt genæ?

appellantur. Porrò delicatuli, cùm vel ætas amores ultrà non permitteret, vel uxorem ducerent domini, qvorum libidini ſerviebant, ſolenni qvodam more tondebantur; idqve ut fieret, ipſa præcipuè ſponſa allaborabat. 7 Et qvi color faciei vultuſqve tui nunc melior & præſtantior eſt, qvàm flos roſæ purpureæ rubicundus & candidus. 8 Virg. 12 Æn. *cùm primùm craſtina cælo* Puniceis *invecta roſis aurora rubebit.* 9 Cùm ille virili ætáte deperditus, &c. 10 Te converterit 11 Hirſutam, piloſam, barbatam. 12 Tunc dices. Brevis eſt Proſopopœia cum exclamatione per dolorem, ubi fingitur Ligurinus ſecum loqvi. 13 Mutatum, *ἕτερον*, tàm diſſimilem, ut alius videri poſſis, nunc hiſpidus, antè lævis. Tibul. *Carior eſt auro juvenis, cui lævia fulgent Ora, nec amplexus hiſpida barba terit.* Illa voluntas, affectus, ſententia, qvæ viro mihi adeſt, cur eadem non fuit mihi puero? 15 Huic voluntati meæ, qvâ jam ſum vir. 16 Genæ imberbes, ſalvæ & integræ, & pulchritudo puerilis ſine lanugine non reſtituuntur? Nam genæ barbatæ tanqvam mortuæ habebantur, qvia ad amores puerilis erant ineptæ.

Ode XI. *Ἐρωτική.*

Ad PHYLLIDEM.

Die natali Mæcenatis, qvi erat Id. Aprilis, invítat eam ad epulas.

Dico-

Dicolos Tetraſtrophos.

1 EST *mihi* 2 *nonum ſuperantis annum*
Plenus 3 *Albani cadus: eſt in* 4 *horto,*
Phylli, 5 *nectendis apium coronis:*
6 *Eſt hederæ vis*
Multa, 7 *quâ crines religata fulges.*
8 *Ridet* 9 *argento domus; ara,* 10 *caſtis*
Vincta 11 *verbenis,* 12 *avet immolato*
Spargier agno.
13 *Cuncta feſtinat manus: hûc & illûc*
Curſitant miſtæ 14 *pueris puellæ:*

1 In ædibus. Anaphora autem eſt in voce *Eſt* ter repetito. 2 Qvod novem & ampliùs annos ætate ſuâ excedit. 3 Vini ex Albanis montibus. 4 Meo. 5 Ad nectendas coronas. 6 Eſt mihi magna multitudo & copia hederæ, qvæ Baccho conſecrata eſt. Cic. *Sic Mithridates fugit maximam* vim *auri & argenti.* Serta & coronæ ex hederâ & apio adhibebantur ad exhilarandum convivas. 7 Qvâ coronâ, ex hederâ factâ, crines tuos religatos habens, fulgere ſoles. Translatum ab æthere & igne, ad venuſtatem indicandam, qvâ ſolet fulgere. 8 Domus mea ſplendet, nitet, *γελᾷ*, & hilaritatem præ ſe fert propter feſtivitatem futuram. Metaph. ab homine, *ὡς ἀπὸ τοῦ ζώου γελαστικοῦ*, ad inanimatum: res enim inanimatæ ſolent ſpectatores ſui pulchritudine & nitore aſpectus diffundere hilaritate. 9 Vaſis ex argento factis & cuſis. Meton. materiæ. 10 Herbis puris, & ad ſacrificandum aptis coronata. 11 Synecdoche ſpeciei, pro qvibuslibet herbis ac frondibus. 12 Jam deſiderat vel cupere videtur agni mactati ſangvine humectari & imbui. Metaph. à præditis affectione, *πρὸς τὰ ἀπαθῆ*, ad carentia motu animi. 13 Cuncta ſervorum & ancillarum mearum multitudo in exſeqvendis mandatis diligentiam adhibet. 14 Ancillæ cum ſervis miſtæ.

15 *Sor-*

15 Sordidum flammæ 16 trepidant 17 rotantes
16 Vertice fumum.
Ut tamen nôris, 18 qvibus advoceris
Gaudiis, 19 Idus tibi ſunt 20 agendæ,
Qvi dies menſem Veneris 21 marinæ
22 Findit Aprilem:
23 Iure ſolennis mihi, 24 ſanctiorqve
Penè 25 natali proprio; 26 qvòd ex hac

15 Impurum, & qvicqvid contingit, fuligine ſordidum faciente. Meton. eſt effe. pro effic. 16 In ſummitate ſui cum trepido motu ſursùm feruntur. 17 Rotarum in morem circumvolventes. Metaphora. Sic Virg. Georg. 1. & Æn. 3. *globos flammarum* appellat flammas Ætnæ globorum in modum erumpentes. 18 Ad qvæ gaudia, id eſt, ad qvem diem feſtum omni lætitiâ celebrandum à me inviteris. Antiptoſis eſt: niſi malis eſſe Ablativum, ad cauſam notandam, propter qvam advocetur. 19 Apriles, ut ſtatim declarat. Dictæ *Idus*, ut qvidam exiſtimant, ab antiqvo verbo *iduare*, id eſt, *dividere*, qvòd iduum dies menſem propemodùm διχομερίζει, id eſt, bipartitum facit, qvia plerumqve in medium menſem incidunt. Vide qvæ nos ad Sal. p. 66. 20 Celebrandæ apud me ſunt. 21 E maris ſpumâ natæ. Od. 26. l. 3. *Lævum marinæ qvi Veneris latus Cuſtodit.* 22 Medium dividit Aprilem Veneris menſem: ubi eſt alluſio qvædam ad etymon vocis *Idus*. *Aprilis* deducitur ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id eſt, *à ſpumâ*, ex qvâ, & cruore genitalium Saturni, in mare projectorum, Venerem progenitam fabulantur Poëtæ. Vide Macrob. Sat. l. 1. c. 12. & 21. Videtur tamen magis probare etymum Latinum ab *aperiendo*, qvaſi *Aperilem*. Vide Ovid. 4. Faſt. 23 Et qvi dies meritò mihi ſacer & celebrandus eſt, ut dies feſtus, ſtatus & fixus qvotannis. 24 Gratior & religioſior. 25 Proprio meo natali die, qvi qvidem mihi gratiſſimus. 26 Qvia ab hoc die. Meton. effic. pro effecto.

Luce

Luce Mæcenas meus 27 affluentes
28Ordinat annos.
29 Telephum, qvem tu 30 petis, occupavit,
32 Non tuæ ſortis juvenem puella
Dives & laſciva, 33 tenetqve gratâ
Compede vinctum.
34 Terret 35 ambuſtus 36 Phaëton 37 avaras
Spes: & exemplum grave 38 præbet 39 ales
Pegaſus, terrenum eqvitem 40 gravatus

27 Accedentes, accreſcentes more aqvarum fluentiũ. Metaph. fluminibus. 28 Ordine numerat, inchoat, annos vitæ ætatiſqve ſuæ, illorumq; numerandorũ initium facit. Significat Mæcenatem Idibus Aprilis eſſe natum, & Idus Apriles eſſe diem jus natalem. 29 Προκατάληψις eſt, ubi Poeta occupat exuſationem Phyllidis recuſaturæ celebrationem feſti propter morem Telephi, qvem amari & diſtineri ab alterâ puellâ diit. 30 Expetis & amas. 31 Amore irretivit, tibi præriuit, propriumqve ſibi fecit ac vindicavit. 32 Non tuæ conlitionis, ordinis & loci juvenem, utpote nobiliſſimum & litiſſimum. Liv. *Id negotium non eſt* ſuæ ſortis. 33 Illumqve detinet & poſſidet jucundo amoris vinculo detentum, & llum nunqvam deſeret. Alleg. eſt ex Metaphoris à captivis. 4 Deterret. Exemplis duobus docet, Phyllidem debere omnem ſpem Telephi deponere, cùm ille ſit ſuprà ſortem uam. 35 Fulmine Jovis combuſtus, & in Eridanum fluvium conjectus, dùm nimis magna & alta petens patris ſui Solis currum vellet regere. Vide Ovid. Meton. 2. 36 Caſus, pœna & incendium Phaetontis, Solis & Clymenes filii. Meon. ſubj. 37 Cupidas ſpes, id eſt, homines, ne avarorum more nimis alta ſperent & expetant. Meton. adj. 38 Sc. *tibi*, id eſt, te admonet. 39 Alatus eqvus, πτερόεις, cujus ope Bellerophon maxima pericula ſuperavit. 40 Moleſtè & gravatè ferens. Svet. in Aug. c. 72. *ampla & operoſa prætoria*

41 Bellerophontem:
Semper ut 42 te digna ſeqvare, 43 &, 44 ultrà
Qvàm licet, ſperare, nefas putando,
45 Diſparem vites: 46 age, jam meorum
Finis amorum,
(Non enim poſthàc aliâ 47 calebo
Fœminâ) condiſce 48 modos, amandâ
Voce qvos reddas: 49 minuentur 50 atræ
51 Carmine 52 curæ.

gravabatur. 41 Qvi cœlos conſcenſurus, ut, qvid rerum ageret Jupiter, cognoſceret, excuſſus à Pegaſo, in terram decidit. 42 Tibi convenientia ſeqvens appetas, id eſt, amatores te dignos, id eſt, tuæ conditionis, ordinis & loci, amore proſeqvaris. 43 Et vites diſparem, putando nefas *eſſe*, ſperare ultrà qvàm licet. 44 Si ſuprà tuam conditionem, plus qvàm par eſt, ſperes & appetas. 45 Te majorem & præſtantiorem fugias. 46 Qvare age, ô Phylli, qvæ jam mearum amicarum ultima es. 47 Alterius fœminæ amore non incendar, flagrabo, ardebo, id eſt, non aliam amabo. Metaphora ab igne. 48 Meos versûs, cantûs, qvos ſvavi & amabili tuâ voce recites & cantes. In ſtudiis literarum doctor eſt veluti creditor, & diſcipulus ut debitor, qvi accepta doctori reddere ſolet horâ ſtatutâ memoriter recitando. 49 Exſtinguentur. 50 Inviſæ, efficientes homines triſtitiâ moroſos. Meton. eſſe. Sic Od. 1. l. 3. *Poſt eqvitem ſedet* atra *cura.* 51 Carminum meorum cantu. 52 Sollicitudines, qvas ex Telephi amore contraxiſti.

Ode XII. Παραινετική.

Ad VIRGILIUM.

Deſcribit Veris adventum, & Virgilium ad convivium ſub conditione invitat.

Dicolos

Dicolos Tetraſtrophos.

JAm veris comites, qvæ mare temperant,
2 Impellunt animæ 3 lintea Thraciæ:
m nec 4 prata rigent, nec fluvii 5 ſtrepunt
6 Hibernâ nive turgidi.
idum 7 ponit, 8 Ityn flebiliter gemens,
Infelix avis, & 10 Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, qvod 12 malè 13 barbaras
14 Regum 15 eſt ulta 16 libidines:
Dicunt in 18 tenero gramine pingvium
Cuſtodes ovium 20 carmina fiſtulâ:
electantqve 21 Deum, cui 22 pecus, & 23 nigri

Jam Thracii venti, id eſt, Favonii vel Zephyri, qvorum eluti ſedes ac domicilium qvoddam eſt Thracia, qvi veris comites ſunt, & qvi mare adventu ſuo mitigant, tranqvillum, & navigationi aptum reddunt, &c. 2 Et, qvò volunt, perducunt. 3 Vela. Synecd. gen. 4 Campi aut agri ampliùs frigore aut gelu horrent, dureſcunt. 5 Horribilem ſtrepitum in decurſu edunt. 6 Nivibus & imbribus hybernis aucti. 7 In domibus & parietibus conſtruit, fingit. 8 Filium ſuum, qvem crudeliter interfecit in odium Terei viri ſui, lachrymabundâ voce conqverens. Lege Ovid. Met. 6. 9 Hirundo, qvæ olim fuit Progne, Pandionis, regis Athenienſis, filia. Synecd. gen. 10 Familiæ regum Athenienſium. Synecd. ſpe. *Cecrops* dux erat Athenienſium, unde *domus Cecropia*, pro familiâ Athenienſi. 11 Perpetuum dedecus eſt, propter immanem in filium ſuum crudelitatem. 12 Crudeliter, majori ſceleri, ſc. parricidio. 13 Immanes. 14 Terei, regis Thraciæ, mariti ſui. 15 Vindicavit. 16 Inceſtum in Philomelâ conſtuprandâ. Synecd. gen. 17 Canunt hoc anni tempore in honorem Panos. 18 Molli. 19 Paſtores. Synecd. gen. 20 Agreſtes cantilenas. 21 Paſtorum, ſc. Pana. Synecd. gen. 22 Greges & armenta. 23 Colles umbroſi

Colles Arcadiæ placent.
24 *Adduxêre ſitim tempora, Virgili:*
25 *Sed preſſum Calibus ducere* 26 *Liberum*
Si geſtis, 27 *juvenum nobilium cliens,*
28 *Nardo vina merebere.*
Nardi parvus 29 *onyx* 30 *eliciet cadum,*
Qvi nunc 31 *Sulpitiis* 32 *accubat* 33 *horreis,*
34 *Spes donare novas largus,* 35 *amaraqve*

propter ſylvas. Synecd. gen. pro Lyceo & Mænalo. 24 O Virgili, hæc amœna veris tempora convivia & compotationes adduxerunt. 25 Si deſideras vinum Calibus in torculari expreſſum, id eſt, vinum Calenum mecum bibere, ſpiritu attrahere. 26 Meton. effic. pro effecto & invento vino. 27 Qvi Claudii Tiberii & Druſi, privignorum Auguſti, amicus es. Synecd. gen. eſt in *juvenum*. 28 Tunc ungvento Nardino dato, id eſt, ſi unguentum Nardinum afferes, tu accipies à me vinum Calenum. 29 Parvum vaſculum marmoreum unguenti Nardini à me cadum vini celiciet. 30 Hoc verbum propriè uſurpatur in liqvidis rebus, ut elicere alvum, pluvias, fontem, ſudorem, lachrymas, ut hîc etiam; ſed per Meton. ſubj. pro exhaurire & depromere ex cado vinum illic conditum. Prætereà in *onyx eliciet* Metaphora eſt ab animatâ re ad inanimatam, cui tribuitur motus, qvaſi diceret: Onyx nardi cauſa mihi erit, cur tibi relinam meum cadum vini Caleni. 31 Sulpitii Galbæ. 32 Reconditus, ſitus, poſitus eſt. Metaph. à rebus animatis. Hoc verbum ſæpiùs de aſſeſſione epulari dici ſolet: ut apud Ter. in Eun. *At dùm accubabam, qvàm videbar mihi eſſe pulchrè ſobrius?* Virg. 1. Æn. *Tu das epulis* accumbere *Divûm.* 33 In apothecis ſive cellis vinariis, in qvibus oleum, vinum, fruges, iiſqve ſimilia condi ſolebant. 34 Liberalis in ſpe inſolitâ afferendâ, in lætitiâ conciliandâ: ut Ep. 5. l. 1. *Spes jubet eſſe ratas.* 35 Et potens in amaris ſollicitudinibus profligandis. Sic Od. 1. l. 2. *Et* cuncta terrarum *ſubacta.* Et Virg. 2. Æn. *Obſedere*

Cura-

Curarum eluere efficax.
Ad qvæ ſi properas 36 gaudia, 37 cum tuâ
Velox merce veni: 38 non ego te meis
Immunem meditor tingere poculis,
39 Plenâ dives ut in domo.
Verùm 40 pone moras, & ſtudium lucri:
41 Nigrorumqve memor, 42 dùm licet, ignium,
43 Miſce ſtultitiam conſiliis brevem.
44 Dulce eſt deſipere 45 in loco.

elii telis anguſta viarum. 36 Meton. eſt effe. pro causâ, po-tione vini Caleni. 37 Tunc celeriter ad me veni, cum par-vo Nardi onyche, ſive vaſe unguentario. Jocoſa eſt Metapho-ra, tanqvàm ad mercatum qvendam indictum, ſic ad epulas Horatii eundum ſit Virgilio. 38 Non eſt mihi in animo te aſymbolum, inanemqve & ſine munere venientem, nihilqve adferentem vino meo madefacere, inebriare. Metaph. ab in-fectoribus, qvomodo Græci dicerent etiam, οὐκ ἐγὼ μελετῶ σε τοῖς πόμασι τέγγειν. 39 Ut dives aliqvis facere poteſt, cui domus omnis generis opibus exſtructa eſt. 40 Depone moras, id eſt, maturè ad me veni, & depone cupiditatem lu-cri, animiqve tui, nimis ad rem attenti, curas. 41 Triſti-um rogi & buſti ignium. Synecdochica enim eſt periphra-ſis mortis, qvæ rogo & buſto, vel flammis rogalibus ac lugu-bribus, qvibus cadavera cremabantur, ſignificatur. 42 Per vitam & ætatem. 43 Miſce ſeriis ludicra, nec ſemper ſeriis attentus ſis, ſed breve aliqvod tempus jocis & ludicris attri-bue. 44 Jucundum & ſalutare eſt homini ſeria cum jocis commutare, hilarem eſſe, & qvaſi deſipere. Sumtum eſt à maturitate frugum. 45 Opportuno tempore, cùm tempus & locus ferunt & poſtulant, ἐν καιρῷ. Ter. in Heaut. *Obſe-cundato* in loco.

Ode XIII. Μεμπτικὴ.

In LYCEN Meretricem vetulam.

Inſultat ei mordaciſſimè, qvòd jam anus facta, & libidine flagrans contemnatur à juvenibus.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *AUdivére, Lyce, Dî mea vota, Dî*
1 Audivére, Lyce: ſis anus, & tamen
Vis formoſa videri,
Ludisqve & bibis impudens:
Et cantu 4 tremulo 5 pota Cupidinem
Lentum ſollicitas; 6 ille 7 virentis, &
Doctæ pſallere Chiæ
Pulchris 8 excubat in genis.
9 Importunus enim transvolat aridas

1 Exaudiverunt, admiſerunt meas preces, qvibus toties pœnam & vindictam promeritam tibi expetivi, & exoptavi, atqve his aſſenſi ſunt. Hæc repetitio ſoni ejuſdem in locis alternis efficit ἐπάνοδον, id eſt, regreſſionem auribus per jucundam & conjunctam cum inſultatione. 2 Sc. *etſi.* 3 Et per ſummam turpitudinem juniorum puellarum more laſcivis, & vinum impudenter bibis. 4 Anili, qvalis eſt vetularum. 5 Tu, cùm vino ebria es, amoris flammam in te jam penè emortuam excitas, *vel*, excitare & incendere vis in juvenibus amorem tardo gradu ad te vetulam accedentem. 6 Cupido ſemper vigilat in pulchris genis Chiæ, juvenis puellæ, ætate florentis, & cantandi peritæ. 7 Metaph. eſt à teneris plantis, qvæ dicuntur χλοάζειν. 8 Vigilat, cùm in te ſit ſopitus. Metaphora à vigilibus præſidiariis arcium & caſtrorum, qvi pernoctant in opportunitate temporis habendâ, qvò vel hoſtes incautos adoriantur, vel parati aggreſſos excipiant, propulſent, conficiant. 9 Ille Cupido tibi vetulæ inconve-

Qverens

Qvercûs, & refugit, 10 *te qvia* 11 *luridi*
Dentes, 10 *te qvia rugæ*
12 *Turpant, & capitis* 13 *nives.*
14 *Nec Coæ* 15 *referent jam tibi* 16 *purpuræ,*
17 *Nec clari lapides* 18 *tempora, qvæ ſemel*
19 *Notis* 20 *condita* 21 *faſtis*
22 *Incluſit volucris dies.*
Qvò fugit 23 *Venus?* [24 *heu!*] *qvò-ve* 25 *color decens?*
Qvò 26 *motus? qvid habes* 27 *illius, illius,*
28 *Qvæ ſpirabat amores?*

niens jam, annoſas & exſangues annos, tanqvam exſuccas qvercûs, alis ſuis prætervolat ac faſtidit. Alleg. è Metaphoris. 10 Anaphora. 11 Summè pallidi, obſcurèqve nigreſcentes. 12 Deformem reddunt. 13 Canities, cani. Metaphora. 14 Nec veſtes tenui, & ſubtili, & bombycino filo contextæ, qvales in Coo inſulâ conficiuntur, &c. Deflectitur à *Coo*, vel *Coâ* inſulâ finitimâ Eubœæ, è regione Cariæ. 15 Reducent, reſtituent. 16 Veſtes purpureæ. Metonymia materiæ. 17 Nec gemmæ claræ ac pellucidæ. Synecdoche generis. 18 Præterita juvenilis ætatis tempora. 19 Et publicis. 20 Repoſita. 21 Annalibus, ubi res geſtæ & domi & foris qvotidiè ſcribebantur. 22 Sepoſuit tempus celerrimè decurrens, unde nullo unqvam tempore revocari poſſunt. 23 Qvorsùm abiit venuſtas corporis tui, & gratia oris, & pulchritudo, qvam olim habebas, Lyce! Meton. cauſæ. 24 Exclamatio eſt pathetica εἰρωνικῶς dolentis. 25 Qvorſum ſe ſubduxit ille purpureus genarum tuarum color, & pulchritudo! Sumtum à pictoribus. 26 Qvò abiit membrorum tuorum agilitas! 27 Lyces, qvæ olim fuit puella pulcherrima! Nihil omninò. Epizeuxis, id eſt, continua ejuſdem ſoni iteratio, ad contumeliam graviorem. 28 ἔρωτας ἔπνει, qvæ olim appetebat amari, vel, alliciebat in amorem ſpectantes, qvaſiqve divinum odorem ſpirans eos afficiebat.

Qvæ 29 me 30 ſurpuerat mihi,
31 Felix poſt Cynaram, notaqve & artium
Gratarum 32 facies? 33 ſed Cynaræ breves
Annos fata dederunt:
34 Servatura 35 diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen:
Poſſent ut juvenes viſere 36 fervidi,
37 Multo non ſine riſu,

Sic Virg. 1. Æn. *Ambroſiaqve coma divinum vertice odorem* Spiravêre, id eſt, efflavêre. Sic Act. 9. 1. *Saulus autem adhùc* ſpirans (ἐμπνέων) *minas & cædem adversùs diſcipulos Domini.* Metaphora eſt ab aura tenui, vel ab odoratis plantis. 29 Animum, optimam mei partem. Synecd. inte. pro mem. 30 Surripuerat, id eſt, mihi animum furtim abſtulerat & in ſe converterat, meqve à mente alienum fecerat. Syncope. 31 Tàm formoſa, ut ſoli Cynaræ cedas, *vel*, poſt Cynaram mortuam ei ſecunda es in pulchritudine. 32 Formâ inſtructa atqve ornata, & nobilis iis rebus omnibus, qvæ amorem valent allicere, cujuſmodi ſunt ſplendidi ac flagrantes oculi, lævis frons, os nitidum, vultus ad hilaritatem, reliqvumq; corpus ad nutum, riſum & geſtum compoſitũ, labra rubentia, puniceæ genæ, dentes nivei, ac reliqva deniq; ad gratiam naturâ facta. 33 Sed fata, qvæ ſervatura ſunt Lycen parem temporibus cornicis, dederunt Cynaræ breves annos, id eſt, parvum vivendi tempus; tibi autem dederunt multos annos, ut juvenibus fias ludibrio. 34 In vitâ. 35 Tàm diu ut ætati alicujus annoſæ cornicis æqvæva ſis. Cornix dicitur centum annos vivere. 36 Tui amore olim incenſi. Brevis Alleg. è Metaphoris ab igne, ad adoleſcentiam Lyces eximiam, qvæ olim incendebat ſpectantium oculos, ſed nunc eſt corrupta & exſtincta inſtar cineris. 37 Summa cum voluptate.

38 Di-

38 *Dilapſam in cineres facem.*

38 Pulchritudinem tuam in nihilum ſive in deformitatem redactam.

Ode XIV. Ἐγκωμιαστική.

AD AUGUSTUM.

A Senatu, populoqve Romano, honores Auguſto tribui non poſſunt, qvi virtutes ejus æqvare valeant.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *QVæ cura* 2 *Patrum, qvæ-ve* 3 *Qviritium,*
4 *Plenis honorum* 5 *muneribus, tuas,*
Auguſte, 6 *virtutes* 7 *in ævum*
8 *Per titulos* 9 *memoreſqve faſtos*

1 Qvæ-nam ſollicitudo, id eſt, qvinam homines Senatores, aut privati & plebeji curabunt Auguſti virtutem dignis honoribus prædicandam? Metonymica eſt Alleg. ex adjunctis pro ſubjectis. In hoc autem interrogationis genere latet qvidam dialogiſmus, ubi negata reſponſio intelligenda eſt. 2 Patrum Conſcriptorum, id eſt, Senatorum. Sal. in Cat. *Delecti,* inqvit, *qvibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientiâ validum erat, Reſpub. conſultabant. Hi vel ætate, vel curæ ſimilitudine, Patres appellabantur.* 3 Civium Romanorum. Od. 1. l. 1. *Hunc, ſi mobilium turba* Qviritum, &c. 4 Qvæ cumulatè & ad plenum virtutem honore ac gloriâ compenſent. 5 Honorificis muneribus, ut ſtatuis, triumphis & monumentis. 6 Res præclarè geſtas. 7 In omnia futura mundi tempora. 8 Statuis inſcriptos. 9 Et per annales tuorum in patriam meritorum, qvi mentionem faciunt rerum priùs actarum, & memoriam illarum revocant.

10 *Æternet ?* 11 *ô, qvà Sol habitabiles*
12 *Illuſtrat* 13 *oras, maxime Principum,*
14 *Qvem legis expertes Latinæ*
Vindelici didicére nuper,
Qvid 15 *Marte poſſes :* 16 *milite nam tuo*
17 *Druſus* 18 *Genaunos,* 19 *implacidum genus,*
18 *Breunosq́;* 20 *veloces, &* 21 *arces*
22 *Alpibus* 23 *impoſitas* 24 *tremendis*
25 *Dejecit* 17 *acer* 26 *plus vice ſimplici.*
27 *Major Neronum* 28 *mox grave prælium*

10 Poſſit virtutes tuas æternas reddere, immortalitati conſecrare ? 11 O maxime Principum, qvi terram incolunt, qvâ parte Sol illuſtrat oras habitabiles, id eſt, ô Princeps maxime omnium, qvi ubiqve ſunt. Exclamatio parænetica, continens per enumerationem res ferè omnes ab Auguſto, & illius auſpiciis geſtas. 12 Suis radiis. 13 Mundi terrarum. 14 Qvem Vindelici, expertes legis Latinæ, id eſt, qvi ſuis legibus viventes legis Romanæ immunes ſunt, *vel*, qvibus necdùm victor Romanus leges impoſuit, qviqve in poteſtatem Romanorum nondùm venerant, didicere nuper magno ſuo malo, qvid bello poſſes. *Qvem didicére*, Helleniſmus eſt. Ter. in Eun. *Ego illum neſcio, qvi fuerit.* 15 Bello, armis. Meton. effic. 16 Toto exercitu, omnibuſqve copiis tuis. Synecdoche unitatis pro multitudine. 17 Animoſus ille Druſus, filius tuus adoptivus. 18 Galliæ populos. 19 Genus hominum ferox & indomitum. 20 Curſu, pugnâ & rapinâ celeres. 21 Sc. *illorum*, ad arcendos hoſtes. 22 Montibus. 23 Exſtructas. 24 Propter altitudinem. 25 Diruit, & proſtravit. *Dejicere*, eſt de ſuperiori loco deturbare. Virg. Æn. 12 *Fulminat Æneas armis, ſummaſqve minatur* Dejecturum *arces Italûm*, ac veluti æqvas ſolo poſiturum. 26 Plus qvàm ſemel, non uno congreſſu, ſed ſæpiùs. 27 Natu, id eſt, Claudius Tiberius Nero. 28 Poſt-

29 *Com-*

29 Commiſit, 30 immaneſq; 31 Rhoëtos
32 Auſpiciis pepulit ſecundis:
33 Spectandus in certamine 34 Martio,
35 Devota morti 36 pectora 37 liberæ
Qvantis 38 fatigaret 39 ruinis:
40 Indomitas propè qvalis undas
41 Exercet Auſter, 42 Pleiadum choro
Scindente nubes, 43 impiger hoſtium
Vexare turmas, & frementem
Mittere eqvum medios per ignes.
44 Sic 45 tauriformis 46 volvitur 47 Aufidus,
Qvi regna Dauni perfluit 48 Appuli,

qvam ſua ſigna & copias cum fratre Druſo conjunxiſſet. 29 Fecit cum hoſtibus. 30 Truculentos. 31 Vindelicos. 32 Fauſto eventu profligavit. 33 Qvi Tiberius dignus erat, qvi ſpectaretnr, & laudaretur de tali fortitudine. 34 Bellico. 35 Deſtinata. 36 Rhoëtos ipſos. Synecd. mem. pro toto corpore. 37 Qvam ſuâ ſponte & nullâ neceſſitate coacti liberrimè oppetebant. 38 Vexaret & proſterneret. 39 Cædibus Rhoëtorum. 40 Maris fluctûs furentes. Ordo eſt: *Druſus tàm* impiger vexare turmas hoſtium, & mittere frementem eqvum per medios ignes, qvalis propemodùm Auſter *eſſe ſolet, cùm* exercet undas indomitas, choro Pleïadum ſcindente nubes. 41 Commovet, agitat, perturbat. Virg. Georg. 3. exercita *curſu Flumina.* 42 Cùm Pleïades ſive Vergiliæ ſuo ſeptem ſtellarum choro ortæ nubes tempeſtatibus ſcindunt & pluvias profundunt. De Pleïadibus Ovid. Faſt. l. 4. 43 Tàm velox erat in hoſtium turmis agitandis, ſuoqve eqvo furibundo mittendo per medium pugnæ fervorem, per media, eaqve acerrima prælia. Synecd. ſpe. 44 Tanto impetu, ſonitu ac fragore. 45 Qvi duobus fluminibus duo cornua, tanqvàm tauri formam præ ſe fert. 46 Fertur. 47 Apuliæ fluvius. 48 Apuliæ regis.

49 *Cum*

49 Cùm ſævit, horrendamqve 50 cultis
51 Diluviem meditatur agris;
Ut 52 barbarorum 53 Claudius agmina
54 Ferrata 55 vaſto diruit impetu,
56 Primoſqve & extremos metendo,
57 Stravit humum 58 ſine clade victor,
59 Te 60 copias, te conſilium, & tuos
61 Præbente Divos: nam tibi, 62 qvo die
63 Portus 64 Alexandreia ſupplex,

49 Cùm auctus imbribus maximâ ſævitiâ delabitur, intumeſcit & *ſternit ſata læta, boumqve labores*, ut ait Virgil. Alleg. eſt è Metaphoris ab animatis ad inanimatum. 50 Satis. 51 Aqvarum inundationē infert & exercet; nam & in ipsâ meditatione exercitium eſt. Sic Virg. Georg. 3. *Inachiæ peſtem Juno meditata juvencæ.* Al. *minitatur.* 52 Hoſtium. 53 Tiberius Nero. 54 Haſtis ac telis armata. Synecdoche ſpeciei. 55 Fervore ac tumultu vaſtante & depopulante omnia proſtravit. 56 Hoſtiumqve totam aciem, πρώτους καὶ ὑστάτους, ſuo gladio cædendo. Metaph. à meſſoribus ſegetes demetentibus & coacervantibus. Sic Virg. Æn. 10. *Proxima qvæqve metit gladio.* 57 Operuit, implevit cadaveribus. 58 Sine ulla ſuorum militum jactura, id eſt, ſic victoriam reportavit, ut nulli è ſuis militibus deſiderati ſint. Ita Pittacus docebat, τὰς νίκας ἄνευ αἵματος δεῖ ποιεῖσθαι: qvæ ſumma eſt laus victoris. 59 Auguſto ſc. id eſt, tuo unius ductu & auſpicio. Pulcherrimè exprimit, qvid ſit alterius auſpiciis vincere. 60 Militum. 61 Tuam felicitatem à Diis, qvi tua opera fortunant, tibiqve favent, ipſi ſufficiente, ſuppeditante, πορίζοντος, ἐπαρκοῦντος: vel *Divos*, id eſt, fortiſſimos atqve ſtrenuiſſimos privignos tuos Druſum & Tiberium. Sumtum à rebus divinis. 62 Occiſo M. Antonio & Cleopatrâ. 63 Al. *portas.* 64 Ægypti urbs, in qvam Antonius & Cleopatra confugerant, ibiqve victi ſunt, id eſt, cives Alexandrini victi à te & ſupplices. Metonym. ſubjecti.

Et

Et 65 vacuam 66 patefecit 67 aulam;
Fortuna 68 luſtro proſpera tertio
69 Belli ſecundos reddidit exitus,
Laudemqve, & optatum peractis
70 Imperiis decus 71 arrogavit.
72 Te 73 Cantaber 74 non antè domabilis,
Meduſqve, & Indus, 72 te 75 profugus Scythes
76 Miratur, 77 ô tutela præſens
Italiæ, Dominæqve Romæ:
72 Te, 78 fontium qvi celat origines,
Niluſqve, & 79 Iſter, 72 te rapidus 80 Tigris,

65 Reginâ ac rege, id eſt, Antonio & Cleopatrâ jam orbatam. 66 Aperuit. 67 Regiam ſuam. 68 Imperii tui anno decimo qvinto. 69 Omnium tuorum bellorum ſalutares eventûs tibi attribuit. 70 Bellis peractis, & orbe ſubacto. 71 Peperit, vendicavit, in tuum commodum vertit; qvod Græci dicunt ἰδιοποιεῖσθαι: ut Sat. 4. l. 2. *ſibi cœnarum artem* arrogare. 72 Te Dominum. Anaphora in *te* novies initio ſententiarum repetito. 73 Cantabri, Hiſpaniæ populi. In his qvatuor, *Cantaber, Medus, Indus, Scytha*, Alleg. eſt ex Synecdochis continuatis. 74 A nullo, niſi à te victus. 75 Incertis ſedibus vagans, nec in eodem loco manens. Od. 35. l. 1. *te profugi Scythæ.* Vide Od. 24. l. 3. 76 Agnoſcit & veneratur. 77 O Auguſte, qvi tanqvam Deus tuo numine & auſpicio præſens Italiam, & Romam principem & imperatricem omnium urbium totius mundi tutaris. Vide ſuprà Od. 3. 78 Nilus, Ægypti fluvius, qvi occultat originem ſuorum fontium, id eſt, cujus fontes & origines adhùc nemo ſcivit, audit te. Tibul. *Nile pater, qvânam poſſum te dicere causâ, Aut qvibus in terris occuluiſſe caput.* 79 Danubius fluvius permagnus. 80 Armeniæ fluvius, adeò velox, ut aliqvando ſaxa ingentia ſecum rapiat.

72 Te,

72 Te, 81 belluoſus qvi remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis:
72 Te, non paventis 82 funera Galliæ,
Duræqve tellus audit Iberiæ:
72 Te 83 cæde gaudentes 84 Sicambri
85 Compoſitis 86 venerantur armis.

81 Te audit Oceanus, qvi ingentibus marinis belluis plenus, Britannos fluctuū ſonitu circumſonat interfuſo mari à nobis ſeparatos. 82 Galli mortem non extimeſcentes (vel propter ingenitam ferocitatem, *vel*, qvia ſibi perſvadebant, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios) & Iberi. Hiſpaniæ populi laborioſiſſimi te obſervant. Meton. ſubj. 83 Qvi atroces cædibus gaudent, αἱματοχαρεῖς, bellicoſi. 84 Germaniæ populi, hodiè *Geldrenſes* & *Clivenſes* appellantur. 85 Jam tanqvam pacis tempore in uno loco ſimul poſitis & reconditis. 86 Colunt.

Ode XV. Ἐγκωμιαστική.

AUGUSTI LAUDES.

Tricolos Tetraſtrophos.

1 *PHœbus volentem 2 prælia me 3 loqvi,*
4 Victas & urbes, 5 increpuit 6 lyrâ:

1 Apollo, Muſarum & Poëtarum præſes, increpuit me volentem loqvi Lyrâ prælia & urbes victas. Sic Virg. Ecl. 6. conſilio ejuſdem Dei revocatus eſt à rebus Romanis Heroïco carmine ſcribendis: *Cùm canerem reges & prælia, Cynthius aurem Vellit, & admonuit: paſtorem, Tityre, pingues Paſcere oportet oves, deductum dicere carmen.* 2 Et bella Auguſti Cæſaris. 3 Decantare. 4 Ab ipſo captas. 5 Objurgavit, admonuit. Metaph. à conflictu duorum corporum, cùm aliis alia alliduntur. 6 Lyrico carmine.

7 *Ne*

7 Ne parva Tyrrhenum per æqvor
Vela darem: tua, Cæſar, 8 ætas
9 Fruges & 10 agris rettulit 9 uberes,
Et 11 ſigna noſtro 12 reſtituit 13 Iovi,
14 Direpta Parthorum ſuperbis
Poſtibus: & vacuum duellis
15 Ianum Qvirini clauſit, 16 & ordinem

7 Ne humili Lyrico carmine res bellicas canerem atqve aggrederer. Alleg. eſt è perpetuis Metaphoris. Qvemadmodum enim periculoſum eſt parvo navigio in mari Tyrrheno navigare, ſic non eſt tutum, humilibus verſibus res magnas perſeqvi. 8 Tu Auguſte, vel tuæ ætatis feliciſſimum imperium & ſtatus. Meton. adjuncti temporis. 9 Copioſas fruges. Qvædam eſt enumeratio beneficiorum, qvibus Romanos cumulavit Cæſar, ducta è loco efficientium & effectorum. 10 Hoſtilibus incurſionibus anteà ſuis frugibus ſpoliatis. 11 Qvæ Craſſus amiſerat à Parthis interfectus. 12 Capitolio rursùs intulit. 13 Simulacro Jovis Capitolini nobis Romanis propitii, ejuſqve templo, in qvo ſigna militaria hoſtibus erepta reponuntur. Meton. ſubj. 14 Detracta à ſuperbis poſtibus Parthorum, qvi, ne victi viderentur, ſigna Craſſiana ſuâ ſponte Romam ad Auguſtum remiſerunt. 15 Et tua ætas clauſit templum Jani Qvirini, qvod pacis tempore tantùm claudi conſvevit, & ſemel tantùm ante te clauſum fuit, bellis civilibus toto orbe poſitis, conſtitutâqve cum exteris pace. 16 Et injecit fræna licentiæ, evaganti rectum ordinem, id eſt, ſeveriſſimè domuit, ac veluti frænis repreſſit morum corruptelam, qvæ extra ordinem rectum vagatur & tranſit, atqve ordinem non ſervat. Metaphora ſumta ab eqvis, qvorum impetus frænis inhibetur: ſic homines ſeveritate legum à licentiâ peccandi revocantur. Hic autem *rectus ordo* fortaſſis poſſet intelligi de ordine petendi honores, ut Qvæſturam, Tribunatum plebis, Ædilitatem, Præturam, Conſulatum, Cenſuram. Inter Qvæſturam & Tribunatum,

Rectum evaganti frena licentiæ
Injecit, 17 *emovitqve culpas,*
18 *Et veteres revocavit artes:*
Per qvas 19 *Latinum nomen, & Italæ*
Crevére vires, 20 *famaqve, & imperî*
22 *Porrecta majeſtas ad* 22 *ortum*
Solis 23 *ab Heſperio cubili.*
24 *Cuſtode rerum Cæſare,* 25 *non* 26 *furor*
Civilis, aut 27 *vis eximet otium:*
25 *Non* 28 *ira, qvæ* 29 *procudit enſes,*
Et miſeras 30 *inimicat urbes:*

itemqve inter Tribunatum & Ædilitatem, annuum erat intervallum. Ædilitatem Prætura biennio interjecto: Præturam Conſulatus, tanto ſpatio temporis interpoſito, ſeqvebatur. tempus autem poſt Conſulatum Cenſuræ non erat circumſcriptum: hujusmodi ordinis confuſionem Auguſtus ſuſtulerat. 17 E medio ſuſtulit, eruit, exſtirpavit, ut nulla ampliùs veſtigia ſuperſint, gravibus pœnis in improbos conſtitutis. Al. *amovit.* 18 Et reſtituit priſtinas majorum noſtrorum virtutes, prudentiam, fortitudinem, juſtitiam, & temperantiam. 19 Romanum. 20 Romanorum. 21 Et imperii dignitas longè latèqve extenſa, propagata & amplificata eſt. 22 Ad ortum Solis, id eſt, ad extremos Jndos. 23 A ſolis occaſu ſive ab Occidente: ἕσπερος Græcè, *veſper* eſt Latinis. Translatio ab animalibus. 24 Qvamdiu Auguſtus res humanas cuſtodiet & adminiſtrabit. 25 Anaphora. 26 Bellum civile. qvod cives furore concitati inter ſe gerunt. 27 Nulla ambitionis rabies pacem aut tranqvillitatem nobis eripiet. Al. *exiget*, i.e. expellet. 28 Homines irati. Meton. adj. 29 Qvæ impellit homines ad enſes procudendos & fabricandos, qvibus homo hominem interimat. Tale eſt illud Virg. *furor arma miniſtrat.* 30 Inimicas & hoſtiles inter ſe reddit urbes, id eſt, concitat oppi-

25 *Non*

25 Non, 31 qvi profundum 32 Danubium bibunt.
33 Edicta rumpent Iulia: 25 non 34 Getæ,
25 Non 35 Seres, 36 infidi-ve Perſæ;
25 Non 37 Tanaim propè flumen orti.
38 Noſq; & 39 profeſtis 40 lucibus, & ſacris,
41 Inter jocoſi munera 42 Liberi,
43 Cum prole, matroniſqve noſtris,
44 Ritè Deos prius apprecati,
45 Virtute functos, 46 more patrum, duces,
47 Lydis remiſto carmine tibiis,
Trojamqve, & 48 Anchiſen, & almæ
49 Progeniem Veneris canemus.

danos ad mutuas inimicitias. Meton. ſubj. 31 Thraces, Germani, & aliæ gentes. 32 Partem aqvæ. Synecd. integri: ut Virg. Ecl. 1. *Aut* Ararim *Parthus bibet, aut Germania* Tigrim: Et Ecl. 10. *Nec ſi frigoribus mediis* Hebrumqve *bibamus.* 33 Leges Julii Cæſaris, in qvam gentem tu aſſumptus es, & tuas leges, ſc., de adulteriis aliiſqve, non violabunt, non frangent. Synecd. ſpe. 34 Qvi ad Pontum Euxinum habitant. 35 Indiæ populi. 36 Infideles, novis rebus ſtudentes, qvia Craſſum ſimulatâ pace occiderant. 37 Scythæ & Sarmatæ. 38 Poetæ Lyrici. Jam ex effectis oſtendit, qvàm rectè ipſe poſiturus ſit otia, qvæ Cæſar Reip. fecit. 39 Profanis, qvi laboribus & privatis & publicis ſunt conceſſi. 40 Diebus. Meton. effic. 41 Inter vina efficientia homines jocoſos & hilares. Meton. effe. Ideòqve à Plaut. in Curcul. *lepos Liberi* dicitur pro lepido ac faceto vino. 42 Meton. effic. 43 Cum liberis & uxoribus noſtris. 44 Decenter. 45 Qvi virtute floruerunt, qvi pro patriæ ſalute cum gloriâ mortui ſunt. 46 Ritu majorum noſtrorum. 47 Lyrico aliqvo carmine cum tibiâ à Lydis inventâ remiſto. Tibiarum varii erant modi, tres præcipuè: Dorius ſive Ionicus, Phrygius & Lydius. 48 Patrem Æneæ. 49 Æneam, Veneris filium, & ex illo oriundos Aſcanium, & totam gentem Juliam, ſc. Julium Cæſarem, Auguſtum, Tiberium, Druſos, &c.

Q. HORATII FLACCI †EPODON LIBER.

Epod. I.

Ad MÆCENATEM.

Horatius ibit cum Mæcenate proficiſcente ad bellum Actiacum contrà Antonium.

Dicolos Diſtrophos.

1 Ibis 2 Liburnis 3 inter alta navium,
Amice, propugnacula,
Paratus omne Cæſaris periculum
4 Subire, Mæcenas, tuo.

† Horatius ita hunc librum appellavit, qvòd longioribus ſingulis verſibus ſinguli breviores accinantur, qvi *ἐπῳδοὶ* vocantur: *Vel*, hic Liber *ἐπῳδὸς* inſcribitur, id eſt, *incantator*, ut & *ἐπῳδὴ incantamentum*. Multa enim de incantationibus tractat hîc Horatius, & acriter Canidiam veneficam exagitat. 1 proficiſcéris, navigabis ad bellum Actiacum. Metaph. à vulgo, ſtrata viarum pedibus deterente. Ordo eſt: Amice Mæcenas, *tu* paratus ſubire omne periculum Cæſaris, *idqve* tuo *periculo*, ibis Liburnis navibus inter alta propugnacula navium. 2 In navibus humilioribus ex Liburniâ regione, ſitâ inter Illyrium & Dalmatiam. 3 Inter altas turres in navibus Antonianis erectas tanqvam propugnacula, id eſt, munitiones ad hoſtes incurrentes arcendum. Synecd. gen. 4 Excipere, *ἀναδέχεσθαι*, ſufferre, propulſare qvodvis periculum, qvod in ancipiti bello contra Antonium ſuſtinebit, à capite Cæſaris Auguſti magno vitæ tuæ periculo.

5 Qvid

5 *Qvid nos? qvibus te vita ſit* 6 *ſuperſtite*
Jucunda, 7 *ſi contrà,* 8 *gravis?*
9 *Utrum-ne juſſi* 10 *perſeqvemur otium*
Non dulce, ni tecum 11 *ſimul?*
12 *An hunc laborem mente laturi, decet*
Qvâ ferre non molles viros?
13 *Feremus: & te vel per Algium* 14 *juga,*
15 *Inhoſpitalem &* 16 *Caucaſum,*
17 *Vel Occidentis uſqve ad ultimum ſinum,*
Forti ſeqvemur 18 *pectore.*

5 Qvid intereà nos amici & clientes tui agemus, qvi Romæ reſtamus? Ἀνακοίνωσις ſive *Communicatio* eſt & Dialogiſmus, non ſimplex Addubitatio. Conſilium enim capit cum Mæcenate, qvid, eo in militiam profecto, facturus ſit, cujus reſpõſionem vel antevertit, vel jam tacitè factam immutat ad hæc verbà, *Feremus*, &c. 6 Vivo, incolumi. 7 Me tibi ſuperſtite, id eſt, te mortuo. 8 Moleſta futura ſit. 9 An nos, qvemadmodum à te & ab Auguſto Cæſare juſſi ſumus, domi manebimus, carmen componemus, qvod ſine te injucundum futurum eſt? 10 Ita Cic. *perſeqvi opus* dicit. Metaphora à viatore, qvi inſtitutum iter ſic tenet, ut ſeqvi non deſinat, donec aſſecutus eum deprehenderit, qvem ſeqvebatur. 11 Sc. *eamus*. 12 An verò laturi ſumus ac ſubibimus unà tecum hunc laborem militarem eâ mente & conſtantiâ, qvâ viros fortes & laborum patientes ac magnanimos militiæ laborem ferre decet? 13 Omnem militiæ laborem & omne periculum tecum feremus. Sibi ipſe reſpondet. In *ferre* & *feremus* eſt Polyptoton. 14 Summitates. 15 Qvi nihil excipit hoſpitio, ἄξενον, à nullo hominum inhabitatum, inacceſſum hyeme & æſtate propter glaciem & nives. Sic Od. 22. l. 1. *Sive facturus per* inhoſpitalem Caucaſum. 16 Scythiæ montem. 17 Vel uſqve ad ſinum Gaditanum & ultimam Hiſpaniæ oram, juxtà columnas Herculis. 18 Magno animo. Meton. ſubj.

19 *Rogès, 20 tuum labore qvid juvem meo,*
21 *Imbellis, ac 22 firmus parum.*
23 *Comes minore ſum futurus in metu,*
24 *Qvi major abſentes habet:*
Ut aſſidens implumibus pullis avis,
25 *Serpentium 26 allapſus timet*
27 *Magis relictis: 18 non, ut adſit, auxilî*
Latura plus præſentibus.
Libenter hoc, & omne 29 militabitur
Bellum in tuæ ſpem gratiæ.
30 *Non ut juvencis illigata pluribus*

19 At fortaſſe tu, Mæcenas, rogare poſſis. Prolepſis eſt cum Proſopopœiâ obliqvâ, ubi Mæcenatis cogitatio à Poëta occupatur, labefactatur & convellitur. 20 Laborem. 21 Non bellicoſus. 22 Corpore parùm firmo & valido. 23 Si tuus ſum comes, & tibi præſens ero, minùs tibi metuam, qvàm abſens. Reſpondet ſuperiori tacitæ qvæſtioni. 24 Qvi metus graviùs tenet, occupat, excruciat & ſauciat abſentes, qvàm præſentes, id eſt, qvem metum majorem abſentes habent. Ter. in Andr. *unus ſcrupulus reſtat, qvi me male habet.* Metaph. à gladiatoribus: ubi hac voce uſus victor inſultabat victo. Ter. *Captus eſt*, habet. 25 Pullos devorantium. 26 Impetus, incurſiones. Propriè dicitur de ſerpentibus & aqvis, qvæ tacito reptatu lubricoqve motu feruntur. 27 Sed multò magis tamen timet abſens, cùm ſc. pullos ſuos reliqvit. *Relictis* eſt Dativi caſus. 28 Qvæ tamen avis non allatura eſt plus auxilii præſentibus ſuis pullis, qvàm abſentibus, qvamvis adſit: ſive enim mater abſit, ſive adſit, pulli à validiore ſerpente devorabuntur. 29 A me, id eſt, bell laborem ſuſtinebo unà tecum, idqve in ſpem tuæ erga me benevolentiæ retinendæ. Sic *certare certamen, bella pugnata, & rura regnata* dicit alibi. 30 Non enim hoc faciam, ut boves mei plures, qvàm jam utor, aratris alligati in terra

Aratra

Aratra nitantur meis:
Pecus-ve 32 *Calabris ante* 33 *ſidus fervidum*
Lucana mutet paſcua:
ec ut 34 *ſuperni villa* 35 *candens* 36 *Tuſculi*
37 *Circæa tangat mœnia.*
Satis ſuperqve me 39 *benignitas tua*
40 *Ditavit:* 41 *haud paravero,*
2 *Qvòd aut, avarus ut Chremes, terrâ premam,*
43 *Diſcinctus aut perdam, ut* 44 *nepos.*

vertendâ ac proſcindendâ magnâ vi corporis incumbant, id
, non ut plura habeam aratra, *vel*, ut plura agri jugera
ſſideam. Hypallage. 31 Non ut habeam multa armenta,
æ ante Caniculæ ſidus æſtuoſum, id eſt, ante æſtûs
niculæ, paſcua mutent, ſc. ex Calabriâ in Lucani-
. 32 Cùm Calabris paſcuis, ubi temperatior aëris
gio. 33 Caniculæ. Synecd. gen. 34 In monte ſiti.
E candenti marmore exſtructa. 36 Fundi mei Tuſculani.
Se extendat ad oppidum Tuſculum, à Telegono, Circes
Ulyſſis filio, ædificatum. Sic Od. 29. l. 3. *Telegoni juga*
rricidæ. 38 Abundè. 39 Liberalitas tua, id eſt, tu Mæ-
nas, qvi multis me beneficiis affeciſti & locupletâſti. Meton.
. 40 Lautiſſimo fundo in Sabinis dato. 41 Nun-
am mihi comparavero. 42 Qvod aut in terrâ occultem
defodiam, ut Chremes ille Terentianus, id eſt, avarorum
re, nimis ſuis commodis ſervientium. Synecd. ſpe.
Aut qvod tanqvam diſſolutus & luxurioſus prodigus di-
idem. *Diſcinctus* habet aliqvid Metaphoricum à veſtibus
is & diffluentibus, ad animi luxuriem, unde homines ap-
ent molles, voluptarii, luxurioſi, inertes. 44 Ut pater
ris, *avus*: ſic filii filius, *nepos* dicitur. Sed hîc Allego-
eſt pro qvolibet homine luxurioſo, qvi avita bona dilapi-
e ſolet, abjectâ omni curâ rei familiaris augendæ aut certè
nſervandæ, dum avus paterqve vivunt.

Epod. II.

Vitæ ruſticæ laudes.

Dicolos Diſtrophos.

Beatus ille, qvi 1 *procul negotiis,*
(2 *Ut priſca gens mortalium)*
3 *Paterna rura bobus exercet ſuis,*
4 *Solutus omni fœnore.*
5 *Nec excitatur claſſico miles truci,*
6 *Nec* 7 *horret* 8 *iratum mare :*
9 *Forumqve vitat,* 10 *& ſuperba civium*
Potentiorum 11 *limina.*

1 Separatus, remotus à negotiis forenſibus, ab urbanæ vit molestiis. Synecd. 2 Ut primi homines in aureo ſæculo, qvi, urbibus nondum conditis, in agris habitabant, qvi neqve arabant, neqve ſerebant, &c. ſed agriculturam exercebant, & tranqvillam vitam agebant. Vide Lucret. l. 5. 3 Qvi agros à patribus ſive majoribus relictos propriis, non conductitiis bobus aſſiduè ac diligenter colit, arat. Virg. 2. Georg. *Aut preſſo* exercere *ſolum ſub vomere.* Et 1. Georg. Exercetqve *freqvens tellurem, atqve imperat arvis.* 4 Libe ab injuſtis lucris, ab omni ære in uſuram dando vel accipiendo. 5 Neqve tanqvam miles terribili & ſævo ſonitu tubæ i bello excitatur, id eſt, neqve militat. Sic Cæſar, *claſſicu canere.* Dicitur *claſſicum* à calando, id eſt, convocando Sumitur interdùm pro ipsâ tubâ : ut apud Virg. Georg. *Nec dum etiam inflari* claſſica. 6 Neqve tanqvam nau lucri ſpe navigat. 7 Naufragii metu reformidat. 8 Tempeſtatibus & procellis ſævum & turbulentum. Sumtum a animantibus affectu præditis. 9 Ubi lites aguntur & dijudicantur. 10 Et divitum civium Romanorum magnific ædes tanqvam cliens & adulator non freqventat, favoris in undi gratiâ, ſed liber ſuiqve juris eſt. 11 Synecd. memb

Er

Ergo aut 12 *adultâ vitium propagine*
Altas 13 *maritat* 14 *populos:*
15 *Inutileſqve* 16 *falce* 17 *ramos amputans,*
18 *Feliciores inſerit:*
Aut in 19 *reductâ valle mugientium*
20 *Proſpectat errantes greges:*
Aut 21 *preſſa* 22 *puris mella condit amphoris,*
Aut 23 *tondet* 24 *infirmas oves.*
Vel, cùm 25 *decorum mitibus pomis caput*
Autumnus 26 *arvis extulit,*
27 *Ut gaudet* 28 *inſitiva decerpens pyra,*
Certantem & uvam 29 *purpura,*

12 Cum adultâ vitium propagine & maturo palmite proceras ulmos conjungit. 13 Metaph. ab hominibus ad beſtiarum & plantarum conjunctionem. 14 Arbores. Synecd. ſpec. 15 Infrugiferos, ſupervacaneos. 16 Putatoriâ. 17 Vitium. 18 In eorum locum fertiliores implantat. 19 Secretâ aut flexuosâ. Sic Od. 17.l.1. *Hîc in* reductâ *Valle Caniculæ Vitabis æſtus.* 20 Ex editiori loco ſive procul ſpectat boum & vaccarum greges hùc illùc per paſcua liberè diſcurſantes & paſcentes. Virg. Ecl. 1. *Ille meas* errare *boves*. Synecd. gen. In *greges mugientium* eſt Synecdochica periphraſis armentorum. 21 E favis expreſſa. 22 Defæcatis. 23 Lanarum onere levat. 24 Debiles, morbiſqve obnoxias. 25 Ramos arborum ornatos, onuſtos maturis pomis. Virg. Ecl. 1. *ſunt nobis mitia poma.* 26 In agris in altum exeruit. Metap. ab animantibus. Sic Virg. Ecl. 1. *Verum hæc tantum alias inter* caput extulit *urbes.* 27 Qvantoperè delectatur. Exclamatio eſt per admirationem qvatuor verſibus ducta. 28 Qvæ ante paucos annos ipſe manu ſuâ inſevit. 29 Qvæ eximio colore cum purpurâ certare poſſit.

Qvâ 30 muneretur te, 31 Priape, & te, pater
32 Sylvane, tutor finium!
33 Libet jacére 34 modò ſub 35 antiqvâ ilice,
34 Modò in 36 tenaci gramine.
37 Labuntur altis 38 interim 39 ripis aqvæ:
40 Qveruntur in ſylvis aves,
Fonteſqve lymphis 41 obſtrepunt 42 manantibus,
43 Somnos qvod invitet 44 leves.
At cùm tonantis 45 annus hybernus 46 Iovis
Imbres nivesqve 47 comparat,

30 Donet tanqvam frugum primitiis. Ter. in Heaut. *Nam diſciplina eſt eiſdem,* munerarier *ancillas primùm* &c. Cic. *me opipare* muneratus eſt. 31 Hortorum Deus. Apoſtrophe ad Priapum & ad Silvanum. 32 Sylvarum & agrorum cuſtos. 33 Ruſticis qvieſcere libet. Hîc Poëta fœneratorem Alphium inducit loqventem de præſtantiâ vitæ ruſticæ, & ipſam ſeqvi volentem: ſed Proſopopœia eſt imperfecta: caret enim acceſſu & apparatu per admonitionem, ubi eſt tantùm nota acceſsûs ad hunc locum, *Hæc ubi locutus*: & hîc deponitur perſona fœneratoris. 34 Symploce eſt, ſoni ejuſdem repetitio in principiis & clauſulis utriuſqve membri. 35 Annoſâ, patulâ & ramoſâ. 36 Qvod terræ firmiter adhæret. 37 Deorſum fluunt. 38 Dùm ruſticus ita jacet. 39 Sc. *ex* Al. *rivis.* 40 Qverulâ voce cantillant. Ovid. Amor l. 31. *Dulce* qveruntur *aves.* 41 Strepitum & murmur faciunt. Sumtum eſt à ſtrepitu pedum. 41 Fluentibus. 43 Qvæ res, ſc. fontes lymphis manantibus circumſtrepere, faciles & jucundos ſomnos inducere & conciliare poſſit. 44 Sic Od. 16. l. 2. *Nec* leves *ſomnos timor, aut Cupido Sordidus aufert.* 45 Hybernum anni tempus ſive hyems. Synecd integri. 46 Cœli & aëris procelloſi. Metonymia eſt ſimilis notatæ. Od. 1. l. 1. 47 Coacervat.

Aut

Aut 48 trudit 49 acres 50 hinc & hinc 51 multâ cane
Apros in 52 obſtantes plagas,
Aut 53 amite 54 levi rara 55 tendit retia,
Turdis 56 edacibus 57 dolos:
58 Pavidumqve leporem, & 59 advenam 60 laqveo
61 Iucunda 62 captat præmia. [gruem,
Qvis non 63 malarum, qvas 64 amor curas 65 habet,
66 Hæc inter obliviſcitur?
Qvòd ſi 67 pudica mulier 68 in partem juvans
69 Domum, atqve 70 dulces liberos,
[71 Sabina qvalis, aut 72 peruſta ſolibus
73 Pernicis uxor Appuli]
74 Sacrum vetuſtis exſtruat lignis focum,

48 Impellit. 49 Feroces & animoſos. 50 Ab omnibus partibus. Epiz. 51 Multis canibus. Synecd. ſpec. 52 In oppoſita, objecta retia, qvibus irretiti capiantur. 53 Furculâ aucupali, qvâ rete tenditur. 54 Cui omnis aſperitas ademta eſt. 55 Extendit, ſuſpendit 56 In olivis & alia eſca vorandis. 57 Qvæ retia ſunt doli. 58 Meticuloſum. 59 Tranſmarinam, & aliàs in aliis regionibus degentem. Translatum eſt ab hominibus. 60 Pedicis fixis. 61 Qvæ omnia, ſc. apri, turdi, lepus, grus, ruſticis jucunda laborum ac venationum præmia ſunt, 62 Capere ſtudet, inſidiatur. 63 Curarum & ſollicitudinum. 64 Cupiditas divitiarum, avaritia. 65 Secum comites. 66 Oblectamenta ſc. id eſt, inter venandum. 67 Conjux caſta. 68 Viciſſim, ἐν μέρει adjuvans, & alteram laboris portionem ſubiens, cùm maritus, qvæ foris, illa, qvæ domi ſunt, curet. 69 Rem familiarem. 70 Rectè educando. 71 Qvales ſunt Sabinæ mulieres, qvas Romulus rapuit. Synecd. ſpec, pro qvalibet muliere fideli & diligenti. 72 Propter aſſiduum diurnum ſub dio laborem æſtu Solis nigra, ἡλιοκαυτής, Meton. effic. 73 Impigri & patientis laborum. 74 Si exſtruat ligna ſicca & arida ſuper

75 Laſſi ſub adventum viri:
Claudensqve textis cratibus 76 lætum pecus,
77 Diſtenta ſiccet ubera;
Et 78 horna 79 dulci vina promens 70 dolio,
71 Dapes inemptas apparet;
Non me 82 Lucrina 83 juverint conchylia,
Magiſ-ve 84 rhombus, aut ſcari,
85 Si qvos Eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vertat mare:
Non 86 Afra avis deſcendat in ventrem meum,
Non 87 attagen Ionicus
Jucundior, qvâm 88 lecta de pinguiſſimis
Oliva ramis 89 arborum,

focum Veſtæ ac Laribus ſacrum, ignemqve accendat, qvo maritus reficiatur. 75 Paulò ante adventum mariti ruſtico labore defatigati. 76 Fœcundum, qvod bono corporis habitu lætificat dominum ſuum. Metou. effecti. Sic Od.4.l.4. *læta paſcua* dixit. 77 Si ubera lacte turgida mulgendo inaniat. 78 Hujus anni. 79 Propter vinum, qvod in eo continetur. 80 Sc. *ex.* 81 Eſcas non ex urbe petitas, ſed ex agris hortoqve decerptas. Virg. 4. Georg. de ſene qvodam Corycio: *ſeráqve revertens Nocte domum,* dapibus *menſas onerabat* inemptis. 62 Oſtrea in lacu Lucrino capta, qvæ ſunt omnium præſtantiſſima, id eſt, lautiſſimæ atqve exqviſitiſſimæ epulæ. Synecd. ſpe. 83 Non magis me delectaverint, qvàm ruſtico labore ruri natæ epulæ. 84 Piſcis magni pretii. 85 Si qvos ſcaros hyems, id eſt, tempeſtas coorta ſive intonans in mari Ionio & Orientali impellat ad mare Italicum. Synecd. gen. 86 Gallina Africana non poteſt mihi eſſe cibus dulcior. 83 Avis Aſiatica, inter nobiliſſimas habita. *Ionia* eſt pars Aſiæ, in qvâ fuit urbs Epheſus. 88 Collecta. 89 Olearum. Synecd. gen.

Aut herba 90 *lapathi prata amantis, &* 91 *gravi*
Malvæ ſalubres corpori:
Vel agna 92 *feſtis* 93 *cæſa* 94 *Terminalibus,*
95 *Vel hœdus ereptus lupo.*
Has inter epulas, 96 *ut juvat* 97 *paſtas oves*
Videre 98 *properantes domum!*
Videre 99 *feſſos vomerem inverſum boves*
Collo 100 *trahentes languido:*
101 *Poſitoſqve vernas, ditis* 102 *examen domus,*
Circùm 103 *renidentes Lares!*
104 *Hæc ubi locutus fœnerator Alphius,*
105 *Iamjam futurus ruſticus,*

90 Rumicis in pratis creſcentis. 91 Ægrotanti. 92 Dieb. 93 A ruſticis in ſacrificium oblata. 94 In honorem Dei Termini inſtitutis accelebratis, menſe Februario, in cujus tutelâ veteres putabant eſſe agrorum fines. 95 Vel hœdus, è lupi dentibus à paſtoribus ereptus, ſvavior eſt ruſtico, qvàm qvi deſumptus eſt è ſuo hœdili: nam minoris conſtat. 96 Qvantum delectat ruſticum! Epiphonema ſex verſibus continuatum. 97 Saturas. 98 E paſcuis. 99 Ruſtico labore. 100 Domum. 101 Et videre ſervos ex ancillis natos collectos. 102 Tanqvàm multitudinem apum in divitis domo. 103 Nitidam & ſplendentem domum & focum. Meton. ſubj. poſſeſſoris pro adj. Al. *τὸ renidentes* non ad *Lares*, ſed ad *Vernas*, referunt, ut ſit ordo: *Vernas renidentes circùm Lares.* Eſt enim Horatio valdè uſitata Synchyſis. 104 In vitæ ruſticæ laudem. Depoſitio Proſopopœiæ Alphianæ. 105 Eo animo & conſilio, ut ruſticam vitam colat.

106 *Omnem*

106 Omnem 107 relegit Idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere.

106 Qvo nomine omnem pecuniam à debitoribus collectam in unam ſummam, agros empturus, & vitam ruſticam acturus, congregavit circa dimidium menſem: ſed paulò pòſt rurſus ad ingenium redit, & ſeqventis menſis Kalendis pecuniam ſuam antè collectam rurſus in fœnore collocare ſtudet ac deſiderat. Idibus nomina exigebant; Kalendis autem & exigebant & collocabant. 107 Sumtum videtur ab agricolis, qvi ſua ſata certo tempore metunt & relegunt.

Epod. III.

Ad MÆCENATEM.

Allium deteſtatur, qvòd apud Mæcenatem ederat, cujus æſtu torqvebatur.

Dicolos Diſtrophos.

Parentis 1 olim ſi qvis 2 impiâ manu
3 Senile guttur fregerit,
4 Edat cicutis allium nocentius.
5 O dura meſſorum ilia!
6 Qvid hoc veneni ſævit in præcordiis?

1 Poſthac, in poſterum. 2 Sceleratâ. Metaph. eſt à corpore ad impium animum. 3 Guttur patris ſui ſenis fregerit ferro vel laqveo, id eſt, senem parentem interfecerit. Synecd. partis. 4 Edat pro ſupplicio allium, qvod ſuo calore omni aconito pejus eſt, qvod frigore venenato necat. 5 O ferrea meſſorum inteſtina, qvæ tantum virus perferre poſſint, & concoqvere! Exclamatio eſt admirantis tolerantiam tàm tetri allii. Meſſoribus allium dare ſolebant. Vide Virg. Ecl. 2. 6 Qvid hoc veneni eſt, qvod tantoperè corpus meum ſævis caloris flammis incendit? Ἀπορία eſt ſive Addubitatio de apparatu talis allii ad majorem rei diritatem & inclementiam.

Num

Num 7 viperinus his 7 cruor
Incoctus herbis me 8 feſellit? 9 an malas
10 Canidia tractavit dapes?
11 Ut 12 Argonautas præter omnes 13 candidum
14 Medea 15 mirata eſt 16 ducem,
17 Ignota tauris illigaturum juga,
Perunxit hoc Iaſonem;
18 Hoc delibutis ulta donis 19 pellicem,
20 Serpente fugit alite. (por
Nec tantus unqvam 21 ſiderum 22 inſedit 23 va-
Siticuloſæ Apuliæ;

7 Sangvis viperæ ſerpentis, id eſt, venenum. 8 Me latuit, id eſt, me inſcio his herbis fuit incoctus, qvem inſcius comedi? 9 An mulier venefica malè contrectavit dapes? 10 Synecd. ſpec. pro qvalibet veneficâ. 11 Poſtqvam Medéa mirata eſt ducem præter omnes candidum. 12 Præ omnibus reliqvis Argonautis, qvi ad deripiendum aureum vellus venerant. 13 Formoſum. 14 Æetæ, Colchorum regis, filia, venefica. 15 Amavit. 16 Iaſonem. Synecdoche gen. 17 Perunxit hoc ungvento, ſc. allii veneno & ſucco Iaſonem, eumqve adverſùs omnia pericula ſecurum præſtitit, illigaturum juga ignota tauris, id eſt, ut tauris ignivomis jugum inſvetum injiceret, iiſqve vicinum agrum arando inverteret. 18 Eadem Medéa, poſtmodùm ab Jaſone repudiata, ulta pellicem ſuam, veſtibus muneris loco doloſè miſſis, hoc allii ſucco tinctis: qvas cùm induiſſet Creuſa, unà cum regiâ flammis & incendio conſumta eſt. 19 Creuſam, Creontis, regis Corinthiorum, filiam, qvam Iaſon ſecundam conjugem Medéæ ſuperinduxerat. Synecd. gen. 20 Aufugit poſt hoc facinus ex Iaſonis oculis per aërem vecta à dracone alato. Synecd. gen. 21 Præſertim Caniculæ. 22 Incubuit, invaſit dieb. Canicularibus calidam atq; aridam Apuliam. 23 Æſtus, calor. Syn. gen. Virg. 5. Æn. *lentusq; carinas Eſt* vapor.

Nec

Nec 24 munus 25 humeris efficacis Herculis
Inarſit æſtuoſiùs,
At, ſi qvid unqvam 26 tale 27 concupiveris,
Jocoſe Mæcenas, precor
28 Manum puella ſvavio opponat tuo,
29 Extremâ & in ſpondâ cubet.

24 Tunica, qvam Deïanira ad Herculem, Neſſi Centauri ſanguine tinctam, miſit per Lychan. Synecd. gen. Vide Ovid. Met. 9. Hoc munus ponendum eſt inter τὰ τῶν ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. 25 Vehementiùs in humeris validi & ad efficiendum apti Herculis per venenum incenſum arſit, qvàm dirum illud allii venenum corpus meum inflammavit. 26 Allium. 27 Comedere. 28 Ut amica tua halitum tuum effugiens, opponat manum ſuam oſculo tuo, id eſt, te oſculari volentem manu objectâ impediat. 29 Inqve exteriori lecti parte procul à te cubet, ne allii fœtore offendatur, id eſt, precor, ut neqve te oſculetur, neqve ſe tibi potiendam præbeat. Sic non ineptè qvis *extremâ cubare ſpondâ* cum eo dici poteſt, qvicum illi qvidem congruit, ſed exiliter & non undeqvaqve perfectè.

Epod. IV.

Ad VOLTEIUM MENAM, Libertum Pompeji Magni.

Dicolos Diſtrophos.

1 LUpis & agnis qvanta 2 ſortitò obtigit,
3 Tecum mihi diſcordia eſt,
4 Ibericis 5 peruſte funibus latus,

1 Qvantas habent naturâ inſitas inter ſe inimicitias lupi & agni, tantas ego tecum gero, ô Mena. 2 Naturali ſorte & inſtinctu. 3 Sc. *tanta*. 4 Qvi latus habes percuſſum, peruſtum & valdè flagellatum ac cœſum funibus Hiſpanicis, id eſt, flagellis è geniſtâ Hiſpanicâ intortis. Synecd. ſpe. 5 Me-

6 Et crura durâ compede.
.icet ſuperbus 7 ambules 8 pecuniâ,
9 Fortuna non mutat 10 genus.
ides-ne, 11 ſacram 12 metiente te viam
14 Cum bis ter ulnarum togâ,
5 Ut 15 ora vertat hùc & hùc euntium
16 Liberrima indignatio?
.7 Sectis flagellis hic triumviralibus,

aph. ab igne. 6 Cujus crura peruſta ſunt, & attrita ferreis compedibus. Significat eum fuiſſe ſervum, utpote cujus n corpore vibices & cicatrices adhùc exſtarent. 7 Per plateas incedas. 8 Propter ingentem pecuniæ copiam. 9 Tua tamen fortuna non efficiet, qvò minùs libertus ſis, qvi vilis qvondam ſervus fueris, id eſt, nobilem te non efficiet. 10 Statum ac conditionem hominum. 11 Te compoſito ad normam gradu incedente more metientium longitudinem paſſibus, ut arrogantes ſolent, per viam ſacram, qvæ à portâ triumphali ad Capitolium ducit. Sic dicta, propter fœdus intemerandum & religioſum, qvod Romulus cum Tito Tatito, Sabinorum rege, percuſſerat. Hùc accedit, qvòd per eam ferebantur ſacra ad Capitolium ſingulis menſibus. 12 Metaph. à Geometris. 13 Indutus togam ſex ulnarum laxam, id eſt, valdè amplam, more divitum. Synecd. num. ſin. 14 Videſ-ne, qvomodo juſtiſſima & minimè diſſimulata ira civium Romanorum ab omni parte prætereuntium vultum in te convertat, teqve à tergo reſpiciat, tuumqve faſtum deteſtetur? 15 Synecd. part. pro vultu toto. 16 Homines juſtâ de causâ irati. Meton. adj. 17 Imperfecta eſt Proſopopœia prætereuntium & indignantium juſtè in Menam, ad qvam qvidem ſignificatur acceſſius his verbis, *Videſ-ne, ut ora vertat*, &c. ſed ſine mentione depoſitæ popularis perſonæ. Hic Voltejus Menas cæſus flagellis Triumvirûm juſſu, qvi neqvam ſervos caſtigari curant, uſqve ad ſatietatem præconis, qvi ipſum ulteriùs flagellari noluerit (ut poſſet cum

Præco-

Præconis ad faſtidium,
Arat Falerni 18 *mille fundi jugera,*
19 *Et Appiam mannis terit:*
20 *Sedilibusqve magnus in primis eqves,*
21 *Othone contempto, ſedet.*
22 *Qvid attinet* 23 *tot ora navium gravi*
Roſtrata 24 *duci pondere*
Contrà latrones, atqve 25 *ſervilem manum,*
26 *Hoc, hoc tribuno militum?*

Sannione Terentiano dicere, *Ego vapulando, ille verberando uſqve ambo defeſſi ſumus*) arat & poſſidet jam multa agri jugera fundi optimi in Campaniâ. 18 Synecd. num. finit. pro multis jugeribus. 19 Et eqvis pereqvitat viam Appiam, qvâ itur ad agrum Falernum, virorum principum parvis & gradariis, qvi tolutim & nullâ victoris moleſtiâ incedunt. *Mannus à manu* dictus, qvòd manſuetâ porrectione manus duci poſſit. 20 Qvinetiam Menas, factus Tribunus militum, ſedet tanqvàm eqves Romanus in 14. eqvitum Romanorum graduum primis duobus ordinibus, ubi Tribuni militum ſedent, idqve Lucii Roſcii Othonis lege ſpretâ. 21 Meton. effic. id eſt, conditoris, pro lege latâ ab Othone, qvâ ſancitum erat, ne qvis ex infimo hominum genere fieret eqves, ut ſederet intrà qvartum decimum theatri gradum ſeorsùm in ſpectaculis à vulgo, exceptis duobus primis Tribunis, qvo conſeſſu Mena indignus erat, qvòd aliqvando fuiſſet ſervus. 22 Ad rem, id eſt, qvid prodeſt claſſem ab Auguſto armari contrà piratas & ſervos fugitivos, ſi Menas ipſe pirata & ſervus ſit Tribunus militum? 23 Tot navium proras (& tùm Metaph. eſt) id eſt, tot naves roſtratas, qvarum ſummæ partes ære ac ferro ſunt munitæ. Synecd mem. 24 Deduci & armari. 25 Multitudinem ſervorum fugitivorum, qvam coëgerat Sextus Pompejus & armaverat contrà Auguſtum, ad Italiam navibus populandum. Metaph. 26 Hoc Voltejo Menâ, ſervo qvondam fugitivo neqviſſimo & piratâ, hoc, inqvam navium præfecto? Epizeuxis.

Epod

Epod. V.

In CANIDIAM VENEFICAM.

Dicolos Diſtrophos.

AT ô Deorum qvicqvid in cœlo regit
Terras, & humanum genus,
Qvid iſte fert tumultus? aut 3 qvid omnium
Vultus in unum me truces?
Per liberos te, ſi 5 vocata 6 partubus
7 Lucina veris affuit:
Per hoc inane 9 purpuræ decus precor,

At verò, ô omnes Dii, qvi regitis terras homineſqve. Pro-popœia eſt pueri abrupta initiò, & exclamatio ejusdem com-oti & perterriti [qvem Canidia aliæqve veneficæ mento te-is ſub terrâ defoderant, fameqve necare conſtituerant, ut ejus jecore & medullâ, arte Necromanticâ, philtrum ſeu po-lum amoris conficerent] deprecantis Deos, cùm nihil pre-ous loci apud homines ſit relictum. 2 Qvid ſibi vult iſta multuoſa mulierum feſtinatio? Aporia eſt tragica, qvâ ve-ficarum conſilia puer urget, iterata per Anaphoram. Qvid omnium veſtrum vultus tetri & minantes in me ſo-n converſi ſunt? 4 O Canidia, oro te per liberos tuos, ſi os verè peperiſti. Olim enim jurabant per ea, qvæ cara nt. Altera eſt exclamatio pueri obſecrantis cauſam aſpe-s tetri & minantis, ubi eſt Anaphora in *per*. 5 A te in-cata. 6 Tuis. 7 Juno Lucina, parturientium Dea, qvæ ſcentibus opem ferre putabatur. 8 Rogo te per hanc di-itatem togæ meæ prætextatæ, [id eſt, qvod ex ingenuis entibus ortus ſim] vanam, qvæqve nihil proderit ad cru-itatem veſtram minuendam. 9 Meton. ſigni pro puber-e, vel nobilitate, cujus ſignum prætexta erat. Ab ætate ò commiſerationem movet, nec minùs à conditione ſuâ: *textæ* enim pueritiæ ornamentum erat, nec aliis concede-ur, qvàm Romanis, atqve ingenuis.

10 Per improbaturum hæc Iovem.
Qvid ut noverca me 11 intueris? aut uti
12 Petita ferro bellua?
13 Ut hæc trementi qveſtus ore, conſtitit
14 Inſignibus raptis puer,
15 Impube corpus, qvale poſſet impia
16 Mollire Thracum pectora:
Canidia brevibus implicata viperis
17 Crines, & incomptum caput,
18 Iubet ſepulchris 19 caprificos erutas,
18 Iubet cupreſſus 20 funebres,
Et 21 uncta 22 turpis ova 23 ranæ ſanguine,
24 Plumamqve nocturnæ ſtrigis,

10 Te rogo per Iovem, qvi hæc ſcelera puniet. 11 O Canidia. 12 Aut tanqvam Aper, lupus aut urſa, qvæ ferro laceſſita vel ſaucia eſt? 13 Poſtqvam puer ille nobilis & prætextatus, à Canidiâ reliqviſqve veneficis ad ſupplicium raptus, hæc tremulâ voce qveſtus, finem qverendi fecit, &c. Deponitur perſona pueri, & Poëta loqvitur. 14 Ornamentis ejus à Canidiâ raptis, ſc. prætextâ & bullâ, qvæ erant Patriciorum inſignia, id eſt, ſine veſtibus nudus. Synecd. gen. 15 Exiſtens impube & tenerum corpus, qvale, &c. 16 Ad miſericordiam flectere & mitigare immania pectora Thracum, qvi tamen ſunt crudeliſſimi, id eſt, pectora hominum crudeliſſimorum. Synecd. ſpe. 17 Habens capitis ſui capillos totumqve ſuum caput, diffuſis crinibus impexum, brevibus venenatis viperis implexum, Furiarum inſtar. 18 Anaphora. 19 Ficus ſteriles ex mortuorum ſepulchris extractas & infauſtas, qvaſi Diis Inferis ſacrificatura. 20 Funeſtas, funeribus aptas, & inferis conſecratas: qvia, ut Cupreſſus cæſa nunqvam revireſcit, ſic mortui ad vitam nunqvam redeunt. Vide Od. 14. l. 2. 21 Imbuta. 22 Ad veneficia aptæ. 23 Rubetæ, qvæ rana eſt nutrita in dumetis & rubis. Synecd. gen. 24 Et pennas

Herbaſ-

Herbaſqve, qvas 25 Iolcos, atqve 26 Iberia
27 Mittit, 28 venenorum ferax,
9 Et oſſa ab ore 30 rapta 31 jejunæ canis,
32 Flammis aduri Colchicis.
At 33 expedita Sagana per totam domum
Spargens 34 Avernales aqvas,
5 Horret capillis, ut 36 marinus, aſperis,
Echinus, aut 37 currens aper:
8 Abacta nullâ Veja conſcientiâ,
Ligonibus duris humum
9 Exhauriebat, ingemens laboribus:

vis mali ominis, qvæ nocturno tempore volat, & ſtridorem ro cantu habet: unde à *ſtridendo* dictæ ſunt. Ovid. 6. Faſt. *ſt illis ſtrigibus nomen; ſed nominis hujus Cauſa, qvòd orrendâ ſtridere nocte ſolent.* 25 Theſſaliæ oppidum, qvò aſon cum Medeâ ex Ponto revertens appulit. 26 Ponti regio. 27 Producit. 28 Herbarum venenatarum abundans. 9 Et jubet oſſa aliena, qvæ canis rodebat, &c. qvæ creduntur aviditatem ad amorem transferre, ideòqve multùm valere d poculum amoris conficiendum. 30 Per vim extorta. 1 Famelicæ. 32 Flammis eo ritu paratis, qvo apud Colchos operâ & arte Medéæ per veneficia erant accenſæ & præparatæ ad Creontis domum, cjusqve filiam Creuſam conflagrandam, in domo accendi. Metonym. ſubjectæ regionis. 3 Succincta, εὔζωνος, ne veſtes defluentes impedimento forent. Eſt nomen proprium alterius veneficæ tanqvàm Canidiæ adminiſtræ. 34 Ex Averno lacu petitas. 35 Horrida & formidoloſa aſpectu apparet capillis ſuis aſperis in capite erectis. 6 Ut marinus piſcis echinus, cui ſimilis eſt echinus terreſtris, & eodem modo ſpinis eſt confertus. 37 Furens, qvi duriſſimas habet ſetas in dorſo inſurgentes. 38 Veja, tertia venefica & adjutrix Canidiæ, nullâ mali ſive ſceleris conſcientiâ ab incepto ſcelerato facinore depulſa ac deterrita. 39 Ve-

40 Qvò poſſet infoſſus puer
Longo die bis ter-ve mutatæ dapis
Inemori 41 ſpectaculo:
42 Cùm promineret ore, qvantum extant aqvâ
Suſpenſa mento corpora:
43 Exſucta uti medulla, & 44 aridum jecur
Amoris 45 eſſet poculum:
46 Interminato cùm 47 ſemel fixæ cibo
Intabuiſſent 48 pupulæ.
49 Non defuiſſe 50 maſculæ libidinis
52 Ariminenſem 52 Foliam,
Et 53 otioſa credidit Neapolis,

hementer anhelans, crebrò ſpirans ſcrobem effodiebat, faciebat, in qvam puerum defoderet. Metaph. à liqvidis. 40 In eum finem, ut puer poſſet, &c. 41 Aſpectu dapis novæ ſæpiùs appoſitæ, ſed ſemper ſublatæ, tandem ſiti & inediâ contabeſcere. 42 Cùm puer in terram defoſſus mento tenùs ore tantùm è terrâ exſtaret, qvantùm corpora natantium, qvæ mento in aqvâ qvaſi ſuſpenſa ſunt, ex aqvâ prominent ſive exſtant. 43 Et ut medulla ejus cibi deſiderio tabefacta, exſiccata, omniqve ſucco inanita. Sumtum eſt à lactantibus, qvi ſuctu nutricum ubera exſiccant. Al. *exerta* vel *exſecta*. 44 Propter famem ac ſitim ſiccum. 45 Fieret. 46 Vetito & interdicto, qvem tangere puer eſt prohibitus propter defoſſionis impedimentum. Paſſivè hîc ſumitur: cum *interminari* propriè ſit minando vetare, ne qvid fiat. 47 Prorsùs, in perpetuum immotæ. Tale illud, *Cùm* ſemel *occideris*. 43 Cùm ſc. oculorū ejus acies, jam jam tabe conſumtæ, uno impetu, non temporis ſucceſſu, in mortem reſolutæ defeciſſent. 49 Huic ſceleri interfuiſſe. 50 Vehementis & immoderatæ libidinis fœminam, & formam coëuntis maris imitantem, androgynam. 51 Ex Arimino, urbe Italiæ ortam. 52 Veneficam. 53 Otioſi & tranqvillè viventes Neapolitani, & omnes vici-

Et

Et omne vicinum oppidum:
4 *Qvæ ſidera* 55 *excantata voce* 56 *Theſſalâ,*
Lunamqve 57 *cœlo deripit.*
8 *Hîc* 59 *irreſectum* 60 *ſæva* 61 *dente livido*
Canidia 62 *rodens pollicem,*
3 *Qvid dixit? aut qvid tacuit?* 64 *ô rebus meis*
Non infideles arbitræ,
Nox, & 65 *Diana, qvæ ſilentium regis,*
66 *Arcana cùm fiunt ſacra,*
7 *Nunc, nunc* 68 *adeſte: nunc in hoſtiles* 69 *domos*
Iram, atqve 70 *numen vertite:*
1 *Formidoloſæ dùm* 72 *latent ſylvis* 73 *feræ,*

i. Meton. ſubj. 54 Qvæ Folia deripit ſidera, &c. 55 Vexa-
a & coacta. 56 Voce Theſſalarum veneficarum, incanta-
nentis, ἐπῳδῇ. Synecd. gen. 57 E cœlo deorſum rapit, de-
ucit. Virg. Ecl. 8. *Carmina vel cælo poſſunt deducere Lu-
am.* 58 Tunc. 59 Ungues pollicis non reſectos, lon-
os. Nam veneficæ mulieres ungues ſuos nutriunt, non
ecant, qvippe qvæ non minus corpore, qvàm animo, tur-
es ſunt & deformes. 60 Venefica deteſtabilis. 61 Nigris
entibus. Sing. pro plur. 62 Arrodens, ſeqve ad crudelita-
em exſtimulans. 63 Qvid ſceleris non dixit? aut qvid ſce-
ris tacuit? Apparatus ad Proſopopœiam Canidiæ per inter-
ogationem & Symplocen. 64 Exclamatio eſt Canidiæ pe-
entis auxilium ab his, qvi favent conſiliis clandeſtinis, &
rtivis amoribus & veneficiis, ubi ſilentio & tenebris opus
t. O nox & Hecate, qvæ artibus meis magicis certæ & con-
ciæ teſtes eſtis. 65 Hecate, ſeu Luna, qvæ noctem in pote-
tate habes, qvæ taciturna eſt. Magica autem ſacra ferè no-
turna. 66 Cùm veneficiorum ſacra nocturno tempore per-
guntur. 67 Epizeuxis eſt, & Anaphora. 68 Mihi. 69 Va-
i ſenis, qvi me aſpernatur. 70 Divinam vim & potentiam
onvertite. 71 Hominibus timendæ. Al. *formidoloſi*, ſc. noctu.
2 Qvieſcunt in ſylvis, ſc. hâc ſilenti nocte. 73 Leones, urſi,

40 *Qvò poſſet infoſſus puer*
Longo die bis ter-ve mutatæ dapis
Inemori 41 *ſpectaculo:*
42 *Cùm promineret ore, qvantum extant aqvâ*
Suſpenſa mento corpora:
43 *Exſucta uti medulla, &* 44 *aridum jecur*
Amoris 45 *eſſet poculum:*
46 *Interminato cùm* 47 *ſemel fixæ cibo*
Intabuiſſent 48 *pupulæ.*
49 *Non defuiſſe* 50 *maſculæ libidinis*
52 *Ariminenſem* 52 *Foliam,*
Et 53 *otioſa credidit Neapolis,*

hementer anhelans, crebrò ſpirans ſcrobem effodiebat, faciebat, in qvam puerum defoderet. Metaph. à liqvidis. 40 In eum finem, ut puer poſſet, &c. 41 Aſpectu dapis novæ ſæpiùs appoſitæ, ſed ſemper ſublatæ, tandem ſiti & inediâ contabeſcere. 42 Cùm puer in terram defoſſus mento tenùs ore tantùm è terrâ exſtaret, qvàntùm corpora natantium, qvæ mento in aqvâ qvaſi ſuſpenſa ſunt, ex aqvâ prominent ſive exſtant. 43 Et ut medulla ejus cibi deſiderio tabefacta, exſiccata, omniqve ſucco inanita. Sumtum eſt à lactantibus, qvi ſuctu nutricum ubera exſiccant. Al. *exerta* vel *exſecta*. 44 Propter famem ac ſitim ſiccum. 45 Fieret. 46 Vetito & interdicto, qvem tangere puer eſt prohibitus propter defoſſionis impedimentum. Paſſivè hìc ſumitur: cum *interminari* propriè ſit minando vetare, ne qvid fiat. 47 Prorsùs, in perpetuum immotæ. Tale illud, *Cùm* ſemel *occideris*. 43 Cùm ſc. oculorũ ejus acies, jam jam tabe conſumtæ, uno impetu, non temporis ſucceſſu, in mortem reſolutæ defeciſſent. 49 Huic ſceleri interfuiſſe. 50 Vehementis & immoderatæ libidinis fœminam, & formam coëuntis maris imitantem, androgynam. 51 Ex Arimino, urbe Italiæ ortam. 52 Veneficam. 53 Otioſi & tranqvillè viventes Neapolitani, & omnes vici-

Et

Et omne vicinum oppidum:
54 *Qvæ ſidera* 55 *excantata voce* 56 *Theſſalâ,*
Lunamqve 57 *cælo deripit.*
58 *Hîc* 59 *irreſectum* 60 *ſæva* 61 *dente livido*
Canidia 62 *rodens pollicem,*
63 *Qvid dixit? aut qvid tacuit?* 64 *ô rebus meis*
Non infideles arbitræ,
Nox, & 65 *Diana, qvæ ſilentium regis,*
66 *Arcana cùm fiunt ſacra,*
67 *Nunc, nunc* 68 *adeſte: nunc in hoſtiles* 69 *domos*
Iram, atqve 70 *numen vertite:*
71 *Formidoloſæ dùm* 72 *latent ſylvis* 73 *feræ,*

ni. Meton. ſubj. 54 Qvæ Folia deripit ſidera, &c. 55 Vexata & coacta. 56 Voce Theſſalarum veneficarum, incantamentis, ἐπῳδῇ. Synecd. gen. 57 E cœlo deorſum rapit, deducit. Virg. Ecl. 8. *Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam.* 58 Tunc. 59 Ungues pollicis non reſectos, longos. Nam veneficæ mulieres ungues ſuos nutriunt, non ſecant, qvippe qvæ non minus corpore, qvàm animo, turpes ſunt & deformes. 60 Venefica deteſtabilis. 61 Nigris dentibus. Sing. pro plur. 62 Arrodens, ſeqve ad crudelitatem exſtimulans. 63 Qvid ſceleris non dixit? aut qvid ſceleris tacuit? Apparatus ad Proſopopœiam Canidiæ per interrogationem & Symplocen. 64 Exclamatio eſt Canidiæ petentis auxilium ab his, qvi favent conſiliis clandeſtinis, & furtivis amoribus & veneficiis, ubi ſilentio & tènebris opus eſt. O nox & Hecate, qvæ artibus meis magicis certæ & conſciæ teſtes eſtis. 65 Hecate, ſeu Luna, qvæ noctem in poteſtate habes, qvæ taciturna eſt. Magica autem ſacra ferè nocturna. 66 Cùm veneficiorum ſacra nocturno tempore peraguntur. 67 Epizeuxis eſt, & Anaphora. 68 Mihi. 69 Vari ſenis, qvi me aſpernatur. 70 Divinam vim & potentiam convertite. 71 Hominibus timendæ. Al. *formidoloſi*, ſc. noctu. 72 Qvieſcunt in ſylvis, ſc. hâc ſilenti nocte. 73 Leones, urſi,

Dulci ſopore 74 langvidæ,
75 Senem (76 qvod omnes rideant) 77 adulterum
78 Latrent 79 Suburanæ canes,
80 Nardo perunctum, 81 qvale non perfectius
Meæ laborârunt manus.
82 Qvid accidit? cur 83 dira barbaræ minùs
Venena 84 Medéæ valent,
Qvibus 85 ſuperbam 86 fugit ulta 67 pellicem,
Magni Creontis filiam,
Cùm palla, 88 tabo munus imbutum, novam
Incendio 89 nuptam abſtulit?
Atqvi nec 90 herba, nec latens 91 in aſperis
92 Radix 93 fefellit me locis.
94 Indormit unctis omnium cubilibus

lupi. 74 Feſſæ. 75 Varum. Synecd. gen. 76 Propter juvenilē in ſene amorem. 77 Propter hoc amoris poculum ſcortatorē factum. 78 Ut allatrent nocte. 79 In Suburâ vico urbis Romæ, dùm ibi meretrices ſectatur. 80 Unguento ex Nardo confecto. Meton. mater. 81 Qvale nunqvam efficacius elaboravi ſive confeci. 82 Qvid enim mihi hactenùs accidit? Miratur Canidia, cur venena præſtantiſſima, qvæ in Varum adhibuerat, minùs valerent, qvàm ea, qvibus uſus eſt Medéa in Creuſam Creontis filiam. 83 Atrocia. 84 Qvibus Medéa barbara uſa fuit. 85 Nobilem, & ſuperbi regis filiam. 86 Curru ſerpentum per aëra aufugit. 87 Creuſam. Synecd. gen. 88 Qvam tanqvàm munus Medéa venefica veneno imbutam ſive venenatam Creuſæ, nuptias celebraturæ, miſerat. In *tabo* eſt Synecd. ſpec. Propriè enim pro corrupto ſanguine uſurpatur. 89 Creuſam Iaſoni nuptam cum totâ domo regiâ combuſſit. 90 Ulla herba, veneficiis apta. 91 In duris cautibus & ſcopulis. 92 Aconitum. Synecd. gener. 93 Latuit me, fugit me: neqve tamen venena mea ſolitas vires exercent. 94 Nam Varus indormit cubilibus, qvæ me-

Oblivione

Oblivione pellicum.
95 *Ah! ah! ſolutus ambulat veneficæ*
Scientioris 96 *carmine.*
97 *Non uſitatis, Vare,* 98 *potionibus*
[99 *O multa fleturum caput!*]
Ad me recurres; 100 *nec vocata mens tua*
Marſis redibit 101 *vocibus,*
102 *Majus parabo, majus* 103 *infundam tibi*
104 *Faſtidienti* 105 *poculum;*
106 *Priusqve cœlum ſidet inferius mari,*
107 *Tellure porrectâ ſuper:*
Qvàm non amore ſic meo 108 *flagres, uti*
109 *Bitumen* 110 *atris ignibus.*

is veneficiis delibuta ſunt oblivione omnium pellicum, id eſt, dormit ab omnibus incantationibus tutus, mei & omnium ſuarum pellicum amore ſolutus. 95 Ah! ah! jam ſcio qvid factum ſit, aliam peritiorem veneficam invenit, qvàm ego ſum, cujus carminibus magicis à meis veneficiis liber ambulat. Epizeuxis eſt, & ſimul exclamatio dolentis. 96 Synecd. 67 Novis & fortioribus venenatis & amatoriis poculis ad me revertéris, velis nolis. Apoſtrophe ad Varum. 98 Synecd. gen. 99 O caput fleturum multùm, valdè, id eſt, ô Vare, miſerrimis modis à me excruciande. Synecd. membri pro integro homine. 100 Nec mens tua facta ſemel à me inſana revocata ad ſe redibit, id eſt, ad ſanitatem revertetur incantationibus ſive carminibus, qvalia ſciunt Marſi, Apuliæ populi, qvi à Circe veneficâ didicerunt. 101 Synecd. 102 Plus virium habiturum, qvàm illud qvod hactenùs tibi paravi. 103 Ut bibas. 104 Me aſpernanti. 105 Amatorium, i.e. philtrũ. 106 Et priùs cœlum ſubſidebit mari & deorsùm deſcendet, qvàm, &c. i.e. natura mutabitur. Hyperbole eſt. 107 Terrâ ſuper mare & cœlum inferius ſtratâ, id eſt, ſuperjectâ. 108 Ardeas, ô Vare. 109 Vehementiſſimè inflammari ſolet. 119 Atrum fumum emittentibus. Ignis

111 *Sub hæc*, 112 *puer, jam non* 113 *ut antè, mollibus*
114 *Lenire verbis* 115 *impias:*
116 *Sed dubius* 117 *unde rumperet ſilentium,*
118 *Miſit Thyeſtéas preces.*
119 *Venena magnum fas, nefasqve, non valent*
Convertere humanum vicem.
20 *Diris agam vos: dira* 121 *deteſtatio*
122 *Nullâ expiatur victimâ.*
123 *Qvin*, 124 *ubi perire juſſus expiravero,*

enim ex bitumine nigreſcit. 111 Paulò poſtqvam hæc locuta eſt Canidia. 112 Prætextatus ille. 113 Fecerat. 114 Ad miſericordiam flectere parat. 115 Sceleratas veneficas. 116 Inducitur iterùm puer, ut hoc diſtichon eſt acceſſus ad illius Proſopopœiam. 17 A qvâre, ſive à qvibus imprecationibus exordium loqvendi ſumeret. Virg. Æn. 10. *qvid me alta* ſilentia *cogis* Rumpere, *& obductum verbis vulgare dolorem?* Sumtum à corporibus valdè tentis, qvæ vehementi contententione franguntur cum valido ſonitu, ad acres pueri minas indicandas. 118 Emiſit in veneficas imprecationes horribiles, qvalibus Thyeſtes, Pelopis filius, in fratrem Atreum uſus eſt, qvi filios ejus interemtos, diſiectos & decoctos, comedendos illi appoſuerat. Synecd. gen. 119 Venena, qvantumvis efficaciſſima, magnum illud fas, id eſt, magnam juſtitiam & æqvitatem in mundo; & ſcelus inter ſe confundere & mutare non poſſunt, & humanam ſortem ſive conditionem, qvæ rectè facta præmiis, ſcelera æternis ſuppliciis afficit, perturbare. Nam ut vel maxima veſtris præſtigiis immutare poſſitis, tamen fas in nefas, & veſtrum hoc ſcelus in pium factum non mutabitis, & veſtras ſcelerum pœnas nullà ratione evitare poteritis. 120 Furiis infernalibus atqve execrationibus vos perſeqvar. Apoſtrophe, ubi puer à communi ſententià convertit ſermonem ad veneficas. 121 Imprecatio innocentis contra ſceleratum. 122 Nullo purgatur ſacrificio. 123 Inſuper. 124 Ubi à vobis defoſſus per in-

Noctur-

Nocturnus occurram furor:
125 *Petamqve vultus umbra curvis unguibus,*
(126 Qvæ vis Deorum eſt Manium)
127 *Et inqvietis aſsidens præcordiis,*
Pavore ſomnos auferam [131 *petens,*
Vos 128 *turba* 129 *vicatim,* 130 *hinc & hinc ſaxis*
132 *Contundet* 133 *obſcœnas anus.*
134 *Poſt inſepulta membra* 135 *different lupi,*
Et 136 *Eſqvilinæ alites.*
137 *Neqve hoc parentes,* [138 *heu*] *mihi ſuperſtites,*
139 *Effugerit* 140 *ſpectaculum.*

ediam mortuus fuero, vobis per noctem occurram & perterrefaciam. Sic minatur Dido 4. Æn. ſe mortuam Æneam perſecuturam: *Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.* 125 Et ego poſt mortem facies veſtras curvis unguibus dilacerabo. 126 Qvæ umbra violentia & ultio eſt Deorum animarum mortuarum, ſic ut per umbras Dii manes ſe vindicent. 127 Et ego umbra inhærens intimis animi affectionibus veſtris nunqvam qvieſcentibus, ſed continuò perturbatis, vos ſcelerum & pœnarum metu dormire non ſinam. 128 Univerſa populi multitudo. 129 E ſingulis vicis. 130 Ab omnibus partibus. 131 Invadens. 132 Lapidibus interimet. Metaph. ab iis, qvi comminuunt, & conterunt aliqvid in pilis. 133 Libidine efferatas. 134 Poſteà autem, qvando à populo lapidibus interemptæ eſtis. 135 In varias partes dilaniata hinc indè diſtrahent, diſſipabunt, διαφορήσουσι. 136 Vultures aves, qvæ in Eſqviliis, colle urbis Romæ, volitare ſolent. 137 Et parentes mei, eheu! poſt meam mortem mihi ſuperſtites futuri, videant (ad ſuum luctum leniendum) vos veneficas inſepultas, atqve membra veſtra à canibus & avibus dilacerata, vosqve meritas dediſſe pœnas. 138 Exclamatio eſt pueri dolentis de tali ſpectaculo permiſto lætitiâ & triſtitiâ. 139 Lateat. 140 Pœnæ veſtræ.

Epod. VI.

In CASSIUM SEVERUM,
Poëtam maledicum & petulantem.

Dicolos Diſtrophos.

QVid 1 *immerentes hoſpites* 2 *vexas*, 3 *canis*,
4 *Ignavus adversùm lupos?*
5 *Qvin huc inanes, ſi potes, vertis minas*,
Et me 6 *remorſurum petis?*
7 *Nam, qvalis aut* 8 *Moloſſus, aut fulvus* 9 *Lacon*,
[10 *Amica vis paſtoribus*]
11 *Agam per altas aure* 12 *ſublatâ nives*,
13 *Qvæcunqve præcedit fera.*
14 *Tu, cùm timendâ voce complêſti nemus*,
15 *Projectum odoraris cibum.*
16 *Cave, cave: namqve in malos aſperrimus*

1 Immeritos, nihil mali meritos. 2 Maledictis, ſc. id eſt, allatras & dilanias eos, qvi te nondum penitùs noverunt? 3 Latrator, convitiator. 4 Imbecillis & nullius animi contrà homines, qvi reſpondendo te mordere poſſunt. 5 Cur non tuos latratûs, qvi præter verba nihil ſunt, in me non convertis & retorqves? 6 Pari acerbitate ac violentiâ, qvâ mordent, remorſurum invadis? 7 Nam ego agam per altas nives aure ſublatâ omnem feram, qvæcunqve præcedit me, qvalis aut, &c. 8 Canis magnus & procerus ex Epiro. 9 Lacedæmonicus, admodùm agilis. 10 Defenſio paſtoribus chara: qvia canes à lupis greges protegunt. 11 Perſeqvar, urgebo, διώξω. 11 Erectâ aure, id eſt, alacer. 13 Qvicunqve petulantiâ ſuâ, tanqvàm fera, ferocibus convitiis me laceſſiverit. 14 Tu, cum convitiis & carmine maledico aliqvem es inſectatus, pretio tibi oblato, latrare deſinis, & facilè te placari pateris. 15 Inſtar pigri canis. 16 Epizeu-

17 *Parata*

17 *Parata tollo cornua:*
18 *Qvalis Lycambæ ſpretus infido* 19 *gener,*
20 *Aut acer* 21 *hoſtis Bupalo,*
An, 22 *ſi qvis atro dente me petiverit,*
Inultus ut flebo puer?

xis. 17 Attollo cornua tanqvam taurus ſæviſſimus, ad feriendum eos, qvi mihi maledicunt. 18 Talis in illos ſum, qvalis fuit Poëta Archilochus, Jamborum ſcriptor, cui cùm Lycambes filiam ſuam Neobulam deſponſaſſet, & poſteà ſententiâ mutatâ Archilochum generum ſpreviſſet, eiqve filiam denegâſſet, ab Archilocho opprobriis unà cum filiâ dilaceratus, & tandem ad ſuſpendium compulſus fuit. 19 Archilochus. Synecd. gen. Sic de Arte: *Archilochum proprio rabies armavit Iambo.* 20 Aut etiam qvalis alter Poëta Hipponax, qvi acerrimus hoſtis Bupalo pictori fuit, à qvo cum oris fœditate deformis pictus, & aliis ad ridendum expoſitus eſſet, carminis amaritudinem tantopere in pictorem diſtrinxit, ut eodem modo ad laqveum ipſum compulerit. 21 Hipponax. Synecd. gen. 22 Si qvis invidâ ac maledicâ linguâ me carpſerit, an non vindicatus, tanqvam puer, plorabo? Neqvaqvam. Eſt enim pueri injurias flere, viri verò ulciſci.

Epod. VII.

Ad POPULUM ROMANUM.

Execratio belli civilis geſti hinc Bruto & Caſſio, illinc Octaviano, Marco Antonio, & M. Lepido ducibus.

Dicolos Diſtrophos.

1 Q*Vò, qvò* 2 *ſceleſti,* 3 *ruitis? aut cur* 4 *dexteris*
Aptantur enſes conditi?

1 Epizeuxis pathetica ad tumultum belli comprimendum. 2 Impii Romani imperii principes in patriam, qvi bellum civile meditamini, in qvo civis à cive interficitur. 3 Ferimini? Metaph. eſt ab ædificiis. 4 Aut cur gladii, hactenùs ali-

5 *Parum-*

5 Parùmne campis, atqve 6 Neptuno ſuper
Fuſum eſt Latini ſanguinis?
7 Non ut ſuperbas invidæ Carthaginis
Romanus arces ureret:
8 Intactus aut 9 Britannus ut deſcenderet
10 Sacrâ catenatus viâ:
Sed ut, ſecundùm 11 vota 12 Parthorum, 13 ſuâ
14 Urbs hæc periret dexterâ.
Neqve hic lupis 15 mos, nec fuit leonibus
Unqvam, niſi in 16 diſpar genus.

qvandiu tecti, & in vaginis incluſi, rursùs nudantur ac diſtringuntur in cives, id eſt, cur bellum civile reparatis? 5 An non ſatis Romani ſanguinis terrâ mariqve profuſum eſt, Bruto, Caſſio, & Sexto Pompejo victis? 6 Mari. Meton. ſubjecti pro adjuncto, ſive poſſeſſoris pro re poſſeſsâ. 7 Hactenùs non eo nomine tot cædes civium Romanorum factæ ſunt, ut civis Romanus Carthaginem, qvæ ſemper imperii Romani ac gloriæ æmula fuit, in altum exſtructam, everteret atqve combureret. In *ſuperbas* & *invida*, ſunt Metaphoræ ab animatis ad inanimata, qvæ ſunt ἀπαθῆ, id eſt, affectu carentia. 8 Britanni armis Romanorum nondùm domiti, vincti in triumpho ducerentur ad Capitolium per ſacram viam. 9 Synecd. num. ſing. 10 *Sacra* dicta eſt *via*, qvòd per eam ſacra ſingulis menſibus ferantur in arcem: aut qvòd in eâ fœdus ictum ſit inter Romulum & regem Tatium. 11 Optata: ut Sat. 6. l. 2. *Hoc erat in* votis. 12 Inimicorum veſtrorum, qvi nihil priùs optabant, qvàm exitium Romæ. 13 Suâ vi ac potentiâ, id eſt, bellis civilibus. 14 Roma, id eſt, oppidani & Romani cives, qvi ſe mutuis cædibus interficiunt. Meton. 15 Inter ſe concertandi. 16 Alterius naturæ aut ſpeciei: veſtra igitur crudelitas plus eſt, qvàm ferina.

17 *Furor-*

17 *Furor-ne cæcus*, 18 *an rapit vis acrior?*
An 19 *culpa? reſponſum date:*
20 *Tacent:* & 21 *ora* 22 *pallor albus* 23 *inficit,*
Menteſqve 24 *perculſæ ſtupent.*
25 *Sic eſt:* 26 *acerba fata Romanos agunt,*
Sceluſqve fraternæ 27 *necis:*
28 *Ut immerentis fluxit in terram Remi*
29 *Sacer nepotibus cruor.*

17 An-ne inſania vos cæcos efficiens, & mente captos. Meton. effe. 18 An major vis, utpote fatalis neceſſitas, vos in hanc civilis belli rabiem præcipitat? 19 Peccatum. 20 Romani. 21 Faciem ac vultus eorum. Synecd. membri. 22 Qvalem ſc. ſcelerum conſcientia excitare ſolet. 23 Occupat. Sic Virg. Æn. 4. *Hæc effata ſilet, pallor ſimul occupat ora.* 24 Sceleris conſcientiâ percuſſæ, ac malè ſibi conſciæ, obſtupuerunt. 25 Ut dicam. 26 Immatura mors Remi Romanos ad hæc bella civilia impellit. In *acerba* eſt Metaph. à pomis. Sic. Virg. Æn. 6. *& funere merſit* acerbo. 23 Cædis: cum ſc. Romulus fratrem ſuum Remum, qvòd per ludibrium nova urbis Romæ mœnia tranſiliiſſet, interemit. 28 Poſtqvàm cruor innocentis Remi effuſus eſt in terram. 29 Execrabilis & perniciem Romanis poſteris afferens, qvi ſanguine eorum tot civilium bellorum cædibus ac cladibus eſt expiandus. Meton. effecti. Sic Od. 19 l. 3. *ſacrum Ilium.*

Epod. VIII.
Ad ANUM LIBIDINOSAM.
Dicolos Diſtrophos.

1 R*Ogare longo putidam te ſæculo,*
Vires qvid enervet meas?

1 Te-ne tantam vetulam, tàm longâ ætate fœdam rogàre decet, qvid vires meas debilitet, & ad te amandum tardas

2 *Cùm*

2 Cùm ſit tibi dens ater, 3 & rugis vetus
Frontem ſenectus 4 exaret,
5 Hietqve turpis inter 6 aridas nates
Podex, velut 7 crudæ bovis.
8 Sed incitat me pectus, & mammæ 9 putres,
Eqvina 10 qvales ubera:
Venterqve mollis, & femur 11 tumentibus
12 Exile 13 ſuris additum.
14 Eſto beata: 15 funus atqve imagines
16 Ducant triumphales tuum!
Nec ſit 17 marita, qvæ 18 rotundioribus
Onuſta baccis ambulet!

reddat. Hîc Apoſiopeſis eſt, figura certè iratis aptiſſima, ut è reticentiâ verborum aliqvid, qvod non dictum ſit, intelligatur. 2 Cùm dentes tibi longâ ſenectute ſint atri. 3 Et cùm ſenectus multorum annorum frontem tibi rugoſam effecerit. 4 Inducat, rugis, tanqvam ſulcis, proſcindat. Metaphora ab agriculturâ propter ſimilitudinem ſulcorum & rugarum, qvalis eſt illa Ovidii: *Jam venient rugæ, qvæ tibi corpus* arent. 5 Tibi dehiſcat & exſtet. 6 Exſuccas. 7 Macilentæ. 8 Sed pectus tuum inſtigat me ad te amandum. Ironia eſt, unde hic ſenſus contrarius intelligendus, nihil eſſe in eâ amabile, qvo poſſit adduci in ipſius amorem. 9 Marcidæ, pendulæ, non turgentes, ut in puellis. 10 Tales mammæ, qvalia ſunt ubera eqvarum pendula & laxa 11 Morbo inflatis, hydropicis. 12 Gracile. 13 Pedum. 14 Dives eſto & nobilis. Occupatio, una cum Permiſſione, Ironicâ tamen: occupat enim Poëta, qvod anus de fortunis & nobilitate generis jactare poſſet, & illi permittit, tanqvam nihil profuturum emendandæ deformitati. 15 Et imagines majorum tuorum, qvi triumphárunt, præcedant atqve efferant tuum mortuæ funus. 16 Metaph. ab animatis ad inanimatum. 17 Matrona Romana. 18 Majoribus unionibus ornata per

Quid?

Qvid? qvòd 19 libelli Stoïci inter 20 ſericos
Iacere pulvillos amant?
21 *Illiterati nùm minùs 22 nervi rigent?*
Minuſ-ve 23 languet 24 faſcinum?
Qvod ut 25 ſuperbo provoces ab inguine,
26 Ore allaborandum eſt tibi.

plateas incedat. *Bacca* propriè lauri oleæ, myrti, ſimiliumqve arborum fructûs: à qvarum ſimilitudine *baccas* etiam vocabant margaritas. 19 Libelli Zenonis, Cleanthiſqve, qvibus, loco egregiæ formæ, ſimulabat anus ſe perbellè inſtructam ad juvenes ad ſui amorem alliciendos. Altera Occupatio. 20 Inter cervicalia ſerico panno involuta domi tuæ jacére ſolent? 21 Ita-ne verò indoctorum hominum virilia membra minùs arriguntur? 22 Meton. adj. 23 Amore tui. 24 Viri litterati penis? 25 A virili membro te vetulam tùm ſuperbiâ faſtidiente exſuſcites. 26 Eloqventiâ, & blanditiis opus eſt. Meton. eſt inſtrumenti.

Epod. X.

Ad MÆCENATEM.

Præſentit voluptatem, qvam percipiet ex Auguſti victoria adversùs Antonium & Cleopatram.

Dicolos Diſtrophos.

1 *QVando 2 repôſtum 3 Cæcubum ad feſtas dapes,*

1 Ordo eſt: ô beate Mæcenas, qvando *ego* lætus Cæſare victore, bibam tecum Cæcubum vinum repôſtum ad dapes feſtas, ſub domo altâ, lyrâ ſonante carmen miſtum tibiis, carmen, *inqvam*, Dorium hâc, Barbarum 2 Qvod ſervatum ac repoſitum ſive reconditum eſt ad feſtas epulas, non niſi die triumphali Cæſaris depromendum. Syncope: qvalis eſt Æn. 1. *manet altâ mente* repôſtum, *Judicium Paridis, ſpretæqve injuria formæ.* 3 Vinum optimum ex Cæcubo, Cam-

4 *Victore*

4 Victore lætus Cæſare,
Tecum 5 ſub altâ (ſic Iovi 6 gratum) domo,
7 Beate Mæcenas, bibam,
Sonante miſtum tibiis carmen lyrâ,
8 Hâc Dorium, 9 illis 10 barbarum?
11 Ut nuper, 12 actus cum freto 13 Neptunius
Dux 14 fugit uſtis navibus,
15 Minatus urbi vincla, quæ detraxerat
Servis amicus perfidis.
16 Romanus (17 eheu poſteri 18 negabitis)

paniæ oppido. 4 Propter victoriam Cæſaris in prælio navali apud Actium, ubi Antonium & Cleopatram Cæſar ſuperaret. 5 Sub alto ædium tuarum tecto, *vel*, ſub turri tuâ, qvam Od. 29. l. 3. appellavit *molem propinqvam montibus arduis*. Synecd. gen. 9 Volente ita Iove, & qvia gratum eſt ſe auctorem victoriæ agnoſci & prædicari. 7 Animi ac fortunæ bonis. 8 Lyra. 9 Tibiis. 10 Phrygium vel Lydium. Ut tria Græcorum genera fuêre, Dores, Æoles, Iones, ſic & Harmoniæ fuerunt tres, Dorica, Æolica, atqve Ionica: Barbaræ verò duæ, Phrygia & Lydia. Ex his Dorica maximè commendata ac Phrygia. 11 Ut nuper lætus, vel tecum bibi, confecto ſc. bello Siculo, qvod Actiacum anteceſſit. 12 Fugatus, διωχθεὶς & pulſus freto Siculo, qvod tùm manu ſervorum coactâ tenebat & Sardiniam. Synecd. gen. 13 Sextus Pompejus, qvi ſe filium Neptuni jactabat, patris Pompeji Magni, qvi univerſo mari imperaverat, gloriâ elatus Synecd. gen. 14 Aufugit navibus uſtis ab Auguſto. 15 Minitatus ſervitutem perpetuam & compedes civibus Romanis, qvas ſervis fugitivis [qvorum collectâ manu piraticam in mari Siculo exercebat] tanqvam amicus in Sicilia dempſerat. Vide Epod. 4. 16 M. Antonius Princeps Romanus. Synecd. gen. Nunc redit ad victoriam Auguſti ſpe præceptam, & ad Antonium, ejusqve æternum dedecus. 17 Exclamatio eſt per commiſerationem. 18 Tantum neſas in civem Romanum

19 *Ema-*

19 *Emancipatus fœminæ,*
20 *Fert vallum, & arma miles, & 21 ſpadonibus*
Servire rugoſis poteſt:
Interqve ſigna (22 turpe!) militaria
23 *Sol aſpicit 24 conopeum.*
25 *Ad hunc 26 frementes verterunt bis mille eqvos*
27 *Galli 28 canentes Cæſarem;*
29 *Hoſtiliumqve navium 30 portu latent*
31 *Puppes 32 ſiniſtrorsùm 33 citæ.*
34 *Iô 35 triumphe, tu moraris 36 aureos*
Currûs, & 37 intactas boves.

cadere potuiſſe. 19 In manum ac poteſtatem traditus & mancipium factus Cleopatræ fœminæ Ægyptiæ. 20 Tanqvam miles portat terram & palos ad munienda caſtra unà cum armis ſuis. 21 Eunuchis, qvi erant in comitatu Cleopatræ. Vide Od. 37. l. 1. 22 O inſignem turpitudinem! 23 Homines apertè vident præter morem Romanæ & ſeveræ militiæ Ægyptios uti muliebribus deliciis. Metaph. 24 Rete ſive tentorii genus ad arcendos culices comparatum, thalamis, non caſtris, aptum. 25 Contrà, adverſus hunc Antonium. 26 Feroces. 27 Qvi in exercitu erant, duce ſuo M. Antonio generoſiores, & ſpadonibus ſervire nolentes. 28 Auguſtum, tanqvam victorem, laudantes, & ab Antonio deficientes. 29 Antonianarum. 30 In portu otioſæ, pugnæ eventum exſpectantes latent. 31 Sexaginta. 32 A ſiniſtrâ parte, Alexandriam versùs. 33 Puppes ad fugam celeres & paratæ, cùm prora eſſet hoſtibus obvertenda. 34 Apoſtrophe eſt ad triumphum. 35 Triumphature Imperator. Meton. adj. *Iô triumphe* vox erat exprimens gaudium militum, Imperatorem triumphantem proſeqventium. 36 Fulgentes atqve eximiè ornatos currus, qvi triumphaturo Auguſto parati ſunt. 37 Nullo unqvam jugo tactas ſive injuges, indomitas, nondùm ſub jugum miſſas, & ad

Iô triumphe, 38 nec 39 Jugurthino 40 parem
Bello reportâſti 41 ducem,
42 *Neqve Africano, 43 cui ſuper Carthaginem*
Virtus ſepulchrum condidit.
44 *Terrâ mariqve victus 45 hoſtis, 46 Punico*
Lugubre mutavit ſagum.
Aut ille 47 centum nobilem 48 Cretam urbibus,

ſacrificium pro victoria paratas. 38 Ordo eſt: nec reportaſti *e* bello Jugurthino, neqve *ex* Africano ducem parem *huic*, cui virtus condidit ſepulchrum ſuper Carthaginem. 39 Cùm C. Marium de Jugurthâ, Afrorum duce, triumphantem oſtenderes. 40 Bello ac gloriâ æqvalem huic Auguſto, qvem jam reportabis. 41 Marium. Synecd. gen. 42 Neqve bello Africano reportaſti ducem, ſc. P. Cornelium Scipionem Africanum, Auguſto parem. 43 Cui Scipioni ipſa fortitudo ſuper Carthaginem devictam æternam memoriam peperit, qvæ victoria illi ſemper erit loco ſepulchri, id eſt, ut excidium Carthaginis fuit æternum monumentum virtutis Scipionianæ: ita victoria de Antonio & Cleopatrâ famam virtutis Octavianæ conſecrabit immortalitati. Allegoria è continuatâ Metaphorâ. Alii ſine tropo interpretantur de ſepulchro Scipionis, in qvo erat titulus everſæ Carthaginis inciſus. De qvo lege Plutarch. 44 Terreſtri ac navali prælio ab Auguſto ſuperatus. 45 M. Antonius Romanorum hoſtis. Synecd. gen. 46 Puniceo & purpureo militari ſago depoſito, induit atrum, & luctui & fugæ aptum. ejusmodi autem purpureis ſagis Romani Imperatores, qvi exercitibus præerant, militiæ utebantur: vel qvòd color ille fortes viros imprimis decet, vel qvòd color ſanguineus fuſum cruorem milites contemnere faciat, vel deniqve, qvòd veſtis ſauciorum ſanguinem effuſum imbibens hoſtium oculos in acie falleret. Eſt autem *ſagum*, veſtis militaris, qvæ ſæpè in ſeditione & confuſione Reipub. poſitis togis, induebatur. 47 Sic Od. 27. l. 3. *centum tetigit potentem Oppidis Creten.* 48 Inſulam. Jovis patriam.

Ventis

Ventis iturus 49 *non ſuis,*
50 *Exercitatas aut petit Syrtes Noto,*
51 *Aut fertur incerto mari.*
52 *Capaciores affer huc, puer, ſcyphos,*
Et 53 *Chia vina, aut* 54 *Lesbia:*
Vel, quod 55 *fluentem nauſeam* 56 *coërceat,*
57 *Metire nobis Cæcubum.*
Curam metumqve 58 *Cæſaris rerum juvat*
59 *Dulci Lyæo* 60 *ſolvere.*

49 Non ſecundis, id eſt, adverſis, contrariis. 50 A Noto exercitas, vexatas & tempeſtuoſas in ſinu Africæ. 51 Aut errat, neſciens qvò fata ferant, qvâ in regione vagetur, & in qvo mari naviget. 52 Affer mihi huc ſolito majores calices, ut liberaliùs bibamus. Apoſtrophe ad pincernam. 53 Sic dicta à *Chio*, inſulâ in Ægéo. 54 A Lesbo inſulâ. 55 E ventriculo. 56 Sedet, tollat. 57 Infunde nobis tantum vini Cæcubi, qvantum ſufficiat nauſeæ comprimendæ. Nam Vinum Cæcu bum auſterum eſt & pungens. 58 Qvem de rebus ac ſalute Cæſaris percepi. 59 Jucundo vino. Meton. effic. *Lyæus* eſt nomen Bacchi, ἀπὸ τοῦ λύειν, id eſt, *ſolvere.* 60 Relaxare.

Epod. X.

In MÆVIUM POETAM. cui naufragium precatur.

Dicolos Diſtrophos.

1 *MAlâ* 2 *ſoluta navis* 3 *exit alite,*
4 *Ferens olentem Mævium.*

1 Malo & infelici auſpicio ſive omine. Meton. cauſæ. Præterea Metaph. eſt ab Auguribus. Sic Od. 15. l. 1. malâ *ducis* avi *domum.* 2 A retinaculis ſc. & è ſtatione dimiſſa. Et *ſolvere* abſolutè dicuntur, qvi navigaturi diſcedunt, & *ſolvere navem*, *ſolvere vela*, *ſolvere* item *è portu.* 3 E portu. 4 In tranſmarina ducens hominem ſordidum & fœtentem

Ut 5 horridis utrumqve verberes latus,
Auſter, memento fluctibus.
6 Niger 7 rudentes Eurus, 8 inverſo mari,
Fractoſqve 9 remos 10 differat.
11 Inſurgat Aqvilo, qvantus altis montibus
12 Frangit trementes ilices.
Nec 13 ſidus 14 atrâ nocte 15 amicum appareat,
16 Qvâ triſtis Orion cadit.
17 Qvietiore nec 18 feratur æqvore,
Qvàm 19 Graja victorum manus,
Cùm 20 Pallas 21 uſto 22 vertit iram ab Ilio
In impiam 23 Ajacis ratem.

Poëtam: de qvo Virg. Ecl. 3. *Qvi Bavium non odit, amet tua carmina Mævi.* 5 Horribilibus procellis dextrum & ſiniſtrum navis latus frangas & concutias. 6 Noxius, inauſpicatus. Metaphora à rebus infauſtis. 7 Funes nauticos ſive navales, qvibus vela expanduntur. 8 Ventis contrariis commoto & perturbato, & qvaſi illius fundo in ſuperficiem ſublato. 9 Qvibus navis impellitur. 10 Naufragio disjiciat, diſſipet, & in omnes partes ferat. Sic Od. 5. hujus lib. *Inſepulta membra* different *lupi.* Sic dicitur Aqvilo arida differre nubila Georg. 3. 11 Tantus in mari fluctibus inſurgat. 12 Ad terram proſternit qvercûs aliasqve arbores, ventorum impetu concuſſas. 13 Sc. Caſtor & Pollux. Synecd. gen. 14 Nocte illâ tempeſtuoſiſſimâ ſive tenebroſâ ſine Lunæ lumine. 15 Qvod tempeſtate laborantibus gratum eſſe ſolet, φίλιος, ſalutare. 16 Qvâ nocte Orion, ſidus cœleſte, occaſu ſuo tempeſtates excitans, & nautis triſtitiam adferens, occidit. Meton. eſſe. pro effic. 17 Tranqvilliore. 18 Maledicus ille Poëta Mævius in mari vehatur. 19 Qvàm qvondam vectæ fuerunt copiæ Græcorum Principum, qvi, Trojâ captâ atqve incenſâ, victores patriam repetituri naufragio perierunt. 20 Sapientiæ & caſtitatis Dea. 21 Everſo atqve combuſto. 22 Convertit, concitavit. 23 Oilei filii, qvòd, Tro-

24 *O qvantus* 25 *inſtat navitis* 26 *ſudor tuis,*
Tibiqve pallor 27 *luteus,*
28 *Et illa non virilis ejulatio,*
Preces & 29 *averſum ad Iovem!*
30 *Ionius udo cùm* 31 *remugiens ſinus*
Noto 32 *carinam ruperit!*
33 *Opima qvòd ſi* 34 *præda curvo littore*
Porrecta mergos 35 *juveris,*
36 *Libidinoſus* 37 *immolabitur caper,*
Et 38 *agna tempeſtatibus.*

jâ captâ. Caſſandram Priami regis filiam, Minervæ ſacerdotem, in æde ejus conſtupraſſet, qvi propterea & ſibi, & multis convectoribus naufragii cauſa exſtitit. 24 O Mævi. Apoſtrophe ſive averſio ſermonis à ventorum appellatione ad vectorem Mævium. 25 Imminet. 26 Labor & metus propter impendentem tempeſtatem. 27 Crocei coloris ex fulvo pallidoqve conſtantis. 28 Et ille fletus ſive planctus fœmineus præ timore naufragii. *Ejulatio* eſt fœminarum, *clamor* & *gemitus* virorum, *vagitus* infantium. 29 A te, id eſt, iratum, & non audientem, aſpernantem preces. Virg. 1. Æn. *Diva ſolo fixos oculos* averſa *tenebat.* 30 Cùm maris Ionii ſinus pluviali ſive humido Auſtrali vento ſæpè murmurans navem tuam fregerit, teqve naufragio obruerit: 31 Metaphora à bobus. 32 Synecd. membri. 33 Qvòd ſi tu naufragio in littus eris ejectus, mergis præda pinguis exiſtens. 37 Cadavere tuo tanqvam opima præda in curvo maris littore, more mortuorum, jacens & porrecta, id eſt, mortua. 35 Paveris aves marinas, à facilitate *mergendi* ſic dictas. 36 Laſcivus: qvia Mævius Poëta fuit petulans & libidinoſus. Appoſitè adolentis Mævii naturam caper fœtidus immolatur. 37 Sacrificabitur à me. 38 Agna nigra. Virg. 3. Æn. *Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.*

Epod. XI.

Ad PETTIUM contubernalem.

Amore Lyciſci occupatus, non poteſt operam conferre ad verſûs faciendos.

Tricolos Triſtrophos.

PEtti, nihil me, 1 ſicut anteà, juvat
Scribere 2 verſiculos,
3 Amore perculſum gravi:
4 Amore, 5 qvi me, 6 præter omnes 7 expetit
8 Mollibus in pueris,
Aut in 9 puellis 10 urere.
Hic tertius 11 December, ex qvo deſtiti
12 Inachiâ furere,
13 Sylvis honorem decutit.
14 Heu me, per Urbem (nam pudet 15 tanti mali)

1 Juvabat. 2 Carmina, qvæ animum ab omnibus curis vacuum reqvirunt. 3 Vehementi amore Lyciſci pueri percuſſum, & qvaſi mente motum. Metaph. eſt à corpore ad animum. Sic Virg. 2. Georg. *Qvarum ſacra fero ingenti* perculſus *amore*. *Percellere* propriè ſignificat ita impellere, ut pervertas. Ter. Eun. *Qvò trudis?* perculeris *jam tu me*. 4 Amore enim percuſſus ſum. Anadiploſis. 5 Amor. 6 Alios. 7 Unicè deſiderat. 8 In delicatis & formoſis. 9 Amandis. 10 Suis flammis comburere. Metaphora ab igne. 11 Annus. Synecd. partis. 12 In Inachiâ puellâ inſano amore detineri, eamqve perditè amare ſive deperire deſii. Metaph. ab inſanis & mente captis. Al. *Inachiam*. 13 Arbores ſuis foliis ſpoliat, qvæ ſunt earum honos & ornamentum, id eſt, tertius jam agitur annus, ex qvo, &c. Sic Virg. 2. Georg. *Frigidus & ſylvis Aqvilo decuſſit honorem*. Metaph. eſt ab homine ad plantas. 14 Heu mihi. Exclamatio eſt per commiſerationem ſui. 15 Qvòd furioſo meo amore famæ meæ

16 *Fabula qvanta fui!*
17 *Conviviorum & pœnitet,*
18 *In qveis* 19 *amantem &* 20 *languor & ſilentium*
21 *Arguit,* 22 *& latere*
Petitus imo ſpiritus.
23 *Contraqve lucrum nil valere candidum*
Pauperis 24 *ingenium*
Qverebar, applorans tibi:
25 *Simul* 26 *calentis* 27 *inverecundus* 28 *Deus*
Fervidiore mero
29 *Arcana promôrat* 30 *loco.*

jacturam fecerim. 16 Qvàm multus de me ſermo habitus eſt propter Inachiæ amorem! Tibul. El. 4. l.1. *Parce puer qvæſo, ne turpis fabula fiam.* Ter. *Jam nos fabula ſumus.* 17 Pœnitet etiam me, qvòd conviviis tecum interfuerim, qvibus optarem non interfuiſſe. 18 In qvibus conviviis. 19 Me. 20 Pallor meus ex nimio amore. 21 Convivis reliqvis prodidit, probavit, indicavit. Virg. 4. Æn. *Degeneres animos timor* arguit. 22 Et gemitus ab intimo pectoris penetrali deductus. 23 Contra Inachiam mulierem lucroſam & qvæſtuoſam, & ingentia ditiorum rivalium munera. Meton. adj. pro ſubj. 24 Qverebat nihil valere, nihil ponderis habere apud avaram puellam Inachiam candidos meos mores, ingenii acumen, ſapientiam. 25 Simulac Deus inverecundus promôrat arcana *mea* è loco *ſuo* calentis vino fervidiore. 26 Mei Horatii qvi calebam, id eſt, ebrius eram largiore vini potu. Alii *fervidiore mero* ſubſtruunt verbo *promôrat*, non participio *calentis*, in qvo ſupplent *amore.* 27 Faciens homines inverecundos, audaces & impudentes, qvi ſunt immodicè poti, eò qvòd verecundia ſoleat vino cedere immodicè ſumto. Meton. effe. pro effic. 28 Bacchus. Synecd. gen. 29 Secretos meos amores ex abdito pectoris mei loco in lucem produxerat. 30 E pectore. Synecd. gen.

Qvod ſi 31 *meis inæſtuat præcordiis*
32 *Libera bilis, ut hæc*
Ingrata 33 *ventis dividat*
34 *Fomenta, vulnus nil malum levantia:*
Deſinet 35 *imparibus*
Certare 36 *ſummotus pudor.*
37 *Ubi hæc ſeverus te palàm laudaveram,*
38 *Iuſſus abire domum,*
39 *Ferebar incerto pede*
40 *Ad non amicos (heu) mihi poſtes, &* [41 *heu*]

31 In meo pectore incaleſcat, ſi immoderatè ſuccenſeam. 32 Ira liberrimè omnia proferens, non impedita ab amore, efficiens ut qvis liberè increpet vitia nullo malevolentiæ metu, vel eadem celet, ſine ulla ſpe benevolentiæ. In *bilis* eſt Meton. mat. qvâ concitatur animus ad iram. 33 Ventis auferenda committat, diſſipet, & ex animo meo dimoveat, id eſt, harum qverelarum obliviſcatur. 34 Amoris pabula, ſuſpiria, lachrymas, qverelas, cogitationes anxias, qvæ malo amoris vulneri levamen non afferunt, ſed magis fovent & augent amorem. Allegoria eſt à Chirurgis, qvi dolores corporis leniunt fomentis, calidis vel frigidis, ſiccis vel humidis, pro ratione morbi. 35 Cum rivalibus ditioribus & potentioribus de amicâ Inachiâ contendere deſiſtet, & Inachiam rivalibus relinqvet. Synecd. gen. 36 Mea paupertatis verecundia liberaliore irâ ex animo meo ſummota, id eſt, ego, depoſito pudore, deſinam, &c. Meton. adj. 37 Poſtqvam hæc ſeverè, id eſt, magnâ cum ſeveritate & irato animo coram te, i. e., in tuo conſpectu, ô Petti, approbaveram, & ita facturum receperam. 38 A te. 39 Furioſo impetu trahebar, revertebar ebrius titubanti pede, ſive incertus, qvò irem, qvid-ve agerem. Metaphora à viatore inconſideratè iter ingreſſo. 40 Ad fores Inachiæ noxias mihi & hoſtiles. 41 Anaphora eſt & ſimul exclamatio dolentis.

42 *Limina*

42 *Limina dura, qvibus*
Lumbos & infregi latus!
43 *Nunc gloriantis qvamlibet mulierculam*
44 *Vincere mollitiâ,*
45 *Amor Lyciſci me tenet:*
46 *Unde expedire non amicorum qveant*
47 *Libera conſilia,*
48 *Non contumeliæ graves;*
Sed alius 49 *ardor aut puellæ* 50 *candidæ,*
An 51 *teretis pueri,*
Longam 52 *renodantis comam.*

42 Ad dura ejus veſtibula, ſuper qvæ jacebam totas noctes. 43 Vix dum Inachiæ amore ſolutus. Nunc amor Lyciſci, gloriantis *ſe* vincere mollitiâ qvamlibet mulierculam, tenet me. 44 Corporis mollitiâ ſuperare. 45 Lyciſcum puerum perditè amo. 46 A qvo me amore extricare, ſolvere. 47 Amicorum liberè me monentium ſalutaria conſilia. 48 Nec eorundem contumelioſæ increpationes. 49 Amor. Ovid. *Succeſſore novo tollitur omnis amor.* 50 Formoſæ. 51 Habentis membra ſucci plena, ſive ſuras teretes & rotundas. 52 Aliqvo modo conſtringentis, id eſt, qvi capillos alat: alebant enim comam formoſi & impudici pueri. Vide Od. 10. l. 4.

Epod. XII.

In anum libidinoſam, qvæ ſe ab eo ſubigi cupiebat.

Dicolos Diſtrophos.

1 *QVid tibi vis,* 2 *mulier, nigris digniſſima* 3 *barris?*
4 *Munera cur mihi, qvid-ve* 5 *tabellas*

1 Qvid qværis? 2 Synecd. gen. pro Canidiâ. 3 Elephantis Indicis, qvi magna habent genitalia, non viris. 4 Pretioſas veſtes. 5 Epiſtolas amatorias, qvibus me ad tuam libidinem explendam ſollicitas.

Mittis, 6 nec firmo juveni, neqve naris 7 obeſæ?
8 Namqve ſagaciùs unus odoror,
9 Polypus, an gravis hirſutis 10 cubet hircus in alis,
11 Qvàm canis acer, ubi lateat ſus.
12 Qvis ſudor 13 vietis, & qvàm 14 malus undiqve
15 Creſcit odor, cùm 16 pene ſoluto [membris
17 Indomitam properat rabiem ſedare: neqve 18 illi
Iam manet 19 humida creta, 20 colorqve
21 Stercore fucatus crocodili: jamqve 22 ſubando
23 Tenta cubilia, 24 tectaqve rumpit.

6 Mihi Juveni, non ſatis forti, ut inſatiabili tuæ libidini poſſim ſatisfacere. 7 Obtuſæ, ſed àcutiſſimæ, id eſt, odoratu acri, cui tua immundities placere non poteſt. Meton. inſtrumenti, id eſt, cauſæ pro effecto. Opponitur *obeſæ nari*, *homo naris acutæ & emunctæ*, id eſt, prudens, ſolers, qvi acuto ingenio eſt. 8 Nam ego ſolus citiùs naribus percipio. Alleg. eſt è Metaphoris à venatione. 9 Utrùm mulier polypum, id eſt, putrem naris carunculam in naribus habeat, an gravem hircum, id eſt, odorem intolerabilem, inſtar olidi hirci aut capri, ex fœtido ſudore ſub axillis hiſpidis pilis obductis. 10 Reſideat. 11 Qvàm ſagax canis venaticus naribus ſuis odoratur, ubi lateat aper. 12 Qvàm fœdus. Loqvitur hæc ſecum de anu Poëta, exclamans in tertiâ perſonâ. 13 In membris ejus ſenilibus & vetuſtate corruptis. 14 Intolerabilis. 15 Creſcit. 16 Amatoris genitali nudato, vel languente. 17 Cùm hæc anus inſatiabilem & effrænatam libidinem explere properat. Allegoria altera ab eqvis furentibus. 18 In illâ anu. 19 Qvâ faciem ſuam candefecerat, ſudores humefacta. 20 Vultus ejus. 21 Coloratus fimo crocodili terreſtris, qvo porrigo & furfures abſtergentur. 22 Clunes agitando, Venerem deſiderando. Metaph. eſt à ſuibus. 23 Lectum intentis funibus vel faſciolis tectum. 24 Lecti ſtragula nimio motu diſrumpit.

25 *Vel*

25 *Vel mea cùm ſævis agitat faſtidia verbis,*
26 *Inachiâ langues minùs, ac me.*
26 *Inachiam ter nocte* 27 *poteſ; mihi ſemper ad unũ*
28 *Mollis* 29 *opus:* 30 *pereat malè, qvæ te*
Lesbia, qværenti 31 *taurum, monſtravit* 32 *inertem!*
Cùm mihi Cous 33 *adeſſet* 34 *Amyntas,*
Cujus in 35 *indomito conſtantior inguine* 36 *nervus,*
Qvàm nova 37 *collibus* 38 *arbor inhæret.*
39 *Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ*
40 *Cui properabantur?* 41 *tibi nempe.*

25 Vel cùm hæc anus maledicis & iracundis dictis mea tædia, qvæ de turpitudine ejus concipio, increpat, & ſic loqvitur: ô Horati, in Inachiæ amore validior es, qvàm in meo. Qvidam eſt ſubobſcurus ad Proſopopœiam acceſſus, ubi Poëta inducit Canidiam ſecum loqventem & qverentem. 26 Polyptoton. 27 Cognoſcere, ſubigere. Honeſtè verbum turpe tacuit. Ter Eun. *Ego illum Eunuchum, ſi ſit opus, vel ſobrius.* 28 Debilis es. 29 Amoris. Synecd. gen. 30 Malè pereat Lesbia lena, qvæ monſtravit mihi qverenti taurum, *te* inertem. Exclamatio ergo eſt anus imprecantis lenæ, qvæ primùm ipſi indicavit Horatium tàm languidum. 31 Juvenem in re Venereâ robuſtum. Metaph. à re armentariâ, cùm tauri dicuntur ἀτιμαγελεῖν, id eſt, faſtidire gregem vaccarum, à qvarum paſcuis & convictu ſecedunt. 32 Te Horatium ad amoris opus parùm validum. 33 Qvem propter te dimiſi. 34 Juvenis robuſtus ex Coo civitate. 35 Inexplebili muliebri ingvine firmior erat. 36 Penis. Synecd. gen. Complures enim ſunt in corpore nervi. 37 Editioribus locis. 38 Altè actis radicibus. 39 Veſtes pretioſæ ex lanâ purpurâ Tyriâ iterùm ſive bis tinctæ, qvas Dibaphas nominant. 40 Ad cujus uſum à me properè conficiebantur, ſarciebantur? 41 Nimirum tibi invalido atqve ad Venerem inepto. Subjectio Ironica.

Ne foret 42 æqvales inter conviva, magis qvem
Diligeret 43 mulier ſua, 44 qvàm te,
45 O ego non felix! qvam tu 46 fugis, ut 47 pavet
Agna lupos, capreæqve leones. 26 (*48 acres*

42 Inter coævos & contubernales. Anaſtrophe. 43 Amica. Synecd. 44 Qvàm ego te diligo. 45 Exclamatio deplorantis ſuam miſeriam, qvòd ab Horatio repudietur, ita tamen, ut illum allicere in amorem videatur. 46 Ita averſaris. 47 Cum pavore fugit & vitat. 48 Feroces.

Epod. XIII.

Ad AMICOS COMICOS,
Ut hyemem hilariter traducant.

Tricolos Triſtrophos.

1 HOrrida tempeſtas 2 cœlum contraxit, & imbres
Niveſqve 3 deducunt 4 Iovem.
Nunc mare, nunc 5 ſylüæ
6 Threicio Aqvilone ſonant. 7 Rapiamus amici
Occaſionem de die:
8 Dùmqve virent genua,

1 Horribilis & pluvioſa, horrorem incutiens. Meton. effecti. 2 Aërem in nubes obſcuravit & in unum locum coëgit. Meton. ſubj. Virg. 5. Æn. *atqve in nubem cogitur aër.* 3 Secum deorſùm ducunt & præcipitant. 4 Cœlum & aërem in nubes contractum, & in guttas condenſatum. Meton. adj. Virg. Ecl. 7. Jupiter *& læto deſcendet plurimus imbri.* 5 Eſt dictio triſyllaba per Diæreſin. 6 Thracio, id eſt, Aqvilone, vento frigidiſſimo è Thraciâ flante. 7 O ſodales, occaſionem aliqvam hilariter vivendi ex hoc die triſti & ingrato arripiamus, ejusqve inamœnitatem hilaritate compenſemus. 8 Dum integræ & prævalidæ ſunt corporis vires &

9 *Et*

9 Et decet, 10 obductâ ſolvatur fronte 11 ſenectus.
12 Tu vina Torqvato move
Conſule 13 preſſa meo.
14 Cætera mitte loqvi: Deus 15 hæc fortaſſe benignâ
16 Reducet in 17 ſedem 18 vice.
Nunc & 19 Achæmeniâ
Perfundi nardo juvat, & 20 fide Cylleneâ
Levare diris pectora
Sollicitudinibus:
21 Nobilis ut 22 grandi cecinit 23 Centaurus alumno,

vigent, qvòd moles corporis in genua, tanqvam in fulcra & columnas, incumbat. Metaph. à plantis. Propriè enim dicitur, *viret omne nemus.* 9 Et dùm patitur ætas. 10 Triſtitia & ſenilis ſeveritas & moroſitas è fronte in rugas contractâ pellatur, ac frons contracta exporrigatur. 11 Meton. ſubj. 12 Tu, puer, move loco & depromе vina è cellâ. Apoſtrophe. 13 Qvæ ex uvis expreſſa & in cados effuſa ſunt Torqvato & Cottâ Coss. qvo tempore ego Horatius natus ſum: qvorum nominibus notabatur vini cadus. Vide Od. 21. l. 3. 14 Omitte loqvi de cæteris ad læta convivia nihil pertinentibus. 15 De qvibus tu ſollicitaris. 16 Reſtituet in firmum ac meliorem ſtatum, tranqvillitatemqve. Cic. pro Arch. ſedem *omnium rerum & fortunarum ſuarum Romæ collocavit.* 17 Metaph. à rebus è proprio loco deturbatis & afflictis. 18 Viciſſitudine. Sic Od. 4. l. 1. *Solvitur acris hyems gratâ* vice *veris, & Favonî.* 19 Unguento ex Perſiâ & Aſſyriâ, cui Achæmenes rex qvondam imperavit, advecto, vel ab Achæmene rege ſæpè lætis conviviis adhibito. Meton. mat. 20 Chordis lyræ à Mercurio, qvi in Cyllene, monte Arcadiæ, enutritus dicitur, inventæ. Synecd. gen. 21 Proſopop. eſt Chironis, qvi inducitur allocutus Achillē. 22 Achilli diſcipulo ſuo jam adulto vel forti fidibus canens imperavit, eumqve ſeqventibus verbis ad lætitiam hortatus admonuit. 23 Chiron, filius Saturni è Philyrâ, præſtantiſſimus doctor

Invi-

Invicte mortalis, Deâ
Nate 24 *puer Thetide:*
25 *Te manet Aſſaraci tellus,* 26 *qvam frigida* 27 *parvi*
28 *Findunt* 29 *Scamandri flumina,*
30 *Lubricus & Simoïs:*
31 *Unde tibi* 32 *reditum certo* 33 *ſubtemine Parcæ*
34 *Rupére nec* 35 *mater domum*
Cærula 36 *te revehet.*
37 *Illîc omne malum vino cantuqve levato,*
38 *Deformis ægrimoniæ*
Dulcibus alloqviis.

& magiſter. Synecd. gen. 24 O invicte Achilles, qvi è Thetide Deâ marinâ natus es. Synecd. gen. 25 Te exſpectat, ut ibi moriaris, tibiqve exitio futura eſt tellus Trojana, qvæ Aſſaraci regis qvondam fuit. Synecd. gen. *Aſſaracus* fuit avus Anchiſæ, & pater Capys. 26 Tellurem. 27 Fluvii. 28 Dividunt. 29 Scamander & Simoïs, fluvii Trojani, ex Idâ monte defluentes. 30 Labens pro naturâ aqvæ. 31 Ex qvo loco. 32 In patriam. 33 *Subtemen* eſt filum, qvod ſtamini ſubtexitur. 34 Abſtulerunt & denegârunt, id eſt, ubi pro certo tibi eſt moriendum. Metaph. à nentibus Parcis. 35 Thetis Dea marina, cærulei coloris. Synecd. gen. 36 Te inde per mare domum reducet. 37 In tellure Trojanâ, in loco fatali ubi fueris, mitius reddes & ſublevabis omne illud malum vino & cantu, ſc. dulcibus alloqviis, id eſt, qvæ (ſc. vinum & cantus) triſtium ægritudinum dulcia ſolatia ſunt. 38 Dfformes efficit animi ægritudo.

Epod.

Epod. XIV.

Ad MÆCENATEM.

Phrynes amore detentus, Jambos promiſſos non poteſt abſolvere.

Dicolos Diſtrophos.

1 *MOllis inertia cur tantam 2 diffuderit imis*
Oblivionem 3 ſenſibus,
Pocula Lethaeos 4 ut ſi ducentia ſomnos
5 Arente fauce traxerim,
Candide Mæcenas, 6 occidis ſæpè rogando. 5
7 Deus, Deus nam me vetat
Inceptos, olim 8 promiſſum carmen, Iambos
9 Ad umbilicum adducere.

1 O candide Mæcenas, *tu* occidis *me* ſæpè rogando, cur mollis inertia, id eſt, laborum impatiens ignavia & amor, diffuderit imis ſenſibus tantam oblivionem. 2 Immiſerit, promiſſiqve carminis adeò oblitus ſim. Metaphora ab humoribus, ac potiùs vaporibus ſanguinis in humores concreti, qvi immodicâ copiâ memoriam obruunt, ſenſúſqve opprimunt. 3 Intimis præcordiis, animo & menti, cujus ſenſus ſunt miniſtri, id eſt, cur mens mea facta ſit tàm oblivioſa muneris ſui ab ignaviâ. Meton. adj. Sic Virg. Ecl. 3. Senſibus *hæc* imis (*res eſt non parva*) *reponas.* 4 Veluti ſi biberim potionem ſoporiferam ſive ſomnos Lethæos adferentem, id eſt, lethargum, qvem inexpugnabile ferè dormiendi deſiderium conſeqvitur. Meton. ſubj. *In pocula. Lethe* eſt fluvius infernalis, cujus latices ſi qvis guſtaverit, omnium rerum præteritarum ſtatim obliviſcitur. 5 Sicco, ſitiente gutture. 6 Me enecas. 7 Cupido amoris Deus. Epizeuxis. 8 Tibi à me. 9 Ad finem perducere, abſolvere. Metaph. eſt ab umbilico corporis, ad cujus formam ſolebant veteres librorum ſuorum tegumenta umbilicis, ex ebore, ligno

10 *Non*

10 *Non aliter Samio dicunt * arſiſſe Bathyllo*
11 *Anacreonta Teïum:*
Qvi perſæpè 12 cavâ teſtudine flevit 13 amorem
Non elaboratum ad pedem.
14 *Ureris ipſe miſer: 15 qvòd ſi non pulchrior * ignis*
Accendit 16 obſeſſam Ilion,
Gaude ſorte 17 tuâ: me 18 libertina, neq; uno
19 *Contenta Phryne 20 macerat.*

aut ſimili materiâ factis, non niſi perfectis libris, exornare & applicare. Mart. *Ohe, jam ſatis eſt, ohe libelle, jam perve-nimus* uſqve ad umbilicum. 10 Qvàm ego jam. * Amore Bathylli, qvem in delitiis habebat, inſaniiſſe. Metaph. ab igne. 11 Poëtam Lyricum ex civitate Teïa. Vide Od. 17. l. 1. 12 Ad Lyram. 13 Deflevit & gemebundâ voce cantavit verſus nullo ſtudio elaboratos, non ſatis metricis pedibus & legibus compoſitos de amore Bathylli. Meton. ſubj. 14 Tu qvoqve ipſe, Mæcenas miſer, amore flagras. 15 Qvòd ſi Helena, qvæ incendii Trojani cauſa fuit, non fuit tuâ puellâ Terentiâ pulchrior. Allegoria eſt ex perpetuis Metaphoris. Et in *ignis* eſt Synecd. gen. pro Helenâ. 16 Trojam à Græcis obſeſſam. 17 Qvæ meâ ſorte eſt melior. 18 Facta libera ex ancillâ. 19 Me ſolo amatore non contenta. Thais verò apud Ter. in Eun. Phrynæ huic ſimilis eſt: *Neqve tu uno eras contenta*, &c. 20 Sui amore torqvet.

Epod. XV.

Ad NEÆRAM AMICAM, de cujus perjurio conqveritur.

Dicolos Diſtrophos.

NOx erat, & cælo 1 fulgebat Luna 2 ſereno
Inter minora ſidera,

1 Splendebat. 2 Claro.

Cùm

Cùm tu, 3 magnorum numen 4 læſura Deorum,
5 In verba jurabas mea,
6 Arctiùs atqve ederâ procerâ aſtringitur ilex,
Lentis adhærens brachiis:
7 Dùm pecori lupus, & nautis 8 infeſtus 9 Orion
10 Turbaret 11 hybernum mare,
12 Intonſosqve agitaret Apollinis 13 aura capillos,
14 Fore hunc amorem mutuum.
15 O dolitura meâ multùm virtute, Neæra!
Nam, ſi qvid in Flacco 16 viri eſt,
Non 17 feret aſſiduas 18 potiori te 19 dare noctes,
Et qværet iratus 20 parem.

3 Jovis, Minervæ, Apollinis,&c.ſcelerum atqve perjuriorum vindicum. 4 Pejeratura. *Lædere* propriè eſt, afficere contumeliâ: verùm generaliter trtnsfertur ad omnem offenſionem, ſive dictio ea contingat, ſive facto. 5 Jurabas facere, qvod ego tibi proponebam. Eſt enim *in verba jurare*, verbis ab altero conceptis, jurare ſe ita feciſſe, vel non: facturum, vel non. 6 Arctiùs flexibilib. & tenacib. brachiis collo meo adhærens, meqve arctiùs complectens, qvàm arbor glandifera alta ab ederâ implicatur. 7 Semper. 8 Exitialis. 9 Aſtrum, ortu & occaſu ſuo tempeſtates excitans. Vid. Od. 28. l. 1. 10 Perturbaret, commoveret. 11 Tempeſtuoſum. 12 Cur Sol depingatur intonſus. Vide Od. 21. l. 1. 13 Jurabas hunc amorem inter me & te ſemper reciprocum fore, æternumqve duraturum. 15 O Neæra, tu multùm dolebis propter mentis meæ conſtantiam, ſi qvando iratus te deſeram. Exclamatio eſt per comminationem. 16 Si qvid virilis ſanguinis & virtutis atqve animoſitatis in Flacco Horatio, id eſt, in me reliqvum eſt. Meton. ſubj. 17 Horatius non patietur. 18 Rivali, qvem tu pluris Horatio facis. 19 Concedere, cumqve ipſo continuò pernoctari & concumbere. 20 Parem mihi puellam, qvæ mihi in amore reſpondebit, & amantem

21 *Nec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ,*
22 Si certus intrârit dolor.
23 At tu, qvicunqve es 24 felicior, 25 atqve meo nunc
Superbus incedis malo,
Sis pecore, & multâ dives tellure licebit,
Tibiqve 26 Pactolus fluat:
Nec te Pythagoræ 27 fallant 28 arcana 29 renati,
30 Formâqve vincas 31 Nirea:
32 Eheu! translatos 33 aliò mœrebis amores:
Aſt ego 34 viciſſim riſero.

mutuo amore redamabit. 21 Nec animi mei firmitudo à pulchritudine tuâ nunqvam ſuperabitur, cùm ſemel inviſa mihi fuerit propter perfidiam. Qvidam ſumi putant *offenſæ* activè, qvæ ſemel me offendit & læſit. 22 Si vera indignatio animum meum altiùs aliqvantò ſubierit. 23 Apoſtrophe. A Neærâ enim ſermonem transfert ad rivalem ſuum nomine tacito. 24 Me, dùm ſc. tu admitteris, ego verò excludor. 25 Meoqve damno nunc inflatus incedis, qvòd ſpernor à Neærâ. 26 Aurifer ille fluvius Lydiæ aurum volvat. 27 Fugiant, id eſt, licet etiam ſapientiſſimus ſis. 28 Sapientiæ ſecreta. 29 Toties per regenerationem nati. De animæ transmigratione in alia corpora juxtà Pythagoræ opinionem, vide Od. 28. l. 1. 30 Corporis pulchritudine. 31 Qvi, teſte Homero, omnium Græcorum formoſiſſimus fuit, qvotqvot ad Trojam profecti ſunt. Vide Od. 20 l. 3. 32 Exclamatio per fictam & ſimulatam commiſerationem. Similis eſt figura. Od. 5. l. 1. *Heu! qvoties fidem, Mutatoſqve Deos flebit, & aſpera Nigris æqvora ventis.* 33 In alium amatorem novum, te relicto. 34 Alternatim te irridebo, ub ab illâ ſpretus, atqve excluſus fueris. Ter. Andr. *Ego iſthac rectè ut fiant*, videro, id eſt, videbo.

Epod. XVI.

Ad POPULUM ROM.

Commiſeratio eſt Reip. propter civilia bella.

Dicolos Diſtrophos.

ALtera 1 *jam* 2 *teritur* 3 *bellis civilibus* 4 *ætas,*
5 *Suis & 6 ipſa Roma viribus ruit.*
7 *Qvam neque finitimi* 8 *valuerunt perdere* 9 *Marſi,*
10 *Minacis aut* 11 *Etruſca Porſenæ* 12 *manus,*
13 *Æmula nec* 14 *virtus* 15 *Capuæ, nec* 16 *Spartacus* (*acer,*
17 *Novisqve rebus infidelis* 18 *Allobrox,*

1 A Marii ac Syllæ temporibus, qvi civilibus diſcordiis Remp. Romanam perturbârunt. 2 Atteritur, conſumitur. Sic Cic. de Orat. 3. *In rebus diſcendis ætatem terere.* Metaph. eſt à corporibus, ut: *Nec te pœniteat calamo* triviſſe *labellum.* 3 Qvibus Auguſtus Brutum & Caſſium, Cæſaris interfectores, perſeqvebatur. 4 Qvæ cædem Julii Cæſaris conſecuta eſt. 5 Suâpte manu perit, & [ut loqvitur Livius] *jam magnitudine laborat ſuâ.* 6 Ipſi Romani. Meton. ſubj. 7 Urbem. 8 Non potuerunt perdere duce ſuo Popedio. 9 Populi Italiæ bellicoſi. De bello Marſico vide Od. 14. l. 3. 10 Qvi minabatur ſe urbem Romam velle demoliri, niſi Tarqvinium ejectum Romani in urbem reciperent. 11 Regis Etruſcorum. 12 Militum multitudo & copia. Sumptum videtur à conductoribus operarum, ad qvamlibet multitudinem hominum operi perficiendo deſtinatam. 13 Qvæ urbis Romæ æmula fuit, qvia Campani in ſpem venerunt eripiendi Romanis imperium, tunc temporis præſertim, cùm Annibal vaſtaret Italiam. 14 Fortitudo, potentia. Synecd. gen. 15 Campanorum. Meton. loci pro ipſis incolis. 16 Septuaginta qvatuor gladiatorum dux, qvi ingenti ſervorum manu coactâ, grave prælium cum Romanis geſſit. Vide Od. 14. l. 3. Meton. ſubj. ſumitur enim *Spartacus* pro exercitu ſervorum, qvorum dux erat Spartacus, ut diximus. 17 Novis rebus ſtudens & levis. 18 Allobroges, populi Galliæ. Synecd.

Nec 19 *fera* 20 *cæruleâ domuit* 19 *Germania* 21 *pube,*
22 *Parentibusqve abominatus* 23 *Annibal;*
24 *Impia perdemus devoti ſangvinis ætas,*
25 *Feriſqve rurſus occupabitur* 26 *ſolum.*
27 *Barbarus, heu, cineres* 28 *inſiſtet victor,* 29 *& urbē*
Eqves ſonante verberabit 30 *ungulâ!*
31 *Qvæqve carent ventis* 32 *& ſolibus, oſſa* 33 *Qvirini*
[34 *Nefas videre*] 35 *diſſipabit inſolens!*

ſing. pro plur. Deinde Synecd. ſpe. pro genere Gallorum: qvi novis rebus ſemper ſtudebant contrà Romanos, ut conſtat ex Comment. Cæſar. l. 3. & 4. Alii non agnoſcunt Synecdochen, ſed de Delphinatibus & Sabaudienſibus tantùm intelligendum eſſe exiſtimant. qvi conjurationem Catilinariam indicârunt Conſuli Ciceroni, cujusmodi indicium non qvidem dici poteſt infidele; ſed iſtam fidelitatem ergà pop. Rom. illi non ſemper retinuerunt, ut conſtat ex Oratione Cic. pro M. Fontejo. 19 Indomiti Germani. Meton. ſubj. 20 Militibus ſuis trucibus ac cæruleis oculis. 21 Juvenibus, militibus. Meton. adj. 22 Qvi bello Punico ſecundo propter incredibilem crudelitatem majoribus noſtris execrabilis fuit. Synecd. ſpe. 23 Cujus exercitus. Meton. ſubj. 24 Nos ætas impia devoti ſanguinis, id eſt, nos Romani ſceleratâ ætate nati in mutuam cædem mortemqve deſtinati, Urbem Romam, qvam tot hoſtes expugnare non potuerunt, perdemus. 25 Et ſolum urbis Romæ dirutæ à feris iterùm poſſidebitur, ſicut ante eam conditam feris erat receptaculum. 26 Regio Romana, Synecd. gen. 27 Barbari, ſing. pro plur. 28 Stabit ſuper cineres, id eſt, Barbari inſultabunt cineribus urbis vel civium, eoſqve conculcabunt. 29 Et eqves ſuperbè per urbis dirutæ rudera eqvitabit. 30 Eqvi. 31 Qvæ ventis non commoventur, qvia in ſepulchro condita. Alii tamen dicunt Romulum in cœlum ſublatum vel diſcerptum. 32 Et qvæ Solis radiis non exuruntur. 33 Romuli. Syn. gen. 34 Qvæ ab hominibus conſpici nefas eſt. 35 Per ſummam

36 Forte, qvid expediat, commu niter, aut melior par[s]
Malis carere qværitis laboribus.
Nulla ſit hâc 37 potior ſententia (38 Phocæorum
Velut profugit exſecrata 39 civitas,
Agros atqve Lares proprios, 40 habitandaqve fana
Apris reliqvit, & rapacibus lupis]
41 Ire, pedes qvocunqve ferent: qvocunqve per 42 undas
Notus 43 vocabit, aut 44 protervus Africus.
45 Sic placet? an melius 46 qvis habet 47 ſuadere?

48 ſecundâ

inſolentiam demolietur & turbabit. 36 Fortaſſe aut vos omnes, ô Romani cives, generatim, tàm ſapientes, qvàm inſipientes, aut ſaltem prudentior & ſanioris judicii pars inter vos qværitis ac ſcire vultis, qvid vobis utile ſit, qvas res debeatis expedire & perficere, ut hiſce ærumniis civilium bellorum liberemini. 37 Melior. 38 Velut Phocæi profugerunt, qvi, qvòd ab Harpago, Cyri præfecto, in ſervitutem redacti eſſent, ægerrimè tulerunt, & navem conſcendentes maſſam ſive globum ferreum in mare demerſerunt, & execrationibus uſi, jurârunt ſe non priùs in Phocæam reverſuros, qvàm maſſa hæc ſpontè è fundo emergens ſupernè aqvæ innataret. Vide Herod. l. 1. Poſtqvam ergò Phocæi Phocæam, Ioniæ civitatem, reliqviſſent, Galliæ Narbonenſi appulerunt, ibiqve Maſſiliam, urbem nobiliſſimam, condiderunt. 39 Phocæi. Meton. loci pro ipſius incolis. 40 Inhabitanda. 41 Nulla ſententia potior hâc ſit, ſc. fugere terrâ ac mari, qvò pedes ducunt. 42 Maris. 43 Nos ducet. 44 Petulans. 45 Sicci-ne vobis placet, ô Romani? Ἀνακοίνωσις eſt: communicat enim cum ſuis civibus de pacatiori & tutiori habitandi loco. 46 Aliqvis veſtrum. 47 Qvod ſvadere poſſit. Sic Cic. dicit: *habeo dicere.* 48 Bonis avibus, bono auſpicio, αἰσίῳ ὄρνιθι. Meton. effic.

 49 Ratem

49 *Ratem occupare qvid* 50 *moramur alite?*
51 *Sed juremus in hæc:* 52 *Simul imis ſaxa renârint*
Vadis levata, ne redire ſit nefas;
53 *Neu converſa* 54 *domũ pigeat dare lintea, qvândo*
55 *Padus, Matina laverit* 56 *cacumina:*
In mare 57 *ſeu celſùs procurrerit* 58 *Apenninus:*
59 *Novâqve monſtra junxerit libidine*
Mirus amor: juvet ut tigres 60 *ſubſidere cervis,*
61 *Adulteretur & columba milvio:*
62 *Credula nec flavos timeant* 63 *armenta leones,*

49 Navem conſcendere, & longiſſimè profugere. Hoc verbo notatur celeritas conſcendendi naves, uti Virg. Æn. 6. Occupat *Æneas aditum cuſtode ſepulto, Evaditq; celer ripam.* 50 Ceſſamus. 51 Sed exemplo Phocenſium conceptis verbis in hæc verba ſeqventia juremus. 52 Ne tunc nefas ſit nos in patriam redire, ut tùm demùm fas ſit Romam repetere, ſimulac ſaxa ex imis aqvarum vadis ſuâ ſponte ſeorsùm elevata in aqvis ſupernè renataverint & emerſerint. Phocæi enim (ut diximus) facto jam fugæ decreto, maſſam ſive globum ferreum in mare conjecerunt, juraruntqve non ante ſe reverſuros, qvàm rursùs emergeret. 53 Ne-ve pigeat tùm demùm navibus veliſqve navium in patriam converſis domum redire. 54 Hìc tanqvam ex parte συνεκδοχικῶς tota urbs Roma intelligitur. 55 Galliæ fluvius. 56 Ad montis Matini, qvi eſt in Calabriâ, verticem pervenerit, ejusqve cacumina flumine ſuo attigerit. 57 Seu qvando excelſus, &c. 58 *Apenninus* eſt mons ab Alpibus ortus, procul à mari per mediam Italiam porrectus. 59 Inauditâ libidine diſpares inter ſe conjunxerit. 60 Subjacere, ſeqve, ut cum iis miſceantur, ſubjicere. Unde Val. Max. dicit *ſubſeſſores alienorum matrimoniorum.* 61 Et ut columba ſtupretur a Milvio. Synecd. ſpec. pro qvolibet illegitimo & inæqvali coitu. 62 Imperterrita. 63 Boum & eqvorum.

64 Amet-

64 Ametqve ſalſa 65 lævis hircus æqvora.
66 Hæc, & qvæ poterunt 67 reditus 68 abſcindere
70 Eamus omnis exſecrata 71 civitas: 36[69 dulces,
72 Aut pars indocili melior grege: 73 mollis & exſpes
Inominata perprimat cubilia.
74 Vos, qvibus eſt 75 virtus 76 muliebrẽ 77 tollite luctũ,
78 Etruſca 79 præter & volate littora.
Nos 80 manet Oceanus 81 circumvagus: 82 arva, beata
Petamus 82 arva, divites & inſulas,
Reddit ubi 83 Cererem tellus 84 inarata qvotannis,

64 In ſalſo mari ſedem ſuam habere amet. 65 Sine ſetis, lævis factus, qvi piloſus & hirſutus erat. 66 Ubi juraverimus hæc, & qvæ poterunt, &c. 67 In patriam. 68 Abrumpere, præcidere. 69 Naturâ qvidem, ſed ob bella ingratos. 70 Ubi tota Romana urbs exercitationibus uſa hæc juraverimus, tùm omnes hinc properè migremus: *Vel*, nos cives omnes exſecrati hæc ſupradicta, qvæ nobis præcidunt redeundi ſpem omnem, tùm eamus. 71 Cives. Meton. ſubj. 72 Aut ſaltem ſapientior urbis Romæ pars, qvàm vulgi imperiti multitudo. Metaph. à pecoribus. 73 Contrà autem, qvæ pars civitatis ignava eſt & ſine ſpe, omnemqve ſpem abjecerit meliora inveniendi alibi, atqve in ſuâ patriâ, ἀνέλπιστος, illa hæc urbis Romæ loca tanqvam infelices lectulos perpetuò premat, id eſt, lectulis infauſtis ſemper incumbat, & Romæ miſerrimè æternùm deliteſcat. 74 Vos autem ſapientiores. 75 Virilis animus. 76 Mulieribus convenientem. 77 Auferte, pellite luctum, id eſt, propter patriam deſerendam ne lugete. 78 Maris Etruſci. 79 Prætervolate, celeriter prætervehimini. 80 Exſpectat, ut à nobis navigetur. 81 Qvi univerſam terram circumvagatur, in qvo ſunt Inſulæ Fortunatæ. 82 Inſulas Fortunatas. Epanalepſis. Synonyma verò ſunt, *arva beata, divites inſulæ.* 83 Meſſem copioſam, frumenta. Meton. effic. 84 Sine ruſtico labore.

Et 85 *imputata floret* 86 *uſqve vinea;*
87 *Germinat & nunqvam fallentis termes olivæ,*
88 *Suamqve* 89 *pulla ficus ornat arborem;*
Mella cavâ 90 *manant ex ilice:* 91 *montibus altis*
Levis 92 *crepante lympha* 93 *deſilit pede.*
Illic 94 *injuſſæ veniunt ad mulctra capellæ,*
95 *Refertqve tenta grex amicus ubera:*
96 *Nec veſpertinus circumgemit urſus ovile,*
97 *Nec* 98 *intumeſcit alta* 99 *viperis humus.*
Pluraqve felices mirabimur, 100 *ut neq́;* 101 *largis*
102 *Aqvoſus Eurus* 103 *arva radat imbribus,*
Pingvia nec 104 *ſiccis urantur* 105 *ſemina glebis;*

85 A vinitore non putata, non præciſa. 86 Semper. 87 Et ubi ramus olivæ, qvæ domini ſui ſpem nunqvam fallit, ſemper pullulat. 88 Naturalem, non inſitam. 89 Nigra & matura. 90 Deſtillant ex arbore glandiferâ. 91 Ex. 92 Sonante pede, id eſt, cum leni murmure. Metaphora ab animantibus ad inanimatam aqvam, qvæ ſuo curſu declivi murmur edit. 93 Deorsùm cadit. 94 Non coactæ, ſuâ ſponte, αὐτόματοι, lac copioſum præbent. 95 Aliuſqve ovium & capellarum grex φίλος carus domino ſuo refert domum ex paſcuis ubera lacte diſtenta, plena. 96 Nec urſus veſpertino tempore circum ovile gemitum edit, id eſt, urſus non inſidiatur ovibus, qvæ ſunt in ovili. Sic Virg. Geor. 3. *Nec gregibus* nocturnus *obambulat,* id eſt, noctu. 97 Hypallage eſt. 98 Vel veneni ſparſione, vel ipſis ſerpentum latebris, qvæ ſub terrâ ſunt. 99 Venenatis ſerpentibus incluſis. 100 Qvomodo. 101 Copioſis. 102 Qvòd, cùm vehementior eſt, ferè in pluviam deſinat, per ſe ſiccus potiùs, frigiduſqve. 103 Agros minuat, deterat, vexet. Metaph. ab his, qvi ſcabra & exaſperata levigant. 104 Calore Solis ſiccatis æſtivo tempore corrumpantur. 105 Qvæ in illis inſulis germinare cœ-

106 *Utrumqve* 107 *Rege temperante cœlitum.*
Non 108 *hùc* 109 *Argoo* 110 *contendit remige* 111 *pinus,*
Neq; 112 *impudica* 113 *Colchis intulit pedem:*
Non hùc 114 *Sidonii* 115 *torſerunt* 116 *cornua nautæ,*
117 *Laborioſa nec cohors Ulyſſei.*
118 *Nulla nocent pecori contagia:* 119 *nullius aſtri*
Gregem aſtuoſa torret 120 *impotentia.*
Iuppiter 121 *illa* 122 *piæ ſecrevit littora* 122 *genti,*
123 *Ut* 124 *inqvinavit ære tempus aureum:*

perunt. 106 Anni tempus, hyemem & æſtatem Jove ita moderante. 107 Synecd. gen. 108 In haſce beatas inſulas. 109 Cum Argois, id eſt, talibus remigibus, qvales in Argo navi erant, Heroibus Græcis. Synecd. 110 Curſum ſuum direxit. 111 Navis Argo ex pino factâ, in qvâ Iaſon & Heroës Græciæ vecti ſunt, vellus aureum petentes. Meton. materiæ. 112 Qvæ propter Iaſonem patriam ſuam prodidit. 113 Medéa, Æetæ, regis Colchi filia. Synecd. gen. 114 Sidonii (dicti à *Sidone*, celebri Phœniciæ urbe, cui imperavit Cadmus rex Phœnicum) in inſulas fortunatas navibus mercaturæ gratiâ non venerunt. 115 Converterunt. 116 Extremitates antennarum & velorum, id eſt, naves. Synecd. membri. Eſt præterea translatio à beſtiis cornutis, ad qvamlibet rerum extremitatem. Virg. Æn. 3. Cornua *velatarum obvertimus antennarum.* 117 Nec ſocii Ulyſſis, qvi multas ærumnas perpeſſi ſunt, navibus in Pelago errantes, hùc venerunt. Sic *laborioſa deambulatio*, laboris plena, etiamſi de homine dicatur patientiſſimo laboris. 118 Ubi nulla, &c. 119 Ut Syrii. 120 Nimis vehemens potentia, immoderata violentia æſtu ſuo gregem macerat. 121 Illarum fortunatarum inſularum. 122 Piis hominibus inhabitanda. 123 Poſtqvam Jupiter ſæculum aureum æreo permutaverat. 124 Æreo ſæculo polluit, deterius reddidit.

125 *Ære*, 126 *dehinc ferro* 127 *duravit ſæcula*; 128
Piis ſecunda, vate me, datur fuga. [*qvorum*

125 Æreo, inqvam., ſæculo. 126 Sed poſt æreum ſæculum. 127 Noſtra tempora dura fecit, id eſt, ferrea fecit, i. e. armis ac gladiis immania reddidit. Vide Met. 1. 128 Qvorum duorum ſæculorum piis hominibus, qvi adhùc pauci reſtant, me prædicente, me impulſore, proſpera, & qvæ feliciter ſuccedet, migratio datur, id eſt, qvæ ſæcula ferrea pii poſſunt effugere meâ prædictione & conſilio de fortunatis inſulis petendis.

Epod. XVII.

Ad CANIDIAM.

Petit eam ut ſibi ignoſcat, cujus ſe veneficiis ſuperatum fingit.

Monocolos.

JAm jam efficaci 1 *do manus* 2 *ſcientiæ,*
3 *Supplex & oro regna per* 4 *Proſerpinæ,*
Per & 5 *Dianæ* 6 *non movenda numina,*
Per atqve libros 7 *carminum* 8 *valentium*
Refixa cœlo devocare ſidera,

1 Potenti tuæ ſcientiæ magicæ cedo, meqve ab illâ victum lubens fateor. Dare enim manus, eſt cedere, & fateri ſe victum eſſe. Cic. Attic. l. 2. *Ajebat illum primò ſanè diu multa contrà: ad extremum autem* manus dediſſe. Metaph. eſt à præliantibus: qvorum victus, ne interficiatur, manum dare ſolet manicis conſtringendam. 2 Arti magicæ, incantamentis. Synecd. gen. 3 Et ſupplex oro te per Deas tibi maximè venerandas. 4 Inferorum reginæ, præſidis magicæ artis. Mos erat apud veteres obſecrare per res ei, qvem obſecrabant, cariſſimas, aut religioſiſſimas. 5 Hecates, artis magicæ inventricis. 6 Ἀκίνητα, non irritanda. Diana enim irata graves ab iis, qvi offenderunt, ſumit pœnas. 7 Incantationum tuarum. 8 Qvæ valent in terras deducere ſidera è cœlo de-

Canidia, parce 9 vocibus tandem ſacris,
10 Citumqve retrò ſolve, ſolve 11 turbinem.
12 Movit nepotem Telephus Nereium,
In 13 qvem 14 ſuperbus ordinârat agmina
Myſorum, 15 & in qvem tela acuta torſerat.
16 Unxêre 17 matres Iliæ 18 addictum feris
Alitibus, atqve canibus 19 homicidam Hectorem,
Poſtqvam 20 relictis mœnibus 21 rex 22 procidit,
(23 Heu) 24 pervicacis ad pedes Achileî.
Setoſa duris exuêre pellibus

tracta, avulſa: qvòd ſtellæ, tanqvam clavi, cœlo qvodammodo fixæ videri poſſunt. 9 Execrandis illis carminibus & incantationibus in meam perniciem recitandis. Synecd. gen. 10 Velociter in ſe revolutum. 11 Libera, libera me iis amentiæ nexibus, qvibus mentem meam illigâſti. *Turbinem* autem vocat carmen ipſum, qvo mens veluti in gyrum agi videatur; eâqve maleficii ſpecie per artem magicam cogatur aliqvis ad amandum. Epizeuxis. 12 Telephus, Herculis filius, Myſorum rex, commovit & ad miſericordiam flexit Achillem, cujus mater Thetis, Nerei fuit filia. Synecd. gen. 13 Achillem. 14 Tanqvam dux ſuperbus inſtruxerat exercitum & copias militum ſuorum Myſorum. 15 Ut à Myſiâ Græcos expelleret, & ad Trojam ire prohiberet. Ubi cùm Telephus adeò graviter ab Achille vulneratus eſſet, ut ex oraculo ſanari non potuerit, niſi per illum, à qvo vulneratus eſſet, placatus Achilles haſtæ ſuæ, qvâ illum læſerat, rubigine vulnus illud curavit. 16 Poſt lotionem. 17 Matronæ Trojanæ, Hecuba, Andromache, Creuſa, &c. Synecd. gen. 18 Ab Achille dilacerandum deſtinatum. 19 Cadaver Hectoris, qvi multos Græcos interfecerat. 20 Relictâ nocturno tempore Trojâ. 21 Priamus. Synecd. gen. 22 Supplex ſe ad pedes Achillis abjecit. 23 Eheu tantus rex! Exclamatio eſt miſerantis ſenem ſupplicem. 24 Obſtinati in ſententiâ.

Labo-

Laborioſi 25 *remiges Ulyſſeï,*
26 *Volente Circe, membra: tunc* 27 *mens, & ſonus*
Relatus, atqve notus in vultus honor.
Dedi ſatis ſuperqve pœnarum tibi,
28 *Amata nautis multùm, & inſtitoribus.*
Fugit 29 *juventas*, 30 *& verecundus color*
Reliqvit oſſa pelle amicta 31 *luridâ:*
Tuis 32 *capillus* 33 *albus eſt* 34 *odoribus.*
Nullum à labore me 35 *reclinat otium:*
36 *Urget diem nox, & dies noctem:* 37 *neq; eſt*
38 *Levare* 39 *tenta ſpiritu præcordia.*
40 *Ergo negatum, vincor, ut credam miſer,*
41 *Sabella pectus increpare carmina,*

25 Socii Ulyſſis illius, qvi multos labores in mari perpeſſus fuerat, exuérunt unà cum pellibus membra porcorum ſetis obducta atqve aſpera, id eſt, porcorum figuras exuerunt, & humanas reſumpſerunt. Lege Ovid. Met. 14. 26 Conſentiente Circe veſtræ artis magiſtrâ, Solis filiâ, jam ab Ulyſſe placatâ. 27 Ratio & oratio ſive vox humana, & priſtina humana facies reſtituta eſt. 28 O Canidia, qvæ à nautis, & vilibus cerdonibus multùm amata fuiſti. 29 Flos juventutis meæ. 30 Et rubicundus color, qvalem pudor creare ſolet, maximè in pueris juvenibusqve. Synecd. gen. 31 Pallidâ. 32 Meus. 33 Canus. 34 Unguentis veneficis. Synecd. 35 Removet, liberat. 36 Diurno labori nocturnus, nocturno diurnus ſuccedit, id eſt, nocte dieqve animi laboribus exerceor. 37 Neqve licet, ἐνδέχεται reſpirare. 38 Reſpiratione reficere. 39 Diſtenta ſive extenta ſpiritu, & vix reſpirantia. 40 Ergo ego miſer jam tandem magnis ærumnis convincor, ut credam, id eſt, cogor nunc credere, negatum ſc. *priùs à me*, id eſt, qvod hactenùs negavi & credere non potui, ſc. carmina Sabella, &c. 41 Incantamenta Canidiæ, qvæ Sabella, vel in Sabinis nata erat, vim habere ad permovendos, & perturban-

Caput

Caputqve Marsâ 42 *diſſilire naeniâ.*
Qvid amplius 43 *vis ? ô* 44 *mare, & terra!* 45 *ardeo:*
Qvantum neqve 46 *atro* 47 *delibutus* 48 *Hercules*
49 *Neſſi cruore,* 50 *nec Sicanâ fervidá*
Virens in Ætnâ flamma : 51 *tu,* 52 *donec cinis*
Injurioſis aridus ventis ferar,
53 *Cales venenis officina Colchicis.*
54 *Qvæ finis ?* 55 *aut qvod me* 56 *manet ſtipendium?*
57 *Effare :* 58 *juſſas* 59 *cum fide pœnas luam :*
Paratus 60 *expiare, ſeu popoſceris*

dos hominum animos. 42 Et caput viri alicujus in diverſas partes diſrumpi, frangi, & ad amentiam redigi Marſis incantamentis. Synecdochica eſt Metaph. à Corybantibus ſeu Saliis, qvi tripudiantes variè capita jactabant. 43 Cupis, ô Canidia. 44 Exclamatio Tragica vehementer cruciati, & omni humanâ ope deſtituti. 45 Deſiderio Canidiæ. 46 Venenato. 47 Unctus & inflammatus. 48 Arſit in Oetâ monte, cum Jolen aliam conjugem ducturus, veſtem Neſſi, ab uxore Deïanirâ miſſam, induiſſet. 49 Cruore Centauri, qvi Deïaniræ vim inferre conabatur. Vide Epod. 3. 50 Qvantùm etiam non ardet nunqvam illa moriens & perpetua flamma in Ætnâ fervido Siciliæ monte. 51 O Canidia. 52 Donec amoris flammis in cinerem redactus à petulantibus ventis variè diſſiper. 53 Ardes tanqvam officina repleta venenis, qvibus Medéa uſus fuit : erat enim Medéa ex Colcho. i.e. tu mihi venena parabis, dùm vivam. Alleg. è Metaphoris, à tabernâ Pharmacopœorum. Canidiam ergo ipſam *officinam* vocat omni veneficiorum genere refertam ; ut ſi *Virtus* ipſa Cato, aut ipſa *eloqventia* dicatur Cicero. 54 Qvis terminus erit iſtis meis malis ? 55 Aut qvas pœnas pecuniarias aut tributum à me exigis ? Metaph. à merentibus ſtipendia caſtrenſia. *Stipendium* dicitur à *ſtipe pendendâ*: olim enim pecunia pendebatur, non numerabatur. 56 Exſpectat. 57 Dic, qvid cupias. 58 A te imperatas. 59 Fideliter. 60 Culpam meam

61 *Gen-*

61 Centum juvencos, ſive 62 mendaci lyrâ
Voles ſonari. 63 Tu pudica, tu proba
Perambulabis aſtra ſidus aureum.
64 Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice,
65 Fraterqve magni Caſtoris, victi 66 prece
67 Ademta 68 vati reddidêre lumina.
69 Et tu (potes nam) ſolve me dementiâ.
70 O nec paternis obſoleta ſordibus,
Nec in ſepulchris 71 pauperum 72 prudens anus

pœnâ purgare, & læſam te placare. *61* Integram Hecatomben in ſacrificium tibi offerri. *62* Sive etiam juſſeris, ut falſo carmine ad lyram tuas laudes canam, qvod fiet, ſi ſic dicam, tu pudica, tu proba, &c. *63* Tùm tu tanqvam caſta falſo carmine à me in ſtellarum numerum referéris. *64* Caſtor iratus gratiâ ſororis ſuæ Helenæ infamiâ notatæ à Steſichoro, qvæ ſola ſuo adulterio tã diuturni belli cauſam præbuerat, cùm Achivorum in patriam reditum carmine deſcripſit. *65* Et Pollux. *66* Precibus Steſichori, cùm palinodiam cecinisset. *67* Oculos reſtituerunt. Erat enim à Caſtore & Polluce excæcatus. *68* Steſichoro. Synecd. gen. *69* Tu qvoqve, ô Canidia, eorum exemplo libera me à dementiâ, qvam patior: nam tu ſola potes me ſolvere. *70* O Canidia, qvæ majorum tuorum turpitudine & ignobilitate deformata non es. Metaph. à cœnoſis volutabris ſuum ad illicitos hominum concubitus notandos, & Canidiam ex ignobili & avaro parentum genere in nobile ac liberale vindicandam, ſimulatione tamen ironicâ; contrà enim ſentit, eam ex obſcuriſſimis ſordidiſſimisqve parentibus natam. *71* Qvia divitum ſepulchra ſuis cuſtodibus erant curæ. *72* Neſcia diſpergendi cineres mortuorum, id eſt, non aſuefacta manibus & umbris pauperum evocandis poſt novem dies, ex qvo cadavera combuſta ſunt, & mortuorum oſſibus collectis veneficia exercere.

73 Noven-

73 *Novendiales diſſipare pulveres.*
74 *Tibi hoſpitale pectus, & 75 pura manus;*
Tuusqve venter 76 Partum ejus; & tuo
Cruore 77 rubros obſtetrix pannos 78 lavit,
79 *Utcunqve fortis 80 exſilis puerpera.*

Canidiæ reſponſio, qvâ oſtendit, ſe nullis precibus exorari poſſe, qvoniam ſua veneficia divulgaverat Poëta.

Qvid 81 obſeratis auribus 82 fundis preces?
Non ſaxa 83 nudis 84 ſurdiora navitis
85 *Neptunus alto 86 tundit hybernus 87 ſalo.*
88 *Inultus ut tu riſeris 89 Cotyttia*

73 Qvia cadaver demortui ſeptem dies domi aſſervabatur, octavo die cremabatur, nono ſepulchro mandabatur, & tùm ſacrificium mortuo factum dicebatur *novendiale*. 74 Animus eſt tibi bonus & humanus. 75 A ſcelere, id eſt, nullo ſanguine maculatæ, καθαραὶ χεῖρες. Ironia. 76 Aptus partui & fœcundus. Al. ſic exponunt: *Et partum ejus*, qvem alii dicunt filium tuum eſſe ſuppoſititium, verus tuus *venter*, id eſt, filius eſt. Et tùm erit Meton. ſubj. 77 In qvo puerperio. 78 A ſordibus purgavit. 79 Qvandocunqve, *vel*, qvotieſcunqve tu tanqvam valida puerpera partu edito à lecto ſurgis, id eſt, nunqvam: nunqvam enim nec paris, nec peperiſti. Ironia. 80 Hoc *exiliendi* verbo ſignificantur vires Canidiæ à partu firmæ, nec more aliarum puerperarum debilitatæ. 81 Auribus meis clauſis & ſurdis. Metaph. ab occluſis foribus ad repellendas Poëtæ preces. 82 Metaph. à liqvoribus, qvaſi verba more liqvorum in aures inſtillentur. 83 Naufragio laborantibus. 84 Qvæ nautas naufragos minùs exaudiant, qvàm ego te & tuas preces. Metaph. ab eo, qvi non audit, ſed obſurdeſcit. 85 Mare hyberno tempore procelloſum. Meton. effic. 86 Verberat. Metaph. à malleis fabrorum. 87 Commotis fluctibus. 88 Ego-ne patiar, ut tu impunè deriſeris? non faciam. Apoſiopeſis eſt, figura iratorum propria. 89 Sacra nocturna & flagitioſa, qvæ tibi ſub ſilentii

90 Vul-

90 *Vulgata, ſacrum* 91 *liberi Cupidinis?*
92 *Et Eſqvilini* 93 *Pontifex* 94 *venefici*
Impunè ut urbem nomine implêris meo?
95 *Qvid proderit ditâſſe* 96 *Pelignas anus,*
97 *Velocius-ve miſcuiſſe toxicum,*
Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata 98 *miſero vita* 99 *ducenda eſt* 100 *in hoc,*
101 *Novis ut uſqve ſuppetas doloribus.*
102 *Optat qvietem Pelopis* 103 *infidus pater,*

fide tanqvam myſteria credideram, ſic dicta à *Cotyttone*, Deâ turpitudinis. 90 Evulgata tuis verſibus. 91 Qvæ Cotyttia ſacrum qviddam fuerunt amoris liberè, nullâ lege, ſine ullo pudore à libidine revocati? 92 Et patiar, ut-tu, qvi tanqvam Pontifex, Cenſor ac Judex, maximèqve conſcius fuiſti veneficiorum illorum, qvæ in Eſqvilino colle nocturno tempore peregrinus, ſine vindictâ me urbis fabulam feceris? 93 Metaph. à munere Pontificio, cujus erat, cenſuram agere divinarum & humanarum rerum, qvam Poëta videbatur ſibi ſumere. Hæc vox dicta eſt, *Vel*, à faciendo ponte, qvòd primus ſuprà Tiberim Numa fecerit pontem ſublicium, atqve ſucceſſores eundem ſæpè reſtituerint: *Vel*, à poteſtate faciendi ſacra & operandi. 94 Veneficii. Apocope. 95 Qvid proderit tibi ad liberationem te pretio conduxiſſe veneficas vetulas, ut te à furore ſolvant? 96 *Peligni* populi ſunt Marſis vicini, ideòqve venefici & ipſi habiti. Hîc autem *Peligna anus* pro veneficis vetulis ponuntur per Synecd. ſpe. 97 Citiùs interimens venenum miſcuiſſe, teqve per mortem inſaniæ voluiſſe ſubducere, ſi tardiùs, qvàm optas, es moriturus? 98 Tibi. 99 Producenda, extendenda: ſic dicimus *ducere bellum*. 100 Ad hoc, propter hoc, ἐπὶ τούτῳ, ad hunc finem. 101 Ut ſemper ſufficias, diuqve materiam ſuppedites cruciatibus ferendis, qvos ego qvotidiè tibi novos parabo. 102 Optat mortem, ſed non invenit. Anaphora. 103 Perjurus, infide-

Egens

Egens 104 *benignæ Tantalus ſemper dapis:*
102 *Optat* 105 *Prometheus obligatus* 106 *aliti,*
102 *Optat ſupremo collocare* 107 *Siſyphus*
In monte ſaxum: ſed vetant 108 *leges Jovis.*
109 *Voles modò altis deſilire turribus,*
Modò enſe pectus 110 *Norico* 111 *recludere:*
112 *Fruſtràqve vincla* 113 *gutturi innectes tuo,*
114 *Faſtidioſâ triſtis ægrimoniâ.*
115 *Vectabor humeris tunc ego inimicis eqves,*

lis, qvi Deorum menſis admotus arcana Deorum revelavit. 104 Affluentis, copioſæ dapis; qvæ ob oculos verſatur. 105 Prometheus etiam, qvod nimis callidus ignem ab irato Jove hominibus ſubtractum, hominibus furto reddidiſſet, Caucaſo monti catenis alligatus, & Jovis Aqvilæ, ut ſuo jecore perpetuum pabulum laceranti præbeat, Jove condemnante devinctus, optat mortem, malorum remedium. 106 Vulturi, vel aqvilæ. Synecd. gen. 107 Siſyphus etiam aſtutiſſimus latro, qvòd Atticam latrociniis infeſtâſſet, à Theſeo occiſus, & apud inferos ad æternum laborem damnatus, optat qvidem ærumnis ſuis finem imponere; ſed fruſtrà: nam ſaxum ubi propè cacumen montis attigit, ſemper deorsùm volvitur. 108 Qvæ illos ad hujusmodi ſupplicia apud inferos condemnârunt. 109 Tu qvoqve, ô Horati, modò optabis, &c. ſed non poteris. 110 Enſe aliqvo acuto ac robuſto, qvales in Noricâ, Germaniæ regione, fiunt. Synecd. ſpec. Vide Od. 16. l. 1. 111 Aperire, transfigere pectus tuum. Sic Virg. 10. Æn. *Tum latebras animæ* pectus *mucrone* recludit. 112 Qvia non morieris. 113 Ut laqveo te ſuffoces. 114 Exiſtens triſtis animi ægritudine, qvæ vitam faſtidit. 115 Tunc ego Canidia ſuper humeros tuos mihi inviſos tanqvam eqves inſidebo, eqvitabo, id eſt, ſemper tibi moleſtiam, ut importunus eqves eqvo, exhibebo. Alleg. eſt ab eqvitantibus.

Meaqve terra cedet 216 *inſolentiæ.*
117 *An, qvæ* 118 *movere cereas imagines,*
Ut ipſe noſti curioſus, & 119 *polo*
Deripere Lunam 120 *vocibus poſſum meis,*
Poſſum 121 *crematos excitare mortuos,*
122 *Deſiderîqve temperare poculum,*
123 *Plorem artis in te nil habentis exitum?*

116 Indomitæ meæ efficaciæ locum dabit, nec reſiſtere poterit. 117 An ego Canidia plorem, &c. 118 Tanqvam vivas reddere, & motu præditas efficere poſſum effigies eorum, qvos ſtudemus devovere. 119 Cœlo deducere, deorsùm rapere. Pars pro toto. 120 Carminibus, incantamentis meis. Synecd. gen. 121 Mortuos igne combuſtos in vitam revocare. 122 Amoris potionem conficere. Apocope. 123 An ego plorare debeam ac conqveri propter eventum artis meæ magicæ, qvæ, cùm aliàs ſit potentiſſima, nihil in te potentiæ habeat?

Q. HORATII FLACCI
CARMEN † SECULARE,

Pro Imperii Romani incolumitate.

Dicolos Tetraſtrophos.

1 P*Hœbe*, 2 *ſylvarumqve potens Diana,*
3 *Lucidum cœli decus*, *ô* 4 *colendi*
Semper, *&* *culti*, *date*, *qvæ* 5 *precamur*
6 *Tempore ſacro*:
7 *Qvo* 8 *Sibyllini monuére verſûs*,
Virgines 9 *lectas*, *pueroſqve caſtos*,
10 *Dîs*, *qvibus ſeptem placuére colles*,

† Carmen ſeculare fuit à Poëtâ compoſitum, ut caneretur ludis ſecularibus, qvi centeſimo qvoqve anno fieri ſolebant. Carmen autem ſeculare ad Apollinem maximè & Dianam canitur, qvia Dii ſunt malorum depulſores, & idcircò placandi. 1 O Jovis & Latonæ fili Apollo. 2 Venationum Dea. Meton. ſubj. 3 Sol & Luna omnium ſtellarum ſidera in cœlo lucidiſſima ſunt. Virg. 1. Georg. *clariſſima mundi lumina* appellat. 4 A me. Polyptoton, & Metaph. ab agricolis. 5 Vos. 6 Diebus feſtis ſecularium ludorum. Synecd. gen. 7 Qvo tempore, & qvo die ſecularis feſti. 8 Sibyllini libri: qvorum autoritas multùm valuit apud veteres Romanos. Appellantur autem *libri Sibyllini*, non qvia fuerunt unius Sibyllæ, ſed qvòd omnes fœminæ vates *Sibyllæ* ſunt à veteribus appellatæ, à conſiliis Deorum denunciandis ſic dictæ: Σιὺς enim *Deos* vocant Æoles, non Θεὺς, & conſilium non βȣλὴν, ſed βυλὴν appellant. Vide qvæ nos ad Sal. p. 148. 9 Pudicas. 10 Jovi, Marti, Veneri, Apollini & Dianæ, aliiſqve, qvibus ſeptem urbis Romæ colles, Qvirinalis, Viminalis, Eſqvilinꝰ, Cælius, Palatinus, Tarpejus, & Aventinus placuére. i.e. qvibus Roma ipſa, ſeptem colles ſuo ambitu includens, placuit, qvippe ejus præſides &

Dicere 11 *carmen.*
12 *Alme Sol,* 13 *curru nitido diem qvi*
14 *Promis & celas,* 15 *aliuſqve & idem*
Naſceris, 16 *poſſis nihil urbe Româ*
17 *Viſere* 18 *majus.*
Ritè maturos aperire partus
Lenis 19 *Ilithya, tuére matres:*
20 *Sive tu Lucina probas vocari,*
21 *Seu Genitalis.*
22 *Diva, producas ſobolem,* 23 *patrumqve*
Proſperes decreta ſuper jugandis
Fœminis, proliſqve novæ feraci
24 *Lege maritâ:*

cuſtodes ſunt. 11 Seculare. Synecd. gen. 12 Qvi omnia alis & foves. 13 Lucido curru vectus circùm terram intrà horas 24. 14 Aperis, profers oriens, & condis occidens. 15 Qvi alius ab heſterno videris naſci hodiè, tamen idem es & ſemper unus. *Alius* videri poteſt, *vel* qvia alio qvotidiè loco oritur, donec anni curſum peregerit; *vel* qvia non uno ſemper vultu; *vel* qvia oriens lucem, occidens tenebras fert; *vel* ob viciſſitudinem temporum. 16 Utinam poſſis, precamur ut poſſis. 17 Tuis radiis illuſtrare. 18 Potentius. 19 O Diana, qvæ lenis & propitia es in partubus tempeſtivo tempore maturandis & aperiendis & in lucem edendis, id eſt, qvæ placidè & leniter parturientes juvas. Vide Od. 22. l. 3. 20 Sive eligis vocari Lucina, qvia opem fers infantibus in lucem prodeuntibus. 21 Seu mavis vocari Luna ad gignendum valens, γενεθλία θεὰ. Nam velut Solis calor animat, ſic humor Lunæ nutrit & gignit. 22 O Dea rogamus te, ut liberos ſalvos in lucem producas, ac Senatorum Romanorum Senatusconſulta de fœminis in martimonio collocandis. 23 Synecd. gen. & Metaph. à moribus patrum erga liberos, ad curam Senatorum de Republ. indicandam. 24 Et ſuper lege

25 *Certus*

25 Certus ut denos decies per annos
Orbis & cantûs, referatqve ludos,
26 Ter die claro, totieſqve gratâ
Nocte 27 freqventes.
28 Voſqve veraces ceciniſſe Parcæ,
Qvod ſemel 29 dictum eſt, 30 ſtabiliſqve rerum
Terminus ſervet, bona jam 31 peractis
Iungite 32 fata.
33 Fertilis frugum pecoriſqve tellus
Spiceâ donet 34 Cererem coronâ:

Maritali, qvæ ſit ferax novæ prolis. Synecd. gen. Sic dicitur *fœdus maritum*, id eſt, maritale. Legem tulerunt Papius & Poppæus Conſules de maritandis ordinibus, Auguſto imperante. 25 Precamur ut hic certus ſeculi circulus per decies denos, id eſt, centum annos in ſe rediens, hoſce cantûs referat & ludos ſeculares. 26 Ter in ternis diebus, totidemqve noctibus. 27 Cantus & ludos in maximâ populi freqventiâ celebratos, ad qvos multi conveniant. 28 Voſqve, ô Parcæ, veraces ceciniſſe, id eſt, qvæ vera ceciniſtis, *vel*, qvæ veraces eſtis in iis, qvæ ceciniſtis, jungite bona fata *fatis* jam peractis, ſtabiliſqve terminus rerum ſervet *illud*, qvod ſemel dictum eſt. Apoſtrophe eſt, ubi imploratio convertitur à Phœbo & Dianâ ad Parcas. 29 A vobis, ſc. ut Romanum imperium permaneat in perpetuum. 30 Ratus & immutabilis rerum ordo. Qvidam *Terminum* ſumunt pro Deo comite fatorum & Parcarum, qvi nulli parcat, nec ullâ in re ipſi Jovi concedere ſoleat. 31 Fatis præteritis & felicibus impoſterùm, id eſt, eventus proſperos præteritos felici futuri temporis eventu confirmate. 32 Imperii Romani. 33 Frugibus abundans & pecore. 34 Hanc Deam frugum agricolæ ſpiceis coronis ornabant, propter frugum ubertatem. Unde Tibul. El. l. 1. *Flava Ceres, tibi ſit noſtro de more corona Spicea, qva templi pendeat ante fores.* Ideoqve Heſiodus eam

Nutriant 35 *fœtús &* 36 *aqvæ ſalubres,*
37 *Et Jovis auræ.*
38 *Condito mitis placidusqve telo*
Supplices 39 *audit pueros* 40 *Apollo:*
Siderum regina 41 *bicornis audi,*
Luna, puellas.
42 *Roma ſi veſtrum eſt opus,* 43 *Iliæqve*
Littus Etruſcum tenuére turmæ,
44 *Juſſa pars mutare* 45 *Lares, &* 46 *urbem*
47 *Soſpite curſu:*
48 *Cui per ardentem* 49 *ſine fraude Trojam*
50 *Caſtus Æneas* 51 *patriæ ſuperſtes*
52 *Liberum munivit iter, daturus*
53 *Plura* 54 *relictis:*

εὐστέφανον vocat, id eſt, *pulchrè coronatam.* 35 Fructus omnium animalium omniumqve rerum. 36 Pluviæ. 37 Et aër ſerenus & temperatus. 38 Tuis ſagittis in pharetrâ reconditis, & è manibus tuis abjectis. Nunqvam enim, niſi iratus, jaculatur Apollo. 39 Exaudi. 40 Altera eſt ſermonis averſio. 41 Luna præſertim triduana bicornis apparet. 42 Qvod & futurum nihil dubitamus, ſiqvidem urbs Roma per vos veſtrumqve oraculum facta eſt. Æneas enim cum ſuis Apollinis reſponſa ſecutus, ſedes in Italiâ novas collocavit. 43 Et Trojanæ turmæ littus Tiberinum tenuére. 44 Nempe qvæ turma tanqvam pars reliqviarum Trojæ à te ſive per tuum oraculum juſſa fuit. 45 Domum. Meton. 46 Trojam. Synecd. gen. 47 Salvâ navigatione. Synecd. gen. 48 Turmæ Trojanæ. 49 Sine vitæ noxâ, ſine damno flammæ, *vel*, ſine ullo proditionis crimine munivit iter. Sic Od. 19. l. 2. *Nodo coerces viperino Biſtonidum* ſine fraude *crines.* 50 Pius, religioſus. 51 Qvi patriâ ſuâ incensâ cum paucis incolumis evaſit. 52 Tutam effugiendi facultatem dedit. 53 Qvàm in urbe Trojanâ reliqverat, longèqve firmius imperium pariturus. 54 Comitibus ſuis Trojanis, qvos ſecum in Italiam adduxit.

Di

Dî probos mores dolili 55 *juventæ,*
Dî 56 *ſenectuti placidæ* 57 *qvietem,*
58 *Romulæ genti date* 59 *remqve* 60 *prolemqve,*
Et 61 *decus omne.*
Qviqve vel bobus veneratur 62 *albis*
63 *Clarus Anchiſæ Venerisqve ſanguis,*
Imperet 64 *bellante prior, jacentem*
65 *Lenis in hoſtem.*
Jam mari terrâqve 66 *manûs potentes*
67 *Medus,* 68 *Albanaſqve timet ſecures:*
Iam Scythæ 69 *reſponſa petunt, ſuperbi*
Nuper & Indi.
Iam fides, & pax, & honor, pudorqve
Priſcus, 70 *& neglecta* 71 *redire virtus*
Audet, apparetqve beata pleno

55 Juvenibus Romanis ad diſcendum aptis. Metonym. adj. 56 Tranqvillis ſenibus. Meton. adj. 57 Pacem. 58 Romanæ. Sic Od. 5. l. 4. *optime* Romulæ *Cuſtos gentis.* 59 Divitias. 60 Liberos. 61 Omnem imperii majeſtatem. 62 Dum triumphat. Qvia Apollo & Diana lucidi ſunt, albæ victimæ iis conveniunt. 63 Auguſtus Cæſar, clarus Romanorum princeps, Anchisâ & Venere oriundus. Meton. mat. Sic de Art. *Vos, ô Pompilius ſanguis.* 64 Superior, potentior, major hoſtibus rebellantibus ac bellum inferentibus. Synecdoche num. ſing. Virg. Æn. 11. *Hic pietate* prior. 65 Miſericors ac placidus in hoſtes devictos, juxta illud Virg. Æn. 6. *Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.* 66 Auguſti vim. 67 Medi. Synecd. num. ſing. 68 Romanum Imperium, dictum ab Albano monte in Italiâ. 69 Mandata à Romanis, tanqvam potentioribus, exſpectant, *vel,* ab Auguſto amicitiam petunt. 70 Anteà ſceleribus hominum è terrâ profligata. 71 Id eſt, nunc homines virtutem, & ſuperiora illa, fidem, juſtitiam, pacem, &c. qvæ anteà è terris

72 Copia cornu.
73 Augur, & fulgente 74 decorus arcu
Phœbus, 75 acceptusqve novem Camœnis,
Qvi 76 ſalutari 77 levat arte feſſos
78 Corporis artûs;
79 Si Palatinas videt æqvus arces,
80 Remqve Romanam, Latiumqve felix,
81 Alterum in luſtrum, meliusqve ſemper
Proroget ævum.
82 Qvæqve Aventinum tenet 83 Algidumqve,
84 Qvindecim Diana preces virorum
85 Curet, & votis 86 puerorum amicas
87 Applicet aures.
88 Hæc Jovem ſentire, Deoſqve cunctos,

expulerunt, colere & amplecti incipiunt. 72 Omnium rerum abundantia. Vide Od. 17. l. 1. 73 Divinus Apollo rurſùs apparet, qvi à Jove vaticinationem habuit. 74 Decoratus arcu argenteo, Ἀργυρότοξος. 75 Et novem Muſis gratus, propter Muſicam. 76 Arte Medicinali. Synecd. gen. Ovid. 1. Met. *Inventum Medicina meum eſt, opifexqve per orbem Dicor.* 77 Sanitati reſtituit. 78 Corpora ægrotorum morbo defatigata ac infirma. 79 Si benignus favet arcibus Palatinis, id eſt, toti Romæ. Pars pro toto. 80 Imperiumqve Romanum, & Italiam propitius intuetur. 81 In alteram & ſemper meliorem ætatem felix, id eſt, propitius producat, & ſeculum felicius præbeat. 82 Et ſi Diana, qvæ incolit ac poſſidet Aventinum montem, &c. 83 Montem, in qvo Dianæ ſacra celebrabantur. 84 Qvi ſacris faciendis præſunt, & carminum Sibyllæ curam gerunt, & ad qvos ludorum ſecularium procuratio pertinet. 85 Exaudiat, ſibiqve commendatas habent. 86 Canentium. 87 Benevolas ſuas aures præbeat, utqve annuat precibus puerorum. 88 Ordo eſt: Ego *chorus* canentium puerorum & puellarum, *doctus dicere*, id eſt,

Spem bonam certamqve domum reporto,
Doctus, & Phœbi chorus, & Dianæ
Dicere laudes.

inſtitutus ad dicendum, *laudes Apollinis & Dianæ, reporto domum ſpem bonam & certam, Jovem, & cunctos* reliqvos *Deos*, Martem, Venerem, Apollinem & Dianam, *ſentire*, id eſt, velle & approbare hæc, qvæ precati ſumus, id eſt, preces noſtras audiviſſe. Proſopopœia.

Q. HORATII FLACCI SERMONUM, SIVE SATYRARUM LIBER I.

SATYRA I.

Invehitur primùm in pravam hominum conſvetudinem, qvâ fit, ut nunqvam ſuâ ſorte ſint contenti, nec in ſuo vitæ inſtituto ſibi placeant, ſed alienum ſuo anteferant, & ſuæ conditionis ſemper eos pœniteat. Deinde avaritiam, captâ ex hoc ſermone occaſione, inſectatur.

1 *QVi fit, Mæcenas, ut 2 nemo, qvam ſibi 3 ſortem*
4 Seu 5 ratio dederit ſeu 6 fors objecerit, 7 illâ
Contentus vivat? laudet 8 diverſa ſeqventes?

1 Qvid cauſæ eſt, qvomodo fit? 2 Nullus hominum. 3 Vitæ conditionem, profeſſionem. 4 Symploce eſt in ſimilitudine ſoni ejuſdem circà principia & clauſulas ſententiarum, ubi cernuntur πάρισα καὶ ὁμοιοτέλευτα, id eſt, *comparia & ſimiliter deſinentia.* 5 Providentia, qvæ certo conſilio ac deliberatione dirigitur. 6 Caſus & fortuna temerè ac ſine ratione alicui objecerit. 7 Sorte. 8 Sed qviſqve laudet ſe-

 9 O For-

9 O Fortunati mercatores, 10 gravis annis
11 Miles ait, 12 multo jam fractus 13 membra labore.
Contrà, 14 mercator, navim jactantibus Auſtris,
15 Militia eſt potior: 16 qvid enim? 17 concurritur: hora
18 Momento cita mors venit, aut victoria læta.
19 Agricolam laudat juris legumqve peritus,
20 Sub galli cantum 21 conſultor ubi oſtia pulſat.

qventes diſſimilia vitæ genera. 9 Exclamatio eſt admirantis alienam ſortem, atqve de propriâ conqverentis. 10 Senex. 11 Hîc initiò Poëta breviter ſermonem qvatuor perſonarum repræſentat per imperfectã Proſopop. militis, mercatoris, patroni conſulti, & agricolæ conſulentis. 12 Habens jam membra diuturno labore militari enervata. 13 Sc. *Secundum*, κατὰ. Helleniſ. Poëtis Latinis maximè uſitatus, pro qvo dicunt Oratores, *miles fractis membris* Virg. 1. Æn. *Os, humeroſqve Deo ſimilis.* 14 Inqvit, ait. 15 Militia longè melior eſt hâc, qvam nos exercemus, mercaturâ. 16 Qvare militia non melior ſit? 17 Nimirum in militiâ in conflictu ab utroqve exercitu prælium committitur, pugnatur. Sic Virg. 4. Georg. de apibus: *Erumpunt portis*: concurritur; *æthere in alto Fit ſonitus. Concurrere* propriè eſt prælium auſpicari, qvod curſu ferè fieri ſolebat, ut telorum jactum anteverterent: *vel*, ut citiùs ad gladios, tanqvam certiora gravioraqve tela, devenirent: *vel*, qvoniam procurſu plurimùm concitantur tela, teſte Liv. l. 34. 18 Brevi temporis ſpatio aut mors ſubita pugnantes invadit. 19 Agricolæ vitam tranqvillam, qvòd neqve die, neqve nocte reqviem ſibi indulgere qveat. 20 Ante Gallicinium, de nocte. Qvare Græcè *Gallus* qvoq; ἀλέκτωρ dictus, qvòd cantu gallinacei homines ἐκ τοῦ λέκτρου i.e. è *lecto* excitentur ad opus. Unde Plin. l. 10. c. 21. gallos gallinaceos vocat *noſtros vigiles nocturnos, qvos excitandis in opera mortalibus, rumpendoqve ſomno natura genuit.* 21 Qvi conſulit Juriſconſultum, & ab eo conſilium petit. Cic pro Mur.

22 *Ille*

22 Ille, datis 23 vadibus, qvi rure extractus in urbẽ eſt,
Solos felices viventes clamat in urbe.
24 Cætera de genere hoc (25 adeò ſunt multa) 26 loqva-(cem
Delaſſare valent 27 Fabium: ne te 28 morer, audi
29 Qvò rem deducam: ſi qvis Deus, En ego, dicat,
30 Jam faciã, qvod vultis: eris tu, qvi modo 31 miles,
Mercator: 32 tu, 33 conſult9 modò, ruſticus: 34 hinc vos,
Vos hinc mutatis diſcedite 35 partibus: 36 eja,

Vigilas tu de nocte, ut conſultoribus *tuis reſpondeas.* 22 Agricola. 23 Qvi in re capitali aut pecuniariâ ſponſores dedit. *Vades* ſunt, qvi promittunt ſuo periculo ſe aliqvem in judicio ſtituros, ſive caput agatur, ſive pecunia. 24 Cætera de hoc genere hominum, qvi ſuis non contenti aliorũ conditionem laudant, adeò multa ſunt, ut à loqvaciſſimo qvoqve vix poſſint memorari ſine magnâ defatigatione. 25 Epiphonema eſt, qvo inſtituta velut enumeratio abrumpitur. 26 Garrulum Fabium valdè laſſare. 27 Clamoſum cauſidicum, *vel*, Philoſophum qvendam, qvi libros aliqvot conſcripſerat ſatis verboſos. Hîc Synecdochicè intelligi poteſt de loqvaciſſimo qvoqve homine. Copiâ tantâ tot ſtultorum & inconſtantium hominum. 29 Qvo argumento confirmem poſitam qvæſtionem, qvòd ſua cuiqve ſors & profeſſio diſpliceat. Cic. *Univerſa res* eò deducta eſt. 30 Vobis veſtram ſortem permutandi libertatem faciam. Proſopopœja, qvâ fingit Poëta Deum aliqvem velle qverentibus de ſuâ ſorte, pro cujuſqve voto, ſatisfacere. 31 Eras. 32 Eris. 33 Juriſconſultus, pro qvo antè *juris legumqve peritus* dixit. Hoc ſuperiori τῷ *conſultor* opponitur genere relationis. Patronus dat conſilium, ruſticus accipit. 34 Miles & Juriſconſulte abite, & deſideratum vitæ genus capeſſite. Idem ſonus continuè repetitur per Epizeuxin, & in principio ac in fine per Epanalepſin. 35 Conditionibus vitæ. 36 Exclamatio eſt reprehendentis cunctationem conqverentium in com-

37 Qvia

37 Qvid ſtatis? 38 nolint: 39 atqvi licet eſſe beatis.
Qvid cauſæ eſt, merito qvin illis Juppiter ambas
Iratus 40 buccas inflet? neqve ſe fore poſthàc
41 Tam facilem dicat, 42 votis ut præbeat aurem?
Præterea, ne ſic, 43 ut qvi jocularia, ridens
44 Percurram: qvanqvam 45 ridentem dicere verũ
Qvid vetat? ut pueris 46 olim dant 47 cruſtula blandi
48 Doctores, 49 elementa velint ut diſcere prima.
Sed tamen 50 amoto 51 qværamus ſeria ludo.

mutandâ ſorte, pro ſuo cujuſqve optato. 37 Qvid moras nectitis, çur non diſceditis? 38 Sc. *mutare*, id eſt, nolint illa accipere, qvæ anteà tantopere laudarunt, & malint in conſveto vitæ genere perſeverare. 39 Tamen licet illis ſuâ opinione beatis eſſe, & illa conſeqvi qvæ exoptârunt. Sic Cic. Tuſc 1. *Licuit otioſo eſſe Themiſtocli, licuit Epaminondæ; liceat etiam mihi.* 40 Perverſis illis hominibus iraſcatur. 41 Tàm clementem. 42 Ut ſtultorum illorum hominum preces exaudiat? 43 Ut qvi percurrit & tractat res joculares ad excitandum riſum. 44 Hanc diſputationem breviter explicem, deqve ea dicam. Metaph. eſt ab iter facientibus. 45 Qvid obſtat, qvo minùs, qvi ridet ac jocatur, poſſit etiam verum dicere, & aliqvid ſeriò agere; *vel*, qvid prohibet, qvin à ridente veritas dicatur? Προκατάληψις ad diluendum objectum, qvod potuiſſet fieri de jocularibus omittendis. 46 Interdùm, aliqvando. Eſt hîc temporis indefiniti, ut Græcum ποτέ. 47 Placentæ aut dulciarii partem ſive fruſtulum. 48 Puerorum ingenuorum. 49 Principia ac rudimenta litterarum. Notata eſt hæc Metaph. Od. 24. l. 3. 50 Abjectis jocularibus. 51 Tractemus ſeriò, qvæ-nam hujus levitatis cauſa ſit, qvòd nemo ſuâ ſorte contentus vivat.

52 Ille gravem duro terram qvi 53 vertit aratro,
54 Perfidus hic caupo, 55 miles, nautæq́; 56 per omne
Audaces mare qvi 57 currunt, 58 hac mente 59 laborem
Seſe 60 ferre, 61 ſenes ut in otïa tuta recedant,
Ajunt, cùm ſibi ſint 62 congeſta cibaria: ſicut
Parvula (nam 63 exemplo eſt) 64 magni formica laboris
Ore trahit 65 qvodcunq́; poteſt, atq́; addit 66 acervo,
Qvem ſtruit, haud ignara ac nō incauta 67 futuri.
68 Qvæ, 69 ſimul 70 inverſum contriſtat 71 Aqvarius 72 annum,

52 Agricola. Synecdochica periphraſis agricolæ; atqve ſimilis Proſopopœia primæ, ubi ſermo agricolæ, cauponis, militis & nautæ obliqvè repræſentatur, & producitur uſqve ad hæc verba Poëtæ, *Qvæ, ſimul.* 53 Proſcindit. Sic Virg. Georg. 1. *qvo ſidere terram* Vertere, *Mæcenas*, &c. 54 Hic caupo perjurus, qvi iniqvâ menſurâ multa accumulat. 55 Velut etiam miles, qvi militaribus periculis & laboribus rem facere ſtudet. 56 Lucri gratiâ. 57 Navibus, id eſt, navigant. Virg. 3. Æn. *vaſtumqve cavâ trabe* currimus *æqvor*. Unde Homerus vocat naves *maris eqvos*. Metaphora ab iter terreſtre conficientibus. 58 Hoc conſilio, in hunc finem. Sic Ep. 1. l. 1. *Non eadem eſt ætas, non* mens. 59 Agriculturæ, cauponariæ, militiæ & navigationis. 60 Perferre. 61 Ut ſenes, cùm laborare ampliùs neqveant, vitam tranqvillam vivant. 62 Alimenta, qvibus in ſenectute ſecurè perfruantur, ſibi collecta ſint. 63 Documento. Unde etiam Sacræ literæ Proverb. 6. pigros ad formicam rejiciunt, ut ejus exemplo meliores fiant. 64 Multi, ut qvæ meſſis & æſtatis tempore aſſiduè laborat. 65 Alimentum. 66 Cumulo frugum. 67 Temporis hyemalis, & inediæ, qvæ evenire poterat. 68 Formicâ. 69 Simulac hyems advenerit. 70 Anni tempus in aliam ſpeciem mutatum triſte facit tempeſtate, pluviis & frigoribus, λυπεῖ. Metaph. à re animatâ ad inanimatam. 61 Cœleſte ſignum, qvod Sol 17. Kal. Febr. id eſt, 15. die Januarii, ingreditur. 72 Synecd. eſt totius, pro parte brumalis temporis; ad

Non

Non uſqvam 73 *prorepit, &* 74 *illis utitur* 75 *antè*
Qvæſitis 76 *ſapiens: cùm* 77 *te neq; fervidus æſtus*
78 *Demoveat lucro, neqve hyems, ignis, mare,* 79 *ferrum:*
Nil obſtet tibi, 80 *dùm ne ſit te ditior alter.*
Qvid 81 *juvat immenſum te argenti pondus & auri*
Furtim 82 *defoſsâ* 83 *timidum deponere terrâ?*
84 *Qvod ſi comminuas, vilem redigatur ad* 85 *aſſem,*
86 *At, ni id fit, qvid habet* 87 *pulchri* 88 *conſtructus acervus?*
90 *Millia* 91 *frumenti tua* 92 *triverit area* 93 *centũ,*

Meton. adj. temporis, pro ſubjectis corporibus, qvæ rigor hyemis frigidæ contrahit. 73 Foras ſc. ad alimenta alia conqvirenda. 74 Cibis. 75 Æſtivo tempore acqviſitis. 76 Prudenter. 77 O avare. 78 Ceſſare faciat à lucro qværendo. 79 Neqve enſis ſive arma inſidiantium latronum. Meton.mat. Eſt etiam hîc Aſyndeton. 80 Dummodò. 81 Delectat. 82 In terrâ clam altiùs foſsâ. 83 Anxium & ſollicitum ne amittas, formidantem fures. 84 O Horatî, qvod immenſum pondus auri & argenti ſi qvotidiè demendo & inſumendo minuas, brevi futurum eſt, ut ad unum nummulum & nihilum paulatim redigatur, ideoqve theſaurum meum integrum mihi ſervare volo. Reſponſio eſt avari. 85 Synecd. ſpec. 86 Atqvi, ô avare, niſi pondus auri & argenti comminuitur, inqve uſus neceſſarios inſumitur, perinde habendum eſt, ac ſi eo careres. Horatii replicatio. 87 Utilitatis & boni. 88 A te. 89 Auri argentiqve. 90 Permiſſio eſt, qvâ datur licentia poſſidendi, qvicqvid optaverit avarus. 91 Sc. *mediorum.* 92 Qvamvis triverit; id eſt, per trituram reddiderit, excuſſerit, tuaqve granaria ingentes frumenti acervos contineant. Meton. ſubj. pro adj. tritore, qvi ſegetibus grana in areâ excutit. 93 Innumeros modios. Synecd. fin. pro infin.

Non tuus 94 *hoc capiet venter* 95 *plus, qvàm meus:*
96 *Reticulum panis* 97 *venales inter onuſto* *(ut ſi*
Forte 98 *vehas humero* , 99 *nihilo plus accipias,*
100 *qvàm*
Qvi nil portârit : 101 *vel dic, qvid referat intrà*
Naturæ fines viventi, 102 *jugera centum, an*
Mille 103 *aret ?* 104 *at ſvave eſt ex magno* 105 *tol-*
lere 106 *acervo,* *(linqvas,*
Dum ex parvo nobis 107 *tantundem* 108 *haurire re-*
Cur tua plus laudes 109 *cumeris* 110 *granaria noſtris?*
111 *Ut, tibi ſi ſit opus* 112 *liqvidi non ampliùs* 113 *urnâ,*
Vel 114 *cyatho: & dicas,* 115 *Magno de flumine mallem,*
Qvàm ex hoc fonticulo tantundẽ ſumere; 116 *eò fit;*

94 Non ex hoc, non ideò, διὰ τοῦτο. 95 Plus comedere aut bibere poteris, qvàm ego. 96 Viatorum ſacculum panis plenum retis in modum contextum, panarium, ἀρτοφόρον. 97 Inter ſervos venalitios ſive novitios. Synecd. gen. multa enim ſunt venalia. Eſt præterea Anaſtrophe. 98 Fortes. 99 Cibi aut panis. 100 Qvàm qvivis alius conſervus. 101 Vel reſponde mihi, ô avare, qvid expediat illi, qvi illis, qvibus natura, contentus vivit. 102 Agri. 103 Qvotannis colat. 104 At verò hîc objicies mihi, tamen jucundum eſt, &c. Occupatio eſt ávari per dialogiſmum, cui Poëta reſpondet. 105 Demere. 106 Divitiarum cumulo. 107 Qvantum tu ex magno hauris. 108 Sumere ex parvo acervo concedas. Allegoria eſt è continuis Metaph. à fontibus. 109 Vaſis vimineis, in qvibus frumentum reponere ſolebant. 110 Horrea frumentorum capaciora. 111 Exempli gratiâ. 112 Liqvoris vel aqvæ. Synecd. gen. 113 Menſurâ continente qvatuor congios. 114 Qvi duodecima pars ſextarii. 115 Continuatur dialogiſmus per objecta & eorum diſſolutionem. 116 Ex eo fit.

117 Plenior ut ſi qvos delectet 118 copia 119 juſto,
120 Cum ripâ ſimul 121 avulſos ferat Aufidus acer.
At qvi tantulo eget, 122 qvanto eſt opus, is neqve 123 limo [*undis.*
Turbatam 124 haurit aqvam, neq; vitam amittit in
At 125 bona pars hominum, decepta 126 cupidine falſo, 61
127 Nil ſatis eſt, inqvit: 128 qvia tanti, qvantum habeas, ſis.
129 Qvid facias illi? 130 jubeas miſerum eſſe libenter,
131 Qvatenus id facit; ut 132 qvidam memoratur Athenis

117 Abundantior. 118 Aqvæ. 119 Qvam par ſit, & idcircò malint è flumine bibere, qvàm ex fonte. 120 E qvâ bibunt. 121 Abreptos rapidus ille Apuliæ fluvius auferat ac ſubmergat. Alleg. eſt, per qvam ſignificat, ſæpè evenire, tu, qvi mediocribus facultatibus non contenti ampliores deſiderant, interitum ſibi accerſant. 122 Qvantum ſufficit ad vitam, qvantum natura poſtulat. 123 Cœno. 124 Ex arido rivulo bibit. 125 Maxima. Alia objicit avarus. 126 Vitioſâ cupiditate. 127 Nemo ſatis opum ſibi poteſt acqvirere. 128 Qvia tantus tibi defertur honos, qvantum divitiarum habeas, i.e. divitiarum magnitudine. Unde Juven. *Qvantum qviſqve ſuâ nummorum ſervat in arcâ, Tantum habet & fidei.* 129 Qvomodo illum in viam reducas, qvi in tali ſententiâ eſt? Reſpondet Poëta ad obſtinatam avari cupiditatem, Synecdochicè certæ ac definitæ perſonæ appellatione pro incertâ & infinitâ. 130 Relinqve illum in miſeriâ, permitte, ut per totam vitam ærumnis & laboribus opes qværat, eaſdemq; cuſtodiat. 131 Qvoniam, qvandiu illud unicè ſtudet, ut miſer ſit, poſtqvam tot rationibus non commovetur. 132 Homo, ſc. Timon *μισάνθρωπος*, pecuniâ tamen ſuâ gaudens, aut alter aliqvis homo ſordidiſſimus.

Sordi-

Sordidus, ac dives, 133 populi contemnere 134 voces
Sic ſolitus: 136 Populus me 135 ſibilat; at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac 137 nummos contemplor in arcâ.
138 Tantalus à labris 139 ſitiens fugientia 140 captat
Flumina: 141 qvid rides? mutato 142 nomine 143 de te
Fabula narratur: 144 congeſtis undiqve ſaccis
145 Indormis 146 inhians, & tanqvàm parcere 147 ſacris
148 Cogeris, aut pictis tanqvam gaudere 149 tabellis.
Neſcis 150 qvò valeat nummus? qvem præbeat uſũ?

133 A qvo qvamvis ditiſſimus, propter avaritiam damnabatur. 134 Sermones, convitia. 135 Athenienſis. 136 Explodit. Metaph. à theatricis ſpectatoribus, qvi è ſcenâ explodebant & exſibilabant actores, qvi actione fabulæ & pronuntiatione non ſatisfeciſſent populo. 137 Meos auri argentiqve theſauros. Aliud objectum avari per Proſopopœjam. 138 Reſponſio Poëtæ ad avarum. Tantalus ſitiens captat flumina fugientia à labris. 139 In aqvis. 140 Ore ſuo capere ac bibere ſtudet. 141 O avare, cur hanc fabulam rides? Adeò-ne abſurda & ridicula hæc tibi videntur? 142 Tantali. 143 Qvi rebus omnibus abundas, nec tamen iis uteris, id eſt, hæc fabula, detracto nomine Tantali, in te & omnes avaros convenit. Nam ſicut Tantalus bonis præſentibus uti non poterat, inqve rerum omnium copia eſuriebat, ſitiebat, egebat: ita tu omnibus rebus, ad victum cultumqve neceſſariis, non magis uteris, qvàm ſi omnium eſſes egentiſſimus. 144 Per fas & nefas pecuniâ impletis. 145 Timens, ne per fraudem ſacci evacuarentur. 146 Aperto ore plura avidè captans, etiamſi tot rebus abundes. Metaph. eſt à corpore ad animum. 147 Illis pecuniis tanqvam rebus ſacris, qvas tangere nefas ſit. 148 Ab avaritiâ. 149 Sine ullo illarum fructu aut uſu. 150 Cui rei, & cui uſui deſtinatæ ſint divitiæ?

Panis 151 *ematur olus, vini* 152 *ſextarius*; 153 *adde,*
Qveis humana ſibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesqve, dieſqve
Formidare malos fures, 154 *incendia,* 155 *ſervos,*
156 *Ne te compilent fugientes,* 157 *hoc juvat? horum*
Semper ego optârim 158 *pauperrimus eſſe bonorum.*
159 *At ſi condoluit* 160 *tentatum frigore corpus,*
Aut alius 161 *caſus lecto te affixit,* 162 *habes qui*
163 *Aſſideat,* 164 *fomenta* 165 *paret, medicum* 166 *roget, ut* 167 *te*
168 *Suſcitet, ac* 169 *reddat* 170 *natis, cariſq; propinqvis.*

151 Illis nummis. 152 Continens cyathos 12. qvos unâ hauſiſſe cœnâ honeſtè bibenti ſatis erat. 153 Qvibus adjunge reliqva illa omnia, qvæ negata ſint, id eſt, qvibus carendum ſi ſit, humana natura interire cogatur, ut ſunt omnia, qvibus frigus & fames depellitur. 154 Ædium conflagrationes. 155 Neqvam. 156 Ne aliqvid convaſantes, & protinùs fugientes te ſpolient, tuaqve furentur. *Compilare* eſt pilos convellere; & ſic fraudare furto, ut ne pilus qvidem in ſpoliati corpore relinqvatur. 157 An hoc te delectat, ut ſemper timeas & ſollicitus ſis? 158 Egò optarem his bonis maximè carere, qvàm maximè abundare, unde nulla mihi utilitas, ſed anxietates & ærumnæ meræ. 159 Occupatio eſt objecti ab avaro, qvæ ſimul enunciatur facere per Ironiam: atqve pòſt apertè explicatur ad hæc verba: *Non uxor ſalvum*, &c. 160 Læſum, malè affectum. Sic alibi, *tentari morbo*. Cic. 4. Tuſc. *Animi valentes morbo* tentari *poſſunt*. 161 Morbus in lectum te dejecit. Al. *afflixit*. 162 Ironicè hæc ſunt intelligenda. 163 Propè lectum tuum ſedeat. 164 Qvi ægroto corroborantia nutrimenta præparet. 165 Tà *paret*, *roget*, *ſuſcitet*, ſimiliter ſonant in clauſulis membrorum per Epiſtrophen. 166 Muneribus promiſſis obſecret. 167 Jacentem. 168 È lecto. 169 Reſtituat te ſanum morbo mortiqve ereptum. 170 Qvi-

171 *Non*

171 Non uxor ſalvũ te vult, 172 non filius omnes
Vicini 173 oderunt, noti, pueri atqve puellæ.
Miraris, cùm tu 174 argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, qvem non merearis, amorem?
175 At ſi 176 cognatos, nullo natura labore
Qvos tibi dat, 177 retinere velis, 178 ſervareq; amicos,
Infelix operam perdas: ut ſi qvis 179 aſellum
180 In campo doceat 181 parentem currere frenis?
Deniqve ſit finis 182 qværendi: cumqve habeas 183 plus,
Pauperiem metuas 184 minùs, & finire 185 laborem
Incipias, 186 parto qvod avebas: nec facias, qvod
187 Ummidius qvidã (non longa eſt fabula) 188 dives
Ut 189 metiretur nummos; ita ſordidus, ut ſe
Non unqvam ſervo meliùs veſtiret, ad uſqve
Supremum 190 tempus, ne ſe penuria victus

cus te propemodùm morbus ademerat. 171 O avare, longè erras: non ita tui ergà te affecti ſunt: nam omnes mortem tuam optant, nec qviſqvam ſalvum te vult. 172 Anaphora. 173 Nunqvam à morbo liberari exoptant. 174 Poſtponas, minoris facias, qvàm pecuniam. Tmeſis. 175 Si velis, ô avare, cognatos & amicos tuos in amicitiâ retinere ſine ullis in eos meritis ac officiis, certè opinio iſta te multùm fallit. 176 Conſangvineos tuos. 177 In amicitiâ & benevolentiâ erga te. 178 Et benevolos tibi conſervare. 179 Naturâ tardum & ignavum, id eſt, indocilem docere. 180 In ſtadio & certo curriculo. 181 Obedientem frænis, id eſt, frænatum. 182 Divitias, id eſt, divitiarum cupiditati finem facito, utere qvæſitis, & miſer eſſe deſine. 183 Divitiarum, qvàm antè habebas. 184 Qvàm olim. 185 Ærumnas tuas. 186 Cùm illud pepereris & conſecutus fueris, qvod avidè cupiebas. 187 Fecit. 188 Qvi adeò dives fuit. 189 Non numeraret, propter infinitam multitudinem. 190 Ad extremum tempus vitæ ſuæ. Sic Ep. 4. l. 1. *Omnem crede diem tibi*

191 Opprimeret, metuebat: at hunc 192 Liberta ſecuri
Diviſit 193 medium, 194 fortiſſima Tyndaridarum.
195 Qvid mî igitur ſvades? ut vivam 196 Mænius? aut ſic,
197 Ut Nomentanus? Pergis 198 pugnantia ſecum
Frontibus adverſis componere: non ego, avarum
Cùm veto te fieri, 199 vappam jubeo ac 200 nebulonē:

diluxiſſe ſupremum. 191 In ſenectute. 192 Ejus ſive uxor, ſive concubina fuerit. 193 Per medium diviſit, id eſt, in duas partes ſecuit. Virg. Æn. 9. *Et mediam ferro gemina inter tempora frontem Dividit.* 194 Ac ſi fuiſſet Tyndari filiarum fortiſſima, & altera Clytemneſtra. Nam ſicut Clytemneſtra Agamemnonem maritum ſuum, è bello Trojano reverſum, adjuvante adultero Ægyſtho, ſecuri interemit; ita hæc Numidium maritum ſuum. Synecd. gen. pro Clytemneſtrâ. Nam Caſtor, Pollux & Helena Tyndaridæ fuerunt. 195 Qvid igitur me vis facere, ô Horati, qvia tu res meas cuſtodire vetas. Loqvitur avarus. 196 Homo luxurioſus & prodigus, qvi omne patrimonium ſuum prodegit. 197 Ut ille alter nepos omnia ſua bona profundens: qvia enim parcus eſſe non debeo, neceſſe eſt ut ſim prodigus. 198 Perſeveras res contrarias, & qvæ adverſis frontibus ut medium & extremum inſtar gladiatorum inter ſe pugnant, conjungere, & liberalitatem cum luxuriâ confundere, & pro uno atqve eodem ſtatuere. Translatum eſt hoc à pari gladiatorum, qvi inter ſe committuntur pugnaturi, ad repugnantiam ſententiarum judicandam. 199 Non eo nomine jubeo te fieri fatuum, hominem ſordidum, avarum. *Vappa* eſt vinum corruptum, qvod ſaporem perdidit & bonitatem. Metaphora ergò eſt à vino vitiato & perdito. Sic Cat. *ſatis-ne cum iſto* Vappâ *frigora & famem tuliſti?* 200 Hominem neqvam, omnia profundentem. Metaph. à nebulis & vaporibus ſtatim evaneſcentibus, ad notandam hominis ἀχρηστίαν, id eſt, inutilem bonorum profuſionem.

Eſt

Eſt inter 201 Tanaim qviddam, ſocerumq́ Viſelli.
202 Eſt modus in rebus, ſunt 203 certi deniq́ 203 fines,
204 Qvos ultrà, citràq́ neqvit conſiſtere rectum.
205 Illùc, unde abii, redeo: 206 nemon', ut avarus
207 Se probet, ac potiùs laudet 208 diverſa ſeqventes?
Qvodq́ aliena capella gerat 209 diſtentius uber,
210 Tabeſcat? neqve 211 ſe 212 majori 213 pauperiorū
Turbæ comparet? 214 hunc atq́ hunc ſuperare 215 laboret?

201 Eſt aliqvid medium, multùm intereſt inter Mæcenatis libertum, ſpadonem ſc. & ſocerum Viſellii hernioſum, ſc. homo ſanus intermedius eſt; ita inter avaros & luxurioſos, liberales. Synecd. ſpe. pro qvolibet ſpadone & hernioſo. 202 Eſt mediocritas, μέτρον, μέσον in rebus humanis. 203 Definiti termini ſive limites. Alleg. eſt è continuatis Metaph. à Geometris, qvi terras ſuis dominis, prædia circumſcribunt terminis, atqve limitibus definiunt certis. 204 Suprà & infra qvos fines τὸ ὀρθὸν ſive qvicqvid conveniens eſt, non poteſt conſiſtere, ſed vel ad exceſſum, vel ad defectum degenerare. 205 Sed poſt longam diſputationem, qvam de avaris habui, eò, unde digreſſus ſum, reverto, qvid cauſæ ſit, ut nemo ſorte ſuâ contentus vivat. Alleg. eſt à viatoribus ad repetitionem intermiſſæ qvæſtionis indicandæ. 206 Siccine ſit, ita-ne comparatum eſt, ut nemo avarus ſuam vitæ conditionem approbet, *Vel*, bona ſua æſtimet, & judicet ſe ſatis divitem eſſe conditionis ſuæ. 207 Meton ſubj. pro bonis ipſius avari, qvorum non conſiderat quantitatem, nec cum rebus tenuiorem comparat. 208 Vitæ genera & ſtudia. 209 Grandius, id eſt, qvòd aliqvis alius majores & ampliores facultates habeat. 210 Ut proptereà invidiâ & mœrore contabeſcat, maceretur? Metaph. à laborantibus phthiſi & tabe ad vim invidiæ notandam. 211 Suas facultates. 212 Qvæ major eſt, qvàm turba divitum. 213 Sed cum ditioribus, qvos aſſiduè ſuperare contendit. 214 Ditiorem. Epizeuxis. 215 Qvi fit, ut ſtu-

 216 Sic

216 Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat.
Ut, cum carceribus 217 miſſos rapit 218 ungula currus
219 Inſtat eqvis auriga ſuos vincentibus; illum
220 Præteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit, 221 ut rarò, qvi ſe vixiſſe 222 beatum
Dicat, & 223 exacto contentus tempore vitæ
224 Cedat, uti conviva ſatur, reperire qveamus,
225 Iam ſatis eſt: ne me 226 Criſpini 227 ſcrinia Lippi
228 Compilâſſe putes, 229 verbum non ampliùs addā.

deat. 216 Ad hunc modum avaro ſummo ſtudio, nitenti divitias divitiis cumulare, alius ipſo ditior eſt impedimento, qvò minus bonis ſuis contentus eſſe poſſit. 217 Emiſſos ex carceribus, id eſt, repagulis ſeu ſeptis apertis, qvibus eqvi à curſu, donec ſignum daretur, arcebantur. 218 Eqvorum, id eſt, eqvi qvi præditi ſunt ungulis ſolidis ac perpetuis celerrimè trahunt currûs in certaminibus Olympicis. Synecd. memb. pro integ. 219 Tunc auriga inſeqvitur proximè eqvos illos, qvi ſuos eqvos curſu prævertunt. 220 Illum eqvum, qvem præteriit, curſu ſuperavit, non exſpectans, ſed contemnens, & inter poſteriores eqvos currentem: eodem modo avarus illos, qvi ſe divitiis antecellunt, ob oculos ponit, & vincere ſtudet, intereà pauperiores infrà ſe non reſpicit. 221 Ut rarò qveamus reperire aliqvem, &c. 222 Conditione ſuâ contentum. 223 Finito. 224 E vita migret, ut conviva è convivio exſaturatus decedit. 225 De avaris dictum. 226 Philoſophi Stoici. 227 Librorum arculas ſive capſas. Synecd. gen. Vel *ſcrinia*, id eſt, libros qvi in ſcriniis reponuntur. Met. ſubj. 228 Furatum eſſe, & illinc hanc de avaris loqvacitatem mutuatum eſſe. Metaph. à rebus furtivis ad doctrinam ſurreptitiam notandam. 229 Finem faciam.

SATYRA II.

Exemplis dictum illud confirmat : *Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.* Inſanas qvorundam circà adulteria libidines inſectatur.

1 *Ambubajarum collegia, 2 pharmacopolæ,*
3 Mendici 4 mimæ, 5 balatrones: 6 hoc genus omne
Mœſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte 7 Tigelli.
Qvippe 8 benignus erat: contrà 9 hic ne prodigus eſſe
10 Dicatur, metuens, 11 inopi 12 dare nolit amico,
13 Frigus qvo 14 duramqve famem depellere poſſit.
15 Hunc ſi 16 perconteris, avi cur atqve parentis

1 Conventus infamium atqve impudicarum mulierum tibicinarum, ebrietate balbutientium. 2 Ungventarii, venenarii, unctores olim rerum vilium oſtentatores erant, & populo verba dabant. 3 Aſſentatores, homines egentes, qvi ſtipem flagitant. 4 Hiſtriones, funambuli, *παρὰ τὸ μιμεῖσθαι*, id eſt, *ab imitando* mores aliorum, geſtûs dicta & facta. 5 Homines luxurioſi & perditi Servilii Balatronis ſimiles. 6 Hominum. 7 Muſici peritiſſimi & vocis eximiæ. Ergà hos omnes beneficus & liberalis. Ironia. Unde Tigellius intelligitur perditus ac profuſus nepos, qvi hominibus inhoneſtis largè & profusè ſua donaret. 9 Tigellius eſt alius, ſc. avarus, metuens, ne, &c. 10 Ab aliis. 11 Egeno. 12 Aliqvid. 13 Unde victum & amictum haberet. 14 Miſeram & immitem. Metaph. eſt a ſolido corporis tactu. 15 Tigellium, vel alium, ſc. prodigum. In *hic* & *hunc* eſt Polyptoton. 16 Interroges, diligenterqve inqviras. Metaph. à nautis, qvi conto & bolide maris altitudinem explorant.

17 Præclaram 18 ingratâ 19 ſtringat 20 malus 21 ingluvie 22 rem,
Omnia 23 conductis coëmens 24 obſonia nummis:
25 Sordidus, atqve animi qvòd 26 parvi nolit 27 haberi,
Reſpondet: 28 laudatur ab his, culpatur ab 29 illis.
30 Fuſidius 31 vappæ famam timet, ac nebulonis,
Dives agris, dives poſitis in 32 fœnore nummis:
33 Qvinas hic 34 capiti mercedes exſecat: atqve
Qvantò 35 perditior qvisqve eſt; 36 tantò acriùs urget.

17 Ampliſſimum patrimonium, fortunas à majoribus ſibi relictas. 18 Hæredibus, viriſqve bonis. 19 Conſumat, diminuat, amputet, & in anguſtum adducat, ut ad aſſem tandem, ut in faſciculum minutum, redigatur. Metaph. à meſſoribus, qvi demeſſas ſegetes in manipulos & faſciculos colligunt. 20 Κακὸς, tanqvam profuſus. 21 Voracitate, ſatietate. 22 Synecd. gen. 23 In uſuram acceptis, pro qvibus merces ſolvitur. 24 Delicata fercula. 25 Illiberalis, avarus. Metaph. ab immunditie corporis ad animum avariâ fœdatum & maculatum. Prætereà eſt imperfecta & obliqva Propoſopœia & prodigi & avari. 26 Puſilli, μικρόψυχος. 27 Ab aliis. 28 Eoqve nomine à ſcurris ac nebulonibus tanqvam liberalis laudatur. Symploce eſt in eodem ſono ad initia & clauſulas utriuſqve ſententiæ. 29 Contrà ab amicis viriſq; bonis tanqvã avarus culpatur. 30 Avarus ille fœnerator. 31 Hominis inſulſi prodigiq;.vid. Satyr. I. 32 Fructu & proventu uſurario. Metaph. à pecorib. 33 Hic fœnerator atrociſſimus ſingulis menſibus qvinqve uſuras à ſorte & capitali ſumma exigit, qvæ uſura intolerabilis ſingulis viginti menſibus ſortem exæqvat. Moris autem erat, ſub finem menſis uſuras exigere. 34 Forti, τῷ κεφαλαίῳ. Metaph. 35 Luxurioſior, & ἀσωτότερος. 36 Tantò graviores ab ipſo uſuras ſolvendas

37 *Nomina*

37 Nomina 38 ſectatur, modò ſumtâ 39 veſte virili,
Sub patribus 40 duris 41 tironum: 42 Maxime, 43 qvis non,
Jupiter, exclamat, ſimul atqve 44 audivit? 45 at in ſe
46 Pro qvæſtu ſumtum facit 47 hic, vix credere 48 poſſis,

impellit. 37 Meton. adj. pro debitoribus futuris, à qvibus qværunt fœneratores, an velint nummos conducere & nomina facere. 38 Qværit debita adoleſcentium, ſtudetqve ut junioribus fœneretur, qvi ex ephebis egreſſi, virili veſte ac togâ modò ſumtâ, ſub patribus avaris, qvi nihil ſuppeditare volunt, vivunt. 39 Synecd. gen. pro togâ: & Meton. adj. pro adoleſcentibus, qvi nunc primùm 17. annos attigerunt. 40 Auſteris, præparcis. Metaph. 41 Non militiæ tantùm, ſed & cujuſcunqve artis aut profeſſionis initium, primaſqve actiones, *tirocinium* appellamus, & *tirones*, qvi rem ipſam aggreſſi, in principiis adhùc hærent. Hinc igtur *tirones* etiam dicti, qvi jam maſculi effecti, poſitâ prætextâ, ac ſumtâ virili togâ, anno ætatis 17. deſertis pueritiæ ſtudiis, forenſes actiones auſpicabantur. 42 O maxime Jupiter, cur non perdis iſtum Fufidium, tàm ſceleratum fœneratorem? 43 Hîc obliqvè inducitur qvidam, qvi commotus intolerabili fœneratione invocat Jovem contrà iniqvitatem fœnoris. 44 Hæc tàm inaudita in Rep. Romanâ fieri. 45 Sed dices fortaſſe mihi, qvod Fufidius in uſum ſuum, ſuum victum & amictum pro qvæſtûs magnitudine ſumtum facit: ut, qvò plura acqvirat, eò etiam liberaliùs & ſumtuoſiùs vivat. Occupatio eſt. 46 Secundùm, juxtà. Ita eleganter uſurpatur hæc Præpoſitio in deſignandâ modi & qvantitatis convenientiâ. Cic. *Nemo fuit, qvi non me* pro *tuis opibus in illa tempeſtate defenderit.* Sic Qvintil. dicit, *pro noſtrâ facultate & viribus.* 47 Infirmat & removet, qvod objectum fuerat. 48 Qvi

49 Qvàm ſibi non ſit amic᷒: ita, ut 50 pater ille, Terenti
51 Fabula qvem miſerum 52 nato vixiſſe 53 fugato
Inducit, non 54 ſe pejus cruciaverit, 55 atqve hic.
56 Si qvis nunc 57 qværat, 58 qvò res hæc pertinet: 59 illùc,
Dùm 60 vitant ſtulti vitia, in 61 contraria currunt,
62 Malthinus tunicis 63 demiſſis ambulat: 64 eſt
Ingven ad obſcœnum ſubductis uſq; facetus: (qvi
65 Paſtillos Rufillus 66 olet, Gorgonius 67 hircum,

cunqve hæc mihi objicis. 49 Qvàm hic Fufidius ſibi infenſus ſit, dum per extremas ſordes ſuum ipſius genium defraudat. 50 Menedemus. Synecd. gen. 51 Terentii comœdia Heautontimorumenos. 52 Cliniâ filio. Synecd. gen. 53 Qvod nimiâ duritiâ ſuâ filium à ſe in Aſiam proficiſci compulerit. 54 Aſperè vivendo, & duriter laborans, qværens, parcens, gnato ſerviens: unde & fabulæ nomen, Ἑαυτὸν τιμωρούμενος, id eſt, *ſe ipſum puniens.* 55 Qvam hic fœnerator Fufidius. 56 Interrogatio cum reſponſione. 57 Ex me Horatio. 58 Qvorſum hæc de Tigellio & Fufidio à me dicta ſint. 56 Illi reſpondebo, eò hæc pertinere. 60 Fugiunt. 61 Vitia corruunt, id eſt, dum nolunt in avaritiæ crimen incidere, in contrarium, ſc. prodigalitatem, incidunt, & contrà. 62 Mollis ille & delicatus eqves Romanus. 63 Longis talaribus, ad talos, ad terram uſqve deorsùm miſſis. Fœminarum autem, non virorum eſt, ad talos uſqve veſtem demitere. Qvare & apud Græcos probro ducebatur. 64 Eſt alius qviſpiam, qvi ambulat tunicis uſqve ad clunes ſursũ ductis atqve elevatis & brevibus, qvibus vix obſcœnæ corporis partes teguntur, movens riſum & facetus videri volens. *Facetus* eſt, qvi facit verbis qvod vult, dùm narrat fabellas, reſqve ludicras & jocoſas recitat ad curas depellendas. 65 Trochiſcos, id eſt, maſſas ac globulos in formam panis redactos, ex qvibus ſvaves odores efflantur. 66 Sic Ep. 19. l. 1. Vina *ferè dulces* oluerunt *manè Camœnæ.* Ter. Adeph. olet ungventa *de meo.* 67 Tetrum hirci odorem, ob ſordes & ſqvalorem. Meton.

68 Nil

68 *Nil medium eſt. Sunt, qvi nolint* 69 *tetigiſſe, niſi* 70 *illas,*
Qvarum 71 *ſubſutâ* 72 *talos tegat* 73 *inſtita veſte:*
Contrà, alius 74 *nullã, niſi* 75 *olenti in* 76 *fornice ſtantem.*
Qvidã 77 *notus homo cùm exiret* 78 *fornice,* 79 *Macte*
Virtute eſto, 80 *inqvit ſententia dia Catonis.*
Nam ſimul ac 81 *venas inflavit* 82 *tetra libido,*
83 *Hùc juvenes æqvum eſt* 84 *deſcendere, non alienas*
85 *Permolere uxores. Nolim laudarier, inqvit,*

ſubj. 68 Nulla apud hos mediocritas eſt, tantùm in defectu aut exceſſu verſantur. 69 Ullam matronam. 70 Matronas. 71 Ad veſtem candidam aſſuta. 72 Pedes. 73 Limbus ſeu lata faſcia prætextæ. 74 Amare ſive tetigiſſe velit. 75 Meretricem in olido & fœdo lupanari publicè proſtantem, verſantem. 76 Lupanari. Juv. Sat. 3. *& ſedeant hìc Lenonum pueri, qvocunqve in* fornice *nati.* Synecd. gen. *Fornix* propriè eſt qvodvis opus & ædificium concameratum. 77 In hac Republicâ. 78 E lupanari. 79 Magis aucte. Hæc phraſis locum habet præcipuè in approbatione facti, laudatione & cohortatione ad incrementum virtutis, qvâ dùm Cato dicitur hîc abuſus, σατυρικῶς mordetur. Metaph. à mactantibus victimas, qvi præter hoſtiam aliis etiam rebus aras cumulabant, qvod erat magis auctas facere: ubi eſt imperfecta Proſopopœia Catonis, cujus hic ſermo leviter repræſentatur ad exeuntem è fornice. 80 Inqvit divinâ virtute præditus Cato Cenſorius. Meton. adj. Cato enim Cenſorius, cùm virum honeſtum è fornice egreſſum vidiſſet, illum laudavit, tanqvam qvi ſine adulterio libidinem expleret. 81 Virilium membrorum. 82 Fœda Veneris libido. 83 In lupanar. 84 Qvia Subura, ubi meretrices proſtabant, erat in declivi inter Eſqvilias & Viminalem. 85 Violare, μοιχεύειν. Metaph.

86 Sic me, 87 mirator 88 cunni Cupiennius albi.
89 Audire eſt operæ pretium, 90 procedere rectè
Qui mœchis non vultis, 91 ut omni parte laborent:
Utqve illis multo corrupta dolore voluptas,
92 Atq; hæc rara cadat dura inter ſæpè 93 pericla.
94 Hic ſe præcipitem tecto dedit: 95 ille flagellis
Ad mortem cæſus: 96 fugiens hic decidit 97 acrem
98 Prædonum in turbam: dedit hic 99 pro corpore nummos:
Hunc 100 perminxerunt calones: qvin etiam illud
Accidit, ut 101 cuidam teſtes 102 caudamq; ſalacem
103 Demeteret 104 ferrum: 105 jure omnes: 106 Galba negabat.

eſt à molitoribus. 86 Ut ille à Catone laudatus fuit, potiuſqve ad matronas commeare vellem. 87 Amator matronæ veſtitu albo amictæ. Propert. *Non ego ſum formæ* mirator *honeſtæ.* 88 Synecd. mem. pro integ. matronâ. 89 Conſiderare, ô cives Romani. 90 Neqvitiam & adulteria ſua ex animi ſententiâ ſuccedere, i.e. qvi mœchos odiſtis. Metaph. eſt à viatoribus. 91 Qvomodo omnibus periculis, omnibus malis premantur, qvæ patiantur. 92 Utqve hæc voluptas infreqvens contingat. 93 Famæ & vitæ. 94 Hic adulter à tecto in ſubjectam terram ſe præcipitavit, ut inſeqventes effugeret. In *hic*, *hunc*, *ille*, *illud* eſt Polyptoton. 95 Alter in adulterio deprehenſus. 96 Crudelem maritum. 97 Immanem. 98 Qvi noctis tempore platéas obſident, & prætereuntes ſpoliant. 99 Ne caſtraretur, *vel*, pro vitâ redimendâ. 100 Servi militum comprehendentes conſtuprarunt, muliebria pati ſive γυναικίζεσθαι coëgerunt. 101 Mœcho deprehenſo. 102 Viri membrum petulans. Metaph. eſt à beſtiis ad homines 103 Præſecaret, abſcinderet. Metaph. à meſſoribus. 104 Cultellus ferreus. Meton. mat. 105 Omnes jure factum id eſſe dicebant. 106 Servius Galba, Ju-

107 *Tutior*

107 Tutior at qvantò merx eſt in claſſe 108 ſecundâ!
Libertinarum dico: 109 Salluſtius in 110 qvas
Non minùs inſanit, qvàm qvi 111 mœchâtur. 113 at hic ſi,
113 Qvà res, qvà ratio ſvaderet, 114 qvaq; modeſtè
Munifico eſſe licet, vellet bonus atqve benignus
Eſſe; daret qvantum 115 ſatis eſſet; 116 nec ſibi damno
Dedecoriq; foret: verùm hoc ſe amplectitur 117 uno,
Hoc amat, hoc laudat: 118 Matronam nullam ego tango,

riſconſultus & adulter, negabat id jure factum eſſe, qvòd cauda ſalax alterius adulteri ferro demeteretur. 107 Melior voluptas. 108 Ordine mulierum altero. Metaph. à nauticâ diſciplinâ, ubi ſunt multi navium ordines. Ita primum populus Romanus in qvinqve claſſes fuerat diſtributus à Servio Tullio, ut ſcribit Liv. 1. ut diceretur homo primi, vel ſecundi, vel tertii censûs. Ad hunc modum Poeta facit tres ordines mulierum. 1. matronarum, vel ſtolatarum. 2. Libertinarum. 3. Ancillarum: qvarum prima indicat matrem familiâs: ſecunda concubinam patroni, qvæ ipſi miniſtrabat, tertia meretricem. 109 Alius Salluſtius hic intelligendus eſt, qvàm Salluſtius hiſtoricus: nam temporum ratio repugnat. 110 Libertinas. 111. Ingenuam alterius conjugem ſive matronam adulterat. 112 Sed hic Salluſtius ſi vellet bonus & liberalis eſſe. Eſt hîc Epanorthoſis qvædam. i.e. ſermonis antecedentis correctio, & exclamatio meliùs conſulentis 113 In qvantum, qvatenùs illud facultates ſuæ, qvatenus illud prudentia ſuaderet. Anaphora. 114 Et qvatenus eum liberalem eſſe decet, idqve modeſtè, ne in profuſionis vitium incideret. 115 Ad liberalitatem oſtendendam, nec patrimonium ſuum prodigeret. 116 Neqve ſimul cum opibus ſuis honeſti viri nomen perderet. 117 Hâc re ſolâ ſibi placet, ob hoc unum ſe vehementer amat & laudat, qvòd reſpondit. &c. Anaphora. 118 Ego Libertinarum tan-

Ut

Ut qvondam 119 *Marſæus amator* 120 *Originis,* 121 *ille,*
Qvi 122 *patrium* 123 *mimæ donat fundumq;* 124 *laremqve*
125 *Nil fuerit mi* (126 *inqvit*) 127 *cum uxoribus unqvam alienis.* [*unde*
128 *Verum eſt* 127 *cum mimis, eſt cum* 127 *meretricibus*
129 *Fama malum gravius, qvàm res, trahit:* 130 *tibi abundè*
Perſonam ſatis eſt, non illud 131 *qvicqvid ubiq;*
Officit, evitare? bonam deperdere famam,
Rem patris 132 *oblimare, malum eſt ubicunqve:* 133 *qvid inter*
Eſt, in matronâ, ancillâ, 134 *pecceſ-ne* 135 *togatâ?*
Villius in 136 *Fauſtâ, Syllæ* 137 *gener* [*hoc miſer uno*

tùm ſectator ſum. 119 Fecit. 120 Nobilis meretricis. 121 Marſæus. 122 Agros paternos. 123 Nobilis meretricis. 124 Et domum. Meton. adj. idoli pro domo. 125 Rei. 126 Marſæus, libidinem ſuam excuſare ſtudens. 127 Anaphora. 128 Verùm contrà res tibi eſt, reſpondet Horatius. 129 Honeſta tua exiſtimatio majus damnum perſentit, qvàm opes facultates tuæ. 130 An verò ad honeſtam famam tuendam ſufficere videtur, matronæ perſonam evitare, & in aliis mulieribus id idem damnum experiri? 131 Qvicqvid ex ſuâ naturâ nocet, malum eſt: qvalis eſt mima & libertina meretrix. 132 Patrimonium à patre relictum conſumere, paulatim imminuere: verbum eſt à limâ deductum, vel limo. Metaph. enim eſt ab aqvis ſtagnantibus, unde gignitur limus, cujus humore nimio ſegetes ſeneſcunt, ac tandem intereunt. 133 Qvid refert? 134 Rem & famam tuam deperdas. 135 In meretrice, vulgo expoſitâ, qvæ toga utebatur, ut à matronis ſtolatis diſtingveretur. 136 Syllæ nobilis viri filia, qvam ſtuprabat. 137 Non gener reverà, ſed ita appellatus, qvod Syllæ filiam

138 *Nomi-*

138 *Nomine deceptus*] *pœnas dedit uſq; ſuperqve,*
Qvàm ſatis eſt, pugnis cæſus, 139 *ferroqve petitus,*
Excluſus 140 *fore, cùm* 141 *Longarenus foret intùs.*
142 *Huic ſi* 143 *mutonis verbis* 144 *mala tanta videntis*
Diceret hæc 145 *animus;* 146 *Qvid vis tibi? nunqvid ego à te*
147 *Magno prognatum depoſco conſule cunnum,*
Velatumqve 148 *ſtolâ,* 149 *mea cùm conferbuit ira?*
150 *Qvid reſponderet* 151 *Magno patre nata puella eſt,*
At qvantò 152 *meliora monet,* 153 *pugnantiaqve iſtis,*
Dives 151 *opis natura ſuæ? ſi tu modò* 154 *rectè*
Diſpenſare velis, ut non fugienda petendis
155 *Immiſcere;* 156 *tuo vitio, rerum-ne labores,*

ſtupraſſet. 138 Hanc unam ob cauſam, qvod nobilis viri filiam & matronam appeteret: vel, *hoc nomine*, ſc. Fauſtæ, qvam Fauſtam ſibi eventuram ſperabat Villius, proſperi nominis omine blanditus ſibi. 139 Ferreis armis. Meton. mat. 140 Foribus, domo & cubiculo. Synecd. partis. 141 Maritus. 142 Villio. 143 Ex verbis virilis membri. 144 In qvæ Villius incidit, dùm matronas ſectatur. 145 Ratio. 146 Qvid qværis, dùm adeò furioſo impetu matronas ſectaris? Perfecta hîc eſt Proſopopœia, ubi animus Villii mœchi, nomine Mentonis, ſic conqveritur cum ipſo Villio, ſe non appetere difficilem Venerem. 147 Matronali veſtu tectum. 148 Cùm mea Veneris prurigo in me incaluit? 149 Villius. 150 Sylla. Epanorth. eſt Poëtæ contrà reſponſionem Villii ad animum mutonis patronum. 151 Qvàm tu, ô Villi. 152 Pravis concupiſcentiis contraria. 153 Suarum facultatum, & horum, qvæ uſus exigit. 154 Cum ratione illas naturæ opes erogare, id eſt, vivere. 155 Non confundere. 156 Nihil intereſſe putas, malâ-ne concupiſcentiâ & animi morbo, an verò rerum penuriâ detinearis? Dùm matronas ſtuprare ſtudes, cum voluptatem Veneris licitis modis exple-

Nil

Nil referre putas? qvare, ne, 57 *pœniteat te,*
Deſine 158 *matronas ſectarier:* 159 *unde laboris*
Plus haurire mali 160 *eſt, qvàm ex* 161 *re decerpere* 162 *fructûs,*
163 *Nec magis huic inter niveos virideſqve* 164 *lapillos,*
[165 *Sit licet hoc, Charinte,* 166 *tuum) tenerum eſt femur, aut crus*
Rectius, 167 *atqve etiam melius perſæpè togatæ.*
Adde hùc, qvòd 168 *mercem* 169 *ſine fucis* 170 *geſtat, apertè (neſti eſt,*
Qvod venale habet, 171 *oſtendit; nec, ſi qvid* 172 *ho-*

re poſſis, tuoqve vitio appetis vetita, cùm licita, qvæ idem tibi præſtare poſſent, in promptu tibi ſint. Communicatio eſt poëtæ cum Villio. 157 Stultitiæ tuæ. 158 Aliorum conjuges 159 Ex qvibus matronis. 160 Licet accipere. Metaph. ab aqvis. 161 Amore. 162 Jucunditatis & utilitatis conſeqvi. Metaph. à plantis. 163 Neqve enim femur magis tenerum aut crus rectius eſt huic matronæ nobili & ſtolatæ, qvam deperis, qvàm togatæ. 164 Uniones, margaritas ac ſmaragdos, qvibus expolitur. Synecd. gen. 165 Apoſtrophe ad Cerinthum puerum formoſum, & ſimul Occupatio eſt: *Vel, ſi τὸ licet* eſt verbum, Conceſſio erit. 166 Ut ſc. eximia tua forma hujuſmodi ornamentis commendetur, *Vel*, uniones & ſmaragdos geſtare. 167 Qvin etiam ſæpiſſimè femur plebejæ ancillæ formoſius eſt. Correctio argumenti proximi. 168 Corporis ſui. Alleg. eſt è continuatis Metaphoris à mercatoribus, qvi merces ſuas interpolatas fallaces & fucoſas exponunt, ut meretrices ſua corpora. 169 Sine ullo lenocinio, qvo matronæ ſæpè turpiſſimos corporis nævos occultant. 170 Togata ſive mercenaria venalem geſtat. 171 Detegit. 172 Pulchri, καλοῦ in ſuo corpore eſt.

173 *Iactat, habetqve palàm, 174 qværit qvo turpia celet.*
Regibus hic mos eſt; ubi eqvos mercantur, 175 opertos
Inſpiciunt: ne, ſi 176 facies (177 ut ſæpè) decora
178 *Molli fulta pede eſt, emtorem 179 inducat hiantẽ,*
180 *Qvòd pulchræ 181 clunes, breve qvòd caput, 182 ardua cervix.*
183 *Hoc illi rectè, 184 ne corporis optima 185 Lynceis*
Contemplère oculis: 186 Hypſææ cæcior, illa,
Qvæ mala ſunt 187 ſpectes: 188 ô crus, ô brachia: 189 verùm

173 Nec illud venditat, omniumqve oculis conſpiciendum oſtentat, qvod faciunt matronæ. 174 Nec togata qværit illud, qvomodo illa, qvæ in corpore turpia ſunt, abſcondat celetqve amatores. 175 Non nudos, ſed aliqvo ſtragulo tectos. 176 Egregius corporis eqvorum habitus. 177 Contingere ſolet. 178 Debili ac tenerâ ungulâ ſuſtentata eſt. 179 Seducat, decipiat emtorem eqvum emendi cupidum, more piſcis hiantis hamo, qvod accideret, ſi emeret eqvum apertum. 180 Anaphora eſt. 181 Ipſis ſint. 182 Erecta. 183 Hoc illi reges ſapienter faciunt. 184 Ne corporis partes venuſtiſſimas in eqvo cernas. 185 Acutiſſimis tuis oculis, qvales habuit Lynceus, Apharei filius, qvi etiam per arboris truncos, & per terram, uſqve ad inferos videre potuiſſe dicitur. Metaph. à Lyncè, ferâ viſûs acutiſſimi. Cic. *Qvis eſt tàm* Lynceus, *qvi in tantis tenebris nihil offendat?* 186 Muliere, vitioſos oculos habente, id eſt, cæcis oculis. 187 Ne intuearis illa, &c. 188 O crus tenerum, ô brachia candida. Exclamatio eſt admirantis partes togatæ. 189 Exclamatio eſt ejuſdem qvædam improbantis in togatâ. Verùm hoc contra reprehendendum eſt, qvòd nates habeat macras, non magnas.

Depygis, naſuta, 190 brevi latere, ac pede longo eſt.
191 Matronæ præter faciem 192 nil cernere poſſis,
193 Cætera, ni 194 Catia eſt; 195 demiſſâ veſte tegentis.
Si 196 interdicta petes, 197 vallo circumdata [nam te
198 Hoc facit inſanũ] multæ tibi tum 199 officient res:
200 Cuſtodes, 201 lectica, 202 ciniflones, 203 paraſitæ,
Ad talos 204 ſtola demiſſa, & circumdata 205 pallæ:
206 Plurima, qvæ 207 invideant purè apparere tibi rem.
208 Altera nil obſtat: 209 Coïs tibi penè videre eſt
Ut nudam: ne crure 210 malo, ne ſit pede 211 turpi:

190 Tanqvam gibboſa. 191 In matronâ. 192 Non cætera membra. 193 Corporis membra. 194 Niſi forte matrona Catiæ ſimilis ſit, qvæ propter crurum pulchritudinem, neglecto pudore, veſte accinctâ ac ſubductâ utebatur. 195 Ad talos uſqve deorsùm miſsâ. 196 Si illa amabis, qvæ legibus vetita ſunt, matronam ſc. alterius conjugem. 197 Longo veſtitu & cuſtodibus, tanqvam vallo, munita: qvod ſtatim enumerat. Alleg. è Metaphoris à caſtris. 198 Difficultas potiundi, qvòd matrona ita cuſtodiatur. 199 Te impedient qvò minùs voti tui compos fias. 200 Ut ſunt cuſtodes, à qvibus matrona obſervatur. 201 Vehiculum, qvo à ſervis lectariis vehitur. 202 Cinerarii, qvi calamiſtris calefactis crines inurunt & criſpant. 203 Mulieres aſſentatrices. 204 Veſtis muliebris. 205 Et indumentum matronæ ad pedes uſqve demiſſum. 206 Et plurima alia. 207 Prohibeant, tibi obſtent, qvò minus circumſpiciendo poſſis matronæ ſtolatæ corpus totum conſpicere. Metaph ab animatis, qvæ moventur affectibus, ad inanimata. 208 Togata meretrix nihil impedit, qvò minùs eam totam intuearis. 209 Licet enim tibi illam penè ut nudam videre in bombycinis & pellucidis ſuis veſtibus. Synecd. ſpec. 210 Incurvo. 211 Magno

212 *Me-*

212 Metiri poſſis oculo latus: an tibi mavis
213 Inſidias fieri, pretiumqve 214 avellier ante,
Qvàm mercem oſtendi? 215 leporem venator ut altâ
In nive ſectatur, poſitum ſic tangere nolit,
Cantat 216 & apponit; meus eſt amor 217 huic ſimilis: nam
218 Trăſvolat in medio poſita; 219 & fugientia captat.
220 Hiſci-ne verſiculis ſperas tibi poſſe 221 dolores,
Atqve 222 æſtûs, curasq; graves è pectore 223 pelli?
Non-ne 324 cupidinibus 225 ſtatuit natura modum? 226 qvem

& deformi. 212 Ita ut aſpectu tuo omne latus poſſis perſpicere, viſu certo deſignare, ac certam corporis qvantitatem & qvalitatem exactè dijudicare. Metaph. eſt à Geometris, qvi magnitudines, altitudines rerum & locorum decempedis & aliis inſtrumentis dimetiuntur. 213 Adulterinas pro bonis mercibus à matronâ obtrudi. 214 A te auferri. Verba ſunt togatæ mulieris, matronarum ſectatorem interrogantis. 215 Amator matronarum cantat, ſicut venator ſectatur leporem in nive multâ & profundâ, & leporem nolit capere ſic poſitum, id eſt, ſine labore venationis ſibi appoſitum, ſicut togata domi ſuæ omnibus expoſita eſt, ut ab omnibus ſine labore accipi poſſit. 216 Et leporem laborioſè captum in cibum ſibi apponit. 217 Venatori, id eſt, ſic ego conſector mulieres expugnatu difficiles 217 Contemnit ac præterit meretrices, qvas facile eſt habere. Metaph. ab avibus. 219 Et ſectatur matronas, qvas difficile eſt aſſeqvi. 220 His cantionibus amatoriis, ad matronam venatoris more captandam comparatis Synecd. gen. Horatius loqvitur. 221 Tetram libidinem, qvæ ſolet amatores furiare Synecd. gen. 222 Amoris incendia. 223 Expelli, profligari? 224 Hiſce cupiditatibus, libidinibus. Meton. effic. 225 Præſcripſit terminum, moderationem? 226 Qvem modum ac finem in-

 227 *Qvid*

227 Qvid latura ſibi, 228 qvid ſit dolitura negatum
Qværere 229 plus prodeſt, 230 & inane abſcinder
ſoldo?
Nùm, tibi cùm fauces 231 urit ſitis, aurea quær
Pocula? num eſuriens 232 faſtidis omnia, præter
Pavonem, Rhombumqve? 233 tument tibi cùm in
gvina, nùm, ſi
Ancilla, aut 234 verna eſt præſtò puer, 235 impetu
in qvem
Continuò fiat, malis 236 tentigine rumpi?
237 Non ego: namqve 238 parabilem amo Venerem
239 facilemqve.
240 Illam pòſt paulò: ſed pluris, ſi exierit vir.

qvirere plus hominibus prodeſt. 227 Qvid-nam natura æqvo animo latura ſit. 228 Si negatum ipſi, id eſt, ſi non conſeqvatur, qvidnam illud ſit, qvo ſine ſuo damno & interitu carere neqveat. 229 Qvàm infinitas & inanes cupiditates ſectari. 230 Et ſupervacaneas cupiditates, qvibus facilè carere licet, ab illis, qvæ plenæ, ſolidæ ac neceſſariæ ſunt, ſeparare? 231 Exſiccat. 232 Faſtidiosè aſpernaris & rejicis reliqva fercula. Sic. Od. 1. l. 3. *ſomnus agreſtium Lenis virorum non humiles domos* Faſtidit. 233 Cùm ad libidinem incitantur. 234 Ex ancillâ natus. 235 Tuæ libidinis. 236 Diſtentione membri virilis, ardentiſſimæ libidinis ſtimulatione excruciari, qvàm Venere conceſſâ uti? 237 Profectò non ego Horatius volo tentigine rumpi. 238 Qvæ facilè parari poteſt. 239 Et parvo conſtat, ſine magno pretio & periculo. 240 Matronam amo, qvæ mihi gratificatura, dabit has tres reſponſiones, nempe. 1 Paulò poſt ad me veni 2. ſed majori pretio 3. ſi vir modo exierit. Proſopopœja ergò eſt mulieris caræ, qvæ inducitur reſpondens adultero, qværenti, qvando ad eam ſit aditurus.

41 Gallis hanc, 242 Philodemus ait; 243 ſibi, quæ neque magno (venire;
44 Stet pretio, neque 245 cunctetur, cùm eſt juſſa,
andida 246 rectaque ſit; 247 munda hactenus, ut neque 248 longa, [videri.
Nec 249 magis 250 alba velit, quàm 251 det natura,
52 Hæc ubi ſuppoſuit dextro corpus mihi lævũ,
53 Ilia & Ægeria eſt: do 254 nomen quodlibet illi.
Nec metuo, ne, dum 255 futuo, vir rure 256 recurrat;
anua 257 frangatur: latret canis; undique magno
58 Pulſa domus 259 ſtrepitu 260 reſonet; 261 vel pallida lecto

41 Talem, de quâ dixi, exopto Gallis. Cybeles ſacerdotibus, id eſt, eviratis & effœminatis, qui talem poſſint remoram ferre, & rem tam caram emere. Synecd. ſpe. 242 Philoſophus Epicuréus. 243 Sibi contrà illam exoptat. 244 Conſtet. 245 Moras nectat, ut matronæ. 246 Non gibboſa. 247 Ita, adhunc uſque honeſti terminum ſit munda. 248 Crepidarum aut calceorum altitudine. 249 Quàm ſit. 250 Fuco ſive ceruſſâ malas candefaciens. 251 Ipſi concedat. 252 Ubi hæc mulier dextram corporis ſui partem lateri meo lævo ſuppoſuit, id eſt, cùm in meis eſt complexibus. 253 Tunc eadem eſt mihi, quæ Ilia Rhea, mater Romuli, Marti fuit, aut Ægeria Nympha, Numæ Pompilio, fœmina formoſiſſima, id eſt, eſt inſtar mulieris formoſiſſimæ. Synecd. ſpec. De Ægeriâ vide Liv. l. 1. ubi diſces, Numam Pompilium, cum illâ congreſſum & collocutum accepiſſe rationem ſacrorum, quæ Romæ poſteà inſtituit: Vide & Ovid. Met. 15. & 3. Faſt. 254 Formoſæ mulieris. 255 Amori operam do. 256 De uxoris impudicitiâ certior factus. 257 Ne janua frangatur à marito, dùm tardiùs intromittitur. 258 Perculſa. 259 Tumultu. 260 Sonitum edat, qualis eſt ſonitus durorum corporum. 261 Ne-ve matrona periculi magnitudine conſternata. Al.

Deſiliat mulier; miſeram ſe 262 conſcia clamet; 13
263 *Cruribus hæc metuat,* 264 *doti deprenſa, eg*
met 265 *mî:*
266 *Diſcinctâ tunicâ fugiendum eſt, ac pede nudo*
Ne 267 *nummi pereant,* 268 *aut pyga, aut deniq*
fama.
269 *Deprendi miſerũ eſt:* 270 *Fabio vel judice vincā*

Vel pallida, id eſt, valdè pallida; ut *Vel grandis* id eſt, val grandis. 262 Ancilla aut mulier, peccati herilis conſci 263 Ne vinciantur, & compedibus innectantur. 264 Do ti ſuæ timeat, id eſt, ne in adulterio deprehenſa à viro uxe dotem amittat. 265 Ego amator mihi ipſi metuam, ne in gran dia pericula incidam. 266 Non cinctâ, cùm ita urgeor à mar to; qvod apud Romanos inhoneſtum habebatur. 267 Qvibu in adulterio deprehenſus cogerer me redimere. 268 Aut nate meæ vapulent. 269 A marito in adulterio deprehendi. E piphonema eſt, ubi Poëta Philodemo acclamat, approbatq miſerum eſſe in adulterio deprehendi. 270 Si Fabius Juris conſultus (qvi in adulterio fuit olim deprehenſus) ſit ju dex, id eſt, ſententiam dicat in hac re, ego id defendam & obtinebo.

SATYRA III.

Eos primùm reprehendit, qvi cùm ad ſua ipſorum vitia con niveant, in alienis videndis acumine oculorum valent. De inde amatorum & patrum exemplo leviora vitia in amiciti diſſimulanda eſſe docet. Poſtremò ad reprehenſionem Stoi ci Paradoxi dilabitur, qvo paria eſſe peccata dicant.

OMnibus hoc vitium eſt cantoribus, 1 *inter amico*
Ut nunqvam inducant 2 *animum cantare,* 3 *ro*
gati:

1 Hæc prava conſvetudo. 2 In animum ſuum. 3 Si prec

Injuſ

4 *Injuſſi nunqvam deſiſtant.* 5 *Sardus habebat*
Ille Tigellius 6 *hoc.* 7 *Cæſar,* 8 *qvi cogere poſſet,*
Si 9 *peteret* 10 *per amicitiam* 11 *patris, atqve* 12 *ſuam, non*
Qvidqvam 13 *proficeret:* 14 *ſi collibuiſſet,* 15 *ab ovo*
Uſq; 16 *ad mala* 17 *citaret, Iô Bacche, modò* 18 *ſummâ*
Voce, 19 *modò hâc, reſonat chordis, qvæ qvatuor ima.*

bus alicujus amici rogati ſint. 3 Non rogati ab aliqvo cantare, ſed ſuâ ſponte cantare incipientes, ut nunqvam à canendo qvieſcant. 5 Hermogenes Tigellius ex Sardiniâ oriundus. 6 Laborabat hoc vitio cantatorum, ut nunqvam cantaret rogatus; ſed nullum finem cantandi faceret injuſſus. 7 Auguſtus. Synecd. gen. Fuerunt enim plures Cæſares. 8 Qvi tamen tanqvam Imperator ipſum poſſet cogere, ſi nollet. 9 Ab ipſo, ut cantaret. 10 Veteres ſolebant & jurare & obteſtari nomen cariſſimi cujusqve ſibi. 11 Julii Cæſaris, patris ſui per adoptionem, avunculi ſui naturâ. 12 Per ſuam propriam amicitiam. 13 Ab ipſo impetraret. 14 Contrà ſi Tigellium cantandi libido cepiſſet. 15 Primæ menſæ, primo ferculo, id eſt, à principio cœnæ. 16 Uſqve ad poma, id eſt, reliqva bellaria ſecundæ menſæ, id eſt, cœnæ finem, atqve ita totâ cœnâ cantabat Tigellius: nam ab ovo incipiebant, pomis deſinebant. Allegoria eſt è continuatis Metaph. ab apparatu conviviorum & more, pro toto cantu per totum cœnæ ſpatium continuato, & hoc qvoqve per Synecd. pro longo & diuturno cantu. Cic. Ep. 20. l. 9. *Integram famem* ad ovum *affero.* Hoc qvoqve poſitum eſt inter adagia in eos, qvi altiùs repetunt aliqvid, ac longiùs producunt. 17 Clarè clamaret & recitaret carmen aliqvod in laudem Bacchi, ſic incipiens: Iô Bacche. 18 Acutiſſimâ ac ſupremâ chordâ. 19 Modò hâc voce, qvæ in qvatuor chordis, id eſt, inſtrumento Muſico ſive organo qvatuor chordarum (Græci appellant τετράχορδον) graviſſima eſt. In *modò* iterato eſt Anaphora.

20 *Nil æqvale homini fuit illi: 21 ſæpè velut qvi*
Currebat fugiens hoſtem: 22 perſæpè velut qvi
Iunonis ſacra ferret: habebat ſæpè ducentos,
Sæpè decem ſervos: modò 23 Reges atq; 24 Tetrarchas,
Omnia 25 magna loqvens: modò, Sit mihi 27 menſa tripes, &
28 Concha ſalis puri, & toga, qvæ 29 defendere frigus,

20 Semper ſibi ipſi diſſimilis, inconſtans fuit, nullam vitæ æqvalitatem retinebat. Sumptum à planis figuris Mathematicorum, ad diſcrepantiam & inconſtantiam animorum notandam. 21 Qvi ſæpè currebat velut fugiens hoſtem. Anaph. eſt in principiis ejusdem ſoni repetiti. 22 Qvi ſæpiſſimè lento gradu incedebat, velut aliqvis, qvi Junonis ſacra dorſo ſuo ferret, & cautè, ne caderet, incederet, adeòqve modò citus, modò tardus. Ita hìc loqvitur Poëta de Tigellio, ut Salluſt. de Catilinâ, cujus inceſſus modò citus, modò tardus erat: qvi moderatus eſſe debuiſſet, uti Cic. 1. Offic. docet. Mos autem fuit Athenis, & alibi, ſacra ferendi tardo inceſſu virginum, qvæ dicebantur *Canephoræ*, qvaſi *Caniſtriferæ*, ἐκ τῦ κάνης, κάνυλος, qvod eſt *caniſtrum*, & φέρω: qvod ſacra modò Junonis *caniſtro* vel ciſtâ ferrent, modò Palladis. De qvibus Cic. in Verrinis, & Ovid. 2. Met. *Illo fortè die caſtæ de more puellæ Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces, Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.* 23 Potentiſſimos & magnificentiſſimos homines. Synecd. 24 Summos Imperatores. *Tetrarcha* eſt, qvi qvartam regni partem poſſidet. 25 Sublimia. 26 Dicens. Imperfecta Proſopopœja Tigellii Sardi, qvi inducitur loqvens de ſuâ frugalitate. 27 Qvalis eſt pauperum, id eſt, utinam mihi tenuis & frugalis victus contingat. Meton. ſubj. 28 Et in ipsâ mensâ concha marina mero ſale, pani intrito, ſine ullo alio obſonio plena. 29 Qvæ poſſit arcere, propulſare frigus â corpore meo. Sic Od. 17. l. 1. Defendit *æſtatem capellis*. Et Virg. Ecl. 7. *dum teneras* defendo *à frigore myrtos*.

Qvam

Qvam vis 30 craſſa, qveat. 31 Decies centena 32 de-
diſſes
33 Huic parco paucis contenta: 34 qvinqve diebus
Nil erat in loculis: 35 noctes vigilabat ad ipſum
Mane, diem totum ſtertebat: nil fuit unqvam
36 Sic impar ſibi. 37 Nunc aliqvis dicat mihi,
38 Qvid tu? [*nora.*
Nulla-ne habes vitia? imò alia, haud fortaſſe 39 mi-
40 Mævius abſentem 41 Novium cùm 42 carperet:
Heus tu, (*46 dare nobis*
(*44 Qvidam ait*] *45 ignoras te? an ut ignotum*
Verba putas? Egomet mî ignoſco, Mævius 47 inqvit.

30 Qvantumlibet duro & craſſo panno contexta. 31 Si dediſſes huic decies centena, ſc. *millium ſeſtertia*, qvæ efficiunt 25. Gallicorum coronatorum millia, id eſt, immenſam pecuniæ ſummam. Synecd. num. finit. pro infinito. Ter. Eun. Plus millies *jam audivi*. Jam depoſitâ Tigellii perſonâ, Poëta velut reſpondet. 32 Si qvilibet dives dediſſet. Synecd. 33 Tigellio ſc. qvi paulò antè tàm parco vivebat. 34 Terminatis. 35 Integras. 36 Tàm inæqvale ac diſſimile, qvàm hic Hermogenes Tigellius. 37 Occupatio eſt, ubi Poëta reſpondet objiciendis per Dialogiſmum. 38 O Horati, qvid nunc agis, qvid de te ſentis, qvi tantâ dicendi libertate in alterius vitia & inconſtantiam inqviris? 39 Illis, qvibus Tigellius laboravit. 40 Maledicus Poëta. 41 Virum probum & honeſtum. 42 Calumniis proſcinderet. 43 O Mævi. Propoſopœja eſt Mævii, & cujuſdam reprehenſiionis ſpecie dialogiſmi & exclamationis. 44 Amicorum ipſi aſtantium. 45 Non noviſti tua vitia, tuos mores, affectûs? Meton. ſubj. Ter. Eun. *Iſti* (Phædria & Chærea) *ignorabant te*, id eſt, non cognoſcebant tuos mores. 46 An putas te, tuamqve vitam nos latere, ut te omni vitio carere cenſeamus? 47 Ipſi reſpondet.

Stultus & improbus hic 48 *amore eſt, dignusq́;* 49 *notari.*
Cùm tua pervideas oculis 50 *mala* 51 *lippus inunctis,*
Cur in amicorum 52 *vitiis tàm cernis* 53 *acutum,*
Qvàm aut 54 *aqvila, aut ſerpens* 55 *Epidaurius? at tibi contrà*
Evenit, inqvirant vitia ut tua rursùs & 56 *illi.*
57 *Iracundior eſt paulò,* 58 *minùs aptus acutis*
59 *Naribus* 60 *horum hominum:* 61 *rideri poſſit, eò qvòd*
62 *Ruſticiùs tonſo toga* 63 *defluit, &* 64 *malè laxus*
In pede calceus hæret; 65 *at eſt bonus, ut melior vir*

48 Sui ſc. qvo aliorum vitia reprehendimus, ac noſtris veniam damus, id eſt, philautia. Synecd. gen. 49 Qvi reprehendatur ac notetur ignominiæ notâ, qvâ Cenſores eos notabant, qvi qvid indecentiùs aut dicerent, aut facerent. 50 Peccata & vitia. 51 Tanqvam lippus, cujus oculi ſunt vitioſi, & aliqvo collyrio obliti. 52 Perſpiciendis. 53 Acutè & acriter intueris, ὀξυδερκεῖς. Nomen pro adverbio. 54 Cujus viſus acutiſſimus immotâ oculorum acie ſolem intuetur, & qvæ nubibus vicina, qvæ in terra geruntur, exactiſſimè proſpicit. 55 Draco in Epidauro, Peloponneſi urbe, id eſt, qvivis draco. 56 Qvos tu reprehendiſti. 57 Eſt fortaſſè amicorum noſtrorum qviſpiam ad iram pronior. 58 Minùs idoneus, ineptus propter ſimplicitatem ad congreſſûs hominum urbanorum, atqve naſutorum irriſorum, qvi aliorum vitia ſagaciſſimè adorantur, qvorum ſcommata ferre non poteſt. 59 Synecd. mem. pro integro. 60 Qvi nunc vivunt. 61 Ridere etiam fortaſſe poſſit. 62 Illi imperitiùs & agreſtiùs detonſo, capilliſqve ejus inæqvaliter decurtatis. 63 Negligenter dependet, paulatimqve ex humeris delabitur. . Metaph. eſt ab aqvis. 64 Nimis, valdè laxus: vel ſic; *& calceus laxus in pede malè hæret.* 65 Anapho-

Non

Non alius qviſqvam:66 at tibi amicus:at ingenium ingens
67 Inculto 68 latet hoc ſub corpore: deniqve teipſum
69 Concute, num qva tibi vitiorum 70 inſeverit olim
Natura, aut etiam 71 conſvetudo mala: namqve
72 Neglectis 73 urenda filix innaſcitur agris.
74 Illuc prævertamur, amatorem qvòd amicæ
Turpia 75 decipiunt 76 cæcum 77 vitia, aut etiam ipſa hæc
Delectant: veluti Balbinum 78 polypus 79 Agnæ.
80 Vellem in amicitiâ 81 ſic erraremus, & iſti
Errori nomen 82 virtus poſuiſſet honeſtum.
At, 83 pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
Si qvod ſit vitium, non 84 faſtidire. 85 Strabonem

ra. 66 Ferendus igitur & amandus. 67 Subruſtico. 68 Et propterea eum feramus. 69 Tanqvam ollam & vas fictile pulſando explora. Metaph. eſt ab his, qvi aliqvid latens ſcrutantes, ſe & alios excutiunt. 70 Implantaverit. Metaph. à plantis. 71 Aſſiduitas peccandi. 72 Incultis. 73 Herba mala ac inutilis igne comburenda, id eſt, animus ſine Philoſophiæ culturâ ſcatet vitiis. 74 Eò nos priùs vertamus, illudqve priori loco explicemus. Metaph. à prodromis, qvi curſu ſolent alios præcurrere. 75 Latent, ut illa non animadvertat. 76 Amore. 77 Maculæ. 78 Fœdum & immundum in naribus vitium. 79 Meretricis, Balbini amicæ. 80 Exclamatio vehementer optantis ſimilem amici errantis tolerantiam. 81 Ut amicorum noſtrorum vitia aut non videremus, aut illis delectaremur. 82 Humanitas, benevolentia impoſuiſſet. 83 Ut pater non faſtidit vitium filii ſui. 84 Contemnere. Sumtum à cibis inſipidis, qvos faſtidimus & reſpuimus. 85 Filium luſcum, oculis diſtortis & perverſis.

Appellat 86 *petum pater : & 87 pullum 88 malè parvus*
Si 89 cui filius eſt: ut 90 abortivus fuit olim
91 Siſyphus: 92 hunc Varum, diſtortis cruribus: illum
93 Balbutit Scaurum, 94 pravis 95 fultum malè talis.
96 Parcius 97 hic vivit, 98 frugi dicatur: 99 ineptus,
Et 100 jactantior hic eſt paulò: 101 concinnus amicis
Poſtulat, ut videatur: at eſt 102 truculentior, atqve
103 Plus æqvo 104 liber: 105 ſimplex, 106 fortiſqve habeatur.
106 Caldior eſt: 107 acres inter numeretur: 108 opinor,
109 Hæc res & jungit, junctos & ſervat amicos.

86 Minoribus oculis, qvàm pro ipſius naturâ, ſemiclauſis. 87 Puellum, puſionem, parvulum. 88 Valdè parvus. 89 Patri. 90 Imperfectus, non abſolutus propter corporis brevitatem. 91 M. Antonii Triumviri filius, qvi ad ſtaturam duorum pedum vix accrevit, ſed ingenii acutiſſimi fuit. 92 Hunc, qvi cruribus introsùm diſtortis ambulat, Varum appellat, id eſt, curva contractaqve crura habentem. 93 Balbutiendo adblandiens appellat Scaurum, id eſt, habentem talos exſtantes, ſeu prominentes. 94 Introrsùm inverſis & tortuoſis. 95 Non rectè ſuſtentatum. 96 Tenaciùs. 97 Amicus. 98 Homo temperans. 99 Jocis captandis nimius & immodicus. Unde & *ineptiæ* dictæ pro jocis ludisq;. 100 Magna de ſe loqvens, ſeſeqve oſtentans. 101 Svavis & jucundus, elegans. 102 Nimis ſeverus & imperioſus. 103 In aliis reprehendendis, & in veritate dicenda. 104 Sincerus, apertus, nihil diſſimulans. 105 Magniqve animi, id eſt, qvi omnia dicat & faciat, qvæ juſta eſſe cenſeat. 106 Qvòd ſi calidor, & iracundior eſt, qvàm deceat. Syncope. 107 Fortes & vehementes. 108 Ut exiſtimo. 109 Talis æqvanimitas & extenuatio vitiorum, qvæ in moribus amicorum noſtrorum cernimus parit amicos, & partos ſemper in amicitiâ

At nos

At nos virtutes ipſas 110 *invertimus, atque*
111 *Sincerũ cupimus vas* 112 *incruſtare.* 113 *Probus quis*
Nobiſcum vivit, multum *eſt* 114 *demiſſus homo:*
115 *illi*
Tardo cognomen pingvi damus: 116 *hic fugit omnes*
Inſidias, nulliqve malo latus 117 *obdit apertum:*
[118 *Cùm genus hoc inter vitæ verſetur,* 119 *ubi acris*
Invidia atqve 120 *vigent ubi* 121 *crimina*) 122 *pro*
benè ſano,

conſervat, adeòqve ipſius amicitiæ eſt cauſa efficiens & conſervans. 110 Amicorum vitutes vitia interpretamur, calumniando efficimus, ut pro vitiis habeantur. Sic *campum invertere* fractis glebis dicitur agricola, cum alia facies illius apparet, atqve fuerat priùs inculti. 111 Qvod ſuapte naturâ purum, qvod nullo vel liqvore, vel odore tetrum eſt. 112 Vitioſo ſucco inqvinare, *vel*, impuro tectorio fæcis ac ſordium obducere & deformare, id eſt, volumus viros honeſtos & formoſos calumniari, & notam infamiæ illis inurere. Alleg. eſt è continuatione translationum à doliis, cæteriſqve vaſis vitiatis, qvæ noſtrâ interpretatione invidioſâ judicamus talia, cùm ſatis per ſuum decus nativum niteant, nec alio cultu exteriore indigeant. 113 Si qvis vir ſinceri animi. 114 Ille per calumniam nimis dejectus à nobis appellatur. 115 Si qvis in rebus diſpiciendis non adeò acutus eſt, eum appellamus pinguem, id eſt, hebetem & ſtupidum. 116 Si alius qviſpiam cautus eſt adversùs hominum fallacias. 117 Et nulli calumniæ latus aperit, opponit, offert ſive oſtendit, neqve lividis hoſtibus ſuis obtrectandi cauſam præbet. Alleg. à cautis militibus vel gladiatoribus, qvi tectum ſartumqve corpus ſervant adversùs petitiones antagoniſtarum. 118 Cùm hic cautus homo & prudens verſetur in aulâ inter ejusmodi homines, qvi maximè aliis invideant, eoſqve aſſiduè criminentur. 119 Anaphora eſt cum Epiſtrophe. 120 Dominantur. 121 Criminationes. 122 Pro cauto & prudente.

Ac

Ac non incauto, 123 *fictum, aſtutumqve vocamus:*
124 *Simplicior ſi qvis* (125 *qvalem me ſæpè libenter*
Obtulerim tibi, 126 *Mæcenas) ut fortè* 127 *legentem*
128 *Aut tacitum impellat; qvovis ſermone* 129 *mo-*
leſtus;
130 *Communi ſenſu planè caret, inqvimus:* 131 *eheu*
Qvàm 132 *temerè in noſmet* 133 *legẽ ſancimus iniqvã!*
134 *Nam vitiis nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt,*
Qvi 135 *minimis* 136 *urgetur: amicus dulcis, ut æ-*
qvum eſt, (*ſce,*
137 *Cùm mea compenſet vitiis bona; pluribus* 138 *hi-*

123 Simulatorem. 124 Si qvis contrà ſit apertus, omniſqve doli expers: ut ſuprà, ſimplex, *fortisqve habeatur*: opponitur duplici, vafro & callido. 125 Ut ſimplex potiùs, qvàm fictus & verſutus videar. 126 Apoſtrophe eſt ad Mæcenatem, cui ſimplicitatem ſuam prædicat. 127 Amicum ſuum. 128 Aut cogitabundum, ſeriisqve rebus intentum interpellet. Al *Appellet.* 129 Sine obſervatione temporis importunus. 130 Judicio. 131 Exclamatio eſt commiſerantis tantam imprudentiam legis ſanciendæ & jam latæ. 132 Iniqvè. 133 Graviſſimam conſvetudinem calumniandi nobis imponimus & confirmamus, dùm alios reprehendimus, & ab aliis viciſſim reprehendimur, cùm ſatiùs eſſet aliis ignoſcere, ut illi viciſſim nobis ignoſcerent. 134 Talem qvoqve naturæ vitioſitatem Propertius memorat: *Unicuiqve dedit vitium natura creato.* 135 Vitiis. 136 Premitur, oneratur, id eſt, qvi qvàm minimùm eſt vitioſus. 137 Cùm meas virtutes cum vitiis, qvæ reprehendenda ſunt, ex æqvo unà ponderat. Alleg. eſt ab his, qvi res appendunt æſtimationis causâ, ut amici ſimiliter metiantur mores amicorum ſuorum, atqve ipſi velint ſuos remetiri ſibi. 138 In haſce meas virtutes, qvæ ſunt vitiis plures, inclinet, id eſt, his virtutibus faveat.

(*Si mo-*

(Si modò plura mihi 139 *bona ſunt) inclinet, amari*
Si volet: hâc 140 *lege,* 141 *in trutinâ ponetur eâdem.*
Qui, ne 142 *uberibus propriis offendat amicum,*
143 *Poſtulat, ignoſcat* 144 *verrucis illius: æqvum eſt,*
Peccatis veniam poſcentem, 145 *reddere rursùs.*
Deniq;, 146 *qvatenùs* 147 *excidi penitùs vitium iræ,*
148 *Cætera item nequeunt ſtultis hærentia, cur non*
149 *Ponderibus, moduliſqve ſuis ratio utitur? ac,*
150 *res* (154 *coërcet?*
151 *Ut qvæqve eſt, ita* 152 *ſuppliciis* 153 *delicta*
Si qvis eum ſervum, 155 *patinam qvi* 156 *tollere*
juſſus,

139 Qvàm mala & vitia. 140 Conditione. 141 In eadem benevolentiæ & æqvanimitatis librâ à me ponderabitur, id eſt, eandem humanitatis conditionem erga ipſum adhibebo. 142 Grandioribus vitiis ſive peccatis, Alleg. *Tubera* propriè ſunt tumores terræ. 143 Vult, cupit. 144 Exiguis peccatis ſive vitiis alterius amici. *Verruca* eſt propriè caruncula calloſa: item tuberculum corporis per ſimilitudinem loci in monte editi & aſperi. 145 Veniam aliis, qvi in ipſum deliqverunt. 146 Qvoniam. Sic Od. 24. l. 3. qvatenus, *heu nefas, Virtutem incolumem odimus.* Diſputat contrà Stoicorum dogma, qvi dicunt, Omnia peccata eſſe paria. 147 Ex hominum animis exſtirpari. 148 Et cæteri parvi affectûs, qvi ſtultis hominibus adhærent. 149 Cur non prudentia æqvo rationis moderamine, & judicio omnia peccata ponderat & metitur, gravia-ne an levia, magna an parva ſint, ut pœnæ ſint peccatis æqvales? Iteratur Allegoria à ponderibus qvantitate diſparibus. 150 In qvâ peccatur. 151 Parva & magna. 152 Parvis vel magnis pœnis. 153 In illâ re. 154 Cohibet & punit? 155 Vas eſcarium. 156 E menſâ, & aliò deferre.

157 *Se-*

157 *Semeſos piſces, tepidumqve* 158 *ligurrierit jus,*
In cruce ſuffigat; 159 *Labeone inſanior, inter*
160 *Sanos dicatur*; 161 *quantò hoc furioſius, atqve*
Majus peccatum eſt? paulùm 162 *deliqvit amicus*;
Qvod niſi 163 *concedas, habeare* 164 *inſvavis, acerbus*;
Odiſti, & fugis, ut 165 *Druſonem debitor* 166 *æris*;
167 *Qvi, niſi, cùm* 168 *triſtes* 169 *miſero venére* 170 *Kalendæ,*
171 *Mercedem, aut* 172 *nummos* 173 *unde unde extricat*; 174 *amaras,*

157 In patinâ à domino & convivis. 158 Juſculum de patinâ leviter exſorbuerit & conſumſerit. Metaph. eſt à ſvavitate eduliorum. *Ligurire*, ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ qvod *ſuave* ſignificat, eſt eleganter & more ſenum multo cum faſtidio ſvaviora qvæqve deguſtare. Unde *abligurire bona*, pro ſvavibus eſcis conſumere. 156 Furioſior. M. Antiſtio Labeone, Juriſconſulto contumaci ac importuno, qvi multa nimis liberè in Auguſtum dixit. Vide Svet. in Aug. c. 54. 160 Sapientes. 151 Qvod fecit dominus, qvàm ſervus. 162 Levi peccato te offendit. 163 Ignoſcas levi amicorum vitio. 164 Truculentus. Aſyndeton. 165 Fœneratorem acerbum peſſimùmqve hiſtoriarum ſcriptorem, qvi cùm ſua nomina exigeret à debitoribus, nec illi eſſent ſolvendo, cogebantur velut captivi ineptas ejus hiſtorias audire, qvæ pœna illis erat longè graviſſima, id eſt, vitas ut hominem exoſum. 166 In fœnus ſumti. Meton. mat. pro nummis ex ære factis & cuſis. 167 Debitor æris. 168 Ingratæ debitori, debitorem triſtem efficientes. Meton. effecti effic. 169 Debitori. 170 Cujusqve menſis, qvibus fœnus exigitur. Vid. Epod. 2. 171 Uſuram. Sic Sat. 2. *Qvinas hic capiti mercedes exſecat.* 172 Sortem & capitalem ſummam. 173 Undecunqve poteſt, expedit & corradit. Metaph. eſt ab impedimentis pedum ſolutis. 174 Indoctè ſcriptas, & ob id

175 *Por-*

175 Porrecto jugulo, hiſtorias, 176 captivus ut, 177 audit.
Comminxit lectum 178 potus, 179 menſâ-ve 180 catillum
Euandri manibus 181 tritum 182 dejecit: 183 ob hanc rē,
Aut 184 poſitum ante meâ qvia pullū in parte catini
Suſtulit eſuriens; 185 minus hoc jucundus amicus
Sit mihi? qvid faciam, ſi furtum fecerit? aut ſi
186 Prodiderit commiſſa fide? 187 ſponſūq; negârit?
188 Qveis 189 paria eſſe ferè placuit peccata, 190 laborant,
Cùm ventum 191 ad verum eſt: 192 ſenſūs, 193 moreſqve repugnant,
Atqve ipſa utilitas, juſti 194 prope mater & æqvi.

ingratas. 175 Qvi jugulari maluiſſent, qvàm Druſonis hiſtorias audire. 176 Et jam jugulandus, cùm omni morte acerbior ſit, hujusmodi ingratæ rei auſcultatio. 177 Druſonem recitantem. 178 Amicus meus ebrius. 179 E menſâ. 180 Exiguum eſcarium vas. 181 Antiqviſſimum, qvo Euander, antiqviſſimus Aboriginum rex, Pallantis, Arcadiæ regis nepos, aliqvando uſus eſt. 182 Per imprudentiam, & in pavimento fregit. 183 Qvia catillum dejecit. 184 Antepoſitum, ante me poſitum. 185 An ob hoc ipſum minùs gratus amicus eſſe mihi debeat, qvòd pullum in meâ catini parte poſitum comedit? Illud qvidem extremæ eſſet dementiæ. 186 Arcana, qvæ fidei ejus commiſſa fuerunt, temerè effutierit. 187 Promiſſum aliqvod à ſe. 188 Stoicis. 189 Inter ſe æqvalia eſſe, & eodem ſupplicio omnia punienda. 190 Stoici anxii ac ſoliciti ſunt, dubitant, inqve ſummâ difficultate verſantur. 191 Ad veri inqviſitionem & probationem. 192 Communis hominum ſenſus. 193 Et judicium hominum reclamitat, qvi aliter furem, aliter homicidam puniunt. 194 Qvæ ſola eſt qvaſi cauſa & origo omnis juris ac legum. Metaph. eſt à parentibus.

Cum 195 prorepſerunt 196 primis animalia terris,
Mutum, & turpe 197 pecus, 198 glandem, atqve 199 cubilia propter,
Unguibus & pugnis, dein fuſtibus, atqve ita 200 porrò
Pugnabant armis, qvæ pòſt fabricaverat 201 uſus:
Donec verba, qvibus 202 voces 203 ſensûsqve notarēt,
Nominaq; invenêre: dehinc 204 abſiſtere bello,
205 Oppida cœperunt munire, & 206 ponere leges,
Ne qvis fur eſſet, 207 neu latro, neu qvis adulter.
208 Nam fuit ante Helenā 209 cunnus teterrima belli

195 In lucem. Metaph. eſt à ventre gradientibus, ad imbecillitatem primorum hominum in ortu indicandam. Probare nititur, qvomodo ex utilitate jura ac leges paulatim prodierint. 196 Prima animalia, id eſt, homines, Hypallage, & Synecd. gen. 197 Veluti pecus rationis & orationis expers. Metaph. à beſtiis, ad rudes, & rationis & articulati ſermonis expertes homines ſignificandos. 198 Propter glandes, qvæ erant hominum primorum cibus. 199 Antra, locum ubi cubarent. 200 Poſt temporis intervallum. 201 Utilitas, indigentia invenerat. 202 Axiomata, enuntiationes, id eſt, integras ſententias. Synecd. memb. pro integro. 203 Animiqve cogitationes exprimerent, ſignificarent. 204 Abſtinere à bello, eorum ſc. conſilio atqve operâ, qvi prudentia præcellebant. Vide Cic. l. 1. de Invent. & l. 1. de Orat. 20. Urbes. *Oppida* dicta ſunt, qvòd opem darent; *vel*, qvòd eò opes ſuas homines conferant. 206 Condere leges, τιθέναι νόμους. 207 Ne-ve. Anaphora. 208 Nam non prima Helena fuit adultera, neqve omnium prima à Paride rapta; qvia ante Helenam fuerunt aliæ mulieres, qvæ belli deterrimas cauſas præbuerunt, ut Io rapta à Phœnicibus. Europa ablata à Cretenſibus, Medéa aſportata à Græcis. Sed his longè antiqvius fuit illud, qvod ortum fuit inter liberos Jacobi Patriarchæ & Sichemitas, propter Dinam ipſius Jacobi filiam. 209 Mulieres formoſæ. Synecd. memb.

Cauſa

Cauſa: ſed ignotis 210 *perierunt mortibus illi,*
Qvos 211 *Venerem incertam* 212 *rapientes, more ferarũ,*
213 *Viribus editior cædebat, ut in grege taurus.*
214 *Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt,*
Tempora ſi 215 *faſtoſqve velis* 116 *evolvere mundi.*
Nec natura 217 *poteſt juſto* 218 *ſecernere iniqvum,*
219 *Dividit ut bona diverſis, fugienda petendis.*
220 *Nec vincet ratio hoc;* 221 *tantundem ut peccet,* 222 *idemqve,*
Qvi teneros 223 *caules alieni* 224 *fregerit horti,*
225 *Et qvi nocturnus Divûm ſacra legerit,* 226 *Adſit*

210 Qvi ſcriptoribus caruerunt. 211 Amorem in mulierem communem, omnibus expoſitam, non certi mariti. Meton. effic. 212 Hoc verbo ſignificatur impetus libidinis prurientis in mare in primam qvamqve mulierem. 213 Ut taurus in armento robuſtior alios cornibus incurſat & fugat, ſic vir altior ac membris robuſtior alios pulſabat, ſibiqve imperium uſurpabat. 214 Leges inventas eſſe propter utilitatem incommodi metu. Concludit Horat. jura non naturâ, ſed utilitate valere & conſtare. 215 Hiſtorias, annales ſive chronica Synecd. ſpec. *Faſti* libri ſunt, in qvibus totius anni, rerumq; qvæ per totum annum geſtæ ſunt, ſit deſcriptio. 216 Explicare, aperire, & ita perlegere: qvòd veteres corticibus arborum conſcriberent, qvos complicabant. 217 Sc. *ita*. 218 Diſcernere, diſtingvere injuſtum à juſto. Epiſtrophe eſt ejuſdem ſoni in clauſulis ſententiarum. 219 Qvemadmodum poteſt ſeparare bona à malis. 220 Nec unqvam ratio hoc evincet, probabit, demonſtrabit. 221 Ut tàm graviter peccet. 222 Peccatum admittat. 223 Braſſicarum, vel aliorum olerum. 224 Id eſt, leve furtũ comiſerit. 225 Et qvi noctu res ſacras furatus fuerit, ſacrilegiũ admiſerit, 226 Itaqve cùm peccata æqvalia non ſint, adſit aliqva juſtarum legũ certa norma. Sumtum eſt ab Architectis, qvi regunt longitudines regulis

Regula, 227 peccatis qvæ pœnas irroget æqvas:
Ne 228 ſcuticâ dignum, horribili 229 ſectére flagello.
230 Nam, ut ferulâ cædas meritum majora ſubire
Verbera, non vereor: cùm dicas eſſe 231 pares res
Furta 232 latrociniis, 233 & magnis parva mineris
Falce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum
234 Permittant homines. 235 Si dives, qvi 236 ſapiens eſt,
Et ſutor bonus, & ſolus formoſus, & eſt rex:
237 Cur optas, qvod habes? 238 Non nôſti, qvid 239 pater, inqvit,
240 Chryſippus dicat: ſapiens crepidas ſibi nunqvàm,
Nec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt ſapiens: 241 qvò?

ac lineis, ut altitudines perpendiculis, & angulos normis. 227 Qvæ pœnas parvas parvis, magnas magnis peccatis imponat. 228 Illum, qvi loro cædi dignus ſit. Vox Græca eſt: σκῦτος enim *corium* ſignificat. 229 Inſecteris, id eſt, ne illum, qvi leve peccatum admiſit, magno ſupplicio afficias. 230 Nam non vereor, ne non cædas ferulâ meritum ſubire, id eſt, pati majora verbera, id eſt, mihi certum eſt te leniter caſtigaturum eum, qvi vel maximo ſupplicio dignus eſt. Apoſtrophe eſt ad Stoicum aliqvem per Dialogiſmum. 231 Æqvales. 232 Cum violentis direptionibus. 233 Et cùm mineris te parva peccata cum magnis unâ eâdemqve pœnâ velle excidere & punire. 234 Gubernandum concedant. 235 Irridet Stoicorum paradoxon, nempe ſapientem eſſe omnia. 236 Sapiens eſt ſutor bonus, inqvit Stoicus. 237 Cur optas ut tibi regnum permittant homines? 238 Reſpondet Stoicus, brevis Proſopopœja Chryſippi, qvi inducitur deſcribens ſapientem. 239 Humanæ ſapientiæ magiſter. Translatum à procreantibus. 240 Zenonis diſcipulus. 241 Qvomodo hoc eſſe poteſt? Sc. potentiâ ſutor eſt, non actu. Nunc perſonâ Chryſippi depoſitâ, eandem deſcriptionem fuſiùs explicat.

Ut,

Ut, qvamvis 242 tacet Hermogenes, 243 cantor tamen, atqve
Optimus eſt modulatur: 244 ut Alfenus 245 vafer, omni
Abjecto inſtrumento 246 artis, clausâq; 247 tabernâ,
248 Sutor erat; 249 ſapiens operis ſic optimus omnis
Eſt opifex ſolus, 250 ſic rex. 251 Vellunt tibi barbam
Laſcivi pueri: 252 qvos tu niſi 253 fuſte coërces,
254 Urgeris turbâ circum 255 te ſtante, miſerq;
256 Rumperis, 257 & latras, magnorum maxime regum.
Ne longum faciam; dùm te 258 qvadrante lavatum
259 Rex 260 ibis: neqve 261 te qviſqvam 262 ſtipator, ineptum

242 Tigellius non canit. Occupatio eſt objiciendæ horum inertiæ. 243 Poteſt tamen canere. 244 Ut, qvamvis Alfenus, &c. 245 Callidus. 246 Sutoriæ. 247 In qvâ artem illam exercuerat, id eſt, ſutrinâ. Synecd. gen. pro ſpec. 248 Tamen ſutor adhùc erat. Hic Alfenus Cremonenſis fuit, qvi ex ſutore Juriſconſultus clariſſimus evaſit. 249 Sic etiam ſapiens ſolus eſt optimus opifex omnium artium & ſcientiarum. 250 Anaphora. 251 Adeò ſtultè loqveris, ô Stoice, ut te petulantes Epicureorum pueri ſibi deridendum propinent, tibiqve illudant. 252 Pueros. 253 Niſi baculo tuo, qvo tanqvam ſceptro regio uteris, à te, ut canes latrantes, abigis. 254 Urgeberis, & illudéris à multitudine hominum. 255 Tanqvam fatuũ & inſanum. 256 Rumpéris iràcundia vel dolore. 257 Et canis inſtar latrabis, & aſſiduè exclamabis, ô magnorũ regũ maxime Jupiter, cur non perdis hanc puerorum petulantiam? Sumtum eſt à canibus. Eſt & Enallage temporis. 258 Pro qvadrante, viliſſimâ mercede, balneatori debitâ, qvartâ parte aſſis. 259 Tanqvam rex. 260 Ad balneum. 261 Tantum regem. 262 Satelles, comes.

Præter 263 Criſpinum ſectabitur ; & mihi dulces
Ignoſcent, ſi qvid peccavero 264 ſtultus, amici :
265 Inqve vicem illorum patiar delicta libenter,
266 Privatusq; magis vivam, 267 te rege, beatus.

263 Stoicum. 264 Tanqvam ſtultus per ſtultitiam. 265 Et viciſſim, ſi qvid illi peccaverint, non indignabor. 266 Et non rex. 267 Qvi te Regem putas. Q. d. Qvemadmodum ſapiens non eſt dicendus Rex, qvi unicum habet ſtipatorem, ſic peccata non poſſunt eſſe paria, ſi qvædam ſint veniâ digna.

SATYRA IV.

Lucilium veteres Comicos Græcos ſecutum, mordacem fuiſſe ait. Sua autem ſcripta non itidem legi oſtendit, cùm bona pars hominum, ſibi vitii alicujus conſcia, ſe ibi perſtringi ſciant. Se alioqvi virulentiâ carere, ac tantum jocosè, & velut paternâ qvâdam caſtigatione ad deterrendos à vitiis homines uti profitetur.

1 EUpolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſq; Poëtæ,
Atq; alii, qvorum Comœdia priſca 2 virorum eſt,
Si qvis erat dignus 3 deſcribi, qvòd malus, aut fur,
Qvòd mœchus foret, aut 4 ſicarius, aut alioqvi

1 Hi tres Comœdiæ veteris ſcriptores egregii fuerunt in caſtigandis hominum vitiis. 2 Atqve alii virorum, id eſt, viri, qvorum Comœdia eſt vetus, id eſt, & reliqvi Comœdiæ veteris ſcriptores. 3 Qvi in Comœdiâ deſcriberetur & notaretur, Helleniſmus. Sic Virg. Ecl. 5. *& erat tùm* dignus amari. 4 Subdolus percuſſor. *Sica*, à *ſecando* dicta, erat gladius brevis, qvo facilè occulto graſſatores olim utebantur. Hinc propriè qvidam, qvi ſicâ hominem occiderint, *ſicarii* appellantur.

5 *Fa-*

5 *Famoſus*; 6 *multâ cum* 7 *libertate* 8 *notabant.*
9 *Hinc omnis pendet* 10 *Lucilius*, 11 *hoſce ſecutus*,
12 *Mutatis tantùm pedibus, numeriſqve* 13 *facetus*;
14 *Emunctæ naris*, 15 *durus componere verſus.*
Nam fuit hoc 16 *vitioſus*: *in horâ ſæpè ducentos*,
17 *Ut magnum*, *verſus*, 18 *dictabat*, 19 *ſtans pede in uno.*

5 Infamis, malæ famæ, propter flagitioſam vitam malè audiens, de qvo malè loqvuntur omnes. Sic Od. 3. l. 3. *Jam nec Lacenæ ſplendet adulteræ Famoſus hoſpes. Fama*, qvæ nihil aliud, qvàm communis de aliqvo populi opinio eſt, in bonam & malam partem accipitur: *famoſus* ſemper pro infami, Hinc *mulieres famoſæ*, id eſt, probroſæ. 6 Magnâ. 7 Dicendi licentiâ. 8 In Comœdiis ſuis deſcribebant, reprehendebant. Qvales Athenis fuiſſe commemorant Cleonem, Cleophantem, Hyperbolum, homines improbos & ſeditioſos. 9 Ab hac priſcâ Comœdiâ, ejusqve ſcriptoribus, eorumqve libertate & licentiâ qvemqve vitio notandi Lucilius dependet, in eoqve munere totus eſt, ut in locum veterum Comicorum ſubrogatus videatur. 10 Cognomine Baſſus, eximius Satyricus apud Romanos. 11 Comœdiæ veteris ſcriptores imitatus. 12 Qvia, cùm illi puris Jambis ſcripſerint, hic Hexametris verſibus poëma ſuum abſolvit. 13 Poëta. 14 In aliis irridendis & caſtigandis ſatis ingenioſus acri judicio. Metaph. eſt à corpore ad acerrimum mentis judicium. 15 In verſibus ſuis numeris pedibusqve aptandis aſper erat, ut qvi nullo ſtudio & labore versûs ſuos formaret. Metaph. eſt, pro ingenio non ſatis benè nato ad Poëſin politiorē. 16 In hoc ipſo reprehendendus, qvòd duros verſus componeret, eoſq; temerè ac ſine ratione profunderet. 17 Velut magnum qviddam iſtud eſſe, & ſingulare ingenii decus. 18 Amanuenſi ſuo. 19 Nullo labore, & tempore breviſſimo.

20 Cùm flueret lutulentus, 21 erat qvod tollere velles;
22 Garrulus, atqve piger ſcribendi 23 ferre laborem,
24 Scribendi rectè: 25 nam ut multum, nil moror. 26 Ecce,
Criſpinus 27 minimè me provocat: 28 accipe, ſi vis,
29 Accipiam tabulas: detur nobis 30 locus, hora,
31 Cuſtodes: videamus, 32 uter plus ſcribere poſſit.

20 Qvamvis inſtar præcipitis fluvii, cœnum ac ſordes ſecum trahentis, invenuſtos versûs profunderet. E multiplicatâ Metaph. eſt Allegoria à turbidis & cœnoſis torrentibus, tàm ad notam compoſitioni, qvàm invenuſtæ materiæ Satyricæ inurendam. 21 Tamen in illis erat aliqvid & occurrebat, qvod inde tibi ſumeres, exciperes & probares, ſive extolleres. 22 Alioqvi ſuperfluus in plerisqve & ineptus erat. 23 Piger in ferendo labore. Helleniſmus. 24 Ut, inqvam, rectè ſcriberet. Anaphora eſt, atqve ſimul *ἐπανόρθωσις* ſive correctio qvædam dicti prioris. 25 Scripſerit, multoſqve libros carminibus ſuis impleverit, nihil æſtimo, & pro illo ne manum qvidem verterim: qvia qvalitatem ac bonitatem ſcriptionis, non qvantitatem in Poëtâ reqviro. Virg. Æn. 5. *nec dona moror.* 26 Oſtendet Poëta non deeſſe, qvi hoc ipſo magnoperè ſibi placeant alioſqve præ ſe contemnant. Acceſſus ad Proſopopœiam Criſpini. 27 Sc. *digito*, qvo ſeſe tantum valere indicat, qvantum ego toto corpore, id eſt, arroganter & contemptim me in certamen provocat, tanqvam nullo negotio proſtraturus. 28 Et inqvit, ô Horati, accipe, &c. Jam inducitur Criſpinus provocans Horatium, ſed ſine notâ receſſus: & eſt *ἀνακοίνωσις* qvædam *κατὰ τὴν παῤῥησίαν* per licentiam dicendi, qvâ Criſpinus temerè provocat noſtrum Poëtam ad certamen Muſicum. 29 Qvod ad me attinet, ego accipiam tabulas ceratas. 30 In qvo ſcribamus. 31 Obſervationes addantur, qvi nos obſervent, ne qvid ſuffuremur, aut alienâ operâ utamur. Cic. Cuſtodem (inqvit) *Tullio me apponite.* 32 Noſtrum, ego an tu.

33 Di

33 Dî benè fecerunt, 34 inopis me, qvòdq; puſilli
Finxerunt 35 animi, rarò & perpauca loqventis.
36 At tu concluſas 37 hircinis, 38 follibus auras,
39 Uſq; laborantes, dùm ferrum molliat ignis,
Ut mavis, 40 imitare: beatus 41 Fannius, 42 ultrò
Delatis capſis, & imagine: 43 cùm mea nemo
44 Scripta legat, vulgò recitare timentis; ob hanc rẽ,
45 Qvòd ſunt, qvos 46 genus hoc minimè juvat, utpote plures
47 Culpari dignos; 48 qvemvis mediâ erue turbâ;

33 Exclamatio eſt Poëtæ admirantis providentiam Deorũ, qvi in illo puſillum animũ, & taciturnitatẽ ingenerârint. 34 Curtæ ſuppellectilis. 35 Sc. *hominem.* 26 O Criſpine. Permiſſio eſt per Allegoriam è perpetuis Metaphoris à fabrilibus operis, qvæ diductione & contractione follium taurinorum flatu excitant flammas ad molliendum ferrum: unde videretur à follibus inflatum Criſpini pectus, & ex auris ejusdem vanæ cogitationes intelligi, ut levitatem, tumorem & vanitatem talium verſuum indicaret. 37 Ex hircino corio factis. 38 Fabrorum ferrariorum. 39 Auras ſemper flantes, dùm ignis vehementiam excitant. Nam cùm ceſſat faber, non turgent folles, neqve vento inflati ſunt. 40 Inani tuâ ventoſitate, ut tibi collibitum fuerit, imitare. 41 Poëta loqvaciſſimus. 42 Utpote cui Senatus populuſqve Romanus non petenti, ſed ſpontè detulit capſas, qvibus libri ejus in Auguſti bibliothecâ conſervarentur, & imaginem in æde Apollinis & Muſarum collocanda. 43 Cùm nemo legat ſcripta mei timentis recitare ea vulgo. Primitivum in poſſeſſivo. 44 Carmina mea & Satyras, qvibus aliorum mores pravi carpuntur. 45 Homines pravi, avari, ambitioſi, adulteri & impii. 46 Hoc genus poëmatis, ſc. Satyræ. 47 Qvi culpentur. 48 De medio populo qvemvis in medium producito, tibi elige.

49 *Aut ob avaritiam, aut* 50 *miſerâ ambitione*
51 *laborat:*
52 *Hic nuptarum inſanit amoribus,* 53 *hic puerorũ:*
54 *Hunc capit argenti ſplendor:* 55 *ſtupet Albius*
56 *ære:*
Hic 57 *mutat merces ſurgente à Sole,* 58 *ad eum, qvo*
59 *Veſpertina tepet regio:* 60 *qvin per mala præceps* 30
Fertur, uti pulvis collectus 61 *turbine: ne qvid*
62 *Summâ deperdat metuens, aut* 63 *ampliet ut rem.*
64 *Omnes hi metuunt* 65 *versûs: odére* 66 *Poëtas:*

49 Anaphora. 50 Sollicitâ, qvæ candidatos prenſantes miſeriâ afficit. Meton. effe. pro effic. 51 Alterutri vitio deditus eſt. 52 Alius eſt adulter, qvi matres familias tantùm ſectatur. Anaphora, & Polyptoton. 53 Alter. 54 Alium argentea vaſa delectant. 55 In ſtuporem datur, eaqve ſuprà modum amat, demiratur. Virg. Georg. 2. *Hic* ſtupet *attonitus roſtris*. Metaphora à laborantibus apoplexiâ, vel ab ictis fulmine attonitis. 56 Statuis ex ære Corinthio factis. Meton. mat. 57 Ab ortu uſqve ad occaſum negotiatur, mercaturam facit emendo, permutando varias merces. Virg. Ecl. 4. *nec Pontica pinus* Mutabit merces. 58 Uſqve ad eum Solem, id eſt, occidentem. 59 Occidentalis mundi plaga. 60 Qvin etiam per moleſtias, dolores, vitæqve diſcrimina præcipiti curſu agitur. Ἐπανόρθωσις eſt, correctio prioris orationis rem non ſatis exprimentis. 61 Vento concitatus. 62 Ne qvid mercator ille deperdat, demat de ſummâ divitiarum collectâ, id eſt, de bonis congeſtis. 63 Augeat divitiarum ſuarum ſummam, rem familiarem. 64 Omnes improbi & vitioſi homines. 65 Satyricos, id eſt, mordaces. 66 Satyricos, talia reprehendentes.

67 Fœnum habet in cornu, longè 68 fuge: dummodò
riſum
69 Excutiat ſibi non hic cuiqvam parcet amico:
Et qvodcunqve ſemel 70 chartis illeverit, omnes
71 Geſtiet à furno redeuntes ſcire, 72 lacuque, (trà.
Et pueros, & anûs. 73 Agedùm, pauca 74 accipe con•
Primum ego me illorum, 75 dederim qvibus eſſe
Poëtas, (verſum
76 Excerpam numero: neqve enim 77 concludere

67 Nempe qvi aliqvo Poëtâ Satyrico conſpecto, & obviàm facto, continuo exclamant; hic homo, tanqvam bos cornupeta, fœnum in cornu appenſum habet, in ſignum, ut homines ab illo ſibi caveant. Proſopopœia eſt imperfecta cujusdam adverſarii qvatuor verſibus & hemiſtichio comprehenſa, & per Allegoriam tractata à bove cornu petente [cujus cornibus fœnum alligabant Romani, ut ſibi ab illo caverent homines in viâ fortè occurrentes] ad maledicentiam Poëtæ notandam. 68 Hunc vita. 69 Qvi adeò ridiculorum dictorum cupidus eſt, ut dùm aliqvid ſalsè in alium dicat, & tanqvam cachinno riſum ad ſuam voluptatem moveat, nulli amico parceret. 70 Chartis inſcripſerit, in alium ridiculè ſcripſerit, & qvodammodo chartas polluerit infamiæ notâ. Sumptum ab inducentibus aliqvid liqvidum corpori. 71 Cupiet, ut omnes à furno, ubi panis coqvitur, id eſt, à piſtrino redeuntes ſciant. 72 Ubi aqva hauritur. Lacus erant Romæ publici, qvibus aqva continebatur ad uſum populi. *Lacus* eſt etiam vas ampliſſimum, ubi calcantur uvæ. 73 Reſpondet Horatius ad ea, qvæ in Satyrarum ſcriptores dicta fuerant. 74 A me, meqve viciſſim tibi reſpondentem audi. 75 Conceſſerim Poëtarum nomen. Sic. Cic. 4. Acad. *Qvis tibi dederit, aut Deum omnia poſſe.* 76 Excipiam ex numero, id eſt, me Poëtam eſſe nego. Sumptum eſt ab iis, qvi inter flores, fructûs & lanas carpunt præſtantiores. Sic Ter. in Phorm. *Tu id, qvod boni eſt, excerpis: dicis, qvod mali eſt.* 77 Suis

Dixe-

Dixeris 78 eſſe ſatis: neq;, ſi qvis ſcribat, 79 uti nos,
80 *Sermoni propiora, putes hunc eſſe Poëtam,*
81 *Ingenium* 82 *cui ſit, cui mens divinior, atq; os*
Magna ſonaturum, 83 *des nominis hujus honorem.*
Idcircò 84 *qvidam,* 85 *comœdia,* 86 *nec-ne poëma*
Eſſet, 87 *qvæſivêre: qvòd* 88 *acer ſpiritus, ac vis,*
89 *Nec verbis, nec rebus ineſt: niſi qvòd* 90 *pede certo*
91 *Differt ſermoni* 92 *ſermo merus.* 93 *A* 94 *pater*
95 *ardens*
96 *Sævit, qvòd meretrice* 97 *nepos inſanus amicâ*
Filius, 98 *uxorem grandi cum dote recuſet:*
Ebrius & (magnum qvod dedecus) ambulet 99 *ante*
Noctem 100 *cum facibus. Nunqvid* 101 *Pomponius iſtis*

certis menſuris ac pedibus claudere. 78 Ad Poëtæ nomen conſeqvendum. 79 Scribimus. 80 Similiora ſermoni qvotidiano & ſolutæ orationi, qvàm verſibus. 81 Rebus inveniendis accommodatum. 82 Anaphora. 83 Ut Poeta nominetur. 84 Grammatici. 85 Ex qvâ hæ Satyræ noſtræ initiò natæ ſunt. 86 Qvia Comicorum Senarii proſæ orationi ſimiles ſunt. 87 Diſputaverunt. 88 Ardens & vehemens ſpiritus. Ab animatis ſumtum ad Poëticam vehementiam & commotionem. 89 Anaphora. 90 Definito numero & menſurâ. 91 Diſtat ab oratione ſolutâ. 92 Solus ſermo verbis puris conſcriptus, aut ſoluta oratio. 93 At dicat aliqvis, Comœdiam verbis, ſententiis ac affectibus, intumeſcere, ut cùm pater, &c. Occupatio eſt objecti ab adverſario, qvod diluitur ad hæc verba: *Nunqvid Pomponius,* &c. 94 Demea. 95 Iracundiâ. 96 Iraſcitur apud Terentium. 97 Qvòd filius luxurioſus & prodigus, ἄσωτος, amore meretricis, qvam amicæ loco habet, inſanus exiſtens. 98 Ducere. 99 Diurno tempore, claro die diſcurrat. 100 Cum facibus amatores inviſebant amaſias ſuas. 101 Diſſolutus adoleſcens.

Au-

Audiret 102 *leviora,*103 *pater ſi viveret? ergò*
Non ſatis eſt puris verſum 104 *perſcribere verbis;*
105 *Qvem ſi* 106 *diſſolvas, qvivis* 107 *ſtomachetur eodem,*
Qvo 108*perſonatus pacto pater.*109 *His, ego qvæ nunc,*
Olim 110 *qvæ ſcripſit Lucilius, eripias ſi*
111 *Tempora certa, modoſqve, & qvod prius ordine verbum eſt,*
Poſterius facias, præponens ultima primis;
112 *Non,*113 *ut ſi ſolvas* Postqvam 114 diſcordia tetra
Belli ferratos 114 poſtes, portasq; 116 refregit;
Invenias etiam 117 *disjecti membra* 118 *Poëtæ.*

102 Verba aut mitiores objurgationes audiret? imò æqvè aſperè objurgaretur. 103 Ejus, ſc. Pomponii. 104 Facere. 105 Verſum. 106 Ordine verborum commutato, & eadem verba retineas. 107 Iraſcatur, filiumqve ſuum objurget in qvotidiano ſermone. 108 Comicus pater, qvi patris perſonam in Comœdiâ ſuſtinet. 109 Si eripias his ſc. carminibus, vel poëmatibus, qvæ ego nunc ſcribo, &c. 110 Et illis, qvæ, &c. 111 Pedes certos, ſyllabarum qvantitatem, & certa carminum genera. 112 Non etiam invehias membra & partes orationis Poëticæ. 113 Qvemadmodum ſi reſolvas & in proſam convertas verba hujuſce hemiſtichii & verſus Ennii Poëtæ de templo Jani per bella civilia & diſcordiam rurſùm aperto, cùm antè pacis tempore clauſum fuiſſet, ſc. *Poſtqvam diſcordia tetra,*&c. 14 Meton. adj. pro hominibus deterrimè & crudeliſſimè ſibi invicem adverſantibus. 115 Fores. Synecd. mem. Sic Virg. Æn. 7. *Belli ferratos rupit Saturnia poſtes.* 116 Frangendo & rumpendo patefecit. 117 Lacerati ac diſſoluti Poëtæ veſtigia, notas, qvibus poſſis cognoſcere, Poëtæ verba illa eſſe. 118 Meton. cauſæ pro effecto poëmate, cujus verba, tanqvam membra, ſine lege metricâ diſſipata, & qvotidiani ſermonis ſimilitudinem referen-

119 *Ha-*

119 *Hactenus hæc:* 120 *aliàs, juſtum ſit, nec-ne poëma.*
Nunc illud tantum 121 *qværam, meritò-ne tibi ſit*
122 *Suſpectum genus hoc ſcribendi.* 123 *Sulcius acer*
124 *Ambulat, & Caprius,* 125 *rauci malè, cumqve* 126 *libellis:*
Magnus uterq́ʒ 127 *timor latronibus: at benè ſi qvis*
Et 128 *puris vivat manibus,* 129 *contemnat utrumq́ʒ.*
130 *Ut ſis tu ſimilis Cœli Byrriqve latronum,*
131 *Non ego ſum Caprî, neqve Sulcî: cur metuas* 132 *me?*

tià (*Poſtqvam ferratos belli poſtes, & portas tetra diſcordia refregit*) vim Poëticam retinent. 119 Dicta ſufficiant, utrùm Comœdia & Satyra ſint poëmata: qvod Horatius non dubitat. Hæc particula valdè accommodata eſt tranſitionibus. 120 Alio tempore qværam ſive inqviram. 121 Qværam à te, ô Romane. 122 Oderis Comœdias & Satyras. Synecdochica ergò periphaſis eſt Satyræ & Comœdiæ, qvod utrumqve poëma cur adverſarius oderit, nunc ex eo cupit audire. 123 Sulcius & Caprius fuerunt vehementes accuſatores, & vitiorum inqviſitores. 124 Incedit per platéas. 125 Aſſiduitate clamandi & minandi valdè rauci. Hîc enim, *malè*, intentionis eſt. 126 Accuſatoriis, in qvibus delatores illi maleficorum nomina & crimina ſcripta habebant, qvos ad Cenſores vocarent. 127 Uterqve formidabilis eſt, magnumqve timorem ſicariis uterqve incutit. 128 Nullo ſcelere aut cæde contaminatis, καθαρῆς χερσὶ, id eſt, ſi qvis vitam agat inculpatam, & ab omni ſuſpicione vitii vacuam & puram. Sic de Tito Suet. *Pontificatum maximum ideò ſe profeſſus accipere, ut* puras *ſerVaret* manûs. 129 Poteſt aut debet nihil curare utrumqve accuſatorem. 130 Qvamvis vitâ, per ſcelera acta, ſis ſimilis Cœli Byrriqve ſicariorum. Præoccupatio adverſariæ objectionis. 131 Tamen non ſum Sulcii aut Caprii ſimilis, id eſt, acerrimus accuſator; ſed hominum vitia jocoſis tantûm verſibus leviter noto. 132 Carmina mea.

33 *Nulla*

133 Nulla taberna meos habeat, neq; 134 pila libellos,
135 Qveis manus inſudet vulgi, Hermogenisq; Tigellî?
136 Non recito cuiqvã, niſi 137 amicis, idq; 138 coact9:
Non ubi vis, coram-ve qvibuslibet. 139 In medio qvi
Scripta foro recitent, ſunt multi: 140 qviq; lavantes
141 Svave locus voci reſonat 142 concluſus: 142 inanes
Hoc juvat, haud illud 144 qværentes, nũm 145 ſine ſenſu,
Tempore nũm faciant 146 alieno. 197 Lædere gaudes,
Inqvit, & hoc 148 ſtudio pravus facis. 149 Unde petitũ,

133 Et cur vis metuere, ſi in nullâ officinâ librariorum proſtant. 134 Columna, ad qvam libri venales appenduntur. 135 Qvibus evolvendis & atterendis, *vel*, qvorum geſtatione & contrectatione, manûs populi ſudorem contrahant? Vel ſine interrogationis notâ optat Poëta, ut libelli Hermogenis, ejusqve ſimilium, manibus non terantur. 136 Præterea non recito cuiqvam. 137 Familiaribus. 138 Invitus, non libenter. 139 Loqvitur aliqvis, Horatii conſvetudinem improbans. At multi ſunt, &c. 140 Et qvi lavantes in balneis carmina ſua recitent. 141 Locus enim cameratus in balneis ſuaviter voci reſonat, repercutitur ac reſilit ad aures. 142 Teſtudine, ut balnea ſunt, ne calor diſſipetur. 143 Vani atqve imperiti Poëtæ, qvi vanam populi auram captant, & à vulgo digitis monſtrari cupiunt, libenter in balneis recitant. Loqvitur Horatius. 144 Conſiderantes. 145 Sine judicio, ἀναισθήτως, id eſt, ſtultè. 146 Incongruo, id eſt, intempeſtivè. Cic. *Conſidera ne in alieniſſimum tempus cadat adventus tuus.* 147 At dicit mihi adverſarius qviſpiam: ô Horati, tu alios calumniis tuis proſcindere delectaris. Brevis eſt Proſopopœia adverſarii, Poëtam accuſantis de ſtudio lædendi. 148 Malitioſus exiſtens deditâ operâ, & de induſtriâ, *ἐκ προνοίας.* 149 Unde petitum habes illud crimen, qvod mihi objicis, & cujus reum me peragis.

Hoc

Hoc in me 150 *jacis?* 151 *autor qvis deniq;* 152 *eorũ,*
Vixi cum qvibus? abſentem qvi 153 *rodit* 154 *amicũ,*
Qvi non 155 *defendit, alio* 156 *culpante:* 157 *ſolutos*
158 *Qvi* 159 *captat riſus hominum,* 160 *famamqve dicacis:*
161 *Fingere qvi non viſa poteſt;* 162 *commiſſa tacere*
Qvi neqvit 163 *hic niger eſt: hunc tu, Romane,* 164 *caveto*
Sæpè tribus 165 *lectis* 166 *videas cœnare* 167 *qvaternos:*

150 Conjicis, objicis. Sumtum eſt à ſagittariis. 151 Delator. 152 Hujus ſiniſtri rumoris de me, ſc. me calumniis delectari? 153 Arrodit, obſcurè lædit. Sumtum eſt à muribus. 154 Ejus famam. Oſtendit, qvi fugiendi ſint, ſc. calumniatores mali, non Satyrici, qvalis ipſe eſt. 155 Excuſat. 156 Amicum abſentem. 157 Immoderatos, effuſos. 158 Anaphora eſt in *qvi* qvater repetito initiis membrorum. 159 Movere ſtudet alios calumniando, γελωτοποιὸς. Sic Cic. 2. Tuſc. *Epicurus verò ea dicit, ut mihi qvidem riſus captare videatur.* 160 Et nomẽ hominis jocoſi cum mordacitate apperit. 161 Qvi poteſt illa comminiſci & excogitare, qvæ non vidit, id eſt, falſa. Sic Ter. in Eun. *Hoc certò ſcio, neqve me* finxiſſe *falſi qvicqvam* 162 Arcana conſilia ſuæ fidei commiſſa. 163 Hic malus eſt & improbis moribus. In *hic* & *hunc* eſt Πολύπτωτον. 164 Fugito. 165 In ſingulis lectulis diſcubitoriis, ſive in eodem triclinio. 166 Romæ. 167 Homines, id eſt, duodecim convivas. Notandum, triclinium, qvod ipſum verbi etymon oſtendit, tres ferè habuiſſe *lectos*; qvos ad cubicularium differentiam, *diſcubitorios* appellabant: in ſingulis verò lectis totidem culcitris accubuiſſe convivas tres. Et medio qvidem plerumqve is, qvi cæteris omnibus honoratior erat, ſolus accumbebat: unde dici ſolet, ſeptem facere convivium. Pluribus tamen vel invitatis, vel ſpontè advenientibus, pro convivatoris arbitrio, qvaterni, qvo ipſe vellet lecto, collocari

Eqvi-

Æ qvibus unus avet 168 *qvavis* 169 *aſpergere cunctos.*
Præter eum, qvi præbet 170 *aqvam:* 171 *poſt hunc qvoqve potus,*
Condita cùm 172 *verax aperit præcordia* 173 *Liber.*
174 *Hic tibi comis, & urbanus, liberqve videtur*
Infeſto 175 *nigris. Ego, ſi riſi, qvòd ineptus*
176 *Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum,*

poterant; & qvod ſordidiſſimum habebatur, ſtipari etiam qvini aut plures, ut videre eſt apud Cic. in Piſon. Horatius itaqve vel in freqventiſſimo convivio, qvo qvaterni accumbant, exiſtere ſæpè aliqvem ait, qvi dictis ſuis omnes vellicet, nec ideò tamen pravus aut improbus habeatur, ſed laudetur potiùs: qvò magis mirandum ſit, ne leviſſimum qvidem in ſe riſum ferri. 168 Ratione, id eſt, modo, vel injuriâ. 169 Maledictis & ſalſis dictis inſectari, carpere. Sumptum ab olitoribus incautis, qvi ut areas horti ſui qvâlibet aqvâ irrigant; ſic primum qvemqve dicteriis certus qvidam homo figit. Sic Cic. pro Plan. *hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis?* 170 In balneo ſc. qvâ lavarent convivæ, inqve conviviis calidam & gelidam præbet, id eſt, præter eum, qvi cœnam dat, id eſt, convivatorem ſeu convivii dominum. Eſt ergò Synecdochica periphraſis convivatoris: qvalis eſt 5. Tuſc. *Is, qvi coxerat,* pro coqvo. 171 Poſteà convivatorem qvoqve eâdem, qvâ reliqvos, dicacitate aſpergit & arrodit, cùm potus eſt, & vino concaluit. 172 Cùm Bacchus veritatis amator aperit arcana conſilia in præcordiis recondita, id eſt, eſt cùm *ebrietas operta recludit*, ut loqvitur Ep. 5. l. 1. 173 Bacchus, id eſt, vinum, in qvo eſt veritas. 174 Tantus convitiator, qvem jam deſcripſi, ibi, *E qvibus unus avet*, videtur tibi, qvi videri vis infenſus malis & vitioſis hominibus, facetus, ac ſuavis, & ut qvi liberè dicat, qvæ cenſeat. 175 Metaph. ab infauſtis ac pernicioſis rebus. 176 Expoſitus eſt hic verſus Sat. 2. qvem inde repetitum à Poëta nunc arbitror exempli gratiâ, ut opinio maledicentiæ, qvam adver-

177 Lividus, & 178 mordax videor tibi? mentio ſi qva
De Capitolini furtis injecta 179 Petilli
180 Te coram fuerit, 181 defendas, 182 ut tuus eſt mos:
183 Me 184 Capitolinus 185 convictore uſus amicoq;
A puero eſt 186 cauſaqve meâ permulta rogatus
Fecit, & 187 incolumis, lætor, qvòd vivit in Urbe.
Sed tamen admiror, qvo pacto 188 judicium illud
Fugerit! 189 hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt
190 Ærugo mera: 191 qvod vitium procul 192 abfore chartis,
.....

ſarius de noſtro Poëta conceperat, faciliùs remitteretur. Itaqve non continuò dicendus eſt obtrectator & invidus Poëta, qvod Rufillum luxuriosè, Gorgonium ſordidè viventem irrideat. 177 Malitioſus, invidus. 178 Obtrectator nefarius. Sumtum eſt præcipuè â canibus. 179 Qvi furti accuſatus, qvòd coronam auream è Capitolio ſuſtuliſſet, & in judicio abſolutus eſt. 180 Te præſente. 181 Ipſum. 182 Non amicè, aut ſincerè, ſed malignè ac perfidiosè. 183 Defendas ipſum his utens verbis, *Me Capitolinus*, &c. Proſopopœia eſt adverſarii declarantis ſuam erga Petillium amicitiam, ducta uſqve ad verba, *hic nigræ*, &c. 184 Petillius. 185 Convivâ & familiari. 186 In meam gratiam. 187 Famâ adhùc integrâ. 188 In judicio illo abſolutus ſit, in qvo tot teſtimoniorum judiciis propter furtum in exilium mittendus videbatur. 189 Iſta poſtrema verba redolent ſimulatam tuam erga Petillium benevolentiam, & ſimultatem argvunt. Ducta eſt Metaph. ab atramento piſcis loliginis, qvæ externè eſt alba, intùs nigra. In *hic* & *hæc* Polyptoton eſt. 190 Æris vitium, unde atramentum factum, qvo corium tinctum, maculis nunqvam poſteà eluendis imbuitur, id eſt, virus & peſtis amicitiæ. Alleg. 191 Maledicentiæ ſimulatâ amicitiâ tectæ. 192 Abſuturum à meis ſcriptis & carminibus.

Atqve

Atque 193 *animo prius, ut* 194 *ſi qvid* 195 *promittere de me*
Poſſum aliud, verè promitto: liberiùs ſi
196 *Dixero qvid, ſi fortè jocoſiùs, hoc mihi* 197 *juris*
Cum veniâ dabis: 198 *Inſuevit pater optimus hoc me,*
199 *Ut fugerem exemplis vitiorũ quæq; notando,*
Cùm me hortaretur, parcè, frugaliter, atque
Viverem uti contentus eo, qvod mî ipſe 200 *paráſſet:*
201 *Non-ne vides, Albî* 202 *ut malè vivat* 203 *filius? utque*
Barrus 204 *inops?* 205 *magnum documentum, ne* 206 *patriam rem*
Perdere qvis velit. A turpi 207 *meretricis amore*
Cùm 208 *deterreret.* 209 *Sectani diſsimilis ſis,*

193 A corde meo. Ἐπανόρθωσις eſt, correctio dicti prioris. 194 Anaphora eſt. 195 In *promittere* & *promitto* eſt Polyptoton. 196 In qvempiam. 197 Illam poteſtatem liberè aliqvid dicendi aut jocandi. 198 Pater meus aſſuefecit me. Alleg. *inſevit mî.* id eſt, mihi implantavit: Et tùm erit Metaph. à plantantibus. 199 Ut vitarem qvæqve vitiorum, id eſt, omnia peccata, & imprimis hoc calumniandi vitium, dùm notarem illa vitia & peccata aliorum exemplis, juxta illud Comici: *Periculum ex aliis facito, tibi qvod ex uſu ſiet.* 200 Patrimonii loco reliqviſſet. 201 O fili. Hæc ſunt exempla. Proſopopœia patris Horatium adhortantis perfecta ſuo acceſſu ad illa verba ſuperiora, *Inſuevit*, & receſſu ad ſeqventia. Sic *me formabat.* 202 Qvomodo in paupertate vivat? 203 Prodigus. 204 Paternis opibus abſumtis. 205 Qvi magno documento aliis eſſe poteſt. 206 Rem familiarem à majoribus relictam diſſipare atqve profundere. 207 Meretricio. 208 Me revocare vellet. 209 Qvi fuit turpis Mœchus, & rem famamqve perdidit.

210 *Ne ſeqverer mœchas,* 211 *conceſſâ cum Venere uti*
Poſſem. 212 *Deprenſi non bella eſt* 213 *fama Trebonî,*
Ajebat. 214 *Sapiens,* 215 *vitatu qvidqve petitu*
Sit melius, 216 *cauſas reddet tibi; mî ſatis eſt, ſi*
217 *Traditum ab antiqvis morem ſervare, tuamqve,*
Dùm 218 *cuſtodis eges, vitam famamqve tueri*
219 *Incolumem poſſim.* 220 *Simul ac duraverit ætas*
Membra animumqve tuum, 221 *nabis ſine* 222 *cortice. Sic me*
223 *Formabat puerum dictis:* & 224 *ſive jubebat*

210 Cùm me deterreret, ne matronas tanqvam adulter ſeqvererer. 211 Legitimâ. 212 Qvi deprehenſus fuit in adulterio. 213 Qvam malè mulctatus unà cum nummis perdidit. 214 Vir ſapiens, id eſt, Philoſophus. 215 Fugiſſe & qvid appetiiſſe. 216 Rationes exponet. 217 Conſuetudinem, qvæ à parentibus meis tradita eſt. 218 Pædagogi ſive magiſtri. Sic de Art. *Imberbis juvenis tandem* cuſtode *remoto Gaudet eqvis,* &c. 219 A vitiis. 220 Poſtqvam maturior ætas membra corporis tui duriora reddiderit, & corroboraverit. *Durare* enim eſt durum efficere. Sic Virg. *natos ad flumina primùm Deferimus, ſævoqve gelu* duramus *& undis.* 221 Natabis. 222 Subere (Synecd. gen.) qvo qvidem nulla eſt arbor levior, nulla ad natandum aptior, cujus ſubſidio Pontius Comminius juvenis: σφελιγγωμάτικῶς Tiberim trajecit, ut eſt apud Plut. in Camil. id eſt, ſine alterius regimine vives, & per te ſapiens alienis præceptis non indigebis. Metaph. à pueris, qvi corticis ope natare diſcunt. Tale adminiculum natare diſcentium dicitur à Plauto in Aulul. *ſcirpea ratis* cujus verba ſunt: *Qvaſi pueris, qvi nare diſcunt, ſcirpea inducitur ratis, Qvi laborent minus, faciliùs ut nent, & moveant manus.* 223 Pater inſtituebat, docebat: ut Ep. 1. l. 2. *Mox etiam pectus præceptis* format *amicis.* 224 Anaphora eſt.

Ut

Ut facerem 225 *qvid, Habes* 226 *autorem*, 227 *qvò facias* 228 *hoc,*
229 *Unum ex judicibus* 230 *ſelectis* 231 *objiciebat:*
224 *Sive vetabat,* 232 *An hoc* 233 *inhoneſtum, & inutile factu* [*cùm*
Nec-ne ſit 234 *addubites?* 235 *flagret rumore malo*
Hic, atq; ille? 236 *Avidos vicinum* 237 *funus ut ægros*
238 *Exanimat, mortisq́; metu ſibi* 239 *parcere cogit:*
Sic teneros 240 *animos* 341 *aliena opprobria ſæpè*
Abſterrent 242 *vitiis.* 243 *Ex hoc ego ſanus ab illis,*
Perniciem qvæcunqve ferunt: 244 *mediocribus, &* 245 *qveis*

225 Aliqvid. 226 Perſuaſorem habes, ô fili, virum integerrimum. Sunt enim verba patris Horatii. 227 Autore. 228 Qvod tibi præcipio. 229 Aliqvem ex eqveſtri ordine, unde judices eligebantur. 230 Ob ſingularem virtutem & integritatem. 231 Mihi ob oculos ponebat unum ex judicibus ſelectis, & ita dicebat, *habes autorem*, &c. 232 Dicebat pater, *An hoc*, &c. 233 Fœdum ac turpe. Sic Virg. Æn. 6. *truncas* inhoneſto *vulnere nares.* 234 An addubitare poſſis, nunqvid hoc, &c. 235 Cùm hic atqve ille laboret publicâ infamiâ, propter illud factum peſſimè audiat? Metaph. eſt à flammâ. 236 Edaces, adeò intemperantes, ut qvosvis cibos ſine diſcrimine vorent. 237 Ex intemperantiâ obortum. Meton. eſt adjunctæ pompæ & exſeqviarum, pro vicino mortuo, cujus morte deterrentur alii ab intemperantiâ. 238 Sicùt mors vicini perturbat, perterret, & velut animâ privat alios ægrotos avidos: Sic, &c. 239 Cavere, moderari & incolumitati ſervire, ne conſimili intemperantiâ ſibi qvoqve mortem conſciſcant. 240 Adoleſcentum. 241 Aliorum turpitudines & flagitia. 242 A vitiis. 243 Ex hoc patre, ejusqve ſalutaribus monitis ego liber puruſqve ſum ab illis vitiis, qvæ exitium adferunt, animoſqve hominum penitùs corrumpunt. 244 Levioribus. 245 Qvibus veniam concede-

Ignoſcas, vitiis 246 teneor. Fortaſsis & 247 iſtinc
Largiter abſtulerit longa ætas, 248 liber amicus,
Conſilium 249 proprium. Neqve enim, cùm 250 lectulus aut me
251 Porticus excepit, 252 deſum mihi: 253 Rectius 254 hoc eſt:
Hoc faciens, vivam meliùs: 255 ſic 256 dulcis amicis
257 Occurram: 258 hoc 259 qvidam non bellè: 260 numqvid ego 261 illi
262 Imprudens olim 263 faciam ſimile? 264 Hæc ego mecum
265 Compreſsis agito labris; ubi qvid datur 266 oti,

re debes. 246 Detineor, laboro, obnoxius ſum. 247 A mediocribus ſeu levioribus illis, qvibus obnoxius ſum, vitiis magnâ ex parte ac multùm olim me ætas ingraveſcens liberabit, revocabit. 248 Fidele amici, qvi candidè errantem admoneat, conſilium. 249 Qvod ſuapte ſponte capiam, qvo vitæ meæ rationes exactè ſubducam, illaqve mihi eligam, qvæ, deliberatione præhabitâ, longè optima videantur. 250 Cùm in lectulo jaceo ſive dormio; vel in porticu deambulo, id eſt, cùm ſolus ſum. 251 Oſtendit, qvomodo ac qvando ſecum ipſe loqvens conſilium capiat. 252 Illud, qvod mei officii eſt, negligo, ſed ſalutaribus deliberationibus me ad vitam humanam inſtruo. Is enim *non deeſſe ſibi* dicitur, qvi ſecum, qvid ſui ſit officii, qvid maturè facto opus ſit, cogitat. 253 Obliqva qvædam eſt Proſopopœia Poëtæ ſecum deliberantis. 254 Factum. 255 Agens & vitam inſtituens. 256 Gratus. 257 Apparebo. 258 Turpe factum. 259 Agunt. 260 Al. disjunctim legunt, *nùm qvid ego.* 261 Peccato. 262 Tanqvam ſtultus. 263 Admittam? Apoſiopeſis eſt ſeu Reticentia, qvæ reqvirit hanc optationem: Dii prohibeant! 264 Depoſitio eſt Proſopopœiæ. 265 Tacitè animo volvo & meditor 266 Otii. Apocope eſt.

267 *Illud*

267 *Illudo chartis; hoc eſt mediocribus illis*
Ex 268 *vitiis unum:* 269 *cui ſi* 270 *concedere nolis,*
271 *Multa Poëtarum veniat* 272 *manus, auxilio qvæ*
Sit mihi: nam 273 *multò plures ſumus; ac veluti, te*
274 *Judæi, cogemus in hanc* 275 *concedere* 276 *turbã.*

267 Cogitationes meas inſcribo chartis per ludum & mando literis: in qvibus exprimendis abutor Satyricâ licentiâ, ſicqve ſcribendo perdo meas chartas. Synecd. gen. 268 Qvibus detineor, qvibus chartas perdo, aliena vitia jocoſiùs reprehendo. 269 Leviſſimo vitio. 270 Ignoſcere, illud ferre, idemqve mecum ſentire. 271 Innumera. 272 Multitudo. Ductum à militiâ. 273 Valdè multi. 274 Ac veluti Judæi alios ad ſuam ſuperſtitionem cogunt. Imperante Auguſto multi erant Judæi Romæ, qvi multos ex aliis gentibus alliciebant è Paganiſmo in ſuum Judaïſmum, qvos *pr ſelytos* vocabant *παρὰ τὴν προσηλύσιν, ab acceſſu ad religionem.* Vide Matth. 23. v. 15. Actor. 13. v. 50. 275 Tranſire. 276 Poëtarum multitudinem, id eſt, cogemus te ſeqvi ac tueri partes noſtras, & aliorum Poëtarum, qvorum magna eſt multitudo. Sic Sen. de vit. beat. loqvitur: *Præbui ego aliqvando Ariſtophani materiam jocorum: tota illa Comicorum manus in me venenatos ſales ſuos effudit.*

SATYRA V.

Inter ſuum ab urbe Româ Brunduſium uſqve deſcribit, exemplo Lucilii, qvi itidem qvoddam iter ſuum deſcripſerat. Narrat autem, qvæ riſu digna in eo contigerant: inter. qvæ primum locum obtinet duorum ſcurrarum, Sarmenti, & Meſſii, faceta contentio.

EGreſſum magnâ, me excepit 1 *Aricia, Româ,*
2 *Hoſpitio modico: rhetor* 3 *comes Heliodorus,*

1 *Aricia* eſt parva civitas in via Appia, diſtans ab Urbe Româ ſtadia 160. 2 Modico, ſi ad Romam magnam conferatur. Antitheſis. 3 Mihi fuit. *Facundus comes in viâ pro*

Græcorum longè doctiſsimus: 4 inde forum Appî,
5 Differtum nautis, 6 cauponibus atqve 7 malignis.
8 Hoc iter 9 ignavi 10 diviſimus, altiùs ac nos
11 Præcinctis, unum: minùs eſt 12 gravis 13 Appia 14 tardis.
15 Hîc ego, 16 propter aqvam, qvòd erat 17 deterrima ventri
18 Indico bellum, cœnantes 19 haud animo æqvo
Exſpectans 20 comites. 21 Iam nox 22 inducere terris
Umbras, & cœlo diffundere 23 ſigna parabat.

Vehiculo eſt. 4 Deinde hoſpitium mihi præbuit mercatus Appii oppidi in viâ Appiâ ſiti. Apocope. 5 Refertum & plenum. 6 Negotiatoribus. 7 Perfidis. 8 Ab Urbe Româ uſqve ad Forum Appii. 9 Ad iter minùs expediti. 10 Biduo confecimus, biduum in illo conſumſimus. Eſt autem *dividere iter*, profectionem intermittere interqvieſcendum. 11 Qvod viatoribus velocioribus, validioribus, εὐζωνοτέροις, & magis, qvàm nos ſumus, ad iter expeditis unum tantum eſt, id eſt, unius diei iter. 12 Laborioſa, moleſta propter ejus amœnitatem, crebraqve ejus diverſoria. 13 Via ſc. qvam Appius Cenſor ſtravit. Liv. Decad. 1. l. 5. 14 Cunctatoribus, lentis viatoribus. 15 In Foro Appii. 16 Qvòd illam bibere nollem. 17 Fœdiſſima, inſaluberrima. 18 Famem denuntio, id eſt, jubeo, cogo ventrem meum eſurire, id eſt, non cœno. Sumtum eſt ab hoſtibus injuriam facientibus, qvibus denunciatur bellum. Cic. *Voluptatibus incidere bellum.* 19 Gravatè, iniqvo animo. 20 Qvi unà navigaturi erant. 21 Jam enim nox appropinqvabat. 22 Aſpergere ſuo adventu. Ita Virg. Ecl. 5. inducite *fontibus umbras Paſtores.* 23 Sidera & ſtellas in cœlo ſpargere & exhibere incipiebat, id eſt, cœlum ſtellis candidum fieri incipiebat, præſagium ſerenitatis nocturnæ.

24 *Tùm*

24 *Tùm pueri nautis, pueris* 25 *convicia nautæ*
26 *Ingerere,* 27 *Hùc appelle:* 28 *trecentos inſeris: ohe*
29 *Iam ſatis eſt.* 30 *Dùm æs exigitur, dùm mula*
31 *ligatur,*
32 *Tota abit hora:* 33 *mali culices, ranæq;* 34 *paluſtres*
35 *Avertunt ſomnos: abſentem cantat amicam*
Multâ prolutus 36 *vappâ* 37 *nauta, atq;* 38 *viator*

24 Intereà ſervi tùm à dominis præmiſſi, ut nautas juberent ad certam ripæ partem navem appellere. Duplex eſt Polyptoton, ac præterea qvidam acceſſus ad Proſopopœjam convitiantium. 25 Maledicta. 26 Ingerebant, id eſt, conviciabantur. Sic Ter. *ingeram mala multa*, id eſt, jaculabor in eum probra multa. Unde apparet ſumtum à præliantibus, & mutuis telis ſeſe petentibus. 27 Ad hanc ripæ partem navem applica. Cic. *Qvi cum ad Peloponneſum* claſſem appuliſſet. Verba ſunt puerorum ſive ſervorum, à dominis præmiſſorum, ad nautam de admovendâ certo littoris loco nave, ac de non pluribus in eam recipiendis. 28 Nimis multos, plures vectores navi imponis, in navem recipis, qvàm pacti ſumus, *vel*, qvàm navis ferre qveat. 29 Vectorum in navi. 30 Dùm naulum, ſive pretium, qvod datur nautæ à vectoribus, à nautis petitur. Symploce eſt, ejuſdem ſoni ſimilitudo, in principiis & clauſulis, qvæ præterea Græcorum ἰσόκωλα facit. 31 Ad retinacula, qvibus navem adversâ aqvâ noctis tempore trahat, alligatur. 32 Sic Ter. in Eun. *Dùm hæc dicit*, abiit hora. 33 Moleſti vermiculi alati. 34 In vicinâ Pontinâ palude. 35 Depellunt à nobis, illi clangoſo ſuo ſonitu & acuto morſu; hæ cantu ſuo. 36 Probè potus, plenus & irrigatus multo vili inſipido vino. Metaph. ab immoderatum potionis uſum indicandum, & ſumta à qvadrupedibus, qvæ inter largos aqvæ hauſtûs demergunt labra. Qvomodo Virg. 1. Æn. deſcribit Bitiam egregium potorem: *ille impiger hauſit Spumantem pateram, & pleno ſe* proluit *auro*, id eſt, replevit & conſperſit ſe vino ex aureâ paterâ. *Proluere* enim, eſt multùm diuq; lavare. 37 Qvi navem regebat. 38 Qvi

39 Certatim. Tandem 40 feſſus dormire viator
Incipit: ac miſſæ 41 paſtum 42 retinacula mulæ
Nauta 43 piger 44 ſaxo religat, 45 ſtertitq́; ſupinus:
Iamq́; dies 46 aderat, cùm nil procedere 47 lintrē
48 Sentimus: donec 49 cerebroſus 50 proſilit 51 unus,
Ac 52 mulæ 53 nautæq́; caput, lumboſqve, ſaligno
54 Fuſte 55 dolat. 56 Quartâ vix demùm 57 exponimur horâ:
Ora, manusq́; tuâ 58 lavimus 59 Feronia 60 lymphâ;
Millia tùm pranſi tria 61 repimus atq́; 62 ſubimus
63 Impoſitum 64 ſaxis latè candentibus 65 Anxur.

mulam moderabatur. 39 Contentiosè, uter præcelleret in amicæ laudibus decantandis. 40 Defatigatus vigiliâ, cantu & ebrietate. 41 Ut paſceretur. 42 Funes, qvibus alligatam navem trahebat mula. 43 Qvi etiam dormire cuperet. 44 Ad ſaxum, ne navis per paludes vagaretur. 45 Et altùm dormit ſupinus jacens, id eſt, ſecurus. 46 Illuxerat. 47 Scapham noſtram retinaculo ad ſaxum alligatam, immotam ſtare. 48 Evigilantes. 49 Iraſcens facilè, cui facilè cerebrum ob iram commovebatur. Plaut. *Senex hic cerebroſus eſt.* 50 E navi. 51 E noſtro comitatu. 52 Paſcentis. 53 Dormientis. 54 Qvi in palude copiosè proveniebat. 55 Verberat, cædit. Metaph. eſt a fabris lignariis, qvi aſperrima ligna dolabrâ complanant. 56 Poſt exortum Solis. Conqveritur, ſibi negligentiâ nautæ tertiam diei partem præteriiſſe. 57 Extra lintrem in terram ponimur, transfretamur. Virg. Æn. 10. *ſocios de puppibus altis, Pontibus* exponunt. 58 Abluimus munditiei & refrigerationis causâ, ibiqve prandemus. 59 Apoſtrophe eſt ad Feroniam Deam, Jovis Anxuris conjugem. 60 Aqvâ clarâ è fonte, propè tuum fanum profluente, hauſtâ. 61 Tardè & lentè progredimur. Sumtum à ſerpentibus. 62 Intramus. 63 In monte. 64 Scopulis. 65 Volſcorum op-

66 Huc

66 Hùc venturus erat Mæcenas optimus, atqve
67 Coccejus, 68 miſſi magnis de rebus uterqve
Legati, 69 averſos ſoliti 70 componere amicos.
Hîc 71 oculis ego nigra meis 72 collyria lippus
73 Illinere: 74 interà Mæcenas advenit, atqve
Coccejus, Capitoqve 75 ſimul Fontejus, 76 ad unguê
Factus homo, 77 Antoni, non ut magis alter, amicus.
73 Fundos Aufidio Luſco 79 prætore libenter
Linqvimus, 80 inſani ridentes 81 præmia ſcribæ,
82 Prætextam, & latum 83 clavum, prunæqve 84 batillum.

pidum, nunc *Tarracina* dicta, prominens in mare: unde *Jupiter Anxurus* dictus fuit, qvòd in illo tractu Campaniæ imberbis cultus fuerit. 66 Patronus meus. 67 *Lucius Coccejus Nerva* fuit Juriſconſultus, avus Nervæ Imperatoris. 68 Ab Auguſto, ut duorum Imperatorum, Antonii & Auguſti diſſidia, & bellorum civilium incendia exſtinguerent. *De* hîc valet propter. Ter. *Et qvid nos amas de fidicinâ iſtâ?* 69 Amicos illos inter ſe diffidentes. Al. *adverſos.* 70 Invicem reconciliare. 71 Rubris, dolentibus & continuò lachrymas ſtillantibus. 72 Oculorum medicamenta. 73 Illinebam, *vel,* illinere incepi. 74 Dum oculis oblinendis occupatus ſum. 75 Cùm ipſis. 76 Homo politiſſimis moribus, perfectiſſimus, omnibusqve virtutibus abſolutus. Metaph. eſt à marmorariis, qvi juncturarum æqvationem, vel lævitatem continuam & aſperitatem corporum unguibus probant. Hoc autem Tropo utuntur, qvi perfectionem alicujus rei volunt examinare & indicare. 77 Ita Antonii amicus, ut alius magis ipſi amicus inveniretur. 78 Urbem in viâ Appiâ dextrorsùm ſitam. 79 Fundano. 80 Ob novum præturæ magiſtratum ſuperbientis & inſolentis, qvaſi Romæ præturam gereret, non Fundis in parvo municipio. 81 Inſignia. 82 Togam purpurâ prætextam, magiſtratûs inſigne. 83 Veſtem ſenatoriam latis clavis ornatam. 84 Foculum ferreum geſtatilem & anſatum, qvod

In

In 85 Mamurrarum 86 laſſi deinde urbe 87 manemus,
Murenâ præbente 88 domum, Capitone 89 culinam.
Poſtera lux 90 oritur multò gratiſſima: namqve
Plotius, & Varius 91 Sinueſſæ, 92 Virgiliusqve
93 Occurrunt: 94 animæ, qvales neqve 95 candiores
Terra 96 tulit 97 neq; qveis me ſit 98 devinctior alter.
99 O, qvi complexûs, & gaudia qvanta fuerunt!
Nil ego contulerim jucundo 100 ſanus amico.
101 Proxima Campano ponti qvæ villula 102 tectum

prunâ plenum principibus viris præferebatur ad odores incendendos. 85 Nobilium eqvitum Romanorum, id eſt, in Formiis, ubi natus eſt Mamurra eqves Rom. 86 Ex itinere. 87 Pernoctamus. 88 Tectum & hoſpitium. 89 Cœnam nobis dantc, qvæ in culinâ ejus parabatur. Meton. eſt ſubj. Niſi malis referre ad mortem Principum & divitum, qvi curant ſua eſculenta & poculenta, qvocunqve proficiſcuntur, à ſuis coqvis circumgeſtanda. 90 Exoritur nobis. 91 In oppido, Minturnis proximo, ad Lirim fiuvium, ob vini copiam claro. 92 P. Virgilius Maro. 93 Nobis. 94 Homines tales nobis occurrunt. Synecd. part. Sic Cic. appellat Terentiam & filiam *animas*, ad indicium amoris ſingularis: *Vos meæ cariſſimæ* animæ, *qvàm ſæpiſſimè ad me ſcribite.* 95 Innocentiores, integriores. Sumtum à corpore ad animum. 96 Protulit, produxit. 97 Et qvibus alter qviſpiam me Horatio familiarior non inveniatur. 98 Metaph. eſt à corporibus arctis ad bonos animi affectûs, qvi debentur benè de nobis merentibus. 99 Exclamatio eſt admirantis magnitudinem lætitiæ, qvàm ex adventu talium virorum percepit. 100 Qvādiù rationis compos fuerim, ego cum dulci amico nihil comparandum putabo, illumqve rebus humanis merito ſuo præferendum. 101 Villula qvæ proxima eſt ponti Campano, ſuper Lirim fluvium. 102 Tecto nos pernoctantes recepit.

Præbuit

Præbuit, & 103 *parochi, qvæ debent, ligna, ſalemq;*
104 *Hinc muli Capuæ* 105 *clitellas* 106 *tempore ponunt:*
107 *Luſum it Mæcenas; dormitum ego, Virgiliusq;:*
Namqve pilâ 108 *lippis* 109 *inimicum, & ludere* 110 *crudis.*
111 *Hinc nos* 112 *Cocceji recipit* 113 *pleniſſima villa,*
114 *Qvæ ſupereſt Claudî cauponas.* 115 *Nunc mihi paucis*
Sarmenti ſcurræ pugnam Meſsîqve Cicerri, (*uterqve*
116 *Muſa, velim memores* 117 *& qvo patre natus*
118 *Contulerit lites.* 119 *Meſsî clarum genus Oſci,*

103 Præbitores præbuerunt ligna, &c. Παρέχειν enim eſt *præbere*. Parochorum erat munus, legatis, Reipublicæ causâ miſſis, res neceſſarias ſuppeditare. Unde dictæ etiam *parochiæ* loca ipſa, qvibus hæc præberi conſtitutum fuerat. 104 Ab hâc villulâ profecti. 105 Onera & ſarcinas ſuas. Meton. ſubj. 106 Tempeſtivè, tempori deponunt, id eſt, exonerantur, ita ut Capuæ pernoctaremus. 107 Pilâ palmariâ. 108 Lippitudine, ut ego Horatius laborantibus. In eo enim ludo oculis potiſſimùm laborandum eſt, ut vincas, aut peritum te luſorem exhibeas: ſervanda enim momenta, & in omnes partes circumagendum corpus. 109 Noxium, ingratum eſt. 110 Crudelitate ſtomachi. ut Virgilius, laborantibus, id eſt, cibum ægrè concoqventibus. Somnus enim & qvies cruditatis optima præſidia. 111 A villulâ Capuanâ digreſſos. 112 Qvàm Coccejus Nerva, comes noſter, condidit. 113 Copioſiſſima, omnibusqve rebus neceſſariis abundans. 114 Qvæ eſt ſupra tabernas Claudii, oppidi Samnii ab Appio Claudio conditi, illiqve oppido imminet. 115 Apoſtr. eſt ad Muſam, qvam ut rem magnam aggreſſurus, & parùm ingenio ſuo in re tantâ confidens, poſcit opem. 116 O Calliope: qvòd illa præſit Heroicis. 117 Qvo genere natus. 118 Litigârint, alterqve alterum maledictis defatigârit. 119 Oſci (populi Italiæ turpiſſimi) ſunt clarum ge-

120 *Sa-r*

Sarmenti domina 121 *exſtat.* 122 *Ab his majorib. orti*
Ad 123 *pugnam venére:* 124 *prior* Sarmentus, *Eqvi te*
Eſſe 125 *feri ſimilem dico.* 126 *Ridemus: & ipſe*
127 *Meſſius,* 128 *Accipio;* 129 *caput & movet. O* 130 *tua cornu*
131 *Ni foret exſecto frons [inqvit)* 32 *qvid faceres, cùm*
Sic 133 *mutilus minitaris?* 134 *At illi* 135 *fœda cicatrix*
136 *Setoſam* 137 *lævi frontem* 138 *turpaverat oris.*

nus Meſſi Cicerri: utpote qvi Oſcus eſſet. Ironia. Oſci enim [ut diximus] fuerunt populi turpiſſimi & obſcuriſſimi. 120 Scurræ. 121 Adhùc ſuperſtes eſt, à qvâ ille, tanqvam ſervus olim, è ſervoqve natus manumiſſus fuit & libertus factus. 122 A talibus, id eſt, ab obſcœnis & obſcuris parentibus egregii illi viri oriundi. Apparatus Proſopopœiæ, ubi Sarmentus ſcurra inducitur per Dialogiſmum cum Meſſio Oſco prior loqvens. 123 Certamen. 124 Compellare & provocare antagoniſtam ſuum Cicerrum incipit. 125 Indomiti. 126 Nos convivæ comparationem tàm ridiculam audientes. 127 Reſpondens, inqvit. 128 Probrum ſive convitium, qvod in me conjicis. 129 Caput agitat qvaſi minitans Sarmento. 130 Exclamatio eſt Sarmenti comminationem Meſſii deridentis. 131 Si cornu tibi non eſſet exſectum, qvod gerebas in fronte. Cornu exſectum apparebat ex inſigni cicatrice, qvâ frons erat deformata. Notat fortaſsè veſtigium exſectæ verrucæ. 132 Qvàm ferus eſſes. 133 Exſecto è fronte cornu. Metaph. à beſtiis mutilatis, qvibus exſecta ſunt cornua, vel naturâ non adnata. 134 At hoc dixit, qvia illi Cicerro, &c. Verba ſunt Poetæ, jocos Sarmenti explicantis. 135 Deformis cicatrix è fronte nata. 136 Piloſam, hirſutam. In hâc Metaphorâ eſt facetia, ubi Meſſius Cicerrus comparatur cum apris ſetoſis. Eſt autem *ſeta* pilus rigidior & craſſior, unde grex ſuum dicitur *pecus ſetigerum.* 137 In ſiniſtrâ faciei parte. 138 Deformaverat.

139 *Campanum in morbum, in* 140 *faciem per multa* 141 *jocatus,*
Paſtorem ſaltaret uti 142 *Cyclopa,* 143 *rogabat:*
Nil illi 144 *larvâ, aut tragicis opus eſſe* 145 *cothurnis,*
146 *Multa Cicerrus ad hæc: d nâſſet jam-ne* 147 *catenam*
148 *Ex voto Laribus,* 149 *qv rebat:* 150 *Scriba qvòd eſſet,* 66
151 *Deterius nihilo dominæ jus eſſe:* 152 *rogabat*

139 In magnas verrucas ac tubera, qvæ inſtar cornuum innaſcebantur in fronte gentis Campaniæ. 140 Propter cicatrices deformem. 141 Sarmentus. 142 Ut ſaltando imitaretur & exprimeret Polyphemum, vel ſaltaret more Polyphemi, monophthalmi, deformis & terribilis. Meton. effic. pro eſſe. pro ſaltatione à Polyphemo vel inventâ vel ſaltatâ. Prætereà eſt in *Cyclopa* Synecd. gen. pro ſpecie Polyphemi. 143 Cicerrum. 144 Cùm facies eſſet Meſſio ſæva, deformis & cicatricoſa. Alleg. eſt è Metaphoris à perſonis ſcenicis, qvæ ſe comparare ſolent convenienter rei, qvam volunt repræſentare. 145 Editioribus calceis, cùm magnæ ſtaturæ eſſet. 146 Meſſius Cicerrus multa dixit ad hæc convitia Sarmenti. Hîc par refert Sarmento ſcurræ proximis deinceps qvinqve verſibus, in qvorum fine clauditur Dialogiſmus narrationis inde captæ. 147 Compedes, qvibus fuerat à dominâ ligatus, qvippe qvi paulò antè viliſſimus ſervus, jam manumiſſus, iiſqve liberatus eſſet. 148 An à foco, Diis domeſticis ſacro, compedes ſuſpendiſſet. 249 Rogabat Sarmentum. 150 Dicebat intereà, *qvòd Scriba eſſet Sarmentus*, &c. Fortaſſis Cæſaris beneficio ſcribatum in municipiis coloniiſqve adeptus fuerat. Neqve ab eo ordine liberti arcebantur. 151 Idcircò dominæ ſuæ, qvæ ipſum manumiſerat, poteſtatem in illum nihil imminutum eſſe, id eſt, nihilo minùs ſervum eſſe. Servabant autem domini in ſervis manumiſſis, id eſt, libertis ſuis, jus operarum, ſc. in calceis ſuendis, & veſtibus, &c. 152 Ipſum.

Deniqve

Deniqve, cur unqvam 153 *fugiſſet; cui* 154 *ſatis una*
Farris libra foret, gracili ſic, tamqve 155 *puſillo.*
Prorsùs 156 *jucundè cœnam* 157 *produximus illam.*
Tendimus 158 *hinc rectâ* 159 *Beneventum, ubi* 160 *ſedulus hoſpes*
Pœnè arſit, macros dùm turdos 161 *verſat in igne.*
Nam vaga 162 *per veterem dilapſo flamma culinam*
163 *Vulcano, ſummum properabat* 164 *lambere* 165 *tectum:*
Convivas 166 *avidos* 167 *cœnam ſervoſqve* 168 *timentes*

153 A dominâ ſuâ aufugiſſet. Fugiebant ſervi duriùs habiti à dominis ſuis, & qvi contenti non erant unâ librâ farris indies pro diario. 154 Ad diurnum victum. 155 Corpore. Ironicè: q. d. ejus fugæ cauſam fuiſſe dominæ ſuæ parcimoniam, qvi pro vaſtitate corporis, & ſuâ voracitate diurnâ, plures farris libras exigeret. 156 Propter contentiones haſce ſcurrarum ridiculas. 157 Sic Cic. *convivium ad multam noctem, qvùm maximè poſſumus, vario ſermone* producimus. 158 A villâ Cocceji Nervæ tecto itinere pergimus. Cic. ad Attic. l. 16. *dubito, an Venuſiam* tendam, *ibiqve te exſpectem.* Virg. 1. Æn. Tendimus *in Latium.* 159 Urbem in agro Samnitum. 160 Hoſpes diligens & officioſus, ſed parum cautus, combuſtus eſt cum domo ſuâ: vel *hoſpes*, id eſt, domus hoſpitis: ut Virg. Æn. 2. *jam proximus ardet* Ucalegon. Meton. ſubj. 161 Torret & aſſat. 162 Per vetuſta arida domûs ligna. 163 Cùm ignis à Vulcano inventus eſſet diſperſus. Meton. cauſæ effic. 164 Leviter contingere. Sumtum eſt à canibus, linguâ & molli tactu catulos lingentibus. Sic Virg. Æn. 2. *tactuqve innoxia molli* Lambere *flamma comas, & circum tempora paſci.* Et Æn. 3. in deſcriptione Ætnæ calidum exhalantis hyperbolicws: *Attollitqve globos flammarum, & ſidera* lambit. 165 Domûs. 166 Eſurientes & famelios. 167 Obſonia, qvæ coqvebantur & ad cœnam parabantur, cibum appoſitum. Synecd. totius. 168 Dominos veriti, aut

Tum

Tum 169 *rapere, atqve omnes* 170 *reſtingvere velle* 171 *videres.*
Incipit 172 *ex illo montes* 173 *Appulia* 174 *notos*
Oſtentare mihi, qvos 175 *torret* 176 *Atabulus, & qvos*
Nunqvam 177 *erepsêmus, niſi nos* 178 *vicina* 179 *Trivici*
Villa 180 *recepiſſet,* 181 *lacrymoſo non ſine fumo,*
182 *Udos cum foliis ramos* 183 *urente camino.*
184 *Hîc ego* 185 *mendacem ſtultiſsimus uſq; puellam*
Ad mediam noctem exſpecto: ſomnus tamen 186 *aufert*
187 *Intentum Veneri: tum immundo ſomnia* 188 *viſu*

metu incendii trepidantes. 169 Ex incendio, è flammâ, ut cœnam ſervarent. 170 Flammam & incendia. Prior ergò cœnæ, qvàm incendii cura, ut in domo alienâ. 171 Qvivis poſſet videre. Synecd. eſt certi ac definiti pro incerto ac definito. 172 Oppido Benevento digreſſis, & ulteriùs tendentibus. 173 Patria mea. 174 Montes Apenninos altiſſimos notos mihi Horatio, utpote Venuſino, & in Apuliâ nato. 175 Frigore ſuo exurit, adeò ut vix ullo calore poſteà recreari poſſint. Al. *terret.* Nam infeſta qvæ ſunt, terrent. 176 Ventus ille peſtifer, Apuliæ infeſtus. 177 Erepſiſſemus, perrepſiſſemus, id eſt, vix illò tranſiiſſemus. Syncope. Similis eſt Tropus ſuperiori, *tria repimus.* 178 Illis montibus. 179 *Trivicum* oppidum eſt in finibus Campaniæ. 180 Hoſpitio. 181 Lachrymas exprimente & excitante. Meton. effe. 182 Ramos arborum humidos ac virides. 183 Igne in camino comburente. Meton. eſt ſubj. pro adj. Propriè enim *caminus* eſt fornax. Vel ſic: eò qvòd in camino udi rami comburerentur. 184 In hâc villâ. 185 Fallacem, qvæ promiſſis non ſtetit. 186 Opprimit, invadit me, id eſt, dum illam exſpecto, in ſomnum incido. 187 De amore & libidine cogitantem. Meton. effic. 188 Obſcœnâ viſione aliqvâ & ſpecie, qvâ videbar mihi cum amicâ conſueſcere.

189 *Nocturnam veſtem* 190 *maculant, ventremqve* 191 *ſupinum.*
Qvattuor 192 *hinc rapimur viginti &* 193 *millia rhedis,*
Manſuri 194 *oppidulo, qvòd* 195 *verſu dicere non eſt:*
196 *Signis perfacile eſt:* 197 *venit viliſsima rerum*
Hîc aqva: ſed panis longè 198 *pulcherrimus,* 199 *ultrò*
200 *Callidus* 201 *ut ſoleat humeris* 202 *portare viator:*
203 *Nã Canusî lapidoſus;* 204 *aqva non ditior urna:*
205 *Qvi locus à forti* 206 *Diomede eſt conditus olim.*
207 *Flentibus hinc Varius* 208 *diſcedit* 209 *mœſtus amicis.*
Inde 210 *Rubos feſsi* 211 *pervenimus, utpote* 212 *longũ*

189 Induſium. Synecd. gen. 190 Inqvinant, ſc. eruptione ſeminis, qvæ fit in ſomno. 191 Dum ſupinus jaceo. 192 A villâ Trivici celeriter vehimur rhedis. 193 Paſſuum. 194 In oppidulo aliqvo Eqvotutio pernoctaturi. 195 Qvod oppidulum verſu Hexametro exprimere & proprio nomine deſignare non licet: qvia in verſu Hexametro hæc dictio *Eqvotutium* collocari neqvit. 196 Per ſigna autem hoc oppidum deſcribere. 197 Venditur. 198 Candidiſſimus. 199 Ad ulteriora loca. 200 Prudens. 201 Adeò ut. 202 Panem iſtum. 203 Nam Canuſii (oppidi Apuliæ) panis eſt durus. 204 Aqvæ autem urna & potio non eſt copioſior, qvàm Eqvotutii, ubi venundatur, id eſt, ubi non plus eſt aqvæ, qvàm Eqvotutii, propter unicum fonticulum, qvem unâ ſitulâ facilè poſſis exhaurire. Al. *dulcior*, id eſt, palato gratior, qvàm Eqvotuti, ubi aqva eſt viliſſima & putidiſſima. 205 Canuſium oppidum. Synecd. gen. 206 Tydei filio. 207 Deſiderio amici. 208 Deſcendit ad caſtra Cæſaris cum Mæcenate & Coccejo. 209 Qvòd nos deſerere cogeretur. 210 Oppidum Campaniæ, vel à copiâ ruborum, vel à *colore* dictum. 211 Nos reliqvi. 212 Qvia con-

Carpen-

Carpentes iter, & factum 213 corruptius imbre.
Poſtera 214 tempeſtas 215 melior: 216 via pejor, ad uſqve
217 Barî mœnia 218 piſcoſi: dehinc 219 Gnatia 220 lymphis
221 Iratis extructa 222 dedit riſûsqve, jocoſqve;
Dùm 223 flammâ ſine, thura 224 liqveſcere limine ſacro
Perſuadere 225 cupit: 226 credat Judæus 227 apella,
Non ego: namq; Deos 228 didici 229 ſecurum agere ævum;
Nec, ſi qvid miri faciat natura, Deos id
230 Triſtes ex alto cœli 231 demittere tecto.

tinuum. 213 Nobis moleſtius propter pluviam. 214 Dies. Synecd. totius. 215 Serenior erat. 216 Ob præteriti diei pluviam. 217 Barii. Apocope. *Barium* eſt oppidum Apuliæ, qvod à mari alluitur. 218 Piſcibus abundantis. 219 Egnatia, id eſt, oppidum illud Salentinorum. Meton. ſubj. pro miraculo ignis, qvod illic fit. 220 Aqvis ſive fluctibus marinis, à qvibus qvotidiè oppugnatur. 221 Propter magnam in eo oppido dulcis & potabilis aqvæ penuriam. 222 Mihi comitibusqve meis exhibuit. Metaph. qvia tribuitur motus & ſenſus rei inanimatæ. 223 Igne. 224 Incendi & abſumi thura, Diis oblata, in primo templi veſtibulo & aditu, id eſt, in aris. 225 Gnatia, id eſt, populus Gnatiæ. 226 Hæc & alia ſuperſtitioſa, ſc. thura, qvæ in ſacrificio adhibentur, ſine igne abſumi. Conceſſio eſt γελοιασμός. 227 Recutitus & circumciſus. 228 In ſcholâ Epicuri. 229 Qvietos & ab omni curâ rerum humanarum vacuos eſſe, ac proinde illos mortalia hujusmodi non curare. 230 Tanqvam de rebus humanis ſollicitos. 231 Deorsùm mittere è cœlo in terras. Synecdochica eſt periphraſis cœli & Metaphorica.

232 Brunduſium longæ finis 233 chartæqve viæq; eſt.

232 Brunduſium fecit finem hujus meæ ſcriptionis & narrationis, meiqve itineris prolixi trecentorum & ſexaginta milliarium metam. 233 Meton. ſubj.

SATYRA VI.

Reprehendit vanum populi Rom. de nobilitate judicium, qvòd eam ſtemmatum antiqvitate, non virtute, metiretur, & nobilitate illâ non præditos ad magiſtratûs non libenter admitteret. Sibi non eâdem ratione amicitiam Mæcenatis, qvâ tribunatum, poſſe qvemqvam invidere: cùm hæc non fortunæ fuerit, ſed virtutis commendatione qvæſita. Tandemqve ſuam conditionem longè meliorem in vitâ privatâ oſtendit, qvàm in magiſtratu eſſe poſſit.

NOn, qvia, Mæcenas, Lydorum qvicqvid Etruſcos
1 Incoluit fines, nemo generoſior eſt te;
Nec, qvòd avus tibi maternus fuit, atqve paternus,
Olim qvi 2 magnis legionibus imperitârint:
3 Ut pleriqve ſolent, 4 naſo ſuſpendis adunco
5 Ignotos, ut me 6 libertino patre 7 natum.
Cùm 8 referre negas, qvali ſit qviſq; parente

1 O Mæcenas, non ideò ſuſpendis ignotos naſo adunco, qvia nemo eſt omnium Lydorum ſive Tuſcorum, qvotqvot vel qvicunqve Etruriam incoluerunt, eſt nobilior te, id eſt, qvia nullus eorum tibi præſtat generis claritate. 2 Legionibus plenis, qvæ decem cohortibus conſtabant, præfuerint. 3 Ut ſolent pleriqve alii tumidi, claris parentibus orti. 4 Irrides, præ te contemnis, μυκτηρίζεις. Met. ſubj. pro irriſione & contemptione huic corporis particulæ adjunctâ. 5 Ignobiles & infimæ ſortis homines, ἀσήμους. 6 Filio liberti, id eſt, ſervi manumiſſi. 7 In municipio extrà Romam in Apuliâ. 8 Nihil intereſſe dicis in definiendâ nobilitate, qvibus paren-

Natus

Natus, dum ingenuus: perſuades hoc tibi verè,
Ante poteſtatem 9 Tullî, atqve 10 ignobile regnum,
11 Multos ſæpè viros, 12 nullis majoribus ortos,
Et vixiſſe probos, amplis & honoribus 13 auctos.
14 Contrà Lævinum, 15 Valerî genus, 16 unde Superbus
17 Tarqvinius regno pulſus fuit, unius aſsis
Non unqvam pretio pluris 18 licuiſſe, 19 notante
Judice, qvem noſti, populo: 20 qvi ſtultus 21 honores
Sæpè dat indignis, & 22 famæ ſervit ineptus:

tibus qviſqve prognatus ſit, dummodò animo generoſus & honeſtus ſit, & cujus pater ſervitutem non ſervivit. 9 Servii Tullii, ſexti Romanorum regis, ex Ocriſiâ ſervâ captivâ nati, Tarqvinii Priſci generi, & hoc mortuo, ſocru Tanaqvili ſic hortante, ad regnum evecti. 10 Ab ignobili detentum: qvia ex ſervâ natus. 11 Epanalepſis eſt ejuſdem ſoni in principio & clauſulâ, ut Epiſtrophe in duobus membris proximè ſeqventibus. 12 Contemtis & nihili & nullo qvaſi loco habitis, qvi nuſqvam ſint, nec ullo apud homines in pretio habeantur. 13 Ornatos fuiſſe. 14 Contrà verè tibi perſvades ſive rectiſſimè ſtatuis, Lævinum nunqvam licuiſſe pluris pretio unius aſſis. 15 P. Valerii Poplicolæ, qvi Collatino, Bruti collegæ, abdicare coacto, Conſul ſuffectus eſt, filium. Tibul. de Circe. *Qvamvis illa foret* Solis genus. 16 A qvo, cum Junio Bruto, ὑφ' ὗ. Ter. *Domi habuit*, unde *diſceret*. 17 Septimus Romanorum rex regno ſuo & ex urbe ejectus fuit. 18 Æſtimatum fuiſſe pluris uno aſſe, id eſt, hominum contemtiſſimum fuiſſe. Feſtivè tanqvam ſub auctione venalem proponit. Cic. *De Druſi hortis, qvanti* licuiſſe *tu ſcribis, id ego qvoqve audieram.* 19 Judicante. 20 Populus vanus & nullo conſilio ductus. 21 In indignos honores ſæpè conferre ſolet. 22 Vanæ opinioni & generis ſplendori inſervit.

Qvi 23 ſtupet in 24 titulis & 25 imaginibus. 26 Qvid oportet
Nos facere, à vulgo longè latèqve 27 remotos?
28 Namqve eſto, 29 populus 30 Lævino mallet 31 honorem
Qvàm Decio mandare 32 novo: Cenſorqve 33 ma- [veret
34 Appius, 35 ingenuo ſi non eſſem patre natus:
36 Vel meritò, qvoniam in propriâ non 37 pelle qviêſſē.

23 Cum admiratione & ſtupore hæret. 24 Inſcriptionibus antiqvarum ſtatuarum. 25 Simulacris ſive ſtatuis majorū, qvorum imagines in atriis ædium ordine habebant Romani collocatas, i.e. in clariſſimis & nobiliſſimis ſuis majoribus, per Meton. adj. 26 Qvòd ſi ſtultus populus ſpretâ generis nobilitate, malos & ignavos contemnere poteſt, qvid-nam nos, qvi populo ſumus ſapientiores, facere convenit? 27 Vitâ pariter & ſtudiis, id eſt, qvi longè multùmqve vulgo præſtamus? 28 Concedatur, qvod ſeqvitur, populum anteponere nobilem ignobili. Conceſſio eſt, & qvædam *ἐπανόρθωσις* ſuperioris ſententiæ de populo. 29 Sc. *qvòd.* 30 Licet ignavo, tamen tanqvam nobili. 31 Magiſtratus. 32 Homini ignobili. Metaph. eſt à rebus nunc primùm apparentibus ad hominem ignotum, nullisqve majoribus clarum & notum. Cic. 7. Verr. *Videmus, qvanta ſit invidia, qvantoqve in odio apud qvoſdam homines nobiles* novorum *hominum virtus & induſtria.* 33 Eſto etiam, qvòd Appius Cenſor removeret ac repelleret me à petendo magiſtratu. 34 Severiſſimus qvisqve Cenſor, qvalis fuit Appius. Synecd. ſpec. 35 Libero. 36 Atqve jure me repelleret à magiſtratu. *Vel* enim hic non disjunctionem, ſed conjunctionem ſententiæ ſignificat: ut in illo Ter. Vel *hoc qvis non credat qvi nôris te, abs te eſſe ortum?* 37 In proprio ſtatu, infra fortunam meam me non continuiſſem, ſed majora me ipſo concupiviſſem. Metaph. ab aſino Cumano, pellem leonis induente, in eos, qvi ſuâ conditione minimè contenti, majora ſuis viribus aggre-

Sed

Sed 38 fulgente 39 trahit conſtrictos 40 gloria 41 curru
42 Non minùs ignotos generoſis. 43 Qvò tibi, Tulli,
44 Sumere depoſitum clavum? fieriqve 45 Tribunũ?
46 Invidia accrevit, 47 privato qvæ minor 48 eſſet.
Nam 49 ut qviſqve 50 inſanus 51 nigris medium 52 impediit crus
53 Pellibus, & latum 54 dimiſit pectore 55 clavum.

diuntur. 38 Auro gemmiſqve. 39 Ad ſe rapit vinctos. 40 Ambitio gloriæqve cupido, id eſt, cupidi gloriæ, tàm ignobiles, qvàm nobiles, trahuntur ambitione ſuâ: Meton. adj. Tota autem ſententia eſt Allegorica à triumphantibus, qvi vehuntur aureo curru, & captivos trahunt conſtrictos: ſic qvi ſtudio laudis tenentur, dicuntur illius cupiditate trahi, tanqvam vincti. Similis eſt Allegoria apud Cic. pro Arch. *Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus qviſqve maximè gloriâ ducitur.* 41 Triumphali. 42 Ignobiles æqvè ac nobiles. 43 ò M. Tulli Cicero, in qvem uſum tibi profuit, aut ad qvid te juvit? Ex abrupto Tulliũ arripit, demonſtraturus, qvantò tutius ſit ſuâ conditione contentum vivere. 44 Aſſumere interfecto Cæſare latũ clavum, i.e. Senatorũ veſtem, i.e. dignitatẽ Senatoriam tibi à Julio Cæſare ademtam, cùm victo Pompejo, à cujus partibus eras, è Senatu movebaris. Meton. eſt adj. ſigni. 45 Militum. 46 Scilicet magnã tibi conflâſti invidiã deponendo & ſumendo veſtem Senatoriam. 47 Si privatus manſiſſes, nulloqve magiſtratu functus fuiſſes. 48 Tibi fuiſſet. 49 Statim ut. 50 Ambitioſus, & ideò inſanus, qvòd ignobilis homo inſignia ſenatoria ſibi ſumat. 51 Hœdinis. 52 Revinxit. 53 Calceis coriaceis & tamen mollibus. Meton. mat. & rurſùs hi tanqvam adjuncta ſenatoriæ dignitati. i.e. ſtatim ut qviſqve calceis ſenatoriis altioribus uti cœpit. 54 E pectore deorsùm miſit, id eſt, aliqvem magiſtratum ambivit. 55 Tunicam lati clavi, cui lati clavi erant aſſuti: qvod

56 *Audit continuo: 57 Qvis 58 homo hic eſt? quo patre natus?*
59 *Ut ſi qvi ægrotet, qvo morbo Barrus, haberi*
Et cupiat formoſus 60 eat qvacunqve, puellis
61 *Injiciat curam 62 qværendi ſingula: qvali*
Sit facie, ſurâ qvali, pede, dente, capillo:
Sic qvi 63 promittit, cives, urbem ſibi curæ,
64 *Imperium fore, & Italiam, & 65 delubra Deorũ,*
Qvo patre ſit natus, num ignotâ matre 66 inhoneſtus,
Omnes mortales curare, & 67 qværere cogit.
68 *Tu-ne Syri, Damæ, aut Dionyſî 69 filius audes*
70 *Dejicere è ſaxo cives? aut tradere 71 Cadmo?*
72 *At Novius collega 73 gradu poſt me ſedet uno,*

erat inſigne majorum magiſtratuum. 56 Hoſce populi ſermones de ſe. 57 Polyptoton. 58 Novus ſc. qvi ad magiſtratum aſpirat. 59 Non ſecùs ac ſi qvis laboret illo animi morbo, qvo Barrus homo nimis comtus & mulieroſus ægrotavit, ſcil. adulterandi ſtudio. 60 Per platéas. 61 Suâ formoſitate. 62 Curiosè percunctandi de ſingulis corporis ſui membris. 63 Candidatorum more habitû ſuo. Hæc verba in ſe continent formulam qvandam juramenti ejus qvi Magiſtratum adibat. 64 Romanum 65 Templa, ubi Deorũ ſimulacra ſtatuuntur. 66 Tanqvã ſpurius genitus ſit. 67 Curiosè percunctari. 68 Proſopop. perfecta per Dialogiſmum, ubi qvidam è populo fingitur ad inqvirendum in novum hominem, ad honores & imperium evectum, & hic ad reſpondendum objicienti. 69 E ſervo qvopiam natus Nam hi tres fuerunt ſervi. Alleg. eſt multiplici Synecdoche pro qvibusvis infimæ ſortis parentibus. 70 Præcipitare è ſaxo Tarpejo cives Romanos, ex ingenuis parentibus ortos, damnatos, id eſt, audes tu tribunatu fungi? 71 Tradere ſecuri percutiendos carnifici? 72 Reſpondet filius Syri aut Damæ. 73 Ignobilior & inferior eſt me genere libertatis, ideò-

Nam-

Namqve eſt 74 ille, pater qvod erat meus. 75 Hoc tibi Paulus
Et 76 Meſſala videris. At 77 hic, ſi plauſtra ducenta,
Concurrántq; 78 foro tria funera, 79 magna ſonabit,
Cornua qvòd vincatqve 80 tubas; 81 ſaltem tenet hoc nos.
82 Nunc ad me redeo libertino patre natum,
Qvem 83 rodunt omnes libertino patre natum,
84 Nuncq; qvia, Mæcenas, tibi ſum 85 convictor; 86 at olim,
87 Qvòd mihi paréret legio Romana Tribuno.
Diſſimile 88 hoc 89 illi eſt; qvia non ut 90 forſit 91 honorē

qvē minùs aptus ad honores, qvàm ego. Alleg. eſt è Metaph. à dejectu ſeſſionum. 74 Novius eſt libertus, qvalis pater meus fuit, cùm ego ſim libertinus. 75 In hoc, propter hanc rem, qvòd collega tuo ſuperior ſis, videris eſſe nobilis, ut Paulus: Verba ſunt civis Romani. 76 Juriſconſultus nobiliſſimus. 77 Novius collega tuus. 78 In foro. 79 Claram & magnam vocem edet, qvæ omnem ſtrepitum & ſonitum ſuperet. 80 In funere inflari ſolitas. Propert. El. ult. l. 4. *Sic mœſtæ cecinère tubæ, cùm ſubdita noſtrum Detraheret lecto fax inimica caput.* 81 Cùm multa deſiderentur in Novio collegâ tuo ad perfectionem magiſtratûs, nobis ſaltem vocis bonitate & inſigni ejus vocalitate ſatisfacit, dignumq; eum judicamus eo ordine & gradu. Cic. *Summum me eorum ſtudium tenet.* 82 Deponitur Proſopopœia, ac velut egreſſus ex hiſtoriâ ſui antè inceptâ, *me libertino patre natum*, nunc illam reſumit. In *me* eſt Meton. ſubj. pro ad adjunctâ de eo narratione. 83 Carpunt, clanculùm mordent. Metaph. à muribus. Sic Sat. 4. *abſentem qvi rodit amicum.* 84 Nunc me mordent. 85 Familiaris & conviva. 86 Mordebant me. 87 Qvòd ſub Caſſio & Bruto Tribunus militum fui. 88 Tribunum militum fieri. 89 In tuam familiaritatem recipi. 90 Fortaſsè 91 Tribunitiæ poteſtatis: qvod fortunæ debeo.

Jure mihi 92 *invideat qvivis, ita te qvoqve* 93 *amicum,*
Præſertim 94 *cautum dignos aſſumere, pravâ*
Ambitione procul. Felicem dicere 95 *non hoc*
Me poſſum, caſu qvòd te 96 *ſortitus amicum:*
Nulla etenim mihi te 97 *fors obtulit.* 98 *Optimus olim*
Virgilius, poſt hunc Varius, 99 *dixére, qvid eſſem.*
100 *Ut veni coram,* 101 *ſingultim pauca locutus,* [*fari*)
(102 *Infans namqve pudor prohibebat plura* 103 *pro-*
104 *Non ego me* 105 *claro natum patre, non ego circũ*
Me 106 *Saturejano* 107 *vectari rura caballo:*
Sed, qvod eram, narro. 108 *Reſpondes (ut tuus eſt mos)*
Pauca. Abeo, & 109 *revocas nono poſt menſe, jubeſqve*
Eſſe in amicorum numero. Magnum hoc ego duco,
Qvòd placui tibi, qvi 110 *turpi ſecernis honeſtum,*

92 Invidere poterit. 93 Te mihi amicum eſſe invidere poterit, tuo judicio electum, non fortuitò. 94 Circumſpectum in amicis, tuâ familiaritate dignis aſſumendis. 95 Non ob hoc ipsum. Sic Sat. 1. *Non tuus* hoc *venter capiet plus.* &c. 96 Nactus ſum. 97 Nullus caſus, ſed certo judicio ac deliberatione præhabitâ, me amicum aſciviſti. 98 Poëtarum. 99 Tibi. 100 Poſtqvam vocatus coràm ad te veni. 101 Per intervalla interruptis verbis. 102 Reddens homines infacundos & elingues. Meton. effecti. *Infans* enim propriè dicitur, qvi dicendi facultate laborat. Cic. *Tum verò ita ſum perturbatus, ut omnia timerem: ſi nihil dixiſſem, ne* infantiſſimus; *ſi multa in ejuſmodi causâ dixiſſem, ne impudentiſſimus exiſtimarer.* 103 Dicere. 104 Ego non narro. 105 Nobili. 106 Eqvo Tarentino, & in Saturejanis paſcuis, id eſt, Appulis educato. Tarentum enim & Saturum vicinæ ſunt civitates Apuliæ. 107 Eqvitare, 108 Tu, ô Mæcenas, reſpondens mihi pauca. 109 Me ad te. 110 A turpi. Sat. 3. *Nec natura poteſt* juſto

111 *Non*

111 *Non patre præclaro, ſed vitâ &* 112 *pectore puro.*
Atqvi ſi vitiis 113 *mediocribus, ac mea paucis*
Mendoſa eſt natura 114 *alioqvi* 115 *rectas, (velut ſi*
Egregio inſperſos 116 *reprendas* 117 *corpore* 118 *nævos)*
Si neqve avaritiam, neqve ſordes, 119 *ac mala luſtra*
Objiciet verè quiſqvam mihi; 120 *purus & inſons*
(Ut me collaudem) ſi vivo, & charus amicis,
121 *Cauſa fuit pater his,* 122 *qvi macro pauper agello,*
Noluit in 123 *Flavî* 124 *ludum me mittere,* 125 *magni*
126 *Qvò pueri* 127 *magnis è Centurionibus* 128 *orti,*
Lævo 129 *ſuſpenſi loculos* 130 *tabulamqve* 131 *lacerto,*
Ibant 132 *octonis referentes Idibus* 133 *æra.*

ſecernere *iniqvum.* 111 Qvi patre natus ſum, qvi nobilis qvidem non eſſet. 112 Animo candidus eſſet. 113 Parvis. 114 Mediocribus ac paucis illis vitiis exceptis. 115 Integra. 116 Aliqvis reprehendat. 117 In corpore. 118 Maculas. Sic Ovid. 14. El. 5. Triſt. *Nullus in egregio corpore* nævus *erit.* 119 Ac pernitioſa lupanaria, fornices. Metaph. eſt à latibulis ferarum. 120 Si vivo animo puro & vitâ integrâ. 121 Harum virtutum pater mihi cauſa fuit. 122 Qvi qvamvis pauper agricola in macro agello victum ſibi qværeret. 123 Flavii calculatoris, ut artem numerandi addiſcerem. 124 Scholam Arithmeticæ. Synecd. gen. Omnem autem ſcholam *ludum* dixére Romani. 126 Dites ac nobiles. 127 In qvem ludum Flavii. 127 Ditibus ac nobilibus parentibus. Polyptoton. 128 Nati. 129 Habentes loculos, in qvibus calculos habebant, ſuſpenſos, *vel* loculis ſuſpenſis lævo lacerto ibant. Met. effecti. 130 Ratiocinatoriam, in qva numerare diſcunt. 131 In ſiniſtro brachio. Synecd. par. *Lacertus* enim propriè dicitur latus muſculus, collum & humeros ambiens. Inde *lacertoſus homo* pro maſculoſo ac robuſto uſurpatur. Hic verſus repetitus eſt Ep. 7. l. 1. 132 Singulis octo menſibus, qvo ſpatio pleriqve artem illam addiſcebant. 133 Mercedem ſive minerval Fla-

134 *Sed*

134 *Sed puerum eſt auſus Romam* 135 *portare,* 136 *docendum*
Artes, 137 *qvas doceat qvivis Eqves, atq́ Senator*
138 *Semet prognatos.* 139 *veſtem ſervoſqve ſeqventes*
In magno ut populo ſi qvis vidiſſet, 140 *avitâ*
Ex re præberi ſumtûs mihi crederet illos.
141 *Ipſe mihi* 142 *cuſtos* 143 *incorruptiſſimus omnes*
Circùm 144 *doctores aderat.* 145 *Qvid multa?* 146 *Pudicum*
(Qvi 147 *primus virtutis honor) ſervavit ab omni*
Non ſolùm facto, verùm 148 *opprobrio qvoq́ turpi:*
Nec timuit, ſibi ne vitio qvis verteret. 149 *olim*

vio numerandi magiſtro datam: *Vel* (ut alii) fœnebrem pecuniam, qvæ exigebatur Idibus à debitoribus, ut Kalendis nummi ponebantur. Meton. mat. pro nummis ex ære cuſis. Virg. Ecl. 1 *Non unqvam gravis* ære *domum mihi dextra redibat*: & rurſùs Synecd. ſpec. pro qvâvis monetâ & pecuniâ. 134 Sed me puerum. 135 Propter teneram ætatem. 136 Ut ibi docerer artes 137 Artes ſc. liberales. 138 Ex ſe ipſo prognatos, id eſt, liberos vel pronepotes ſuos. 139 Adeò ut ſiqvis veſtitum & comitatum meum in turbâ Romanâ vidiſſet. 140 Ex avorum proavorumq; patrimonio illos ſumtûs mihi ſuppeditari. Sic *avitæ opes, avita & patria res* apud Cic. 141 Pater meus. 142 Pudicitiæ meæ. 143 Sanctiſſimus & integerrimus. 144 A qvibus inſtituebar. 145 Sc. *neceſſe eſt dicere de ſollicitâ patris cuſtodiâ & diligentiâ?* 146 Me incolumem conſervavit & liberum. 147 Princeps, præſtantiſſimus. Ter. Eun. *Siqvidem illud poſſis, nil prius, neqve fortius,* ſc. eſt, qvàm negligere Thaidem revocantem, nihil eſt melius & excellentius. Virg. *Primos juvenum tot miſerit Orco.* 148 Ab omni malâ famâ, maledicto. 149 Aliqvando, ποτέ.

150 Si 151 præco parvas, aut (ut fuit 152 ipſe) 153 coactor
Mercedes ſeqverer: neqve ego eſſem 154 qveſtus. 155 Ob hoc nunc
Laus illi debetur, & à me gratia major.
Nil me 156 pœniteat ſanum patris hujus; 157 eoqve
Non, ut magna 158 dolo factũ negat eſſe ſuo 159 pars,
Quòd non 160 ingenuos habeat claroſqve parentes,
Sic me defendam: longè mea diſcrepat 161 iſtis
Et 162 vox & ratio. Nam ſi natura juberet
A certis annis 163 ævum remeare peractum,
Atqve alios 164 legere ad faſtum, qvoſcunqve parentes

150 Si me adhoc inſtituiſſet, ut præco fuiſſem, vel coactor. 151 Rerum venalium. 152 Pater meus ipſe. 153 Pecuniæ Publicanorum collector & vectigalium exactor. Synecd. gen. *Coactores* autem miniſtrabant argentariis, qvi auctionibus præerant, & pretia rerum in auctione venditarum intrà certum diem ab emptoribus exigebant: Et hoc erat *coactiones argentarias factitare:* qvale munus pater Horatii obiit: qvale etiam Suetonius ſcribit Titum Flaviũ Petroniũ obiiſſe. 154 Conqveſtus eſſem de patre meo, ſi me præconem aut coactorem feciſſet. 155 Qvòd liberalioribus artibus me inſtitutum voluit. 156 Nil me pœnitere debet, id eſt, non parùm ego putare debeo, qvamdiu ſanæ mentis ero, natum eſſe me hoc patre tàm præclarè erga me affecto. 157 Eoqve nomine, atqve ideò non ſic me defendam, &c. 158 Suo vitio & culpâ, ſed fortunæ iniqvitate. 159 Hominum. 160 Nobiles. 161 Ab illis ſtultis hominibus, nec idem cum illis loqvor ac ſentio. 162 Sermo, ſententia, pronunciatum. Synecd. part. *Vox* enim propriè eſt, qvo qvippiam vocatur: uno autem nomine res qvæqve conſtare ſolet. 163 Poſt certum temporis intervallum majores noſtros aut homines priſci ſeculi ſive ætatis præteritæ reviviſcere. Meton. adj. 164 Eligendi optio-

Opta-

Optaret ſibi qviſq; 165 *meis contentus,* 166 *honeſtos*
Faſcibus & 167 *ſellis nolim mihi ſumere:* 168 *demens*
Judicio vulgi, 169 *ſanus fortaſſe* 170 *tuo: qvòd*
Nollem 171 *onus (haud unqvam ſolitus)* 172 *portare moleſtum.*
173 *Nam mihi continuò major qværenda foret* [174 *res,*
175 *Atqve ſalutandi plures; ducendus & unus*
176 *Et comes alter, uti ne* 177 *ſolus rus-ve peregrè-ve*
Exirem: plures 178 *calones, atqve* 179 *caballi*
Paſcendi; ducenda 180 *petorrita: nunc mihi* 181 *curto*
Ire licet mulo, vel, ſi libet, uſqve Tarentum;
182 *Mantica cui lumbos onere* 183 *ulceret, atq;* 184 *eqves armos.*
185 *Objiciet nemo* 186 *ſordes* 187 *mihi, qvas tibi,* (188 *Tulli,*

nem habere ad ſuperbiam alios parentes pro arbitratu cujuſq; nobiles, conſules, principes, reges. 165 Parentibus. 166 Parentes alios ornatos Præturâ & Ædilitate, qvibus faſces virgarum præferebantur, ad levium delictorum animadverſionem, ut ſecuris ad gravia & capitalia præcidenda. 167 Curulibus ſc. ex ebore factis, qvibus majores magiſtratûs vehebantur. 168 Viderer, qvi nobilitatem ac divitias contemnerem. 169 Prudens. 170 Tuo, ô Mæcenas, judicio, qvi & ipſe intrà fortunam tuam manere mavis, & populares honores non magni æſtimas. 171 Nobilitatis. 172 Suſpicere in me. 173 Si nobilis eſſem. 174 Majores divitiæ. 175 Suffragiorum vel ambitionis causâ. 176 Honoris gratiâ. 177 Sine comitatu. 178 Viliores ſervi, miniſtri. *Calones* propriè ſunt militum ſervi. 179 Eqvi. VehiculaGallica. 181 Mulo, qvi caudam habet decurtatam. 182 Pera, in qva res neceſſariæ feruntur. 183 Exulceret. 184 Seſſor, ſive eqves inſidens. 185 Probro dabit. 186 Avaritiam vel ignobilitatem. 187 Privato. 188 Qvas tibi, M. Tulli Cicero, populus Rom. objecit. De Tullio ſuprà.

Cum

Cùm 189 *Tiburte viâ prætorem qvinqve ſeqvuntur*
*Te pueri,*190 *laſanum portantes,*191 *œnophorumqve.*
192 *Hoc ego* 193 *commodiùs, qvàm tu* 194 *præclare Senator,*
Millibus atq; 195 *aliis: vivo: qvacunq;* 196 *libido eſt,*
Incedo ſolus: percunctor 197 *qvanti olus, ac far:*
198 *Fallacem Circum,* 199 *veſpertinumq;* 200 *pererro*
Sæpè forum: aſſiſto 201 *divinis:* 202 *inde domum me*
Ad porri & ciceris 203 *reſero* 204 *laganiq; catinũ.*
Cœna 205 *miniſtratur* 206 *pueris tribus, &* 207 *lapis albus*
Pocula cùm 208 *cyatho duo ſuſtinet:* 209 *aſtat* 210 *echinus*

189 In viâ Tiburtina extrà portam Eſqvilinam, qvæ Tibur ducit. 190 Vas, in qvo alvus exoneratur. 191 Vas, in qvo vinum ferebatur. 192 Ideò, hoc ipſo. 193 Jucundiùs. 194 Ironia eſt cùm contrà ſit intelligendus hic Tullius Præturâ indigniſſimus & obſcuriſſimus. 195 Qvi magiſtratum gerunt. 196 Qvòd ſolus, qvacunqve libitum fuerit, incedo. 197 Vendatur. 198 Locum Urbis celeberrimum, ubi fallaces Aſtrologi, divinatores, & ſomniorum interpretes freqventes erant, & homines incautis dolis atqve præſtigiis ludebant. Meton. ſubj. & loci. 199 Veſpertino tempore: qvia veſperi liberior eſt inambulatio in foro minùs celebri ac freqventi. 200 Pervagor. 201 Rerum futurarum conjectoribus, nempe in Circo. 202 Deinde. 203 Recipio. 204 Oleriſqve vas eſcarium. 205 Mihi. 206 A paucis pueris, nullo ſtrepitu. 207 Menſa marmorea Delphica, ad differentiam menſæ eſcariæ, in qvâ ſemper ſtatuebant paria poculorum pro numero convivarum, qvorum ſingulis bina pocula ponebantur. Meton. mat. & Synecd. gen. 208 Qvo aqvam ad vinum temperandum haurio. 209 Mihi cœnanti. 210 Olla fictilis cum vaſto ore, ſic nominatum à ſimilitudine echini, animalis ſetis &

211 *Vi-*

211Vilis, cū paterâ212 guttus, 213 Campana ſupellex.
Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi qvòd cras
Surgendum ſit manè; 214 obeundus Marſya 215 qvi
Vultum ferre negat Noviorum poſſe minoris. [ſe
Ad 216 qvartam jaceo; poſt hanc 217 vagor, aut ego 218 lecto,
Aut ſcripto, qvod me 219 tacitum juvet, ungor 220 olivo;
221 Non qvo 222 fraudatis immundus 223 Natta lucernis.
Aſt ubi me 224 feſſum Sol 226 acrior ire 225 lavatū
Admonuit, fugio rabioſi tempora 227 ſigni.

ſpinis horrentis. 211 Parvi pretii. 212 Unde oleum aut vinum guttatim defluat. 213 Qvæ tota ſupellex in Campania facta & fictilis eſt: nam argillæ in Campaniâ bonitas & copia eſt: unde plurimæ illic figlinæ. 214 Qvòd Marſyæ ſtatua in foro, ad qvam vadimonia ſtatuunt & litigant, litium causâ ſit adeunda. Met. ſubj. Fabulantur Poëtæ Marſyam fuiſſe Phrygium tibicinem, cui cantando ab Apolline victo pellis detracta eſt, ut conſtat ex Ovid. Faſt. 6. Hujus ſtatua in foro Romæ poſita erat ad deterrendum iniqviſſimos qvoſqve litigatores: ad qvam ſiſtebantur vadimonia. 215 Qvæ ſtatua, vel qvi locus fori, ubi erat erecta ſtatua Marſyæ, non poteſt ferre vultum junioris duorum fratrum Noviorum, fœneratoris & litigatoris adeò impudentis, ut etiam lapideæ ſtatuæ ejus vultum ampliùs ſuſtinere neqveant. 216 Horam. 217 In civitate deambulo. 218 Poſtqvam aliqvid ego legi, aut ſcripſi, ungor, &c. *Vel*, ego lectito, aut ſcriptito aliqvid. 219 Privatum recreet. 220 Oleo. 221 Non oleo, qvo, &c. 222 Per fraudem oleo ſuo privatis. 223 Sordidus qvidam Romanus ſe ungit. 224 Ambulando, legendo & ſcribendo. 225 Calidior, vehementior. 226 Ut me lavem. 227 Sirii, id eſt, Caniculæ, id eſt, dies caniculares æſtuoſos. Hîc *ſignum*,

Pranſus

Pranſus 228 non avidè, qvantum 229 interpellet inani
Ventre diem durare, 230 domeſticus otior. Hæc eſt
Vita 231 ſolutorum miſerâ ambitione graviqve.
232 His me conſolor, 233 victurus ſuavius, 234 ac ſi
235 Qvæſtor avus, pater atqve meus, patruusqve fuiſſent.

qvia ex pluribus conſtat ſtellis, pro unâ Caniculâ ponitur per Synecd. gen. 228 Moderatè & parcè prandeo æſtûs causâ. 229 Sed tantum ſolùm, qvantum non ſinat me integrum diem inani ventre permanere, id eſt, tantùm cibi & potionis in prandio ſumo, qvantum poſſit impedire, ne totum diem jejunus & inanis ſim. 230 Domi otium ago. 231 Eorum, qvi liberati ſunt. 232 Hiſce rebus, hâc vitâ. 233 Al. *victurum.* 234 Qvàm ſi ex familiâ eſſent Senatoriâ. 235 Ditiſſimus & potentiſſimus, qvalis fuit Qvæſtor Romæ. Synecd. ſpec.

SATYRA VII.

Rixam Rupilii, cognomento Regis, cum Græculo qvodam Perſio deſcribit. Proſcriptus enim ab Auguſto Rex fugit ad Brutum, ubi Horatio tunc tribuno militum ignobilitatem exprobrâſſe ferunt, qvi nunc eam contumeliam ulciſci velit.

1 *PRoſcripti Regis Rupulî 2 pus atqve venenum*
3 Hybrida qvo pacto ſit Perſius ultus, opînor

1 Per proſcriptionem Auguſti civitate expulſi. 2 Pus venenoſum, id eſt, peſtiferam maledicentiam, purulentam & virulentam calumniam. Metaph. eſt à corpore ſanioſo ad vitia ingenii, impuritatem, odium, improbitatem indicandam. 3 Semiromanus ex patre Græco & matre Romanâ natus. Translatio eſt ab animalibus ſemiferis. *Hybridæ* enim nominantur ex diverſo genere nata animalia, & maximè canes ex venatico & gregario creati. Sic Val. Max. l. 8. c. 6. ſcribit,

Omnibus & 4 lippis notum & tonſoribus eſſe.
Perſius hic 5 permagna negotia dives habebat
6 Clazomenis, etiam lites cum 7 Rege moleſtas:
8 Durus homo, atqve 9 odio qvi poſſet vincere Regem
10 Confidens, 11 tumidusqve; adeò ſermonis 12 amari
13 Siſennas, Barros 14 ut eqvis præcurreret albis.
Ad Regem 15 redeo: poſtqvam nihil inter 16 utrumqv
17 Convenit, (18 hoc etiam ſunt omnes jure moleſti,
Qvo fortes, 19 qvibus adverſum bellum incidit. Inte
Hectora 20 Priamiden, animoſum atq; inter Achill

Q. Varium propter jus civitatis *Hybridam* cognominatum ex patre Hiſpano & matre Veronenſi natum. 4 Hominibu otioſis ac loqvacibus. Synecd. geminæ ſpec. Lippi enim, qvibus propter imbecillitatem oculorum eſt plurimum otii à rebus gerendis, rumoribus audiendis ſeſe dedunt. Apud tonſores multas diei horas conterunt loqvaces. 5 Freqvens negotiabatur. 6 In urbe Aſiæ: à *Clazomenæ, arum.* 7 Rupilio. 8 Sævus, pertinax. Metaph. eſt à corpore ad animum. 9 Odioſâ oratione ac convitiis etiam Reges ſuperare potuerit. 10 Audax. 11 Superbus. 12 Odioſi, ingrati, ac mordacis. A ſaporibus traductum eſt ad ingratos & aſperos verborum ſonos. 13 Calumniatores improbiſſimos. Synecd. duplicis ſpec. 14 Ut velocibus eqvis maledicendo longè ſuperaret. Allegoria eſt à curſoribus, qvi pernicitate talium eqvorum ſuos ſyndromos longè antevertebant. Veteres enim præferebant eqvos albos reliqvis, tùm qvòd viribus præſtarent, tùm qvòd auſpicia magis rata facere crederentur, ideòqve triumphis adhibebantur. 15 Miſſo Perſio. 16 Et Regem & Perſium. 17 Poſtqvam illi inter ſe hoſtes capitales facti ſunt. 18 Omnes enim maledici calumniatores hoc jure & hâc naturâ inter ſe ſunt, qvo jure vivunt, qvamqve naturam habent heroës magnanimi, id eſt, eandem ſibi libertatem vendicant. 19 Inter qvos diſcordia incidit. 20 Priami fili-

21 *Ira*

21 Ira fuit capitalis, 22 ut ultima divideret mors:
Non aliam ob cauſam, niſi qvòd 23 virtus in 24 utroq;
Summa fuit. 25 Duo ſi diſcordia vexet inertes,
At ſi 26 diſparibus bellum 27 incidat, ut 28 Diomedi
Cum Lycio 29 Glauco, 30 diſcedat pigrior, 31 ultrò
Muneribus miſſis) Bruto Prætore 32 tenente
Ditem Aſiam, Rupuli & Persî par 33 pugnat, uti non
34 Compoſitus meliùs 35 cum Bitho Bacchius. In jus
Acres 36 procurrunt, magnum 37 ſpectaculum, uterq;
Perſius exponit 38 cauſam: 39 ridetur ab omni
Conventu: laudat 40 Brutum, laudatqve 41 cohortẽ:

tum. 21 Ira peſtifera & inexpiabile odium. 22 Adeô ut ſola mors omnium rerum ultima illam iram, illudqve odium alterius Hectoris interitu ſedaret & dirimeret. 23 Fortitudo, qvâ uterqve confiſus alter alteri concedere noluit. Synecd. gen. 24 Heroë. 25 Contra autem ſi duos ignavos diſcordia exagitet. 26 Duobus diſparibus, forti & ignavo. 27 Oriatur. 28 Tydei filio. 29 Hippolochi filio, in Trojano bello fuit, illud ſc. bellum facilè dirimitur: qvippe cùm inter duos illos, qvi ignavior eſt, diſcedat. 30 Adverſario victoriam concedat. 31 Ut Glaucus Diomedi arma aurea pro æreis, ut ab armis diſcederet, promiſit. 32 Obtinenre, occupante. 33 Verbis acerbè contendit. 34 In certamen congreſſus fuerit, in arenam deſcenderit. Tranſlatum à gladiatoribus, qvi dicuntur inter ſe componi, cùm producuntur depugnaturi in arenam. 35 Bithus & Bacchius fuerunt nobile par gladiatorum & arte & audaciâ, qvi poſt multas inter ſe pugnas commiſſas mutuis vulneribus ceciderunt. 36 Animis concitati in publicum currunt poſt multa convitia & maledicta ad Brutum, ut is, causâ cognitâ, litem dirimeret, eoſq; componeret. Sumtum videtur à re militari, ubi ſtrenuiſſimus qviſq;, ſigno dato, ex agmine procurrit in aciem. 37 Bruto ejuſq; comitibus fuit. 38 Cauſam ſuam inter ſe & Rupilium. 39 Effuſus cachinnus editur ab iis, qvotqvot cum Bruto aderant. 40 Prætorem. 41 Bruti comites, vel, cohortem

 42 Solem

42 Solem Aſiæ Brutum appellat: ſtellasq, 43 ſalubres
Appellat 44 comites, 45 excepto Rege: 46 Canem
Inviſum agricolis ſidus, veniſſe, ruebat, [illum,
47 Flumen ut hybernum, 48 fertur qvò rara ſecuris.
49 Tùm 50 Præneſtinus 51 ſalſo multumq; 52 fluenti
53 Expreſſa arbuſto 54 regerit convitia, 55 durus,
Vindemiator & invictus, cui ſæpè 56 viator
Ceſſiſſet, magnâ compellans voce 57 cucullum.
At 58 Græcus, poſtqvam eſt Italo perſuſus 59 aceto,
Perſius, exclamat: Per magnos, 60 Brute, Deos te

prætoriam, qvæ prætori Bruto in provinciâ pro ſatellitio & comitatu aderat. 42 Clariſſimum ſidus. Metaph. eſt à ſplendidis cœli corporibus, ad excellentiam Bruti ejusqve comitum indicandam: qvalis eſt à Sirio in *Canem*, ad exitium hominum notandum. 43 Salutares. 44 Bruti. 45 Præter Rupilium Regem. 46 Inconſultè & inani verborum profluentiâ dicebat unà cum Bruto adveniſſe, tanqvam Caniculam cœleſte ſidus agricolis damnoſum & horribile. 47 Imbribus ac nivibus auctum ex altiſſimis montibus ruere ac dilabi ſolet per illa loca, qvò, &c. Synecdochica eſt periphraſis torrentis. 48 Qvò propter rapacitatem fluminis frondator aut lignator cum ſecuri raro pervenit, ut ligna cædat. 49 Ubi Perſius dicendi finem fecit. 50 Rupilius Rex, Præneſte natus. 51 Amaro ac mordaci. Alleg. eſt è Metaph. ſumtis à frondatoribus, qvi prætereuntes convitiis provocant. 52 Profluenti. 53 Depromta ex pectore. 54 Retorqvet. 55 Ut acerbus vinitor. 56 Priùs vindemiatori convitiatus manum dediſſet. 57 Deridens vinitorem, & eum appellans avem pigram ac nidi ſui obliviſcentem. Metaph. eſt à naturâ hujus avis ad pigritiam vinitoris exprimendam. 58 Semigræcus & Hybrida. 59 Aſperſus & profusè vexatus eſt à Rege Romanis convitiis, aculeatis ſalibus, verbis acerbis. Alleg. continuatis Metaph. a pungentibus liqvoribus. 60 Apo-

Ore

Oro, qvi 61 Reges conſuêris 62 tollere, cur non
63 Hunc Regem jugulas? operum 64 hoc [mihi crede] tuorum eſt.

ſtrophe eſt ad Brutum per exclamationem obteſtantis, ubi alludit etiam ad L. Junium Brutum Tarqvinii Superbi expulſorem. 61 Julium Cæſarem, & alios. 62 E medio. 63 Rupilium. 64 Hunc Rupilium jugulare tui muneris ac officii eſt.

SATYRA VIII.

Priapum Deum, cuſtodem hortorum, inducit qverentem de Canidiâ & Saganâ veneficis, &, qvæ ab illis in occulto fierent, deſcribentem.

1 OLim truncus eram 2 ficulnus, 3 inútile lignum:
Cùm 4 faber 5 incertus ſcamnum, 6 faceret-ne 7 Priapum,
Maluit eſſe 8 Deum. 9 Deus 10 inde ego 11 furum 12 aviumqve
13 Maxima formido; nam fures 14 dextra 15 coërcet,
Obſcœnoqve ruber porrectus ab inguine 16 palus:

1 Ego Priapus olim truncus eram. Effícta eſt hîc & inducta perſona factitii Dei. 2 Fici arboris. 3 Nullam ad rem utile, informe, non dolatum. 4 Me intuitus. 5 Dubius. 6 Ex me. Eſt hîc A'πορία ſive àddubitatio. 7 Simulacrum Priapi, hortorum cuſtodis. Meton. ſubj. 8 Imaginem Dei. Meton. itidem ſubj. 9 Hortorum. Polyptoton. 10 Ab expreſsâ meî formâ ego Priapus Deus factus ſum. 11 Qvi auferendorum fructuum gratiâ alienos hortos ingrediuntur. 12 Qvæ hortorum ſeminibus damnum adferunt. 13 Maximus terror. 14 Dextra mea falce ac fuſte armata. Neqve enim inermem decet eſſe cuſtodem. 15 Ad hortum accedere prohibet. 16 Virile membrum ex rubro palo factum, à puden

Aſt 17 importunas volucres in 18 vertice arundo
19 Terret 20 fixa, vetatq́; 21 novis 22 conſidere in hortis.
23 Hûc prius anguſtis ejecta 24 cadavera 25 cellis
26 Conſervus vili portanda locabat 27 in arcâ
Hoc miſeræ plebi 28 ſtabat commune ſepulcrum,
29 Pantolabo ſcurræ, Nomentanoqve 30 nepoti.
Mille pedes 31 in fronte trecentos 32 cippus 33 in agrû
34 Hîc dabat, 35 hæredes monumentû ne ſeqveretur.

dis longitudine duorum pedum extentum. 17 Qvæ ſine ullâ Dei reverentiâ proximè qvotidiè advolant, & moleſtæ ſunt. 18 Capitis mei. 19 Fugat. Et vento variè impulſa & commota. 21 Nuper ſatis, *Vel*, nuper à Mæcenate conditis. 22 Locum capere. 23 Ad hunc locum, ubi horti jam ſunt. *Vel*, ubi Priapus ſtabat. 24 Conſervorum, aut inopum & plebejorum hominum. 25 Ex domunculis, caſis, vel tuguriolis. 26 Veſpillo, Libitinarius, Sandapilarius. Synecd. gen. 27 Vili feretro, ſandapilâ, qvâ miſera plebs efferebatur, non in ornato feretro. Synecd. itidem gen. Q. d. anteà hîc plebejorum hominum ſepulchra fuerunt. 28 Paratum, conſtitutum erat inopi & egenti plebi. 29 Qvi univerſum patrimonium abligurierat. Sic dictus, qvòd qvicqvid ei afferretur, ab omnibus acciperetur. 30 Luxurioſo, qvi rem ſuam familiarem turpiter conſumſerat. 31 In longitudinem. Hoc diſtichon continet formulam verborum, qvibus teſtator uſus fuerat in certo loci ſpacio Reipubl, donando, & hæredibus ſuis detrahendo, ut eſſet commune populi ſepulcretum. 34 Lapis in agro erectus. Metaph. eſt in erecto terræ tumulo, cui tribuitur ſenſus & motus, id eſt, cippus continet mille pedes & trecentos, vel totidem patet. 33 In longitudinem. 34 In hoc loco, in Eſqviliis dabat, id eſt, oſtendebat tantum terræ dari humandis corporibus pauperum per has literas in eo inciſas. 35 Hoc monumentum non eſt hæredum, ſed hominum tenuium, & nullum hærediolum habentium. Hæc erant ver-

36 Nunc licet 37 Eſqviliis habitare 38 ſalubribus, atq;
39 Aggere in aprico ſpatiari; 40 qvò modò triſtes
Albis 41 informem ſpectabant 42 oſſibus agrum:
Cùm 43 mihi 44 non tantùm furesqve, feræqve, 45 ſuetæ
Hunc vexare locum, curæ ſunt atq; labori; (venenis
46 Qvantum, 47 carminibus qvæ 48 verſant atq; 49
Humanos animos; 50 has nullo 51 perdere poſſum,
Nec prohibere modo, 52 ſimulac 53 vaga 54 Luna 55 decorum
Protulit os, qvin 56 oſſa legant, herbasq; 57 nocentes.

ba Cippo inſcripta. 36 Qvoniam commune ſepulchrum eſſe deſiit. 37 In Eſqviliis, in qvo colle, olim ſepulcreto, Mæcenas domū pulchrā jam exſtruxerat, hortoſq; amœnos adjunxerat. 38 Sepulchris remotis. 39 In colle aperto & Soli expoſito deambulare. 40 In qvem aggerem conjectis oculis paulò antè homines triſtes, mortuos ſepelientes ſpectabant. 41 Deformem, ſqvalidum. 42 Cadaverum. 43 Priapo. 44 Non tantum ſollicitudinis fures & feræ injiciunt, qvantum, &c. Regreditur ad expoſitionem ſui muneris de coſtodiendis ſuis hortis, conqverens ſibi multò moleſtiores eſſe ſagas in oſſibus & herbis colligendis, ad homines incantamentis vinciendos, qvàm fures, feras & aves. 45 Qvæ olim conſveverunt hunc locum petere propter cadavera. 46 Qvantum mulieres veneficæ ſunt mihi curæ. 47 Incantationibus Virgil. Ecl. 8. Carmina *vel cælo poſſunt deducere Lunam.* 48 Immutant, vexant. 49 Malis herbis. 50 Veneficas. 51 E medio tollere, qvò minùs hùc veniant. 52 Poſtqvam. 53 Errabunda, qvæ obliqvo incedit curſu, non recto, ut Sol. Virg. Æn. 2. *Hic canit* errantem *Lunam, Soliſqve labores.* 54 Qvæ veneficiis præeſſe creditur. 55 Candidum ſuum caput produxit, id eſt, ſimulac nox venit. 56 Reliqvias cadaverum ſepultorum hìc colligant ad veneficia ſua. In *os* & *oſſa* eſt Paronomaſia. 57 Peſtiferas.

Vidi 58 egomet nigrâ 59 ſuccinctâ 60 vadere 61 pallâ
62 Canidiam, pedibus nudis, 63 paſſoq; capillo,
Cum Saganâ majore 64 ululantem 65 pallor 66 utraſqve
Fecerat horrendas aſpectu) 67 ſcalpere terram
Ungvibus, 68 & pullam divellere mordicùs agnam
Cœperunt. 69 Cruor in foſſam confuſus, ut 70 inde
71 Manes elicerent, animas reſponſa 72 daturas.
73 Lanea & effigies erat, altera cerea: 74 major
Lanea, qvæ pœnis compeſceret inferiorem.
Cerea 75 ſuppliciter 76 ſtabat 77 ſervilibus, 78 utq;
Iam peritura, modis. 79 Hecaten 80 vocat 81 altera, ſævam

58 Ego Priapus ipſe vidi. 59 Expeditam. Sic Sat. 6. l. 2. *Veluti* ſuccinctus *curſitat hoſpes.* 60 Incedere. 61 Veſtæ. 62 Famoſiſſimam illam veneficam: de qva vide Epod. 5. & 17. & Sat. 1. l. 2. 63 Sparſo, non religato. Sic Ter. *capillus paſſus.* 64 Noctuarum, canum & luporum more. translatio à lupis. 65 Vultus. 66 Utramqve ſagam. 67 Effodere, & foſſam facere. 68 Et nigram agnam, qvam ſecum attulerant, dentibus diſcerpere. 69 Cruor agnæ dilaceratæ in effoſſam terram, qvam ungvibus fecerant, mixtim confluxit. 70 Ex foſsâ, vel cruore. 71 Mortuorum animas excitarent. *Manes* enim ſunt animæ à corpore ſejunctæ. 72 Qvæ illis interrogantibus reſponſa darent. 73 Duæ erant imagines, altera lanea, altera cerea. 74 Major autem & potentior effigies erat lanea, qvæ imbecilliorem ceream verberaret. 75 Ipſi ſupplicans. 76 Ante laneam. 77 Verberibus ac flagris graviſſimis. 78 Utpote. Al. *ut qvo.* 79 Proſerpinam, veneficarum præſidem: qvæ Hecate dicta eſt ab *ἑκατὸν, centum* qvòd Hecatombe, id eſt, centum victimis placatur; vel qvòd centum annos errare faciat inſepultos. Vide Od. 22. l. 3. 80 Invocat. Tribuitur hîc inanimatis ſenſus, & eſt qvædam Proſopopœjæ ſpecies. 81 Veneficarum.

Altera

Altera 82 *Tiſiphonen.* Serpentes, *atqve videres*
83 *Infernas* 84 *errare canes, Lunamq;* 85 *rubentẽ,*
Ne foret 86 *his teſtis, poſt* 87 *magna latere ſepulchra.*
88 *Mentior at ſi qvid, merdis caput* 86 *inqviner albis*
Corvorum, atq; 90 *in me veniant mictum atq; cacatũ.*
91 *Julius, &* 92 *fragilis Pedatia,* 93 *furq;* 94 *Voranus.*
95 *Singula qvid memorem? qvo pacto* 96 *alterna loqventes*
97 *Umbræ cum* 98 *Saganâ* 99 *reſonarent triſte & acutum?*
100 *Utq; lupi* 101 *barbam* 102 *variæ cum dente colubræ*
103 *Abdiderint furtim terris? &* 104 *imagine cereâ*
105 *Largior arſerit ignis? & ut non teſtis inultus*
Horruerim voces Furiarum, & facta 106 *duarum?*

82 Unam ex tribus Furiis, qvæ cædes ulciſcitur. Vide Od. 28. l. 1. 83 Canes infernales, id eſt, Furias, Hecates comites. Synecdochica periphraſis. 84 Hinc inde curſitare. 85 Erubeſcentem pudore tot ſcelerum veneficarum. 86 Tot ac tanta ſcelera & veneficia aſpiceret. 87 In ſublime exſtructa. 88 Παρακατάληψις eſt diluentis objectum per exclamationem obteſtantis pronuncianda. 89 Utinam caput habeam merdis corvorum inqvinatum. 90 In meam hanc ſtatuam. 91 Perditiſſimus nebulo 92 Mollis & impudicus Pedatius, qvi cum patrimonio pudicitiam amiſit. Benè igitur eum Poëta muliebri nomine appellat. 93 Q. Catuli libertus. 64 Qvi nummulario nummos ereptos calceo abſcondit. 65 Qvæ ibi vidi & audivi? Ironia eſt, ubi ſimulat: ſe velle prætermire, qvod memorat maximè. 96 Alternis vicibus, alternatim. 97 Animæ mortuorum. 98 Veneficâ. 99 Mœſtè & acutè loqverentur. Sic Sat. 3. dixit, *acutum cernere.* 100 Et qvomodo. 101 Qvâ veneficia depelluntur. 102 Maculoſæ. 103 Secretò ſub terrâ occultaverint veneficæ illæ duæ. 104 Ob imaginem ceream, qvæ in igne liqveſcebat. 205 Vehementior. 106 Harum duarum. Canidiæ & Saganæ, qvæ

Nam, 107 *diſploſa ſonat quantùm veſica,* 108 *pepedi*
109 *Diffiſsâ nate* 110 *Ficus: at* 111 *illæ* 112 *currere in Urbem.*
Canidiæ 113 *dentes, alium Saganæ* 114 *caliendrum*
Excidere, atque 115 *herbas, atque* 116 *incantata* 117 *lacertis*
118 *Vincula, cum magno riſuq; jocoq; videres.*

tanqvam Furiæ erant. 107 Diſrupta. 108 Tantum ventris crepitum edidi. 109 Natibus diviſis, inqve diverſum diſtractis. 110 Ego Priapus ficulneus, à ficu factus. Meton. mat. 111 Veneficæ. 112 Currebant, vel currere cœperunt, ſc. hoc tanto ſonitu perturbatæ. 113 Colubræ ſc. non ſuos, ſed alienos arte inſitos. 114 Crines appoſitos, non nativos. 115 Venenatas. 116 Diris incantationibus affecta. 117 Ex brachiis. 118 Licia diverſorum colorum. Synecd. gen. 119 Qviſqve videre pollet & ridere veneficarum perturbatarum fugam. Synecd. ſpec. pro genere.

SATYRA IX.

Deſcribit cujusdam, in qvem fortè inciderat, importunam & pertinacem garrulitatem, qvâ jactabundè qvædam, nonnulla impudenter, omnia ſtultè deblaterans, diu invitum detinuerit, & propemodùm enecârit.

1 *IBam fortè viâ* 2 *ſacrâ [ſicut meus eſt mos]*
Neſcio qvid 3 *meditans* 4 *nugarum, totus* 5 *in illis:*

1 Deambulabam. Videtur imitatio Phædriæ apud Ter. in Eun. *Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias (Ita ut fit, ubi qvid in animo eſt moleſtiæ,) Aliã rem ex aliâ cogitare.* 2 Qvæ ad Romanum forum deducit: ſic dicta, qvod in eâ fœdus ictum ſit inter Romulum ac Tatium. Vide Epod. 4. 3 Animo meo volvens. 4 Verſuum Satyricorum. Synecd. gen. 5 In

6 *Accur-*

6 *Accurrit 7 qvidam, notus mihi nomine tantùm,*
Arreptâqve manu,8 Qvid agis, dulciſſime, rerum?
9 *Svaviter, ut nunc eſt, inqvam: 10 & cupio omnia, qvæ vis.*
Cùm 11 *aſſectaretur,* 12 *Num qvid vis?* 13 *occupo. At ille,*
14 *Noris nos (inqvit,) docti ſumus.* 15 *Hic ego, Pluris*
16 *Hôc (inqvam) mihi eris.* 17 *Miſerè* 18 *diſcedere* 19 *qværens,*
20 *Ire modò ocyùs, interdum* 21 *conſiſtere; in aurem*
22 *Dicere, neſcio qvid, puero; cùm ſudor ad imos*
23 *Manaret talos; ô te Bollane* 24 *cerebri*
Felicem! ajebam tacitus. Cùm qvidlibet ille

illis nugis totus cogitationibus meis occupabar. 6 Ad me. 7 Civis Romanus. 8 Qvomodo vales Horati? inqvit ille. 9 Rectè valeo, ut nunc rerum mearum ſtatus eſt. 10 Et exopto ut omnia, qvæ velis, ex voto tibi ſuccedant. 11 A latere meo non diſcederet, me, qvocunqve irem, comitando. 12 Loqvendi formula iis uſitata, qvi diſcedere ab aliqvo cuperent. Ter. Eun. *Rogo numqvid velit. Rectè, inqvit, abeo.* 13 Interrogando prævenio. 14 Hoc volo, ut nos cognôris. 15 Tum. 16 Eo nomine, qvia doctus es, pluris mihi fies. 17 Vehementer, uſqve ad miſeriam. Ter. *Hæc verba me herculè una falſa lacrumula, Qvam oculos terendo* miſerè *vix vi expreſſerit, Reſtinguet.* 18 Ab ipſo. 19 Contendens. 20 Ibam aliqvando celeriùs, ut illum à me abigerem. 21 Conſiſtebam. 22 Simulabam me puero ſeqventi ſecretò dicere. 23 Ad imos pedes uſqve deflueret præ angore & perturbatione animi ex moleſtiâ garruli. 24 Ob cerebrum tuum hujuſmodi garrulitatis & ineptiarum impatiens, qvi hujuſmodi hominem garrulum ſtatim reprehenderes, & à te abigeres. Meton. ſubj. ad integram mentem, ingenium atqve intelligens judicium ſignificandum, qvorum cerebrum ſedes atq; domicilium

Garri-

Garriret, 25 v.cos, 26 Urbem 27 laudaret: 28 ut illi
Nil reſp:ndebam: 29 Miſerè cupis (inqvit) 30 abire,
Iam dudum video? 31 ſed nil agis: 32 uſqve ienebo:
Perſeqvar. 33 Hinc qvo nunc iter eſt tibi? Nil 34 opus eſt te
Circumagi: qvendam volo viſere, non tibi notum:
Trans Tiberim lõgè 35 cubat is, propè Cæſaris 36 hortos.
37 Nil habeo qvod agam, & 38 non ſum piger: 39 uſqve ſeqvar te.
40 Demitto auriculas, ut 41 iniqvæ mentis aſellus,
Cùm gravius dorſo 42 ſubiit onus. 43 Incipit ille:

eſſe creditur. 25 Per qvos tranſibamus. Vicos autem Romæ 40. fuiſſe memorant. 26 Romam Synecd. gen. 27 Epiſtrophe. 28 Poſtqvam. Cic. *Ut ab Urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, qvin ad te aliqvid literarum darem.* 29 Vehementer. 30 A me. 31 Fruſtrà cupis effugere, non enim te dimittam. 32 Semper te detinebo. Ter. *Ego vapulando, ille verberando* uſqve *ambo defeſſi ſumus.* 33 Ab hoc loco qvò es iturus? 34 Nihil neceſſe eſt te mecum hùc illùc circumduci, meâqve causâ moleſtias ſuſcipere. Verba ſunt Horatii, qvi multas fingit cauſas ſeſe ab hoc garrulo liberandi. 35 Lecto affixus decumbit & ægrotat, Sic Sat. 3. l. 2. *Mater ait pueri, menſes jam qvinqve* cubantis. 36 Qvos ille moriens teſtamento reliqvit populo Romano. Svet. in Jul. Cæſ. c.83. 37 Reſpondet garrulus affectator. 38 Sed libenter ambulo. 39 Semper. 40 Impudentiâ garruli defatigatus. Translatio eſt à jumentis, qvorum aures demiſſæ corporis defatigationem ſignificant. 41 Qvi graviter ferre ſolet. Metaph. eſt ab homine ad beſtiam pro ingenio aſini iniqvo & tardo ad herilem agitationem. 42 In ſe recepit, portavit onus ſuis viribus gravius. 43 Garrulus loqvi.

Si

Si benè 44 *me novi, non* 45 *Viſcum* 46 *pluris amicũ,*
Non Varium 47 *facies; nam* 48 *qvis me ſcribere plures,*
Aut citiùs poſſit verſus? qvis membra 49 *movere*
50 *Molliùs?* 15 *invideat qvod &* 52 *Hermogenes, ego canto.*
53 *Interpellandi locus hîc erat; Eſt tibi mater?*
Cognati? 54 *qveis te ſalvo eſt opus?* 55 *Haud mihi qvisqvam;*
Omnes 56 *compoſui.* 57 *Felices. Nunc* 58 *ego* 59 *reſto.*
90 *Confice: namq; inſtat fatum mihi triſte,* 61 *Sabella*

44 Meas virtutes. 45 Viſcus & Varius Poëtæ diſerti amici fuére Horatii & Virgilii. 46 Qvàm me. 47 Æſtimabis, ubi in familiaritatem tuam receptus fuero. 48 Anaphora. 49 Saltando. 50 Decentiùs, faciliùs, qvàm ego. 51 Invidere poſſit. 52 Tigellius, optimus cantor. Vide ſuprà Sat. 2. & 3. 53 Vaniſſimum ejus ſermonem interrumpendi, ne odioſâ ſui laudatione planè me occideret. Loqvitur Horatius. 54 Qvibus te vivo tuoqve auxilio eſt opus, i.e. qvi tuo auxilio egeant, qvi niſi te ſalvo & incolumi, ſalvi eſſe non poſſint? 55 Ampliùs ſuperſtes eſt. Reſpondet garrulus. 56 Omnes propinqvos ſepelivi. Tac. l. 1. Hiſtor. *Piſonem Verania uxor ac frater Scribonianus* compoſuére. Ita Ovid. Met. 4. de Piramo & Thisbe: *Ut, qvos certus amor, qvos hora noviſſima junxit, Componi tumulo non invideatis eodem.* Sumtum eſt à collectione & comportatione frugum in horreum, ad conditoria cadaverum indicanda. 57 O felices illos, tacitè mecum cogito, qvi per mortem à tuâ garrulitate tandem liberati ſunt. Exclamatio eſt admirantis Poëtæ felicitatem propinqvorum mortuorum, qvi importunitate hujus hominis exſoluti ſunt. 58 Horatius. 59 Superſum, ut etiam tuâ garrulitate occidar. 60 Occide jam me, ut lubet. Permiſſio eſt tacita Poëtæ, ſimulqve Metaph. à gladiatoribus: qvorum victus voce moribundâ dicebat vincenti: Confice, ut hîc nunc Poëta garrulo. 61 Anus divinatrix, Horatii nutrix Sabina.

Qvod

Qvòd 62 puero cecinit, 63 divinâ mota anus urnâ:
64 Hunc neq; dira 65 venena, nec 66 hoſticus auferet enſis,
67 Nec laterũ dolor, aut tuſsis, nec 68 tarda podagra,
Garrulus hunc 69 qvando conſumet cumq;: loqvaces,
Si ſapiat, vitet, ſimulatqve 70 adoleverit ætas.
Ventum erat 71 ad Veſtæ, 72 qvartâ jam parte diei
Præteritâ, & caſu tunc 73 reſpondere 74 vadato
Debebat: 75 qvod nî feciſſet, 76 perdere litem.

62 Qvod mihi Horatio adhùc puero olim prædixit. Synecd. gen. 63 Cùm anus urnam, inqvam ſortes meas ad divinandum futura conjecerat, moviſſet, ſorteſqve poſteà eduxiſſet In *divinâ* Meton eſt effecti pro efficiente prædictionem rei futuræ: qvomodo Poëta Od. 27 l. 3. cornicem appellat *avem divinam imbrium*, id eſt, præſentientem imbres ac voce prædicentem. 64 Puerum Horatium. Sunt hæc verba anus vaticinantis de morte Horatii per ſortes urnâ eductas. 65 Interiment. 66 Hoſtilis enſis è medio auferet, id eſt, interimet. 67 Neqve pleuritis. Synecd. Cic. *dieqve ſeptimo eſt* lateris dolore *conſumtus*. 68 Efficiens tardos & ignavos eos, qvorum illa contundit articulos. 69 Sed homo garrulus aliqvando hunc conſumet: *vel*, qvandoqvidem homo garrulus hunc qvovis tempore ſuâ loqvacitate enecabit. 70 Maturiori ætate fuerit. 71 Templum, ædem. Ter. *ubi* ad Dianæ *veneris, ito ad dextram.* Cic. *Rapinas ſcribis* ad Opis *fieri* 72 Id eſt, jam tertia diei hora erat: ſinguli enim dies in duodecim horas inæqvales dividuntur. 73 In judicio. 74 Ei qvem vadimonio obſtrinxerat, ei, qvi illum in jus vocaverat, vadibus acceptis. Nam *vadari* eſt conſtituere alicui vadimonium acceptis vadibus & ſponſoribus, vel diem judicio conſtituere ex compacto. Cic. *hic hominem in præſentiâ non* vadatur: *ita ſinè vadimonio diſceditur.* 75 Niſi in judicio præſto fuiſſet. 76 Causâ cadere deberet.

Si

Si 77 me amas, 78 inqvit, paulùm 79 hîc ades. 80 Inteream, ſi
Aut valeo 81 ſtare, aut novi civilia jura;
Et 82 propero, 83 qvò ſcis. Dubius ſum, qvid faciam, inqvit,
Te-ne 84 relinqvam, 85 an rem. 86 Me, ſodes. 87 Non faciam, ille;
Et præcedere cœpit. Ego (88 ut contendere durum eſt
89 Cum victore) 90 ſeqvor. Mæcenas qvomodo 91 tecum?
92 Hinc repetit 93 Paucorum hominum, 94 & mentis benè ſanæ.

77 Vocalis e hic non ſolùm non eliditur, verùm etiam corripitur. 78 Garrulus. 79 Meton ſubj. fori pro adjunctâ causâ, qvæ illic agitur, & lite, qvæ illuc dijudicatur: q. d. mihi fave in hac causâ, juva me. 80 Utinam intercam. Verba ſunt Horatii, & ſimul exclamatio eſt ſibi imprecantis & deprecantis à ſe talem præſentiam. 81 Præ defatigatione aliqvot horas in judicio ante prætoris tribunal: neqve enim ibi ſedere licebat, aut honeſtum erat. Sumtum eſt à diſciplinâ militari, ubi dicitur miles inter pugnam pulcherrimè ſtare, cùm eum, qvem ceperat, locum obtinet. 82 Eò. 83 Sc. ut illum inviſam, qvi propè Cæſaris hortos ægrotat. 84 Relinqvere debeam in judicio. *Ἀνακοίνωσις* ſive Communicatio eſt, qvâ deliberat cum Poëta de ſuis negotiis. 85 An cauſam meam vel litem. 86 Me potiùs relinqve, qvàm rem tuam, inqvit Horatius. 87 Non relinqvam te, reſpondet Garrulus. 88 Qvemadmodum, vel qvia grave ac moleſtum eſt pugnare. 89 Cum garrulo homine & pertinaci, qvi vincit odio. Synecd. gen. 90 Victorem, ſc. garrulum. 91 Vivit? 92 Ab hoc principio hic Garrulus ſermonem aliqvandiu interruptum ſic repetit, qvomodo Mæcenas, &c. 93 Mæcenas meus (inqvit Horatius) homo eſt paucis familiaris, paucis utitur, paucis hominibus patet ad Mæcenatem aditus. Sic Ter. Eun. *Imo ſic homo* eſt perpaucorum hominum. 94 Et

Nemo

Nemo 95 *dexteriùs fortunâ eſt uſus*: 96 *Haberes*
97 *Magnum adjutorem, poſſit qvi ferre* 98 *ſecundas,*
99 *Hunc hominem velles ſi* 100 *radere:* 101 *diſpereã, ni*
102 *Summôſſes omnes.* 103 *Non iſto vivimus* 104 *illic,*
Qvò tu 105 *rere, modo:* 106 *Domus* 107 *hac nec purior ulla eſt,*
Nec magis his aliena 108 *malis.* 109 *Nil mi officit (unqvam,*
Ditior 110 *hic, aut eſt qvia* 111 *doctior;* 112 *eſt locus* 113 *uni.* 51

exactiſſimi judicii ac ſapiens eſt in amicis eligendis. 95 Feliciùs qvàm tu, inqvit Garrulus. Metaph. eſt ab auſpiciis ſecundis. 96 Me. 97 Apud Mæcenatem, qvi tuas partes diligenter tueretur. 98 A te, ſc. *partes*, id eſt, qvi facilè tibi cederet, & poſt te ſecundo loco in amicitiâ Mæcenatis contentus foret. Metaph. eſt ab hiſtrionibus ſive actoribus fabularum; ubi variæ partes imponuntur hiſtrionibus, qvi ob id dicuntur vel primas, vel ſecundas, vel tertias fabulæ partes agere. 99 Me: δεικτικῶς. 100 In clientelam, in comitatum Mæcenatis, id eſt, commendare Mæcenati. Cic. *Sic te commendavi & tradidi, ut graviſſimè diligentiſſimèqve potui.* 101 Exclamatio eſt ſibi imprecantis ad ſolertiam jactatam comprobandam. 102 E loco ſuo ſubmoviſſes jam dudùm omnes, qvi adhùc priori loco apud Mæcenatem ſunt, id eſt, niſi tu ſolus apud Mæcenatem primas teneres. Syncope. 103 Reſpondet Horatius. 104 Apud Mæcenatem. 105 Exiſtimas; nullæ enim ibi inſidiæ, nulla invidia. 106 Nullus eſt princeps, neqve dominus, qvi honeſtiùs, & puriùs, & qvietiùs domeſticos & ſervos moderetur ipſo Mæcenate. Meton. ſubj. 107 Mœcenatis domo. 108 Occultis calumniis, invidiâ, aliiſqve malis. 109 Nihil mihi impedimento eſt. 110 Mœcenatis amicus. 111 Me. 112 In domo Mæcenatis ſuum cuiqve eſt tributum munus ac officium, nec qvicqvam invidiosè dicitur, nec perturbatè efficitur. Metaph. eſt à conſeſſu deliberantium. 113 Cujuſcun-

Cui

Cuiqve ſuus. 114 *Magnum narras, vix credibile.*
115 *Atqvi*
Sic habet. 116 *Accendis, qvare* 117 *cupiam magis illi*
Proximus eſſe. 118 *Velis tantummodò:* 119 *qvæ tua virtus*
120 *Expugnabis; & eſt,* 121 *qvi vinci poſſit:* 122 *eòq;*
Difficiles aditus primos habet. 123 *Haud mihi deero:*
Muneribus ſervos corrumpam: non, hodiè ſi
Excluſus fuero, deſiſtam: 124 *tempora* 125 *qværam:*
Occurram in triviis: 126 *deducam. Nil ſine magno*
127 *Vita labore* 128 *dedit mortalibus.* 129 *Hæc dum*
agit, ecce

qve etiam fortunæ & conditionis ſit. 114 Rem magnam atq; incredibilē mihi narras, inqvit Garrulus. 115 Atqvi, ſive credas, ſive non, ſic res ſeſe habet. Reſpondet Horatius. 116 His verbis me exſtimulas, qvò magis in Mæcenatis familiaritatem recipi velim, reſpondet Garrulus. Metaph. 117 Cupere debeā. 118 Tantùm velle debes, Hæc Horatii ſunt, inſigni deriſione pollicentis, qvod ſciat nunqvam ſecuturum. 119 Ea enim eſt tua ſolertia & ingenii ſubtilitas, ut facilè ſis expugnaturus Mæcenatem. Cic. *Genus orationis, facultatem, copiam ſententiarum* (qvæ veſtra prudentia eſt) *perſpexiſtis.* 120 Facilè omnes difficultates ſuperabis, honeſtumqve locum apud Mæcenatem conſeqveris. Sumtum eſt à caſtellorum munitionibus, qvæ machinis bellicis expugnatæ, tandem expugnantur & capiuntur: ſic homines importunitate ſæpè vincuntur. 121 Si ſæpè inſtabis 122 Atqve hinc eſt, qvod prima ferè coitio multò acerrima eſſe conſvevit Mæcenatem prenſantibus. 123 Diligentiam adhibebo, nihilqve intermittam (inqvit Garrulus) qvò in Mæcenatis amicitiam perveniam. 124 Opportuna ſc. qvibus ipſum conveniam. 125 Captabo. Epiſtrophe eſt in ſimilitudine ejuſdem ſoni in clauſulis ſententiarum. 126 Illumqve domum comitabor honoris gratiâ. 127 Humana. 128 Difficilia enim qvæ pulchra: & *Labor omnia vincit improbus.* 129 Dum effutit talia verba

130 Fuſcus Ariſtius 131 occurrit, mihi charus, & 132 illi
Qvi pulchrè noſſet: conſiſtimus. Unde venis? &,
Qvò tendis? 133 rogat: & 134 reſpondet: 135 Vellere cœpi,
Et 136 preſſare manu 137 lentiſſima brachia; 138 nutãs,
139 Diſtorqvens oculos, ut me eriperet. 140 Malè ſalſus,
Ridens, 141 diſſimulare: meum jecur 142 urere bilis.
143 Certè neſcio qvid ſecretò velle loqvi te
Ajebas mecum. 144 Memini benè: ſed 145 meliori
Tempore dicam; hodiè 146 triceſima Sabbatha. Vin, tu

Garrulus. Apparatus ad Proſopopœjam Fuſci Ariſtii, qvem inducit ſic percunctantem de itinere Poëtæ. 130 Grammaticus illo tempore nobilis, cui cantata eſt Od. 22. l. 1. & Ep. 10. lib. 1. 131 Nobis. 132 Garrulum comitemqve meum. 133 Fuſcus Ariſtius qværit ex me. 134 Et reſpondet viciſſim à me rogatus, unde veniret, & qvò tenderet. 135 Vellicare ipſum veſte 136 Arctiùs comprimere. 137 Tardiſſima, mihiqve reluctantia, & qvæ obſeqvi nollent. Hoc videtur ſumtum à tarditate corporum, qvæ non facilè obſeqvuntur moventibus, ad ſtupidos ſenſus & i[illegible]tandos. 138 Sæpè dans ſignum vultu, oculis [illegible]one manûs liberandi [illegible] ſta[illegible] comite. 139 H[illegible]ens. 140 Parùm [illegible] & [illegible]lidus. Metap[illegible] cibis. 141 [illegible] [illegible]elligere q[illegible] Ira urebat [illegible] [illegible]um, id [illegible] id ipſi iraſ[illegible] [illegible] Hor[illegible] 144 R[illegible] [illegible]rum [illegible] Sal[illegible]

Digitized by Google

47 Curtis Judæis 148 oppedere? 149 Nulla mihi (inquam)
Relligio eſt. 150 At mî; ſum paulò 151 infirmior, unus
52 Multorum: 153 ignoſces: 154 aliàs loqvar. 155 Hunccine Solem
Tàm 156 nigrum ſurrexe mihi? 157 fugit improbus, ac me
58 Sub cultro linqvit. Caſu venit obvius illi
59 Adverſarius, Et 160 qvò tu turpiſſime? magnâ
Exclamat voce: & 161 licet anteſtari? Ego verò

id eſt, ceſſatio, feriatio. 147 Circumciſis. 148 Contradicere, inqve eorum contemtum ventris crepitum edere, eorumqve religionem irridere? Metaph. 149 Sunt verba Horatii. 150 Sed mihi, reſpondet Fuſcus, eſt religio. 151 Religioſior, & religionis motu paulò timidior. 152 Solus ex multis religione obſtrictus ſum. 153 Ob id veniam dabis mihi, qvod jam à te abeam. 154 Qvod ſecretò tecum me locuturum dixi. 155 Ibi tacitè mecum exclamo. Hanc facem & lucem, id eſt, hunc diem tàm infelicem mihi ſurrexiſſe oportuit, ut hujus moleſtiſſimi hominis garrulitate omninò enecandus ſim, nec ullâ ratione liberari qveam? 156 Metaph. eſt à colore ... oſo ad infortunium ſignificandum. 157 Fuſcus ill... bit. 158 Meqve in ſummo periculo linqvit. ... n jam jam mactandam. A victimis ergò ... ſumtum eſt ... præſentiſſimum malum & pe... qvis deſeri... ndum. 159 Synecdochi... idetur p... reditore, qvi huic gar... cio die... , diſſolvendi æris alieni vò tu t... probiſſime? 161 Et ſta... , O H... e te teſtem aſſumere con... omiter... ſecundùm leges in jus Eſt eni... num aliqvem ex iis, qvi auric... nere.

2 162 Op-

162 Oppono auriculam. 163 Rapit in jus; 164 clamor utrimqve:
Undiqve 165 concurſus: ſic me ſervavit 166 Apollo.

162 Ego verò Horatius ipſi ultrò auriculam meam tangendam porrigo, ut me teſtem ſumat, iſteqve garrulus in judicium abripiatur. 163 Trahit renitentem garrulum à me ad tribunal, ubi Prætor jus dicit. Meton. adj. 164 Contentio. 165 Populi exoritur. 166 Cui vitam meam acceptam refero, tandem hoc garrulo defunctus ſum. Qvidam hic agnoſcunt duplicem Metonymiam, primùm ſubj. pro adjunctâ Apollinis ſtatua: deinde pro foro judiciali ab Auguſto propter multitudinem cauſarum conſtructo, ubi erat Apollinis eburnea ſtatua, & ubi liberator ille Horatio obviam factus erat.

SATYRA X.

Hâc Satyrâ reſpondet iis, qvos offenderat ſuprà Satyrâ qvartâ, cùm Lucilii verſus reprehenderet: ac ſuæ reprehenſionis rationem reddit, qvâ eam fuiſſe juſtam oſtendit.

1 NEmpe 2 incompoſito 3 dixi pede 4 currere verſûs 5 Lucilî. Qvis tam Lucilî fautor 6 ineptè eſt,
Ut non hoc fateatur? at 7 idem, qvòd 8 ſale multo

1 Nempe concedo & fateor. *Nempe* enim eſt Adverbium aſſentientis: qvo libenter utitur Horatius ad interrogationem. 2 Minùs ornato pede. Alleg. eſt è continuatis Metaph. ab animantibus, qvorum ut pedibus propriè tribuitur motus, vel celer, vel tardus: ſic vox in dictionibus & ſententiis, modò celeriùs, modò tardiùs abſolvitur: unde ad verſus & ſententias Lucilii transfertur: qvæ, qvia inæqvali & incondito motu feruntur, hic meritò reprehenduntur. 3 Suprà Sat. 4. 4 Fluere, id eſt, dixi Lucilium aſperum eſſe & duriuſculum in componendis verſibus. 5 Anadiploſis. 6 Stultè favens, id eſt, ſtultus amator. 7 Lucilius. 8 Multâ mordaci di-

9 Urbem 10 defricuit, 11 chartâ 12 laudatur eâdem.
Nec tamen 13 hoc tribuens, 14 dederim qvoqve cætera: nam ſic
15 Et Laberi mimos, ut pulchra poëmata, mirer.
16 Ergò non ſatis eſt 17 riſu diducere rictum
Auditoris: & eſt qvædam tamen 18 hîc qvoq; virtus.
Eſt brevitate opus, 19 ut currat ſententia, neu ſe
Impediat verbis laſſas 20 onerantibus 21 aures,
Et ſermone opus eſt modò 22 triſti, ſæpè 23 jocoſo,
24 Defendente vicem modò Rhetoris, atqve Poëtæ,

acitate. Alleg. eſt à carnibus mordaci ſale conſperſis, ne illæ corrumpantur, & ut eâdem operâ jucundiori ſapore commendentur. Hujusmodi fuerunt joci, facetiæ & urbani ſales Lucilianæ Satyræ, qvibus deriſit depravatos civium Romanorum mores, & emendare voluit, ne illi perderentur. 9 Duplex Tropus: prior eſt Synecd. gen. pro Româ; poſterior Meton. ſubj. pro civibus Romanis. 10 Amarè notavit. 11 Satyrâ eâdem, id eſt, verſibus in chartâ ſcriptis. Meton. ſubj. 12 A me. 13 Neqve ego dum Lucilio attribuo, qvòd ſalſus & mordax fuerit. Ἐπανόρθωσις qvædam eſt ſuperioris laudationis per diminutionem. 14 Ipſi concedere debeo reliqva, qvæ in eximio Poëtâ reqviruntur. 15 Et ſcenicos verſus Decimi Laberii ſcriptoris dicaciſſimi. 17 Ad eximium poëma Satyricum abſolvendum. 16 Immodico ſc. hiatu nudatiſqve dentibus, ut effusè ridentibus contingere ſolet, id eſt, impellere lectorem ad immoderatum riſum, qvi os dilatet, & dentes nudet. Sumtum eſt à carnibus irritatis, qvi diſtortis labris, & in rugas contractis dentes nudant. 18 In his tamen eſt qvædam virtus riſum movere. 19 Ne ſententia claudicet. 20 Aggravantibus. 21 Auditorum. 22 Serio & ſevero. 23 Salſo & urbano. 24 Opus eſt ſermone, qvi modò partes & officium alicujus Oratoris tueatur.

Interdum 25 urbani, parcentis viribus, atqve
Extenuantis eas 26 conſultò. 27 Ridiculum acri
Fortiùs & meliùs magnas plerumqve 28 ſecat res.
29 Illi, ſcripta 30 qvibus comœdia priſca viris eſt
31 Hoc ſtabant, hoc ſunt imitandi: qvos neqve 32 pulcher
Hermogenes unqvam legit, neqve 33 ſimius iſte
34 Nil præter Calvum & 35 doctus cantare Catullum
36 At magnum fecit, qvòd verbis Græca Latinis

25 Faceti irriſoris. 26 Deditâ operâ. 27 Jocus interdum plus valet, qvàm acrimonia cum ſeveris ac ſeriis verbis conjuncta. 28 Diſſolvit, dirimit, finit, carpit magnas lites a controverſias. Metaphora eſt ab exciſoriis inſtrumentis ad vim faceti ſermonis indicandam, cùm ille lites componit ac finit ut Ep. 16. l. 1. *Qvo multa magnaqve* ſecantur *judice lites*. 29 Poëtæ veteris Comœdiæ, ſc. Eupolis, Cratinus, Ariſtophanes, aliiqve. 30 A qvibus viris. 31 Propter has, qvas dixi virtutes, nempe jocos, ſales, & ridicula, cum dente tamen juncta, ſuam in Scena retinebant dignitatem & auctoritatem placebant, probabantur & in pretio erant, non explodebantur, dum his, plus efficiebant, qvàm ſi acribus uſi fuiſſent Metaphora eſt ab actoribus Comœdiarum, qvi placebant talibus facetiis verſuum, & fauſtas acclamationes à populo conſeqvebantur. Ter. *Partim ſum earum exactus, partim vi ſteti.* 32 Bellus ille carminum cenſor. Ironia. 33 Neqve Demetrius Poëta ingenii pravi & deformis ac brevis ſtaturæ. Metaph. eſt à beſtia, ad demonſtrandum ineptum imitatorem veterum Comicorum: qvalis fuit M. Demetrius imitator Lucilianæ ſcripturæ. 34 Qvi nihil didicit cantare, niſi poëmata ſive cantilenas amatorias Calvi & Catulli Poëtarum Elegorum. Meton. effic. 35 Sic loqvitur Od. 6. l. 2. *Cantabrum* indoctum ferre *juga noſtra.* 36 At verò hîc aliqvis mihi objiciet, qvòd Lucilius rem magnam & admiratione dignam

37 *Miſcu*

37 Miſcuit. 38 O ſeri ſtudiorum! 39 qvi-ve putetis
Difficile & mirum, Rhodio qvod 40 Pitholeonti
41 Contigit 42 At ſermo 43 linguâ concinnus utrâq́;
44 Svavior: 45 ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt,
46 Cùm verſus facias, 47 te ipſum percontor 48 an, & cùm
49 Dura tibi 50 operagenda 51 rei ſit cauſa 52 Petillî 26
Scilicet oblitus 53 patriæqve 54 patrisqve: Latinè
Cùm Pedius cauſas 55 exſudet Poplicola, atqve

præſtitit. Προκατάληψις eſt, ubi Poëta objectum Demetrii præoccupat. 37 In Satyris ſuis. 38 Ὀψιμαθεῖς, qvi ſerò ſtudiis operam dediſtis, cui contrarium παιδομαθεῖς, qvi à puero didicerunt; *Vel*, O vani & ſtulti, qvi tardi in ſtudiis eſtis, qvi tàm parùm didiciſtis, parùm docti. Apoſtrophe eſt per Exclamationem ad ſerò literas Græcas diſcentes. 39 Sc. qvòd exiſtimetis. Hîc enim particula *ve* eſt Conjunctio confirmans, vel abundat in ſententiâ. 40 Pitholeon Poëta ineptus in ſuis Epigrammatis Græca Latinis immiſcuit. 41 Conceſſum fuit. 42 At denuò qvis mihi objectabit. Altera eſt Procatalepſis. 43 Qvi ex utraqve lingua, Græca & Latina, concinnatus eſt. 44 Eſt, qvàm ſimplex. 45 Non aliter ac ſi vinum Falernum auſterius cum Chio, vino mitiori, temperatum eſt, ac proinde gratius eſſe ſolet. Meton. adj. 46 Cùm Poeta ſis. 47 Ipſummet adverſarium rei qvæſitæ judicem conſtituit. Eſt enim ἀνακοίνωσις, deliberatio unius cum altero: 48 An tu etiam, ſi cauſidicus eſſes, cum Latina lingua Græca permiſcere malis. 49 Difficilis, capitalis. 50 Defendenda. 51 Qvi ſacrilegii in coronâ aureâ, furtim è Capitolio ſublatâ, reus accuſatus eſt. 52 Petillii Capitolini. 53 Tuæ Italiæ ſc. id eſt, ſermonis Romani. Meton. ſubj. 54 Tui, Romani. 55 Vehementer ad ſudorem uſqve agat ſive dicat, id eſt, multum laboret in cauſis Latinè agendis.

56 Corvinus, 57 Patriis intermiſcere petita,
Verba 58 foris malis 59 Canuſini more bilingvis?
Atq; ego cum 60 Græcos facerem, natus 61 mare citra,
Verſiculos, 62 vetuit me tali voce 63 Qvirinus
Poſt mediam noctem viſus, cùm ſomnia 64 vera;
65 In ſylvam non ligna feras inſaniùs, ac ſi
Magnas 66 Græcorum malis 67 implere catervas.
68 Turgidus Alpinus 69 jugulat dum Memnona, dúq;
Diffingit Rheni luteum caput; hæc ego 70 ludo,

56 Corvinus Meſſala, Orator clariſſimus, Petillii accuſator, ſic etiam Pedius. 57 Latinis verbis. 58 Aliunde, & ex aliena natione, ut è Græcia ſumta. 59 Canuſinorum more, qvi partim Græcè, partim Latinè loqvebantur; an verò puro vernaculo ſermone malis uti? 60 Nòn contentus patrio ſermone. 61 Citra mare Tyrrhenum in Italia & Apulia, non autè ultrà mare in Sicilia aut Græcia ortus. Anaſtrophe eſt & ſimul Synecd. gen. ſunt enim alia multa citra mare loca. 62 Proſopopœia eſt Romuli non omninò perfecta, qvia nulla eſt nota illius depoſitæ. 63 Romulus, linguæ Latinæ autor. Synecd. gen. Nam dicitur etiam de aliis, ut de Auguſto Cæſare. 64 Eſſe creduntur, concoctione ſc. jam factâ, & diſcuſſis vaporibus animus liber eſt. 65 Ne tot autoribus Græcis te adjungas. *In ſylvam ligna ferre*, eſt aliqvem iis rebus augere velle, quibus ipſe maximè abundat. Hæc ſunt verba Qvirini ad Horatium. 66 Scriptorum. 67 Tui conjunctione augere. 68 A. Cornelius Alpinus inflatus ille Poeta. 69 Dum ineptum aliqvod carmen de Memnone, Emathionis filio, ab Achille ad Trojam occiſo, tàm inſcitè ſcripſit, ut Memnona denuò jugulare videatur, dumqve alio qvodam poemate Rheni fluminis lympidi fontes tanqvam luteos & ſordidos deformat, & ineleganter deſcribit. Alleg. duplex. 70 Has ego ineptias Satyricas ludibundus ſcribo.

Qvæ

Quæ nec in 71 *æde ſonēt* 72 *certantia, judice* 63 *Tarpâ,*
Nec redeāt iterùm atq́; iterùm 74 *ſpectanda theatris.*
75 *Argutâ meretrice* 76 *potes, Davoq́; Chremeta*
77 *Eludente ſenem, comis* 78 *garrire libellos,*
Unus vivorum, Fundani. 79 *Pollio* 80 *regum*
Facta 81 *canit* 82 *pede ter percuſſo:* 83 *fortè epos acer,*
Ut nemo, Varius ducit: 84 *molle atqve facetum*

71 Qvæ in æde Apollinis & Muſarum non audiantur, nec à me recitentur. Synecd. gen. 72 Cum aliorum poematibus de præſtantiâ contendentia. 73 Metio Tarpâ Critico, & judice acerrimo criminum. 74 Qvæ ſæpiùs à populo more aliorum poematum in theatris ſpectata atqve audita vileſcant. In *theatris* eſt Meton. ſubj. pro populo in theatris, ut diximus. 75 Callidâ. 76 Avertit ſermonem ad Fundanium Poetam Comicum. Senſus eſt: Tu Fundani unus Poetarum inter omnes, qvi hodie vivunt, potes comiter & lepidè libellos comicos & Comœdiam ſolertem ſcribere, in qvibus callidam meretricem, aut Davum qvendam, neqvam ſervum, ſenem Chremetem herum ſuum eludentem, introducis. 77 Metaph. eſt à victoribus gladiatoribus. Cic. 1. Cat. *Qvamdiu nos etiam furor iſte tuus* eludet? 78 Metaphora eſt ab avibus, qvarum garritus eſt facetus & jucundus. 79 Aſinius Pollio Tragœdiographus. 80 Et Principum Romanorum. 81 Deſcribit Tragœdiis Latinis. 82 Pedibus ter percuſſis & pulſatis, id eſt, ſenariis Iambicis trimetris, qvorum bini pedes ter conjunguntur, & ſingulorum poſterior eſt ferè Iambus. Sex qvidem ſunt ictus, unde etiam *ſenarii verſus* dicuntur, ſed tres tantùm ſunt percuſſiones. Synecd. autem eſt periphraſtica Tragœdiæ, pro verſibus illius Iambicis trimetris, ut diximus. 83 Acer Varius fortè aliqvod carmen Hexametrum de rebus divinis & Heroicis tantâ majeſtate componit, ut nemo meliùs. In *epos* eſt Synecd. gen. pro Heroico carmine. In *ducit* eſt Metaph. ab officinis metallicis, ubi metalla tundendo malleis & cudendo in laminas extenduntur. 84 Tenerum atqve ele-

Qvòd 62 puero cecinit, 63 divinâ mota anus urnâ:
64 Hunc neq; dira 65 venena, nec 66 hoſticus auferet enſis,
67 Nec laterũ dolor, aut tuſsis, nec 68 tarda podagra,
Garrulus hunc 69 qvando conſumet cumq;: loqvaces,
Si ſapiat, vitet, ſimulatqve 70 adoleverit ætas.
Ventum erat 71 ad Veſtæ, 72 qvartâ jam parte diei
Præteritâ, & caſu tunc 73 reſpondere 74 vadato
Debebat: 75 qvod nî feciſſet, 76 perdere litem.

62 Qvod mihi Horatio adhùc puero olim prædixit. Synecd. gen. 63 Cùm anus urnam, inqvam ſortes meas ad divinandum futura conjecerat, moviſſet, ſorteſqve poſteà eduxiſſet In *divinâ* Meton eſt effecti pro efficiente prædictionem rei futuræ: qvomodo Poëta Od. 27 l. 3. cornicem appellat *avem divinam imbrium*, id eſt, præſentientem imbres ac voce prædicentem. 64 Puerum Horatium. Sunt hæc verba anus vaticinantis de morte Horatii per ſortes urnâ eductas. 65 Interiment. 66 Hoſtilis enſis è medio auferet, id eſt, interimet. 67 Neqve pleuritis. Synecd. Cic. *dieqve ſeptimo eſt* lateris dolore *conſumtus.* 68 Efficiens tardos & ignavos eos, qvorum illa contundit articulos. 69 Sed homo garrulus aliqvando hunc conſumet: *vel*, qvandoqvidem homo garrulus hunc qvovis tempore ſuâ loqvacitate enecabit. 70 Maturiori ætate fuerit. 71 Templum, ædem. Ter. *ubi* ad Dianæ *veneris, ito ad dextram.* Cic. *Rapinas ſcribis* ad Opis *fieri* 72 Id eſt, jam tertia diei hora erat: ſinguli enim dies in duodecim horas inæqvales dividuntur. 73 In judicio. 74 Ei qvem vadimonio obſtrinxerat, ei, qvi illum in jus vocaverat, vadibus acceptis. Nam *vadari* eſt conſtituere alicui vadimonium acceptis vadibus & ſponſoribus, vel diem judicio conſtituere ex compacto. Cic. *hic hominem in præſentiâ non* vadatur: *ita ſinè vadimonio diſceditur.* 75 Niſi in judicio præſto fuiſſet. 76 Cauſâ cadere deberet.

Si

Si 77 me amas, 78 inqvit, paulùm 79 hîc ades. 80 In-
Aut valeo 81 ſtare, aut novi civilia jura; (teream, ſi
Et 82 propero, 83 qvò ſcis. Dubius ſum, qvid faciam, inqvit,
Te-ne 84 relinqvam, 85 an rem. 86 Me, ſodes. 87 Non faciam, ille:
Et præcedere cœpit. Ego (88 ut contendere durum eſt
89 Cum victore) 90 ſeqvor. Mæcenas qvomodò 91 tecum?
92 Hinc repetit 93 Paucorum hominum, 94 & mentis benè ſanæ.

77 Vocalis e hic non ſolùm non eliditur, verùm etiam corripitur. 78 Garrulus. 79 Meton ſubj. fori pro adjunctâ causâ, qvæ illic agitur, & lite, qvæ illuc dijudicatur: q. d. mihi fave in hac causâ, juva me. 80 Utinam inteream. Verba ſunt Horatii, & ſimul exclamatio eſt ſibi imprecantis & deprecantis à ſe talem præſentiam. 81 Præ defatigatione aliqvot horas in judicio ante prætoris tribunal: neqve enim ibi ſedere licebat, aut honeſtum erat. Sumtum eſt à diſciplinâ militari, ubi dicitur miles inter pugnam pulcherrimè ſtare, cùm eum, qvem ceperat, locum obtinet. 82 Eò. 83 Sc. ut illum inviſam, qvi propè Cæſaris hortos ægrotat. 84 Relinqvere debeam in judicio. Ἀνακοίνωσις ſive Communicatio eſt, qvâ deliberat cum Poëta de ſuis negotiis. 85 An cauſam meam vel litem. 86 Me potiùs relinqve, qvàm rem tuam, inqvit Horatius. 87 Non relinqvam te, reſpondet Garrulus. 88 Qvemadmodum, vel qvia grave ac moleſtum eſt pugnare. 89 Cum garrulo homine & pertinaci, qvi vincit odio. Synecd. gen. 90 Victorem, ſc. garrulum. 91 Vivit? 92 Ab hoc principio hic Garrulus ſermonem aliqvandiu interruptum ſic repetit, qvomodo Mæcenas, &c. 93 Mæcenas meus (inqvit Horatius) homo eſt paucis familiaris, paucis utitur, paucis hominibus patet ad Mæcenatem aditus. Sic Ter. Eun. *Imo ſic homo* eſt perpaucorum hominum. 94 Et

Nemo

Nemo 95 *dexteriùs fortunâ eſt uſus*: 96 *Haberes*
97 *Magnum adjutorem, poſſet qvi ferre* 98 *ſecundas*,
99 *Hunc hominem velles ſi* 100 *radere:* 101 *diſpereã, ni*
102 *Summôſſes omnes.* 103 *Non iſto vivimus* 104 *illic*,
Qvò tu 105 *rere, modo:* 106 *Domus* 107 *hac nec purior ulla eſt,*
Nec magis his aliena 108 *malis.* 109 *Nil mi officit (unqvam,*
Ditior 110 *hic, aut eſt qvia* 111 *doctior;* 112 *eſt locus* 113 *uni.* 51

exactiſſimi judicii ac ſapiens eſt in amicis eligendis. 95 Feliciùs qvàm tu, inqvit Garrulus. Metaph. eſt ab auſpiciis ſecundis. 96 Me. 97 Apud Mæcenatem, qvi tuas partes diligenter tueretur. 98 A te, ſc. *partes*, id eſt, qvi facilè tibi cederet, & poſt te ſecundo loco in amicitiâ Mæcenatis contentus foret. Metaph. eſt ab hiſtrionibus ſive actoribus fabularum; ubi variæ partes imponuntur hiſtrionibus, qvi ob id dicuntur vel primas, vel ſecundas, vel tertias fabulæ partes agere. 99 Me: δεικτικῶς. 100 In clientelam, in comitatum Mæcenatis, id eſt, commendare Mæcenati. Cic. *Sic te commendavi & tradidi, ut graviſſimè diligentiſſimèqve potui.* 101 Exclamatio eſt ſibi-imprecantis ad ſolertiam jactatam comprobandam. 102 E loco ſuo ſubmoviſſes jam dudùm omnes, qvi adhùc priori loco apud Mæcenatem ſunt, id eſt, niſi tu ſolus apud Mæcenatem primas teneres. Syncope. 103 Reſpondet Horatius. 104 Apud Mæcenatem. 105 Exiſtimas; nullæ enim ibi inſidiæ, nulla invidia. 106 Nullus eſt princeps, neqve dominus, qvi honeſtiùs, & puriùs, & qvietiùs domeſticos & ſervos moderetur ipſo Mæcenate. Meton. ſubj. 107 Mæcenatis domo. 108 Occultis calumniis, invidiâ, aliiſqve malis. 109 Nihil mihi impedimento eſt. 110 Mæcenatis amicus. 111 Me. 112 In domo Mæcenatis ſuum cuiqve eſt tributum munus ac officium, nec qvicqvam invidiosè dicitur, nec perturbatè efficitur. Metaph. eſt à conſeſſu deliberantium. 113 Cujuſcun-

Cuique ſuus. 114 *Magnum narras, vix credibile* 115 *Atqui*
Sic habet. 116 *Accendis, quare* 117 *cupiam magis illi*
Proximus eſſe. 118 *Velis tantummodò:* 119 *quæ tua virtꝰ*
120 *Expugnabis: & eſt,* 21 *qui vinci poſſit:* 122 *eòq;*
Difficiles aditus primos habet. 123 *Haud mihi deero:*
Muneribus ſervos corrumpam: non, hodiè ſi
Excluſus fuero, deſiſtam: 124 *tempora* 125 *quæram:*
Occurram in triviis: 126 *deducam. Nil ſine magno*
127 *Vita labore* 128 *dedit mortalibus.* 129 *Hæc dum agit, ecce*

qve etiam fortunæ & conditionis ſit. 114 Rem magnam atq; incredibilẽ mihi narras, inqvit Garrulus. 115 Atqvi, ſive credas, ſive non, ſic res ſeſę habet. Reſpondet Horatius. 116 His verbis me exſtimulas, qvò magis in Mæcenatis familiaritatem recipi velim, reſpondet Garrulus. Metaph. 117 Cupere debeã. 118 Tantùm velle debes, Hæc Horatii ſunt, inſigni deriſione pollicentis, qvod ſciat nunqvam ſecuturum. 119 Ea enim eſt tua ſolertia & ingenii ſubtilitas, ut facilè ſis expugnaturus Mæcenatem. Cic. *Genius orationis, facultatem, copiam ſententiarum* (qvæ veſtrâ prudentia eſt) *perſpexiſtis.* 120 Facilè omnes difficultates ſuperabis, honeſtumqve locum apud Mæcenatem conſeqveris. Sumtum eſt à caſtellorum munitionibus, qvæ machinis bellicis expugnatæ, tandem expugnantur & capiuntur: ſic homines importunitate ſæpè vincuntur. 121 Si ſæpè inſtabis 122 Atqve hinc eſt, qvod prima ferè coitio multò acerrima eſſe conſvevit Mæcenatem prenſantibus. 123 Diligentiam adhibebo, nihilqve intermittam (inqvit Garrulus) qvò in Mæcenatis amicitiam perveniam. 124 Opportuna ſc. qvibus ipſum conveniam. 125 Captabo. Epiſtrophe eſt in ſimilitudine ejuſdem ſoni in clauſulis ſententiarum. 126 Illumqve domum comitabor honoris gratiâ. 127 Humana. 128 Difficilia enim qvæ pulchra: & *Labor omnia vincit improbus.* 129 Dum effutit talia verba

130 Fuſcus Ariſtius 131 occurrit, mihi charus, & 132 illũ
Qvi pulchrè noſſet: conſiſtimus. Unde venis? &,
Qvò tendis? 133 rogat: & 134 reſpondet: 135 Vellere cœpi,
Et 136 preſſare manu 137 lentiſſima brachia; 138 nutãs,
139 Diſtorqvens oculos, ut me eriperet. 140 Malè ſalſus,
Ridens, 141 diſſimulare: meum jecur 142 urere bilis.
143 Certè neſciò qvid ſecretò velle loqvi te
Ajebas mecum. 144 Memini benè: ſed 145 meliori
Tempore dicam; hodiè 146 triceſima Sabbatha. Vin, tu

Garrulus. Apparatus ad Proſopopœjam Fuſci Ariſtii, qvem inducit ſic percunctantem de itinere Poëtæ. 130 Grammaticus illo tempore nobilis, cui cantata eſt Od. 22. l. 1. & Ep. 10. lib. 1. 131 Nobis. 132 Garrulum comitemqve meum. 133 Fuſcus Ariſtius qværit ex me. 134 Et reſpondet viciſſim à me rogatus, unde veniret, & qvò tenderet. 135 Vellicare ipſum veſte 136 Arctiùs comprimere. 137 Tardiſſima, mihiqve reluctantia, & qvæ obſeqvi nollent. Hoc videtur ſumtum à tarditate corporum, qvæ non facilè obſeqvuntur moventibus, ad ſtupidos ſenſus & inertes notandos. 138 Sæpè dans ſignum vultu, oculis & compreſſione manûs liberandi me à tali comite. 139 Hùc illuc movens. 140 Parùm prudens & callidus. Metaph. eſt ab inſipidis cibis. 141 Diſſimulabat ſe intelligere qvid vellem. 142 Ira urebat & incendebat cor meum, id eſt, vehementer ob id ipſi iraſcebar. 143 Sunt verba Horatii ad Fuſcum. 144 Reſpondet Fuſcus. 145 Commodiori. 146 Judæorum hoc novilunio ſunt, religiosè colenda & celebranda. Sabbatha triceſimo qvoqve die menſis redeunt. Alii Neomenias intelligunt; alii magnum Judæorum Sabbathum; qvo die Agnum comedebant. *Sabbatha* omnia, id eſt, ſeptimus qviſqve dies, qvem Judæi venerari ſolebant, dicta ſunt à verbo *ſabath, qvievit*: unde *ſabbathum*,

147 *Cur-*

147 Curtis Judæis 148 oppedere? 149 Nulla mihi (inqvam)
Relligio eſt. 150 At mî; ſum paulò 151 infirmior, unus
152 Multorum: 153 ignoſces: 154 aliàs loqvar. 155 Hunccine Solem
Tàm 156 nigrum ſurrexe mihi? 157 fugit improbus, ac me
158 Sub cultro linqvit. Caſu venit obvius illi
159 Adverſarius. Et 160 qvò tu turpiſſime? magnâ
Exclamat voce: & 161 licet anteſtari? Ego verò

id eſt, ceſſatio, feriatio. 147 Circumciſis. 148 Contradicere, inqve eorum contemtum ventris crepitum edere, eorumqve religionem irridere? Metaph. 149 Sunt verba Horatii. 150 Sed mihi, reſpondet Fuſcus, eſt religio. 151 Religioſior, & religionis motu paulò timidior. 152 Solus ex multis religione obſtrictus ſum. 153 Ob id veniam dabis mihi, qvod jam à te abeam. 154 Qvod ſecretò tecum me locuturum dixi. 155 Ibi tacitè mecum exclamo, Hanc facem & lucem, id eſt, hunc diem tàm infelicem mihi ſurrexiſſe oportuit, ut hujus moleſtiſſimi hominis garrulitate omninò enecandus ſim, nec ullâ ratione liberari qveam? 156 Metaph. eſt à colore luctuoſo ad infortunium ſignificandum. 157 Fuſcus ille malè ſalſus abit. 158 Meqve in ſummo periculo linqvit, tanqvam hoſtiam jam jam mactandam. A victimis ergò mox jugulandis ſumtum eſt ad præſentiſſimum malum & periculum, in qvo qvis deſeritur, notandum. 159 Synecdochicôs ſumendum videtur pro ſpeciali creditore, qvi huic garrulo coram judicio diem indixerat, diſſolvendi æris alieni causâ. 160 Qvò tu tendis homo improbiſſime? 161 Et ſtatim ad me dicit, O Horati, Licet-ne te teſtem aſſumere contra hunc tuum comitem, ut ipſum ita ſecundùm leges in jus rapere poſſim? Eſt enim *anteſtari*, unum aliqvem ex iis, qvi adſunt, prehensâ auriculâ, teſtem ſumere.

162 Oppono auriculam. 163 Rapit in jus; 164 clamor utrimqve;
Undiqve: 165 concurſus: ſic me ſervavit 166 Apollo.

162 Ego verò Horatius ipſi ultrò auriculam meam tangendam porrigo, ut me teſtem ſumat, iſteqve garrulus in judicium abripiatur. 163 Trahit renitentem garrulum à me ad tribunal, ubi Prætor jus dicit. Meton. adj. 164 Contentio. 165 Populi exoritur. 166 Cui vitam meam acceptam refero, tandem hoc garrulo defunctus ſum. Qvidam hìc agnoſcunt duplicem Metonymiam, primùm ſubj. pro adjunctâ Apollinis ſtatua: deinde pro foro judiciali ab Auguſto propter multitudinem cauſarum conſtructo, ubi erat Apollinis eburnea ſtatua, & ubi liberator ille Horatio obviam factus erat.

SATYRA X.

Hâc Satyrâ reſpondet iis, qvos offenderat ſuprà Satyrâ qvartâ, cùm Lucilii verſus reprehenderet: ac ſuæ reprehenſionis rationem reddit, qvâ eam fuiſſe juſtam oſtendit.

1 NEmpe 2 incompoſito 3 dixi pede 4 currere verſus 5 Lucili. Qvis tam Lucilî fautor 6 ineptè eſt, Ut non hoc fateatur? at 7 idem, qvòd 8 ſale multo

1 Nempe concedo & fateor. *Nempe* enim eſt Adverbium aſſentientis: qvo libenter utitur Horatius ad interrogationem. 2 Minùs ornato pede. Alleg. eſt è continuatis Metaph. ab animantibus, qvorum ut pedibus propriè tribuitur motus, vel celer, vel tardus: ſic vox in dictionibus & ſententiis, modò celeriùs, modò tardiùs abſolvitur: unde ad verſus & ſententias Lucilii transfertur: qvæ, qvia inæqvali & incondito motu feruntur, hìc meritò reprehenduntur. 3 Suprà Sat. 4. 4 Fluere, id eſt, dixi Lucilium aſperum eſſe & duriuſculum in componendis verſibus. 5 Anadiploſis. 6 Stultè favens, id eſt, ſtultus amator. 7 Lucilius. 8 Multâ mordaci di-

9 Urbem 10 defricuit, 11 chartâ 12 laudatur eâdem.
Nec tamen 13 hoc tribuens, 14 dederim qvoqve cetera: nam ſic
15 Et Laberi mimos, ut pulchra poëmata, mirer.
16 Ergò non ſatis eſt 17 riſu diducere rictum
Auditoris; & eſt qvædam tamen 18 hîc qvoq; virtus.
Eſt brevitate opus, 19 ut currat ſententia, neu ſe
Impediat verbis laſſas 20 onerantibus 21 aures.
Et ſermone opus eſt modò 22 triſti, ſæpè 23 jocoſo,
24 Defendente vicem modò Rhetoris, atqve Poëtæ,

cacitate. Alleg. eſt à carnibus mordaci ſale conſperſis, ne illæ corrumpantur, & ut eâdem operâ jucundiori ſapore commendentur. Hujusmodi fuerunt joci, facetiæ & urbani ſales Lucilianæ Satyræ, qvibus deriſit depravatos civium Romanorum mores, & emendare voluit, ne illi perderentur. 9 Duplex Tropus: prior eſt Synecd. gen. pro Româ; poſterior Meton. ſubj. pro civibus Romanis. 10 Amarè notavit. 11 Satyrâ eâdem, id eſt, verſibus in chartâ ſcriptis. Meton. ſubj. 12 A me. 13 Neqve ego dum Lucilio attribuo, qvòd ſalſus & mordax fuerit. Ἐπανόρθωσις qvædam eſt ſuperioris laudationis per diminutionem. 14 Ipſi concedere debeo reliqva, qvæ in eximio Poëtâ reqviruntur. 15 Et ſcenicos verſus Decimi Laberii ſcriptoris dicaciſſimi. 17 Ad eximium poëma Satyricum abſolvendum. 16 Immodico ſc. hiatu nudatiſqve dentibus, ut effusè ridentibus contingere ſolet, id eſt, impellere lectorem ad immoderatum riſum, qvi os dilatet, & dentes nudet. Sumtum eſt à carnibus irritatis, qvi diſtortis labris, & in rugas contractis dentes nudant. 18 In his tamen eſt qvædam virtus riſum movere. 19 Ne ſententia claudicet. 20 Aggravantibus. 21 Auditorum. 22 Serio & ſevero. 23 Salſo & urbano. 24 Opus eſt ſermone, qvi modò partes & officium alicujus Oratoris tueatur.

Interdum 25 *urbani, parcentis viribus, atqve*
Extenuantis eas 26 *conſultò.* 27 *Ridiculum acri*
Fortiùs & meliùs magnas plerumqve 28 *ſecat res.*
29 *Illi, ſcripta* 30 *qvibus comœdia priſca viris eſt*
31 *Hoc ſtabant, hoc ſunt imitandi: qvos neqve* 32 *pulcher*
Hermogenes unqvam legit, neqve 33 *ſimius iſte*
34 *Nil præter Calvum &* 35 *doctus cantare Catullum.*
36 *At magnum fecit, qvòd verbis Græca Latinis*

25 Faceti irriſoris. 26 Deditâ operâ. 27 Jocus interdum plus valet, qvàm acrimonia cum ſeveris ac ſeriis verbis conjuncta. 28 Diſſolvit, dirimit, finit, carpit magnas lites ac controverſias. Metaphora eſt ab exciſoriis inſtrumentis ad vim faceti ſermonis indicandam, cùm ille lites componit ac finit, ut Ep. 16. l. 1. *Qvo multa magnaqve* ſecantur *judice lites.* 29 Poëtæ veteris Comœdiæ, ſc. Eupolis, Cratinus, Ariſtophanes, aliiqve. 30 A qvibus viris. 31 Propter has, qvas dixi virtutes, nempe jocos, ſales, & ridicula, cum dente tamen juncta, ſuam in Scena retinebant dignitatem & auctoritatem, placebant, probabantur & in pretio erant, non explodebantur, dum his, plus efficiebant, qvàm ſi acribus uſi fuiſſent. Metaphora eſt ab actoribus Comœdiarum, qvi placebant talibus facetiis verſuum, & fauſtas acclamationes à populo conſeqvebantur. Ter. *Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.* 32 Bellus ille carminum cenſor. Ironia. 33 Neqve Demetrius Poëta ingenii pravi & deformis ac brevis ſtaturæ. Metaph. eſt à beſtia, ad demonſtrandum ineptum imitatorem veterum Comicorum: qvalis fuit M. Demetrius imitator Lucilianæ ſcripturæ. 34 Qvi nihil didicit cantare, niſi poëmata ſive cantilenas amatorias Calvi & Catulli Poëtarum Elegorum. Meton. effic. 35 Sic loqvitur Od. 6. l. 2. *Cantabrum indoctum ferre juga noſtra.* 36 At verò hic aliqvis mihi objiciet, qvòd Lucilius rem magnam & admiratione dignam

37 *Miſcuit*

37 Miſcuit. 38 O ſeri ſtudiorum! 39 qvi-ve putetis
Difficile & mirum, Rhodio qvod 40 Pitholeonti
41 Contigit 42 At ſermo 43 linguâ concinnus utrâq;
44 Svavior: 45 ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt,
46 Cùm verſus facias, 47 te ipſum percontor 48 an, & cùm
49 Dura tibi 50 peragenda 51 rei ſit cauſa 52 Petillî26
Scilicet oblitus 53 patriæqve 54 patriſqve: Latinè
Cùm Pedius cauſas 55 exſudet Poplicola, atqve

præſtitit. Προκατάληψις eſt, ubi Poëta objectum Demetrii præoccupat. 37 In Satyris ſuis. 38 Ὀψιμαθεῖς, qvi ſerò ſtudiis operam dediſtis, cui contrarium παιδομαθεῖς, qvi à puero didicerunt; Vel, O vani & ſtulti, qvi tardi in ſtudiis eſtis, qvi tàm parùm didiciſtis, parùm docti. Apoſtrophe eſt per Exclamationem ad ſerò literas Græcas diſcentes. 39 Sc. qvòd exiſtimetis. Hîc enim particula Ve eſt Conjunctio confirmans, vel abundat in ſententiâ. 40 Pitholeon Poëta ineptus in ſuis Epigrammatis Græca Latinis immiſcuit. 41 Conceſſum fuit. 42 At denuò qvis mihi objectabit. Altera eſt Procatalepſis. 43 Qvi ex utraqve lingua, Græca & Latina, concinnatus eſt. 44 Eſt, qvàm ſimplex. 45 Non aliter ac ſi vinum Falernum auſterius cum Chio, vino mitiori, temperatum eſt, ac proinde gratius eſſe ſolet. Meton. adj. 46 Cùm Poeta ſis. 47 Ipſummet adverſarium rei qvæſitæ judicem conſtituit. Eſt enim ἀνακοίνωσις, deliberatio unius cum altero: 48 An tu etiam, ſi cauſidicus eſſes, cum Latina lingua Græca permiſcere malis. 49 Difficilis, capitalis. 50 Defendenda. 51 Qvi ſacrilegii in coronâ aureâ, furtim è Capitolio ſublatâ, reus accuſatus eſt. 52 Petillii Capitolini. 53 Tuæ Italiæ ſc. id eſt, ſermonis Romani. Meton. ſubj. 54 Tui, Romani. 55 Vehementer ad ſudorem uſqve agat ſive dicat, id eſt, multum laboret in cauſis Latinè agendis.

56 Corvinus, 57 Patriis intermiſcere petita
Verba 58 foris malis 59 Canuſini more bilinguis?
Atq; ego cum 60 Græcos facerem, natus 61 mare citra,
Verſiculos, 62 vetuit me tali voce 63 Qvirinus
Poſt mediam noctem viſus, cùm ſomnia 64 vera:
65 In ſylvam non ligna feras inſaniùs; ac ſi
Magnas 66 Græcorum malis 67 implere catervas.
68 Turgidus Alpinus 69 jugulat dum Memnona, dúmq;
Diffingit Rheni luteum caput; hæc ego 70 ludo,

56 Corvinus Meſſala, Orator clariſſimus, Petillii accuſator, ſic etiam Pedius. 57 Latinis verbis. 58 Aliunde, & ex aliena natione, ut è Græcia ſumta. 59 Canuſinorum more, qvi partim Græcè, partim Latinè loqvebantur; an verò puro vernaculo ſermone malis uti? 60 Nòn contentus patrio ſermone. 61 Citra mare Tyrrhenum in Italia & Apulia, non autẽ ultrà mare in Sicilia aut Græcia ortus. Anaſtrophe eſt & ſimul Synecd. gen. ſunt enim alia multa citra mare loca. 62 Proſopopœia eſt Romuli non omninò perfecta, qvia nulla eſt nota illius depoſitæ. 63 Romulus, linguæ Latinæ autor. Synecd. gen. Nam dicitur etiam de aliis, ut de Auguſto Cæſare. 64 Eſſe creduntur, concoctione ſc. jam factâ, & diſcuſſis vaporibus animus liber eſt. 65 Ne tot autoribus Græcis te adjungas. *In ſylvam ligna ferre*, eſt aliqvem iis rebus augere velle, quibus ipſe maximè abundat. Hæc ſunt verba Qvirini ad Horatium. 66 Scriptorum. 67 Tui conjunctione augere. 68 A. Cornelius Alpinus inflatus ille Poeta. 69 Dum ineptum aliqvod carmen de Memnone, Emathionis filio, ab Achille ad Trojam occiſo, tàm inſcitè ſcripſit, ut Memnonã denuò jugulare videatur, dumqve alio qvodam poemate Rheni fluminis lympidi fontes tanqvam luteos & ſordidos deformat, & inelẽganter deſcribit. Alleg. duplex. 70 Has ego ineptias Satyricas ludibundus ſcribo.

Quæ nec in 71 æde ſonēt 72 certantia, judice 73 Tarpâ,
Nec redeāt iterùm atq; iterùm 74 ſpectanda theatris.
75 Argutâ meretrice 76 potes, Davoq; Chremeta
77 Eludente ſenem, comis 78 garrire libellos,
Unus vivorum, Fundani. 79 Pollio 80 regum
Facta 81 canit 82 pede ter percuſſo: 83 fortè epos acer,
Ut nemo, Varius ducit: 84 molle atqve facetum

71 Qvæ in æde Apollinis & Muſarum non audiantur, nec à me recitentur. Synecd. gen. 72 Cum aliorum poematibus de præſtantiâ contendentia. 73 Metio Tarpâ Critico, & judice acerrimo criminum. 74 Qvæ ſæpiùs à populo more aliorum poematum in theatris ſpectata atqve audita vileſcant. In *theatris* eſt Meton. ſubj. pro populo in theatris, ut diximus. 75 Callidâ. 76 Avertit ſermonem ad Fundanium Poetam Comicum. Senſus eſt: Tu Fundani unus Poetarum inter omnes, qvi hodie vivunt, potes comiter & lepidè libellos comicos & Comœdiam ſolertem ſcribere, in qvibus callidam meretricem, aut Davum qvendam, neqvam ſervum, ſenem Chremetem herum ſuum eludentem, introducis. 77 Metaph. eſt à victoribus gladiatoribus. Cic. 1. Cat. *Qvamdiu nos etiam furor iſte tuus* eludet? 78 Metaphora eſt ab avibus, qvarum garritus eſt facetus & jucundus. 79 Aſinius Pollio Tragœdiographus. 80 Et Principum Romanorum. 81 Deſcribit Tragœdiis Latinis. 82 Pedibus ter percuſſis & pulſatis, id eſt, ſenariis Iambicis trimetris, qvorum bini pedes ter conjunguntur, & ſingulorum poſterior eſt ferè Iambus. Sex qvidem ſunt ictus, unde etiam *ſenarii verſus* dicuntur, ſed tres tantùm ſunt percuſſiones. Synecd. autem eſt periphraſtica Tragœdiæ, pro verſibus illius Iambicis trimetris, ut diximus. 83 Acer Varius fortè aliqvod carmen Hexametrum de rebus divinis & Heroicis tantâ majeſtate componit, ut nemo meliùs. In *epos* eſt Synecd. gen. pro Heroico carmine. In *ducit* eſt Metaph. ab officinis metallicis, ubi metalla tundendo malleis & cudendo in laminas extenduntur. 84 Tenerum atqve ele-

85 *Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.*
86 *Hoc erat, experto fruſtrà Varrone* 87 *Atacino,*
Atqve qvibusdam aliis, meliùs qvod ſcribere poſſem,
88 *Inventore minor: neqve ego illi detrahere auſim*
89 *Hærentem capiti multa cum laude* 90 *coronam.*
91 *At dixi* 92 *fluere* 93 *hunc lutulentum, ſæpè* 94 *ferentem*
Plura qvidem 95 *tollenda relinqvendis.* 96 *Age, qvæſo*
97 *Tu nihil in magno* 98 *doctus* 99 *reprendis* 100 *Homero?*
Nil 101 *comis Tragici* 102 *mutat Lucilius* 103 *Accî?*
Non 104 *ridet verſus Ennî* 105 *gravitate minores,*

gans Bucolicum aut Georgicum P. Virgilio Maroni ruſticæ & paſtorales Camœnæ & Nymphæ conceſſerunt: nondùm enim hoc tempore Virgilius Æneida ſcripſerat. 85 Syſtole. Al. *annuerant*, vel *annuerint*. 86 Hoc autem Satyricum carmen meum erat, qvod poſſem meliùs ſcribere, qvàm Varro Atacinus, qvi fruſtrà expertus eſt & tentavit Satyras ſcribere, & qvàm qvidam alii. 87 Sic dicto, ab *Atace* Narbonenſis Galliæ fluvio 88 Qvamvis ingenuè fateor, qvòd inferior ſim Lucilio Satyræ primo autore. Synecd. gen. 89 Adhærentem. 90 Lauream. 91 Προκατάληψις eſt ἀλληγορικῶς enunciata ab amnibus turbidis, id eſt, aliqvis mihi objicit ſcripturam Lucilii, ut obſcœnam & invenuſtam à me vocatam. 92 Vitiis & ineptâ garrulitate ſcatere. Vide Sat. 4. 93 Lucilium. 94 Proferentem. 95 Damnanda, qvàm qvæ qvis approbet aut relinqvat? 96 Apoſtrophe eſt, cui communicatio altera eſt adjuncta. 97 Ironica interrogatio. 98 Si vir doctus es & bonus Criticus. 99 Reprehendis. Syncope. 100 Qvi qvandoqve dormitat, id eſt, in carminibus Homeri. Meton. effic. 101 Facetus. 102 Emendat in Tragœdiis Accii? 103 Accius apud Latinos primus ſcripſit Tragœdiam. 104 Reprehendit. 105 Leviores, minùs graves,

Cum

Cùm de ſe loqvitur, 106 non ut majore reprenſis?
Qvid vetat, & noſmet Lucili ſcripta legentes,
Qværere, nùm 107 illius, nùm 108 rerum 109 dura negârit
Verſiculos natura 110 magis factos, & 111 euntes
Mollius? 112 Ac ſi qvis pedibus qvid 113 claudere ſenis
114 Hoc tantum contentus, 115 amet ſcripſiſſe ducentos
Antè 116 cibum verſûs, 117 totidem cœnatus; 118 Etruſci
Qvale fuit Caſsî rapido 119 ferventius amni
Ingenium; 120 capſis qvem fama eſt eſſe, libriſqve
Ambuſtum propriis; 121 fuerit Lucilius, inqvam,
Comis & urbanus; fuerit 122 limatior idem,

qvàm gravitas & dignitas materiæ poſtulat. 106 Cùm tamen majorem ſemet ipſum non exiſtimet illis, qvos reprehendit, velut reprehenſo major aut melior eſſet. 107 Natura inepta. 108 Qvas tractavit. 109 Intractabilis. 110 Magis elaboratos & accuratos, id eſt, qvid prohibet me liberè qværere cauſam, cur poëma Lucilii ſit tàm incompoſitū, ſit-ne hoc ingenio ipſius vitio ducendum. an difficultati materiæ, qvæ ſæpiùs doceri mavult, qvàm ornari? 111 Concinniùs & leniùs fluentes, Metaph. ab animantibus. 112 Ac tunc verſus ire ſolent, *vel* qvalia tunc carmina componuntur. 113 Ut concludat & finiat Hexametris verſibus. 114 Hoc uno contentus. 115 Deſideret. 116 Sumtum. 117 Et totidem verſus cùm cœnatus ſit, id eſt, cænavit. 118 Caſſii Severi, *vel*, ut alii, Caſſii Parmenſis. *Parma* eſt Etruriæ civitas; de qvo Ep. 4. l. 1. 119 Concitatius, promtius, celerius. Sumtum eſt ab igne. 120 Qvi dicuntur tot verſus totqve libros ſcripſiſſe, ut illi ſuffecerint ſine ligno cadaveri ejus comburendo. 121 Demus, qvòd Lucilius fuerit falſus, jocoſus. Conceſſio eſt, qvæ per Anaphoram iteratur. 122 Terſior, doctior, qvàm

123 *Qvam*

123 Qvàm rudis, & 124 Græcis intacti carminis autor,
Qvàmq; Poetarum 125 ſeniorum turba: 126 ſed ille,
Si foret hoc noſtrum fato dilatus in ævum, [*ultra*
127 Detereret ſibi multa: 128 recideret omne, qvod
Perfectum traheretur; & in verſu faciendo
129 Sæpè caput 130 ſcaberet, 131 vivos & roderet ungues.
132 Sæpè ſtylum vertas, iterùm, qvæ digna legi ſint,

Ennius, primus ille autor carminis Satyrici rudis. 123 Synecdoche eſt periphraſtica Ennii poëtæ. 124 Qvod Græci non attigerunt aut tentârunt, ſed Latini tantùm uſurpârunt. 125 Antiqviorum Lucilio, id eſt, qvàm Accius, Pacuvius, & reliqvi. 126 Sed tamen, ſi ille idem Lucilius Dei providentiâ, in hanc noſtram, qvâ jam vivimus, ætatem reſervatus eſſet, id eſt, ſi hâc noſtrâ ætate natus eſſet. Al. *delatus*. Al. *dilapſus*. 127 Multa ſuis carminibus auferret, demeret & detraheret. 128 Reſecaret & amputaret, qvicqvid perfecto opere ulterius adderetur abundans & ſupervacaneum. Svet. Calig. c. 44 *Commoda emeritæ militiæ* recîdit *ad ſummam ſexcentorum millium.* 129 Sæpè torqveretur, multumqve laboraret in verſibus faciendis. Alleg. eſt è Metaphoris à corpore ad animi majorem attentionem. Nam qvi in re aliqva totam mentem defigunt, ſæpè geſtus edunt indecentes per incogitantiam, qvales hîc memorantur ſine ullo pruritu vel capitis, vel ungvium, agi à Poëtis attentiſſimâ & acerrimâ cogitatione Poëſin meditantibus. 130 Cogitabundus. 131 Ad vivum uſqve, profundis cogitationibus intentus, arroderet & præmorderet, non autem in uno pede ſtaret, exiguoqve temporis intervallo ducentos verſus dictaret. 32 Sæpè qvod tu ſcripſeris, emendes, ſæpe priorem ſcripturam deleas, & aliter atqve aliter finge. Anaphora eſt, atqve adeò Allegoria ab antiqvo more ſcribendi in tabellis ceratis & pugillaribus: ubi qvod malè fuiſſet exaratum acutiori parte ſtyli graphiarii, poſteà denſiori alterâ ejuſdem parte expungebatur & corrigebatur. Conſilium igitur Horatii eſt, ut, qvod qvis

Scri-

Scripturus : neqve, 133 *te ut miretur* 134 *turba,* 135 *labores,*
Contentus 136 *paucis lectoribus. An tua demens*
37 *Vilibus in ludis dictari carmina malis?*
138 *Non ego: nam ſatis eſt* 139 *Eqvitem mihi* 140 *plaudere: ut* 141 *audax,*
Contemtis aliis, 142 *exploſa* 143 *Arbuſcula dixit.*
Men' 144 *moveat* 145 *cimex Pantilius? aut crucier, qvòd*
146 *Vellicet abſentem* 147 *Demetrius? aut qvòd ineptus*
148 *Fannius Hermogenis* 149 *lædat conviva* 150 *Tigelli?*
Plotius, & Varius, Mæcenas, Virgiliusqve,

ſcripſerit, tantiſper mutet & corrigat, dum rectè conſtituatur. Sic Cic. Verr. 4. *Timuit aliqvando, & commotus vertit ſtylum in tabulis ſuis: qvo facto cauſam omnem evertit ſuam.* 133 Tuaqve carmina. 134 Vilis plebs. 135 Neqve multum ſollicitus ſis, ut auram popularem aucuperis, qvod Oratoribus convenit, ut docet Cic. in Bruto. 136 Iiſqve viris doctis & prudentibus. 137 Pueris in contemtis ſcholis, & populo, qvàm viris prudentibus approbari malis? 138. Ego illud non malim. 139 Eqvites Romanos, ut Mæcenatem, vel alios doctiſſimos me laudare. 140 Si vulgus me explodit. 141 animoſa. 142 A vulgo, cùm mimam egit. 143 Mima & meretrix. 144 An me commovere aut turbare debeat? 145 Poëta putidus, ut cimex. Metaph. eſt ab inſecto fœdiſſimi odoris in ligno naſcente, ad fœtorem & obſcœnam Pantilii maledicentiam notandam. Tres autem hæ interrogationes ſuſpendunt ſubjectionem negatam. 146 Maledictis me calumnietur. 147 Qvem *Simii* nomine antè notavit. 148 Poëta: de qvo ſuprà Sat. 4. 149 Maledictis. 150 Cantoris.

Val-

Valgius, & 151 probet hæc 152 Octavius optimus, atq;
153 Fuſcus: & hæc utinam 154 Viſcorum laudet uterqve.
Ambitione 155 relegatâ, 156 te 157 dicere poſſum
158 Pollio, te Meſſala, tuo cum fratre ſimulqve
Vos Bibuli, & Servi, 159 ſimul his te 160 candide Furni:
Complures alios, doctos ego qvos, & amicos,
161 Prudens prætereo: qvibus 162 hæc, ſint qualiacunqve,
163 Arridere velim: 164 doliturus, ſi placeant ſpe
165 Deterius noſtrâ. 166 Demetri, teqve Tigelli,
167 Diſcipularum inter jubeo plorare cathedras.

151 Ego opto, ut approbet hæc mea carmina. 152 Maximus ille Imperator Cæſar Octavius Auguſtus. Alii putant Cæſarem Auguſtum non intelligi, ſed Octavium Poëtam qvendam. 153 Ariſtius. 154 Uterqve fratrum Viſcorum. *Viſci* doctiſſimi poëtæ & Cenſores fuerunt. 155 Cupiditate honoris & favoris exſtinctâ, ſublatâ, depoſitâ. Sumtum ab iis, qvi in exilium ejiciuntur. 156 Apoſtrophe ad qvinqve clariſſimos viros, qvibus optat ſcripta ſua probari. 157 Numerare. 158 Aſini Pollio. 159 Cum his. 160 Cenſor, hiſtorice, ac amice. 161 Sciens. 162 Mea carmina. 163 Approbari, placere. Metaph. ab homine, qvi eſt τὸ ζῶον γελαστικὸν, ad inanimatum. 164 Ægrè laturus. 165 Si placeant pejùs ac minùs, qvàm ſperâſſem. 165 Apoſtrophe altera eſt ad ſuos adverſarios, Demetrium & Hermogenem, qvi impudicè & miſerè ſtudent tantùm fœminis probari. 167 In cœtu veſtrarum impudicarum mulierum & mimarum, qvas carmina veſtra cantare edoceatis, id eſt, ego vos (qvi fœminis, non viris, placere ſtudetis) infelices eſſe jubeo, ac malum precor, & vos tanqvam turbam imperitorum pro nihilo habeo.

168 I puer, atqve meo 169 citus hæc 170 ſubſcribe libello.

168 Avertit poſtremò ſermonem ad puerum amanuenſem, ut hanc Satyram, ut appendicem Satyræ 4. atqve tanqvam clauſulam ſuperioribus adjungat. Unde τὸ *puer* Synecdochicè hîc ſumitur pro ſervo amanuenſi. 169 Citò. Abruptum fuit hujus Satyræ initium, abruptus etiam finis. 170 In infima parte ſcribe, qvoniam hi verſus ex tempore in mentem mihi venerunt: tantum abeſt, ut facti me pœniteat.

Q. HORATII FLACCI SERMONUM, SIVE SATYRARUM LIBER II.

SATYRA I.

Sibi datum à Trebatio conſilium de ſcribendis rebus geſtis Auguſti potiùs, qvàm Satyris (utpote in qvibus alii aliud deſiderent) exponit: & cur ei parére non poſſit, oſtendit.

1 SUnt qvibus in Satyrâ videar 2 nimis acer, 3 & ultra

1 Qvidam. Tota hæc Satyra verſatur in Dialogiſmo interrogantis Poëtæ & reſpondentis Trebatii. 2 Nimiùm aſper & vehemens eſſe in reprehendendis hominibus. Hoc ſumtum eſt à ſapore & guſtu mordaci. 3 Et ultra modum & uſitatam in notandis vitiis conſvetudinem, non habitâ perſonarum ratione aut diſcrimine. Eſt autem Satyræ lex, ut comiter & urbanè, & per ludum jocumqve mores hominum

Le-

Legem 4 tendere 5 opus; 6 ſine nervis 7 altera qvicqvid
Compoſui, pars eſſe putat, ſimileſqve 8 meorum
Mille die verſus 9 deduci poſſe: 10 Trebati,
Qvid faciam? 11 præſcribe. 12 Qvieſcas: 13 Ne faciam, inqvis, 9
Omninò verſus? 14 Ajo. 15 Peream malè, ſi non [*uncti*
16 *Optimum erat: verùm neqveo 17 dormire. 18 Ter*

reprehendat. 4 Intendere & exacerbare. Alleg. è Metaph. à ſagittariis, qvi ſcopo ſemper aberrantes, modò citrà hunc, modò ultrà emittunt ſagittas, nervis pravè & nimiùm vel adductis vel remiſſis; qvos imitari à multis exiſtimatur Poëta, cùm in vitiis hominum notandis nunqvam poteſt modum criminationis tenere, interdum declinans, qvorundam judicio ad ellipſin, interdum, aliorum opinione, ad hyperbolen. Dici etiam poteſt. Al. petita à citharœdis, malè fides pulſantibus. 5 Carmen meum Satyricum, Synecd. gen. 6 Sine rebus & ſententiis, id eſt, illud opus Satyræ eſſe nimis languidum & enerve. 7 Altera hominum pars, id eſt, alii homines. 8 Verſuum tàm facilium & enervium. 9 Tanqvam lanam deduci, id eſt, ſcribi & componi poſſe. Metaph. eſt à lanificis, qvi dum tenuant lanam vel linum, in filum deducere dicuntur. 10 Nobiliſſime Juriſconſulte. 11 Conſtitue mihi modum ſcribendæ Satyræ, vel qvid ſit mihi faciendum in hac hominum qverela, & qvalis Satyricus eſſe debeam, indica & doce, ut ad tuum præſcriptum, tanqvam ad normam juris, agam omnia. 12 Qvieſcas, ô Horati, ſcribere Satyras, illarum compoſitione omninò ſuperſedeas. Reſpondet ergò Trebatius. 13 An illud, inqvis, ô Trebati, ne faciam verſus Satyricos? Hæc ſunt verba Horatii. 14 Hoc ipſum eſt, qvod ajo. Affirmat Trebatius. 15 Exclamatio eſt Poëtæ ſibi imprecantis & obteſtantis. 16 Ut omninò qvieſcerem, & Satyras ſcribere intermitterem. 17 Qvieſcere & vigiliarum tædium hiſce ineptiis Satyricis cogor diſcutere. 18 Trebatii conſilium. Qvi facilè dormire non poſſunt, illi

16 *Ter-*

Tranſnanto Tiberim, ſomno qvibus eſt opus alto,
19 Irriguumqve mero 20 ſub noctem corpus 21 habento.
Aut, ſi tantus amor ſcribendi te 22 rapit, 23 aude
24 Cæſaris invicti 25 res dicere, multa laborum
Præmia 26 laturus. 27 Cupidum, 28 pater optime, vires
Deficiunt; neqve enim qvivis 29 horrentia 30 pilis
Agmina, nec 31 fractâ pereuntes cuſpide Gallos,
Aut 32 labentis eqvo 33 deſcribat vulnera Parthi.
34 Attamen & 35 juſtum poteras, & ſcribere fortem,

Tiberim fluvium oleo uncti qvotidiè ter tranſnatent. Nataturi ungebantur, ut olei calore adversùs aqvæ frigus munirentur. 19 Madidum vino. 20 Circa noctem, vel paulò ante noctem. Cæſ. l. 1. de bel. civ. *Pompejus ſub noctem naves ſolvit.* 21 Habeant. 22 Abripit, præcipitem trahit. 23 Tenta & aggredere. 24 Auguſti. Synecd. gen. 25 Præclarè geſtas. 26 A Cæſare accepturus. 27 Volentem me hiſce arduis & ſublimibus materiis manus admovere, vires deſtituunt. Reſpondet Horatius. 28 Trebati. Sic illum honoris causâ appellat. 29 Ingentes militum copias, aſpectu formidabiles, horrorem ſpectantibus incutientes. Meton. effic. 30 Romanorum haſtis. 31 Qvam ſaucius hoſtis è corpore non potuit evellere, niſi fractam. 32 Ex eqvo delabentis, dejecti, & ſuperati. Parthi enim ex eqvis pugnabant, & erant eqvites. 33 Poſſit deſcribere. 34 Ut vel maximè Auguſti bella non deſcribas, tamen, &c. Epanorthoſis ſive Correctio eſt Trebatii, qvâ hortatur Horatium, ut Cæſarem præconiis illuſtret à juſtitiâ & fortitudine, idqve exemplo Lucilii, qvi Scipionem dignis encomiis celebravit. 35 Auguſti juſtitiam & fortitudinem deſcribere. Meton. ſubj.

Oo 36 Scipi-

36 *Scipiadam ut ſapiens* 37 *Lucilius.* 38 *Haud mihi deero,*
Cum res ipſa feret: niſi 39 *dextro tempore,* 40 *Flacci*
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem:
Cui malè ſi 41 *palpere,* 42 *recalcitrat undiqve* 43 *tutus.*
44 *Qvatnò rectius hoc, qvàm* 45 *triſti lædere verſu*
46 *Pantolabum ſcurram, Nomentanumq́;* 47 *nepotem:*

36 P. Cornelii Scipionis Africáni virtutes carminibus ſuis illuſtravit. 37 Satyricos. 38 Faciam, qvod in me erit, inqvit Horatius, & rei huic operam navabo, cùm dabiur occaſio. 39 Opportuno & commodo rebus agendis tempore, cùm à rebus gravioribus bellicis & civilibus vacat. Metaph. eſt ab auſpicibus, qvi proſpera, commoda, læta & opportuna prædicebant fore è dextro avium volatu, & innoxium fulgur ex eadem parte vibratum. 40 Mea Horatii Flacci verba non tranſibunt per aurem Cæſaris carminibus conſiderandis intentam, niſi dextro tempore. 41 Aduleris. Alleg. ab eqviſonibus, qvi eqvis applaudunt & blandiuntur poppiſmis vel leni manûs tractatione illos demulcent, qvò faciliùs illos vel ephippio ſternant, vel ori fræna inſerant, vel pedibus ſoleas inducant, vel deniqve in eos inſiliant: qvod niſi dextrè fecerint, calcitrare ſolent ſternaces, qvales ſolent eſſe maximè eqvi ſeſſorem dejicientes: adversùs qvales casûs ſolet prudens eqviſo eſſe comparatus, qvemadmodum Auguſtus contra ineptias ſe laudantium. *Palpari* propriè, eſt blande contrectare, & manu demulcere. 42 Repugnat, adulationem rejicit. 43 A vanis aſſentatoribus. 44 At qvantò hoc rectius eſſet agere [inqvit Trebatius] hujuſmodi Cæſaris laudes decantare, qvàm, &c. 45 Mordaci & Satyrico verſu proſcindere. 46 Qvoslibet ſcurras, paraſitos & homines perditos & diſſolutos. Synecd. ſpec. 47 Luxurioſum.

Cùm

Cum ſibi qviſqve 48 *timet, qvanqvam eſt* 49 *intactus, & odit?*
50 *Qvid faciam? ſaltat* 51 *Milonius,* 52 *ut ſemel icto*
Acceſſit fervor capiti 53 *numerusq; lucernis.*
54 *Caſtor* 55 *gaudet eqvis.* 56 *ovo prognatus eodem*
57 *Pugnis.* 58 *Qvod capitum vivunt, totidem ſtudiorum*
Millia: 59 *me pedibus delectat claudere verba*
60 *Lucilî ritu, noſtrûm melioris utroqve.*
61 *Ille velut fidis* 62 *arcana ſodalibus olim*
63 *Credebat libris; neqve,* 64 *ſi malè ceſſerat, unqvam*

48 Cùm unuſqviſqve ſuæ famæ metuat, & Poëtas Satyricos oderit. 49 A Satyrico non notatus aut reprehenſus eſt. 50 Reſpondet Horatius. 51 Homo temulentus, civis Romanus. 52 Poſtqvam calor nimio vini potu ipſi in caput, copioſis vini vaporibus, tanqvam telis percuſſum, aſcendit. 53 In mensa acceſſit, ut lucernæ, qvæ anteà ſingulæ, jam binæ incipiant apparere. Ebrius enim rem unam cernens, plures videtur aſpicere. 54 Jovis & Ledæ filius. 55 Delectatur eqveſtri & curuli certamine. 56 Ex eodem ovo, qvod mater ex Jove, in cygnum converſo, conceperat, id eſt, alter frater Pollux. Synecdochica ergò periphraſis eſt Pollucis. Qvidam putant ſumtum ab avibus, qvæ ponunt ova, & diuturno calefactu inde excludunt pullos, ad partum Ledæ indicandum. 57 Pugillatu & ceſtibus delectatur. 58 *Qvot homines, tot ſententiæ,* & ſingulis hominibus ſingula ſtudia naturâ inſita. *Trahit ſua qvemqve voluptas.* Synecd. memb. pro integ. 59 Ego delector compoſitione carminis Satyrici. Synecdochica itaqve periphraſis eſt verſuum Satyricorum. 60 More Lucilii, qvi melior eſt Poëticâ facultate, qvàm & ego, & tu. 61 Lucilius. 62 Vitæ ſuæ. 63 Inſcribebat, committebat. 64 Si qvid ei malè evenerat. Alleg. *geſſerat*, id eſt, egerat.

65 Decurrens aliò, neq; ſi benè: qvo fit, ut omnis
66 Votivâ pateat veluti deſcripta tabellâ,
67 Vita ſenis; ſeqvor 68 hunc, 69 Lucanus, an Appulus, 70 anceps:
Nam Venuſinus 71 arat finẽ ſub 72 utrumq; 73 colonus,
74 Miſſus 75 ad hoc, 76 pulſis (vetus eſt ut fama) Sabellis,
77 Qvò ne per vacuum Romano incurreret hoſtis:
Sive, qvòd Appula gens, ſeu qvòd 78 Lucania bellum

65 Neqve ad aliud vitæ genus ſe conferens, confugiens, qvàm ad libros ſuos, i.e. in adverſis non aliunde ſolatium petebat, niſi à ſuis libris, nec aliis congratulationem rerum ſecundarum declarabat, niſi eisdem ſodalibus libris. *66* Veluti in tabula, qvæ ex voto ſuſpendebatur in templo à naufragis, integrè delineata in libris illis conſpici poſſit. Sic Od. 5. l. 1. *me* tabulâ *ſacer* Votivâ *paries indicat humida Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo.* *67* Vita Lucilii, qvi in illa ſeniorum Poëtarum turba Horatii ſeculo ponebatur. Synecd. gen. *68* Lucilium. *69* Sim. *70* Dubito, incertus ſum, ἀμφιδοξέω: qvod qvidam putant ſumtum ab armis utrimqve acutis, qvæ dubitamus, utrâ parte apprehendamus ſine offenſione. 71 Terram, id eſt, agros colit, ibiqve habitat. 72 Inter Lucaniam & Apuliam. Eſt enim Horatius in oppido Venuſio natus: unde & *Venuſinus* dictus. 73 Populus, qvi hùc à Romanis in coloniam ductus fuit. 74 A Romanis. 75 In coloniam. 76 Expulſis Samnitibus ex hiſce locis. 77 Ut ne Lucani & Apuli per hanc regionem, tanqvam cultoribus vacuam, Sabellis expulſis, velut hoſtes in Romanum populum ejuſqve agros incurſionem facerent, & novis bellis & ſeditionibus urbem Romam vexarent. Synecd. finiti & gen. 78 Lucani incolæ. Metonym. ubj.

79 *In-*

79 Incuteret violenta. Sed hic 80 ſtylus haud 81 petet 82 ultrò
83 Qvenqvam animantem, & me 84 veluti cuſtodiet enſis
Vaginâ tectus: 85 qvem cur 86 diſtringere coner
Tutus ab infeſtis 87 latronibus? 88 O pater, & 89 Rex
Iupiter, 90 ut pereat poſitum rubigine telum,
Nec qvicqvam noceat cupido mihi pacis! at ille,
Qvi me 91 commôrit [melius non tangere, 92 clamo]
93 Flebit, & 94 inſignis totâ 95 cantabitur 96 Urbe.

79 Moveret, inferret tanqvam bellicoſa. 80 Hæ Satyræ ſtylo, id eſt, calamo ſcriptorio, ſcriptæ. Meton. inſtrumenti: atqve adeò Metaph. qvâ datur ſenſus & motus rei inanimatæ, qvæ per ſe nec poteſt ferire, nec defendere. 81 Lædet. 82 Sponte, niſi ſim laceſſitus, provocatus. 83 Qvenqvam hominem vivum, qvenqvam animâ & corpore conſtantem. 84 Et ſtylus me defendet, velut enſis conditus vaginâ, cùm arma geſtentur defenſionis, non offenſionis causâ. 85 Gladium Satyrarum mearum. 86 Evaginare. Sic Od. 1. l. 3. Diſtrictus *enſis, cui ſuper impiâ Cervice pendet*, Q. d. cur Satyras velim depromere, alioſqve lædere, ipſe læſus à nemine? 87 A calumniatoribus me provocantibus. 88 Exclamatio eſt precantis & optantis exitium volenti lædere cæteros; & ſimul Apoſtrophe ad Jovem: averſus eſt enim ſermo à Trebatio ad hunc. 89 Deorum & hominum. 90 Utinam meum hoc Satyrarum telum, in vagina reconditum, nunqvam extrahatur, ſed tibi rubigine pereat, ut nunqvam causa mihi detur hunc enſem extrahendi. 91 Tetigerit, laceſſerit. 92 Apertè edico, melius eſſe me non lædere ſive laceſſere. Translatum eſt à corpore ad famam Poëtæ inqvinandam. Ter. Eun. *Qvo pacto Rhodium* tetigerim *in convivio.* 93 Οἰμώξει, dolebit, ſuamqve miſeriam deplorabit. 94 Nobilis & famoſus. Ironia eſt pro infami & ignominioſo. 95 Meis verſibus. 96. Româ. Synecd. gen.

97 Cervius iratus 98 leges 99 minitatur & 98 urnam:
Canidia 100 Albuti, qvibus eſt 101 inimica 102 venenũ;
Grande malum 103 Turius, ſi qvis ſe judice 104 certet.
105 Ut 106 qvo qviſqve valet, ſuſpectos terreat, 107 utqve
Imperet hoc natura potens, 108 ſic collige mecum. (tus
Dente lupus, cornu taurus 109 petit. 110 Unde, niſi in-
Monſtratum? 111 Scævæ vivacem crede nepoti
Matrẽ; 112 nil faciet ſceleris 113 pia dextera; 114 (mirũ;

97 Prætor, inqviſitor, capitalibus qvæſtionibus præfectus. 98 Pœnas & condemnationes legibus & ſortibus conſtitutas. Meton ſubj. 99 Maledicis ſcriptoribus. 100 Albutii filia venefica: ut apud Virg. *Hectoris Andromache.* ſc. uxor. *Deiphobe Glauci*, ſc. filia. 101 Irata. 102 Illis venenum minitatur. 103 Judex ille nummarius & venalis ſc. *minitatur*, qvi neminem abſolvebat, niſi muneribus priùs placatus. 104 Litiget. 105 Qvomodo. 106 Qvâ re & qvibus qviſqve artibus eſt inſtructus, iis ſuos inimicos & ſimultatis nomine ſuſpectos puniat. 107 Et qvomodo natura potenter impellat homines, ipſa etiam bruta, ad injurias injuriis vindicandum. 108 Mecum ex his exemplis perpende & judica. Metaph. eſt à corpore ad animum. Apoſtrophe autem eſt ad Trebatium, qvem monet, ut ſecum diligentiùs perpendat, nùm illud naturæ non adverſetur, ſiqvis ſe non tueatur, acceptamqve injuriam ulciſcatur: qvod ut ſit evidentius, argumentatur à brutis. 109 Adverſarium appetit, atqve aggreditur. Virg. Eccl. 3. *Jam cornu* petat, *& pedibus qvi ſpargat arenam.* 110 Unde autem hoc habent, niſi illis à natura monſtratum eſſet? 111 Qvivis credat & committat Scævæ, prodigo & perdito juveni, matrem, qvàm nimiùm vivere moleſtè fert. Permiſſio eſt qvædam cum Synecdoche. 112 Dextera ejus non qvidẽ gladio ipſam interficiet. 113 Qvæ pia videtur, nec tamen eſt, ſed impia. Ironia enim eſt, qvâ ſignificatur ejus impietas, qvi clandeſtino & inſidioſo mortis genere interfecit matrem. 114 Nimirum. Ut

Ut neqve calce lupus 115 *qvenqvam, neqve dente* 116 *petit bos)*
Sed mala 117 *tollet anum* 118 *vitiato melle cicuta.*
119 *Ne longum faciam, ſeu me tranqvilla ſenectus*
Exſpectat, 120 *ſeu mors atris circumvolat alis,*
121 *Dives, inops, Romæ, ſeu* 122 *Fors ita juſſerit, exul,*
123 *Qvisqvis erit vitæ,* 124 *ſcribam, color.* 125 *O puer, ut ſis*
126 *Vitalis, metuo, &* 127 *majorum ne qvis amicus*
128 *Frigore te feriat.* 129 *Qvid, cùm eſt Lucilius auſus*

115 Ferit. 116 Mordet. 117 E medio tollet, occidet matrem ſuam decrepitam, cujus diuturnâ vitâ prodigus offenditur. 118 Melle corrupto, id eſt, venenatâ mulſi potione; qvâ anum, dulcia appetentem, ille ſuſtulerat. 119 Ne ſim longior. 120 Sive mors celeris & violenta mihi imminet. Metaph. eſt ab avib. ad ſubitam & inſperatam mortis feſtinationem indicandam. 121 Sive dives. 122 Fortuna. 123 Qvodcunqve genus, qvæcunqve conditio & ſtatus meæ vitæ futura ſit. Metaph. à pictoribus. Cic. *Amiſimus* colorem *& ſpeciem priſtinam civitatis.* *Sic color imperii* dicitur Lucani l.9. 124 Satyras. 125 O Horati adoleſcentule (inqvit Trebatius) metuo ut diu vivas, ne hiſce Satyris tuis exitium & periculum tibi contrahas. In *puer* eſt Synecd. gen. Facetè autem *puerum* vocat Trebatius eum, à qvo *pater* ipſe audiverat. 126 Vivax ac diu ſuperſtes. *Vitale* id propriè dicimus, qvod ad vitam pertinet, qvod vitam juvat, fovet, continet. 127 Potentiorum, id eſt, qvi valeat gratiâ apud divites & potentes, φίλος τῶν μειζόνων, i.e. *amicus magnus.* 128 Mortem tibi inferat, *vel,* frigido aliqvo veneno te è medio tollat, Satyris tuis offenſus. Meton. eſt adjunctæ qvalitatis pernicioſæ pro ſubjecto veneno. Qvod vivimus, calori vitali acceptum ferimus. Hinc ergo *frigus* pro morte; & *frigere* pro mortuum eſſe. Virg. Æn. 12. *Aſt illi ſolvuntur* frigore *membra.* Et 6. *corpuſqve lavant* frigentis, *& ungunt.* 129 Qvid paſſus

Primus in hunc operis componere carmina 130 *morem?*
131 *Detrahere & pellem, nitidus qvà qvisq; per ora*
132 *Cederet, introrsùm turpis? Num Lælius,* 133 *& qvi*
Duxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen,
134 *Ingenio offenſi? aut læſo doluére* 135 *Metello?*
Famoſisqve Lupo cooperto verſibus? Atqvi

eſt Lucilius (rogat Horatius) cùm magnos viros carpſiſſet? 130 In morem Satyricum, id eſt, Satyras ſcribere. 131 Omnia improborum vitia denudare ſive detegere, illiſqve turpitudinis velamentum detrahere. Alleg. eſt à laniis & extiſpicibus, qvi ex detractis pellibus, tanqvam velamentis, eviſceratiſqve animalibus perſpiciebant, qvid boni, qvid-ve mali ineſſet ominis. Sic Lucilius mores hominum notabat, ut, qvi extrinſecùs apparebant probi & ſinceri, lectis ipſius Satyris, perſpicerentur ſcelerati & impuri. 132 Qvà unuſqviſqve malus per vulgi ora, id eſt, in oculis & conſpectu omnium civium tanqvam bonus & qvantivis pretii civis per urbem incederet & obambularet. Aphæreſis. Sic Plaut. *Ut transverſus, non proverſus cedit, qvaſi cancer ſolet.* Meton. eſt ſubj. in *qviſqve* pro fama cujuſqve, nitidâ ſpecie probitatis ornati, emanaret per urbem. 133 P. Cornelius Scipio, qvi à domitâ Africâ meritum nomen Africani reportavit, Synecd. periph. Scipionis. Od. 8. l. 4. *Non incendia Carthaginis impia, Ejus, qvi domita nomen ab Africa Lucratus rediit, clarius indicant Laudes, qvàm Calabræ Pierides.* 134 Num hi duo Lælius & Scipio fuerunt offenſi carmine Lucilii? 135 Qvod Metellus, Macedonici filius infamis & luxurioſus, à Lucilio læſus, aut qvòd Lupus Rutilius, homines impii, maledictis & ignominioſis verſibus Lucilii obruti ac proſciſſi fuerint? Ab integumentis translatum eſt ad animi ſtatum & habitum. Sic Cic. 3. Verr. *Qvi iſtum tot, tantis, tàm nefariis ſceleribus coopertum ſuâ ſententiâ liberavit.*

Pri-

Primores 136 *populi* 137 *arripuit*, 138 *populumqve tributim;*
*Scilicet uni*139 *æqvus virtuti, atq;*140 *ejus amicis.*
141 *Qvin ubi ſe à* 142 *vulgo*, 143 *& ſcena, in* 144 *ſecreta remôrant*
145 *Virtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Læli;*
146 *Nugari cum illo*, 147 *& diſcincti ludere, donec*
148 *Decoqveretur olus*, 146 *ſoliti.* 149 *Qvicqvid ſum ego, qvamvis*
Infra Lucilî 150 *cenſum, ingeniumqve, tamen me*

136 Romani, id eſt, Patres ipſos ſeu Patritios. 137 Invaſit, notavit, culpavit. 138 Reliqvam plebem abſqve Senatoribus ordine per omnes 35 tribûs Satyrico dente graſſatus, nulli parcens. Rectè ergò Perſius: *Secuit Lucilius urbem.* Tradunt enim ſingulas eum tribûs ſingulis Satyris maledictis inſectatum fuiſſe. 139 Propitius & benevolus. Aſſerit Poëta non alia de causa Lucilium mordaciùs in Romanos ex æqvo in omnes invectum, niſi ſolius virtutis amore: *æqvus* autem eſt *virtuti*, qvi bonis omnibus parcendum judicat, maloſqve puniendos. 140 Virtutis. 141 Inſuper. 142 Ab oculis civium. 143 A populi conſpectu, à foro & judiciis, ubi magiſtratus, tanqvam in ſcena, perſonam agit. Translatio eſt à ludis ſcenicis, atqve inſuper Synecd. ſpec. pro generali & qvovis cœtu & loco freqventi. 144 Loca ſc. id eſt, in receſſus ſe removerant, & ſe ſubduxerant ab aſpectu populi intra parietes. Syncope. 145 Ubi Scipio virtute præditus & fortiſſimus, & Lælius mitis ac ſapiens ſubduxerant ſe, &c. Alleg. è continuata Meton. adjunctorum pro ſubjectis. 146 Soliti fuerant ridicula & jocoſa tractare cum Lucilio. 147 Comparati ad animi relaxationem exercitationemq; corporis. 148 Frugalis cœna pararetur, apponeretur. 149 Qvicunqve ego Horatius ſum, cujuſcunqve conditionis, ſortis, generis. 150 Annuum reditum, id eſt, opibus Lucilio inferior, qvi

151 Cum magnis vixiſſe 152 invita fatebitur uſqve
153 Invidia, & 154 fragili qværens illidere dentem,
Offendet ſolido; niſi qvid tu, docte Trebati,
155 Diſſentis. 156 Eqvidem nihil hîc diffindere poſſum.
Sed tamen 157 ut monitus caveas, ne fortè 158 negotî
Incutiat tibi qvid 159 ſanctarum inſcitia legum: 81

fuit ordinis eqveſtris. 151 Cum Auguſto Pollione, Varo, Mæcenate, aliisqve viris magnis. 152 Nolens. 153 Invidi homines fatebuntur ſuis etiam ingratiis, cum ſummis viris mihi interceſſiſſe familiaritatem & convictum. Meton. adj. 154. Sc. *corpori*, id eſt, me tanqvam rem fragilem, mollem & teneram livoris ſui dentib. comminuere ſtudet, i. e. dùm invidus me calumniando in crimẽ inducere conatur, tunc in corpus & rem ſolidã & duram incurret & impinget, denteſq; ſuos franget, i. e. vitæ meæ integritas & innocentia tunc illi invido reſpondebit & reſiſtet. Alleg. eſt è continuatis Metaph. à canibus, & aliis beſtiis, qvæ cùm mollibus ſuris & aliis corporis partibus parant dentem illidere, durum ferrum vel lignum ſæpiùs objectum mordent. Ita invidi, cùm me maledictis lacerare & mordere ſtudent, graviùs illos remordere ſoleo. 155 Aliter ſentis. Poſſet hoc etiam *εἰρωνικῶς* intelligi. 156 Ego [inqvit Trebatius] in tuo ſermone nihil poſſum differre ac diſſentire, qvin pro te pronuntiem. *Diffindere* enim propriè eſt differre, atqve in aliud tempus rejicere: ut ſi qvis ſine dolo ſuo malo impeditus in judicio non ſtetiſſet, aùt judex ipſe non ſediſſet, vel comperendinâſſet, hoc erat *diem diffindere:* & diffiſſus dies dicebatur. Liv. l. 9. *atqve ei legem Curiatiam de imperio ferenti, triſte omen* diem diffidit. 157 Illud moneo, ut caveas. 158 Periculi, damni exhibeat, id eſt, ne ignorantia legum te in damnum inducat. 159 Qvæ aliqvid jubent aut vetant, pœnâ irrogatâ & ſancitâ, ſiqvis ſecus faciat, à verbo *ſancior*.

Si 160 *mala condiderit in qvem qvis carmina,* 161 *jus eſt,*
162 *Judiciumqve.* 163 *Eſto, ſi qvis mala;* 164 *ſed bona ſi qvis*
Judice condiderit laudatur Cæſare: ſi qvis
165 *Opprobriis dignum* 166 *latraverit,* 167 *integer ipſe;*
168 *Solventur riſu tabulæ;* 169 *tu miſſus abibis.*

160 Maledica carmina, id eſt, famoſos verſus ſcripſerit. 161 Licet in judicium vocare talem maleficum, & pœna legibus conſtituta eſt. 162 Actio ex lege. 163 Concedamus ita eſſe, inqvit Horatius, illum legibus ac gravi ſupplicio eſſe obnoxium, qvi ſcripſerit maledica carmina, id eſt, qvi maledicis verſibus innocentis & viri boni nomen famamqve proſcindit. Conceſſio eſt, ubi lex iſta, tanqvam argumentum aliqvod condonatur & admittitur. 164 Sed ſi qvis ſcripſerit in homines malos bona carmina vitiis hominum caſtigandis, ille vel Auguſto Cæſare judice laudatur. 165 Hominem malum & flagitioſum. 166 Mordaci aliqvo carmine & convitiis proſciderit, laceraverit, allatraverit. Metaph. eſt à canibus, vel feras vel fures allatrantibus. 167 Modò, vel cum ipſe ſit integer vitæ, ſceleriſqve purus, ac vitiis incontaminatus. 168 Ipſi judices, qvi ſunt legum cuſtodes, ridiculâ interpretatione te abſolvent, & ſupplicium tibi remittent. Meton. adj. 169 Tu dimiſſus impunè abibis, tuqve in judicio abſolvéris.

SATYRA II.

Sub Ofelli perſona luxui deditos inſectatur. De eo loqvens qvi gulæ ſervit, eum dicit non certo judicio, ſed opinione qvâdam ſtultè conceptâ delicias in nonnullis cibis conſectari. Atqve ut incommoda recenſet, qvæ comitantur hunc, qvi circa victum & luxum, ſic commoda, qvæ tenui & frugali inſunt, enumerat.

QVæ virtus, & 1 qvanta, 2 boni, ſit 3 vivere parvo,
(Nec meus 4 hic ſermo eſt: ſed qvem 5 præcepit Ofellus
6 Ruſticus, 7 abnormis ſapiens, 8 craſsâqve Minervâ)
9 Diſcite non inter 10 lanceis, menſaſqve 11 nitentes,
12 Cùm ſtupet 13 inſanis acies fulgoribus, & cùm
14 Acclinis falſis animus 15 meliora recuſat;
Verùm hîc 16 impranſi mecum diſqvirite. 17 Cur hoc?

1 Qvam vim habeat ad animi tranqvillitatem, & qvàm præclaros in homine fructus concitet. O boni, diſcite qvæ virtus, &c. Luxurioſos & ἀσώτους hîc compellat alieno nomine per Ironiam, qvos hic ſtudet ad temperantiam & frugalitatem revocare. 3 Vitam frugalem colere. 4 Qvem inſtituam. 5 Præcepit & docuit. 6 Nullâ humanitate cultus & politus. Translatum eſt à ruſticis. Propriè enim ruſticus eſt, qvi rure vivit. 7 Sapiens qvidem, ſed non ſecundùm normam extraqve regulam Philoſophorum; qvales Fabricius, Curius. Metaph. ab imperitis fabris, qvi non rectè norunt corpus ſuum ad normã & regulã dirigere, nec ad artis præſcriptionem lineam ducere. 8 Et ſapiens craſſâ Minervâ, id eſt, doctrinâ non excultus, ſed à natura ad Philoſophiam Stoicam informatus. Meton. cauſæ effic. pro eruditione & literis, qvarum autor creditur Pallas. 9 Cognoſcite. 10 Inter epulandum, in opiparis conviviis. 11 Lautas & opulentas. 12 Cùm oculorum & mentis acies, id eſt, cùm judicium rationis auri & argenti nitore, totiuſqve convivii immenſo ſplendore perſtringitur atqve hebeſcit, & vitiatur, ne poſſit rectè uti ratione. Alleg. eſt è continuatis Metaphoris à corpore ad animum. 13 Efficientibus convivas inſanire. Meton. eſſe. 14 Propenſus & inclinans ad aſſentiendum falſis, qvod multo cibo repletis accidit. Metaph. ab aurificùm ſtatera, qvâ cujuſqve ponderis momentum æſtimatur & ponderatur, juſtumne ſit an iniqvum. 15 Veriora non admittit, veram virtutem repudiat. 16 Sicci, jejuni, integri judicii in hanc mecum diſqviſitionem incumbite. 17 Cur autem hoc deſide-

Dicam,

Dicam, ſi potero. MALE verum examinat omnis
18 *Corruptus judex.* 19 *Leporem ſectatus,* 20 *eqvo-ve*
Laſſus ab indomito: vel, ſi Romana fatigat
21 *Militia* 22 *aſſuetum Græcari,* 23 *ſeu pila velox,*
Molliter auſterum 24 *ſtudio fallente laborem,*
Seu te 25 *diſcus agit,* 26 *pete cedentem aëra diſco;*
Cùm labor 27 *extuderit faſtidia,* 28 *ſiccus,* 29 *inanis*

rem, ut jejuno ſtomacho mecum diſqviratis? 18 Sicut omnis judex, ſi ab odio, ira aliiſqve affectibus impeditus ſit, non facilè veritatem pervidet; ſic etiam animus, cibo potuq; repletus ac ſatur, veritatem non benè examinat, nec perſpicit, qvid in qvaqve re verum, ſincerum-ve ſit 19 Ubi leporem venatus es. Enumerat autem Horatius hîc qvatuor exercitationis genera, venationem, eqvitationem, ludum pilæ, diſci jactum. 20 Vel defeſſus eqvitatione durâ ſuccuſſantis eqvi & indomiti. Meton. Sic Plaut *defeſſus à gerunda aqva.* 21 Et exercitatio. 22 Te qvi ſolitus es genialiter vivere & ſtrenuè potare, vel potiùs exercitationibus & ludis Græcorum uti, ut pilâ & diſco. 23 Sc. *agit te*, id eſt, delectat. 24 Cùm *ſtudium*, id eſt, pilæ ludus ſive diligentia vincendi inter ludendum oblivionem ingrati laboris affert *molliter*, id eſt, cum qvadam voluptate, ut labor non ſentiatur. Al. dictionem *molliter τῷ Græcari* adhærere malunt. 25 Diſci ludus & jactus delectat. Eſt autem *diſcus* maſſa ferri vel æris, vel gravis lapis, qvi, coporis exercendi gratiâ, in altum projici ſolet. Ludus in Græcia uſitatus. Apoſtrophe qvædam eſt ab omnibus luxurioſis ad unum ſingularem: ac præterea datur hic motus & ſenſus rei inanimatæ, per Metaph. Eſt inſuper in *ſeu* Anaphora. 26 Lude diſco, vel jacta diſcum in aërem, qvi cedit corporibus gravioribus. 27 Fugaverit, excuſſerit tibi nauſeam ciborum, & edendi appetitum conciliaverit. Metaph. à fabris ferrariis, qvi multis tuditum ictibus duritiem craſſitiemqve metallorum ducunt in laminas & qvaslibet formas, unde difficultas faſtidii diſcutiendi perſpicitur. 28 Sitibundus. 29 Et famelicus. 30 *Sper-*

30 *Sperne cibum vilem;* *niſi* 31 *Hymettia mella Falerno*
Ne biberis diluta; 32 *foris eſt promus,&* 33 *atrum*
Defendens piſces 34 *hyemat mare. Cum ſale panis*
35 *Latrantem ſtomachum benè leniet.* 36 *Unde putas, aut*
Qvî partum? 37 *non in caro nidore voluptas*
Summa, ſed in te ipſo eſt. 38 *Tu pulmentaria qvære*
Sudando; 39 *pinguem vitiis, albumqve, nec* 40 *oſtrea,*

30 Non ſpernes. Ironica enim eſt conceſſio ad demonſtrandum avidiſſimè primum qvemqve cibum, etiam viliſſimum, arripi ab homine famelico & fatigato. 31 Tunc nihil velis bibere, niſi mella ex Atticæ monte Hymetto cum Falerno vino diluta. 32 Cellarius, qvi vinum & dapes depromit, non eſt domi. 33 Procelloſum. 34 Tumultuatur, procellis agitatur, ita ut piſces capi non poſſint, i.e. mare atris procellis turbatum & agitatū defendit piſces à captura, & piſcatū impedit. Itaqve ne expectes cibos appoſitis meliores. Metaph. eſt ab ea parte anni, qvâ mare magis eſt procelloſum, & vehementiorib9 fluctibus agitatur. Auſon. *Inſanum qvamvis* hyemet *mare.* 35 Jejunum, inanem, & qvaſi latrando poſcentem cibum. Sumptum eſt à canibus, qvorum latratibus ſimiliter inteſtina murmurant inediâ. 36 Qva ex re, aut qvomodo putas vim iſtam leniendi ſtomachum ſali & pani acceſſiſſe? 37 Non in carorum, aut pretioſorum opſoniorum odore. 38 Tu epulas pulmento ſvaviores qvære laborando & exercitio laborioſo. 39 Nam hominem ebrietate, cruditate, aliisqve vitiis ſaginatum ſive turgidum, & morbis, inter epulas pallidum, nec oſtrea, &c. Synecdochica ergò periphraſis eſt hominis crudi, qvi ſe cibis & poculentis ingurgitare ſolet. 40 Synæreſis. In *oſtrea, Scarus & Lagois* eſt Alleg. ex Synecdochis continuatis pro piſcibus exqviſitis, avibusqve delicatis.

Nec

Nec Scarus, aut poterit 41 *peregrina juvare* 42 *Lagois.*
Vix tamen 43 *eripiam,* 44 *poſito pavone, velis qvin*
45 *Hoc potius, qvàm gallinâ,* 46 *tergere palatum,*
Corruptus 47 *vanis rerum: qvia veneat* 48 *auro*
Rara avis, & 49 *pictâ* 50 *pandat ſpectacula caudâ:*
51 *Tanqvam ad rem attineat qvicqvam; num veſceris iſtá,*
Qvam laudas, 52 *plumâ?* 53 *cocto-ve num adeſt* 54 *honor idem?*
55 *Carne tamen qvamvis diſtat nihil hâc magis ullâ,*

41 Ex peregrinis locis allata. 42 Piſcis Romæ carus & rarus, ab aliqva leporis terreſtris ſimilitudine dicta, ſive ad colorem, ſive ad carnis leporinæ guſtûs ſimilitudinem referamus. Aliis verò eſt avis peregrina. 43 Expugnabo, perſuadebo. Stomachatur, vix ſe efficere poſſe, ut luxurioſo perſuadeat rerum adamatarum faſtidium: cujus certè rei nulla alia eſt cauſa, qvàm uſus & aſſuetudo vanitatis. 44 In mensa appoſito. 45 Gallinâ. 46 Fricare, delectare, eluere & demulcere. Sumtum eſt ab eluentibus ſordes corporum, qvibus ſimiles ſunt interdum humores, dentibus, gingivis, linguæ & palato infarti, qvos ſvavis alicujus cibi ſuccus & ſapor eluere ſolet. 47 Qvippe qvi judicium habes vanitate rerum, ut deliciis luxurioſis corruptum, & falſitate contaminatum. 48 Majori pretio pavo vendatur tanqvam rara avis. Synecd. gen. 49 Variis oculis. 50 Explicet ſpectacula jucunda intuentibus. 51 Qvaſi avis pulchritudo carnem dulciorem reddat. 52 Pavonis. 53 Vel nùm remanet in pavone cocto eadem pulchritudo & eædem plumæ, qvæ anteà vivo adfuerunt? 54 Ductum ab hominibus ad beſtias & res inanimatas, ut hîc ad pulchritudinem verſiculorum plumarum in pavone. 55 Qvamvis tamen gallinæ caro à pavonis carne nihil differat, id eſt, nihilò præſtet pavonis, carni, nec in hac major dulcedo.

Im-

Imparibus formis deceptum te patet. 56 Eſto.
57 Unde datum ſentis, lupus hic Tiberinus, an alto
Captus 58 hiet? 59 ponteſ-ne inter jactatus, an amnis
60 Oſtia ſub Tuſci? Laudas inſane 61 trilibrem
Mullum; 62 in ſingula qvem minuas pulmenta neceſſe eſt.
63 Ducit te ſpecies, video: 64 qvò pertinet ergò
Proceros odiſſe lupos? qvia ſcilicet 65 illis
Majorem natura 66 modum dedit, 67 his breve pondus.
IEIUNUS raro ſtomachus 68 vulgaria temnit.
69 Porrectum magno 70 magnum ſpectare catino

qvàm in illa, perſpicuum eſt te formis pavonis & gallinæ, pulchritudine diſſimilibus, deceptum eſſe, cùm illam pavonis formam malis, qvàm hanc gallinæ formam. 56 Pavonis carnem præſtantiorem ac dulciorem eſſe gallinæ carne. Conceſſio. 57 Unde ſcis illam vim palato tuo datam eſſe, qvâ judices, utrum piſcis hic ſit in fluvio Tiberi captus, an verò in alto, id eſt, in mari? 58 Piſces omnes capti ſtatim hiant, & os in latum diducunt. 59 Tiberis in urbe Roma, ubi lupus eſt melior, propter aqvam concitatiorem. 60 An verò circa Oſtia inter amnes fluminis Tiberis. Synecd. periphr. 61 Inuſitatæ magnitudinis. 62 Qvem tamen in ſingulas partes & fruſta imminuas ac diſſeces neceſſe eſt, nam magni ponderis mullum non edes integrum. 63 Mulli inuſitata magnitudo ſeducit, vel delectat, invitat te. 64 Qvid ergò hoc ſibi vult, qvòd in lupo magnitudinem damnas, qvam in mullo laudas? 65 Lupis. 66 Magnitudinem conceſſit. 67 Mullis. 68 Vulgares atqve uſitatos cibos, qvos tu faſtidis, contemnit. 69 At gula digna, &c. ait, Ego mallem videre magnum mullum in magna lance extenſum. 70 Polyptoton.

Vellem

Vellem, ait Harpyiis 71 gula digna rapacibus. 72 At vos
73 Præſentes Auſtri 74 coqvite 75 horum opſonia: qvanqvam
76 Putet aper rhombuſqve 77 recens; mala copia 78 qvando
Ægrum ſollicitat ſtomachū, cūm 79 rapula 80 plenus;
Atqve 81 acidas 82 mavult inulas. Necdum omnis 83 abacta
84 Pauperies epulis 85 Regum: nam 86 vilibus ovis,
87 Nigriſqve eſt oleis hodie locus. Haud ita pridem

71 Obſoniorum helluo, cui gula eſt non homine, ſed voracibus Harpyiis digniſſima, id eſt, inexplebilis, cujus dapes merentur, ut ab Harpyiis de menſa eripiantur, & contactu inqvinentur. Synecd. mem. 72 Apoſtrophe eſt ad peſtilentes ventos & nocentes; ut dapes hujus helluonis putrefaciant. 73 Noti precibus meis faventes, efficaces. Sic dicimus *præſentia numina, præſens remedium & venenum.* 74 Humido veſtro calore corrumpite & putrefacite. Ironia. 75 Guloſorum. 76 Nauſeam ipſis movet & contemnitur. Epanorthoſis eſt ſuperioris precationis. 77 Captus. 78 Qvandoqvidem varietas faſtidientem gravat ſtomachum. 79 Parva rapa. 80 Delitiis affluens. 81 Aceto conditas, amaras. 82 Qvàm lauta illa, qvorum tædium jam ipſi obrepſit. 83 Nondum tenuis ac durus pauperum victus è menſis divitum excluſus eſt. Metaph. ab animatis, ut canibus, furibus, avibus, ad inanimata: ut Plaut. dicit abigere laſſitudinem. 84 Meton. ſubj. pro rebus vilis pretii: qvia paupertatis perpetuò eſt comes tenuiſſimus & viliſſimus victus. 85 Synecd. ſpec. pro qvibuſqve ſplendidiſſimè & regio more viventibus. 86 Vulgaribus, parvi pretii. In *ovis* & *oleis*. Synecd. ſpec. eſt pro viliſſimo cibo. 87 Maturis & amaris oleis, qvibus tanqvā frugalibus labo-

88 Gallonî præconis erat 89 acipenſere menſa
Infamis, Qvid? tùm 90 rhombos 91 minùs æqvor alebat?
92 Tutus erat rhombus, 93 tutoqve ciconia nido:
Donec 94 vos author 95 docuit 96 Prætorius. Ergò
Si qvis nunc mergos 97 ſvaves 98 edixerit aſſos,
99 Parebit 100 pravi docilis 101 Romana juventus.
102 Sordidus à 103 tenui victu diſtabit, 104 Ofello
Judice. Nam fruſtrà 105 vitium vitaveris 106 illud,
Si te 107 aliò pravum detorſeris. 108 Avidienus,

rans venter corrigitur. 88 P. Gallonius præco fuit & opſoniorum gurges, qvi primus in convivio poſuit acipenſerem, piſcium omnium habitum nobiliſſimum. Lege Cic. l. de Orat. & pro Qvintio, & 2. de Finib. Ab exemplo & facto Gallonii demonſtrat, luxum non officere modò ſtomacho, valetudinemqve tentare; verùm etiam infamiæ notam ſuis ſectatoribus inurere, qvibus ſine invidia publica, minùs eſt integrum, nobiliores cibos eſitare. 89 Qvòd acipenſerem, piſcem cariſſimum, in cœnam adhibuiſſet. 90 Rhombus piſcis ſummo erat in honore apud Romanos. 91 Qvàm jam. 92 Rhombus tum temporis adhùc ferè Romanis erat incognitus. 93 Et ciconia in nido ſuo adhùc tuta erat. 94 Romanos. 65 Rhombi & ciconiæ delitias. 96 Synecd. gen. pro Sempronio Rufo guloſo, à petita prætura turpiter repulſo: qvi primus ciconias per luxum menſis appoſuit, eamqve ob rem in eum nobile hoc Epigramma jactatum eſt: *Ciconiarum Rufus iſte conditor, Hic eſt duobus elegantior Plancis, Suffragiorum puncta non tulit ſeptem, Ciconiarum populus ultus eſt mortem.* 97 Eſſe. 98 Prætoriâ voce confirmaverit. Sumtum à formis Rerump. ubi ſunt magiſtratûs, qvi decretis & edictis aliqvid ſanciunt, qvod ſit vel faciendum, vel vitandum: qvaſi in Opſonographia ſint

ſui

Cui Canis 109 *ex vero ductum cognomen adhæret,*
110 *Qvinqvennes oleas* 111 *eſt*, & 112 *ſylveſtria corna.*
Ac, 113 *niſi mutatum*, 114 *parcit defendere vinum*, &,
115 *Cujus* 116 *odorem olei neqveas perferre* [117 *licebit*
Ille 118 *repotia*, 119 *nataleis*, 120 *alioſ-ve dierum*
Feſtos 121 *albatus celebret*] *cornu* 122 *ipſe* 123 *bilibri*
124 *Caulibus inſtillat*, 125 *veteris non parcus aceti.*

Præturæ ac præfecturæ cibariæ. 99 Continuò eum ſeqvetur. 100 Qvæ citò prava diſcit: ut Od. 6. l. 4. *docili modorum.* 101 Romani juvenes. Meton. adj. 102 Nimis aridus. Q. d. Dum frugalem vitam commendo, ſordes non approbo: nam inter victum ſordidum & luxurioſum victus medius interjectus eſt, qvi etiam laudabilis eſt. 103 Mediocri ac frugali. 104 Sapiente ruſtico, de qvo ſuprà. 105 Polyptoton eſt, qvia cadit utrumqve ex eadem origine. 106 Luxuriam & prodigalitatem. 107 Ad aliud contrarium vitium pravè nimiſqve inclinaveris. 108 Hunc ſordidi victûs exemplar ante oculos ponit. 109 Ex veritate rei, & morum, id eſt, ex immunditiis & ſordibus deductum. Plaut. *Microtrogos* ex vero *vocor.* 110 Qvinqve annorum, nimiâ vetuſtate corruptas. 111 Comedit: à verbo *Edo*, *es*, *eſt*, ſicut *eſſe* pro edere uſitata ſunt. 112 Lapidoſa. 113 Niſi corruptum, acidum ut acetum in vappam degeneravit. 114 Non vult ex doliis infundere. 115 Et inſtillat caulibus oleum, cujus odorem, &c. 116 Fœdum. 117 Qvamvis licet. 118 Convivia facta die ſecundo à nuptiis; vel comeſſationes, qvæ liberis natis inter vicinos celebrantur. 119 Diem natalem. 120 Vel alios dies ſacratos. 121 Candidis veſtibus indutus. Veteres, albati convivia inibant: color enim albus lætitiæ convenit, fauſtus qvippe ac felix, & Diis gratus; pauperes autem tunicati pullatiqve. Vide Cic. in Vatin. 122 Servis ſuis diffidens. 123 E vaſculo oleario è cornu facto, qvod duas olei libras continet. 124 Braſſicis. Syn. gen. *Caulis* enim convenit omnibus herbis, cui adnaſcuntur ramuſculi, folia, fructus. 125 Gutta-

Qvali igitur victu ſapiens utetur? & 127 horum
128 Utrum imitabitur? Hâc urget 129 lupus, hâc
130 canis 131 angit.
132 Mundus erit, qvi non offendet ſordibus, atq;
In neutram partem cultus miſer. 133 Hic neq; ſervis
134 Albuti ſenis exemplo, dum munia 135 didit,
Sævus erit; neqve ſic ut 136 ſimplex Nævius, unctam
Convivis præbebit aqvam; ut 137 vitium hoc qvoqve magnum. *(cum*
138 Accipe nunc, victus 139 tenuis 140 qvæ qvantaq; ſe-

tim & minutatim infundit. 126 In aceto emortuo & languido ſatis liberalis eſt. 127 Duorum. 128 Gallonium luxurioſum? an Avidenum ſordidum? 129 Edacitas vel ingluvies. Ab hac enim parte ille Rutilius Lupus; ille luxurioſus; ab altera parte Avidienus, canis ſordidus nobis inſtat. Alleg. eſt, qvâ via lubrica & periculoſa modi tenendi ſignificatur, ne vel ad luxum vel ad ſordes relabaris. 130 Immunditia vel ſordes. 131 Ut eſt in proverbio. Al. ajunt. 132 Sc. is cultus & victus erit mundus & frugalis; id eſt, medium tenebit inter ſordidum & luxurioſum in victu; qvi neminem offendet & non peccabit indecorâ parſimoniâ, & in neutram partem, nec nimis ſumptuoſè, nec nimis ſordidè miſer & infelix eſt. Cic. 1. Offic. *Vis fortunæ eſt magna in utramqve partem.* 133 Modicè victitans non tanqvam avarus ſæviet in ſervos. 134 Qvalem ſævitiem Alburius ſenex; Canidiæ veneficæ pater ſordidiſſimus & tenaciſſimus, ſolebat in ſuos exercere. 135 Dum officia, qvid qvisqve agere debeat, in ſervos ſuos diſtribuit. Virg. Æn. 7. Diditur *hic ſubitò Trojana per agmina rumor.* 136 Nec ut prodigus ac parùm prudens ille altet Nævius, aqvam unguentis dilutam, abluendis in convivio manibus, & in balneis corporibus, convivis ineptè & luxurioſè ſubminiſtrabit. 137 Prodigalitatis ac luxûs. Synecd. gen. 138 Enumeratio eorum, qvæ comitantur ſimplicem victû, ut utrimqve ex oppoſitorum cognitione clarius evadat, omninò negligendam eſſe nimiam curam corporis. 139 Frugalis. 140 Qvæ

Afferat

*Afferat.*141 *Imprimis valeas benè.*142*Nam* 143*variæ res*
Ut noceant homini, credas 144 *memor illius eſcæ,*
Quæ 145 *ſimplex olim tibi ſederit: at* 146 *ſimul aſſis*
147 *Miſcueris* 148 *elixa, ſimul conchylia turdis,*
Dulcia ſe 149 *in bîlem vertent, ſtomachoqve* 150 *tumultum*
151 *Lenta feret pituita. Vides, ut* 152 *pallidus omnis*
Cœnâ deſurgat 153 *dubiâ?* 154 *Qvin corpus onuſtum*

& qvanta commoda, 141 Imprimis hoc, qvòd benè valeas. 142 *Nam tu memor illius eſcæ, qvæ olim ſimplex ſederit tibi, credas*, id eſt, credere & perſpicere debes *ut*, id eſt, qvomodo mala ciborum copia ſeu varii cibi noceant *homini.* 143 Synecd. gener. 144 Ubi recordaris. 145 Sine condimentis olim ſumpta jam ac depreſſa in ventriculo qvieverit, tibiqve aliqvando placuerit, nullo ſubſecuto ſtomachi tumultu, ut fit, cùm varia permiſcentur, & malâ illâ copiâ laboratur. 146 Simulac, poſtqvam comederis immodicè aſſa & elixa, piſces & carnes unà, viribus naturæ oppreſſis, qvantitate & varietate incides in bilioſos & pituitoſos dolores, & fœdum oris putorem & pallorem 147 In ſtomacho commiſcueris. 148 Hæc vox deflectitur à *lix, licis*, fœm. qvæ eſt *cinis foci, atqve aqva cineri immiſta.* 149 In cholerам amatam, *Bilis* eſt humor corporis calidus & ſiccus, ut *pituita*, frigidus & humidus. 150 Dolorem & tormina adferet. 151 Viſcoſum phlegma, *Pituitam* dictam volunt, qvòd *vitam petat.* 152 Decolor & ægrotus. 153 Surgant de cœna delicatis, lautis & conqviſitis dapibus magnificè inſtructâ, ubi convivæ dubitant, qvid ob copiam ſumant potiſſimùm. Hujuſmodi cœnam paraſitus Phormio interpretatur apud Ter. Phorm. Getæ roganti, qvid eſſet iſtud verbi *cœnam dubiam apponi, ubi*, inqvit, *tu dubites, qvid ſumas potiſſimùm.* Alii tamen referunt hujuſmodi dubitationem ad pericula, qvòd tàm magnifici & ſumptuoſi apparatûs

 155 *Heſter-*

155 *Heſternis vitiis animũ qvoq;* 156 *prægravat unà,*
157 *Atq; affligit humo divinæ particulam auræ.*
158 *Alter, ubi* 159 *dicto citiùs* 160 *curata ſopori*
Membra dedit 161 *vegetus præſcripta ad munia ſurgit.*
162 *Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere qvondam,*
Sive diem feſtum rediens 163 *adduxerit* 164 *annus,*
Seu 165 *recreare volet* 166 *tenuatum corpus:* 167 *ubiq;*
Accedent anni, & tractari molliùs 168 *ætas*
Imbecilla volet. 169 *Tibi* 170 *qvidnam accedet ad iſtã,*
Qvam puer, & 171 *validus* 172 *præſumis, mollitiem, ſeu*

minimè careant ſuſpicione veneni. Alii rurſus ad crapulam & ingluviem, qvæ ſæpius adigunt convivas ad ſeceſſus, ad vomitum, comite pallore. In *dubia* ergo eſt Meton. effe. pro efficiente convivas dubios & incertos, qvid primùm vel ſumant vel expetant. 154 Qvin etiam. 155 Qvod heſternis vinis & heſternâ crapulâ & intemperantiâ graviter affectum eſt. Synecd. gen. 156 Animum qvoqve hebetem reddit. Metaph. 157 Et gravi ictu & impetu ad humum dejicit animam divini ſpiritus ſeu divinæ mentis & rationis partem, ut ſuum munus præſtare neqveat. Al. *affigit*. 158 Sobrius, qvi tenuiter & parcè vivit. 159 Brevi tempore, & non in multam noctem cœnam producens. 160 Corporis ſui membra cibo & potu recreata ſomno tradidit. 161 Ille manè validus & alacer ad præſcripta ſua officia & opus revertitur. 162 Qvi parcè vivit, ad lautiorem vitam tranſire, frontemqve lautiùs & liberaliùs exporrigere aliqvando poterit. 163 Advexerit. 164 Illa anni pars, inqvam dies feſtus, ſive ſolennis, aut publicæ aut privatæ lætitiæ causâ, inciderit. 165 Meliori cibo & potu reficere. 166 Extenuatum. 167 Et ubi anni ſenilis ætatis, id eſt, ſenectus advenerit. 168 Senilis Synecd. gen. 169 Luxurioſo. 170 Voluptatis. 171 Juvenis exiſtens. 172 Ante debitum tempus tibi ſumis, προλαμβάνεις. Virg.

173 *Dura*

173 *Dura valetudo inciderit, ſeu* 174 *tarda ſenectus?*
175 *Rancidum aprum antiqvi laudabunt; non qvia*
176 *naſus*
Illis nullus erat; ſed, credo 177 *hâc mente, qvòd hoſpes*
178 *Tardiùs adveniens,* 179 *vitiatum commodiùs, qvàm* *(nam inter*
180 *Integrum edax dominus conſumeret. Hos* 181 *uti-*
182 *Heroas natum tellus me* 183 *prima* 184 *tuliſſet!*
185 *Das aliqvid famæ, qvæ carmine gratior aurem*
Occupat humanam? 186 *grandes rhombi,* 187 *patinæqve*
Grandes 188 *ferunt unà cum damno dedecus;* 189 *adde*
Iratum 190 *patruum, vicinos, te tibi* 191 *iniqvum.*

Æn. II. *Arma parare animis, & ſpe* præſumito *bellum.* 173. Corporis infirmitas. 174 Pigra. 175 Aprugnam, id eſt, ſylveſtrem carnem ſuillam ex diuturna conſervatione leviter putentem. Synecd. integri. 176 Qvia carebant odoratu, cujus inſtrumentum eſt naſus. Meton ergo ſubj. eſt in *naſus* pro adjuncta facultate odorandi & ſagacitate, qvâ valebant antiqvi. 177 Qvòd hâc intentione illud fecerint. Sic Sat. I. L. I. hac mente *laborem Seſe ferre.* 178 Seriùs & non maturè ſatis, dùm adhùc integer eſſet. 179 Putidu & corruptum potiùs ſive rectius comederet. 180 Et recentem aprum. 181 Exclamatio eſt optantis auream primorum hominum ætatem vitæ ſuæ reſtitutam. 182 Viros optimos & temperantes. 183 In prima ſua ætate. 184 Produxiſſet! 185 Si habes aliqvam boni nominis rationem, & famam aucuparis lauto illo & ſplendido tuo victu, qvæ hominum auribus ſit gratior, qvàm qvæ per carmen celebratur? 186 Polyptoton. 187 Grandia vaſa eſcaria, lata & extenta. 188 Afferunt. 189 His hæc incommoda. 190 Cujus ſub imperio es, cui non minùs, qvàm patri, eſt obſeqvendum: qvia eſt πατράδελφος *frater fratris.* 191 Inimicum & infenſum, qvia omnia tua das aliis.

Et fruſtra mortis cupidum, 192 *cum deerit* 193 *egenti*
194 *Æs, laquei pretium.* 195 *Iure, inquis,* 196 *Thraſius iſtis*
197 *Iurgatur* 198 *verbis: ego* 199 *vectigalia magna,*
Divitiaſq́ habeo 200 *tribus amplas Regibus,* 201 *Ergo*
202 *Quod ſuperat, non eſt* 203 *melius quo inſumere poſſis?*
Cur eget 204 *indignus quiſquam te divite? quare*
Templa 205 *ruunt antiqua Deûm? cur improbe charæ*
Non aliquid 206 *patriæ* 207 *tanto emetiris acervo?*
Uni nimirum tibi 208 *rectè ſemper erunt res?*

192 Cùm res ad vilem aſſem, vel, ut loquitur Terent. Phorm. cùm res ad reſtim redibit planiſſimè. 193 Tibi. 194 Pecunia, quâ reſtim tibi emas ad ſuſpendium. 195 Meritò. Procatalepſis eſt objecti, cum brevi cujuſdam aſoti Proſopopœia, quæ ſtatim deponitur ad hæc verba: *Ergò quod ſuperat*, &c. 196 Ille, qui pauper eſt, & nihilominùs luxurioſus, ut Thraſius. 197 Objurgatur. 198 Tuis. 199 Magnos proventus, quos è prædiis meis importo in ædes meas. 200 Quæ ſufficiant tribus Regibus. 201 Ergo-ne nihil aliud eſt? Huic luxurioſo reſpondet Horatius. 202 Quod ſupra res neceſſarias tibi ſupereſt. Cic. *De eo, quod ipſis* ſuperat, *aliis gratificari volunt* Virg. Georg. 2. ſuperat *tener omnibus humor*. 203 Non eſt res utilior, in quam tu inſumas meliùs tantum opulentiæ reliquæ, quàm in epulas luxurioſas? 205 Inopiâ & paupertate indignus, qui non meretur egenus eſſe. 205 Tuiſque ſumtibus non ædificantur. 206 Tuæ inopi. 207 Ex tanto cumulo divitiarum tuarum metiris? 208 Opes ſemper erunt felices, id eſt, tu ſolus inter homines conſtanti & imutabili fortunâ frueris? tibi-ne ſoli ſemper omnia benè & commodè cedent? Q. d. non ſemper, quia fortuna eſt inſtabilis.

209 *O magnus* 210 *poſthac inimicis* 211 *riſus!* 212 *uter ne*
213 *Ad caſus dubios fidet ſibi certiùs, hîc, qvi*
214 *Pluribus aſsvêrit mentem, corpusq; ſuperbum?*
An, qvi contentus 215 *parvo, metuensq;* 216 *futuri,* 110
In pace, 217 *ut ſapiens,* 218 *aptârit idonea bello?*
Qvò magis 219 *his credas: puer hunc* 230 *ego parvum Ofellum*
231 *Integris opibus novi* 222 *non latiùs uſum,*
223 *Qvam nunc accisis.* 224 *Videas metato in agello*

209 Exclamatio eſt proſpicientis miſerũ hujus luxurioſi ſtatum futurum. 210 Ubi adverſi qvippiam tibi acciderit, mutatâ fortunâ. 211 Qvàm multùm ridiculus futurus es illis, qvos in gulam tantùm prodigus, nulli mortalium benè faciendo, offenderis, atqve hoſtes tibi feceris? 212 Horum duorum. 213 Ad caſus incertos. i. ad mutationem fortunæ ſive in rebus adverſis conſtantior & animoſior erit? Synecd. 214 Qvi rerum omnium copiæ animum & corpus ſuum delitiis tumidum & elatum aſſveverit. i. aſſvefecerit? Virg. Georg. 3. *de hinc ubi libera colla Servitio* aſſvêrint. 215 Paucis. 216 Caſûs & calamitatis. 217 Tanqvam vir ſapiens. 218 Præparaverit in rebus ſecundis illa, qvæ in rebus adverſis utilia ſunt? Hinc Terent. Phor. *Qvamobrem omnes, cùm ſecundæ res ſunt maxime, Tùm maximè meditari ſecum oportet. Qvo pacto adverſam ærumnam ferant.* 219 His meis verbis fidem habeas. Acceſſus eſt ad Proſopopœiam alteram. 220 Horatius. 221 Incolumi re ſuâ familiari, cùm integras adhùc opes haberet, ſuosqve agros poſſideret. 222 Non largiùs, non profuſiùs. 223 Qvàm nunc, cùm ejus opes propter agri direptionem imminutæ & & perditæ ſunt. 224 Qvilibet videre & audire potuit hunc Ofellum colonum magnanimum in alieno agro decempedis demenſo & definito, & ab Umbreno, Auguſti milite, con-

Cum pecore, & gnatis 225 fortem 226 mercede colonum:
227 Non 228 ego, narrantem, temerè edi luce 229 profeſtâ
Qvicqvam, præter olus fumoſæ cum pede 220 pernæ.
Ac, mihi ſeu longum poſt tempus venerat hoſpes,
Sive 231 operum vacuo gratus 232 conviva per imbrē
Vicinus; 233 benè erat, 224 non piſcibus Urbe petitis,
Sed 235 pullo, atq; hœdo: tùm 236 penſilis uva ſecundas
Et nux 237 ornabat menſas, 238 cum duplice ficu.
239 Poſt hoc ludus erat 240 cuppâ potare magiſtrâ:

ducto, cum pecore & gnatis ſuis, talia verba parantem, *Non ego*, &c. 225 Temporum injuriam fortiter ferentem. 226 Agrum mercede conductum colentem. 227 Jam Ofellus reliqvum Satyræ ſermonem habet. 228 Ofellus. 229 Die profeſto, id eſt, non feſto. Sic Od. 15. l. 4. *Noſqve & profeſtis lucibus & ſacris Inter jocoſi munera Liberi*, &c. 230 Suillæ, id eſt, cum coxa ſuilla fumo indurata. 231 Cùm ceſſarem ab opere ruſtico propter imbrem, qvámdiu pluebat. 232 Tanqvam conviva. Notanda eſt hæc Poëtica Syntaxis, hoſpes venerat mihi, id eſt, ad me. 233 Abundè erat nobis ad hilaritatem. Plaut. *ſi ſapiam, hinc intrò abeam, ut mihi* benè ſit. 234 Et nos invitabamus non piſcibus ex urbe Roma rus allatis. 235 Gallinæ. 236 Suſpenſa & conſervata ad hoc, ut paſſa, hyeme ederetur. 237 Et tragematum loco nobis ſufficiebat. 238 Cum ficu, qvæ duorum generum eſt, recenti & aridâ, præcoci & ſerotinâ, albâ item & nigrâ, utrâqve jucundiſſimi ſaporis. Al. cum majoribus & formæ amplioris ficubus, qvas *mariſcas* qvoqve appellant. 239 Poſtqvam nos cibo & potu expleviſſemus, ludus nobis erat potare, &c. 240 Nullo alio bibendi Magiſtro ad potandū adhibito, qvàm ipsâ cuppâ, id eſt, vaſe vinario, id eſt, ut ſuo qviſqve arbitratu biberet, & qvantum vellet. Al. *culpâ magiſtrâ*, id eſt,

241 *Ac*

241 *Ac venerata Ceres, ut culmo ſurgeret alto,*
242 *Explicuit vino* 243 *contractæ* 244 *ſeria frontis,*
245 *Sæviat, atq; novos* 246 *moveat Fortuna* 247 *tumultus,*
Qvantum 248 *hinc imminuet?* 249 *qvantò aut ego parciùs, aut vos,*
250 *O pueri,* 251 *nituiſtis,* 252 *ut hùc novus incola venit*
253 *Nam propriæ telluris herum natura neq;* 254 *illũ*
Nec me, nec 255 *qvicqvam* 256 *ſtatuit: nos expulit* 257 *ille,*

ludus nobis erat potare, ſed non ſine culpa: ſc. qvæ culpa inter potandum tanqvam magiſtra nobis dominabatur, ut, ſi qvis inter epulas contra leges peccâſſet, cyathum ob culpam exhaurire cogeretur: ipſa enim culpa hoc veluti imperat, qvâ commiſsâ, pœnæ obſtringimur. Sic Plaut. *Qvi peccat, poculo multabitur.* 241 Et precibus rogata & orata Ceres, ut ſegetem in altitudinem produceret. 242 Diſſolvit, excuſſit, abegit omnem triſtitiam ex animis liberaliore vini potu. Metaphora eſt, qvalis fuit Od. 29. l. 3. *ſollicitam* explicuére *frontem.* 243 In rugas, id eſt, mœſtæ. 244 Res ſerias, curas, & moleſtias, qvibus frons in rugas contrahitur. Synecd. gen. 245 In nos, id eſt, præbeat ſe mihi iniqvam & infeſtam. Permiſſio ad illudendam Fortunæ temeritatem. 246 Concitet. 247 Terrores ſive metûs. 248 De hac mea vita tenui detrahet? 249 Qvantum cùm eſſemus adhuc opibus integris. 250 Avertit Ofellus ſermonem ad miniſtros, ac Dialogiſmũ cum illis inſtituit. 251 Minùs pingves & nitidi fuiſtis, minùs ſplendidè vixiſtis ac tractati eſtis? Nihilo profectò. Nitere enim corporis *εὐεξίαν* demonſtrat. 252 Poſtqvam Umbrenus ad nos advenit, & factus eſt ſucceſſor meus ab Auguſto, meqve agro meo expulit. 253 *Commorandi* enim *naturæ diverſorium,* inqvit Cato Major, *non habitandi locum dedit. Sunt autem privata nullâ naturâ.* Cic. Offic. 1. 254 Umbrenum ſucceſſorum meum. Synecd. gen. 255 Alium. 256 Dominum aut hæredem conſtituit. 257 Umbrenus, facto agro-

258 *Illum*

258 Illum aut 259 neqvities, 260 aut vafri inſcitia
Poſtremò 261 expellet certè 262 vivacior hærès.(juris,
Nunc ager Umbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli 263 proprius: ſed cedet in uſum
Nunc mihi, nunc alii. Qvocirca vivite 264 fortes,
265 Fortiaqve adverſis opponite pectora rebus. 136

rum aſſignatione ab Auguſto. 258 Umbrenum. 259 Luxuria. 260 Aut ignorantia callidi & verſuti juris, qvam poſſemus juris imprudentiam, ut juris prudentiam, dicere, 261 Rurſus exturbabit. 262 Qvi diutiùs vivat, qvàm ille. 263 Perpetuus. 264 Forti animo, imperterriti. Polyptoton ex eadem origine cadens dictio. 265 Et forti animo rebus adverſis reſiſtite.

SATYRA III.

Damaſippum inducit ipſum accuſantem, qvòd nihil ſcriberet; deinde ſub perſonâ Damaſippi Stoicum paradoxon tractat, nimirum, *Stultos omnes inſanire.*

1 SIc rarò ſcribis, ut toto non qvater anno
2 Membranam poſcas, 3 ſcriptorum qvæqve retexens,
4 Iratus tibi, qvòd vini, ſomniq; 5 benignus,
Nil dignum 6 ſermone 7 canas. 8 Qvid fiet? ab ipſis

1 Uſqve adeò rarò, ô Horati, ſcribis aliqvid, ut non qvater poſcas toto anno membranam. 2 Chartam, in qva illa ſcribas, qvæ anteà, in palimpſeſto, ſcripſeris, à puero tibi dari poſcas. 3 Dùm nihil ſcribis, licet multa ſcribas, qvod lectione dignum judices, qvæcunqve ſcripſiſti, delens & mutans, tanqvam Penelopes telam. Translatio à tela texta & poſteà retexta. *Telam retexere* autem eſt diſſolvere, ἀναλύειν. 4 Cùm intereà tibi iratus es. 5 Nimis largus, id eſt, nimiùm bibens & dormiens. 6 Famâ, laude: neqve enim aliud eſt fama, qvàm populi ſermo. Synecd. gen. 7 Scribas. 8 Qvid-nam de te tàm pigro ad ſcribendum fiet, ô Ho-

9 *Satur-*

9 Saturnalibus huc fugiſti: 10 Sobrius ergò
Dic aliqvid dignum promiſsis: incipe: 11 nil eſt.
Culpantur fruſtra 12 calami, 13 immerituſq; laborat
14 Iratis natus 15 paries Dîs atq; Poëtis,
Atqvi vultus erat multa & præclara 16 minantis,

rati? 9 Poſt dies Saturno ſacros (in qvibus magna erat potandi copia) id eſt, jam inde à decimo ſeptimo Decembris die ad villam tuam Sabinam tanqvam in ſeceſſum, ut ibi aliqvid ſcriberes, fugiſti. 10 Siccus: *Sobrius* enim ei opponitur; qvod ſuprà dixit, *vini ſomniqve benignus*: q. d. Ergo ſi ob vini & ſomni largiorem uſum hactenus ad ſcribendum tardior fuiſti; âge jam tandem ſobrius; ἄοινος ἄυπνός τε, profer aliqvid promiſſis tuis dignum. 11 Sed; qvantum video, nihil exhortatione hâc meâ proficio. 12 Scriptorii, tanqvam minùs ad ſcribendum apti, fruſtra à te ignavo accuſantur; fruſtra culpam in eos transfers. 13 Immeritòqve propter verbera laborat, & à te percutitur, vexatur, accuſatur. Metaphora eſt ab animatis, qvæ ſola affectibus ſolent commoveri, in qvibus labor ponitur. 14 Minùs propitiis. 15 Paries factus & cerâ illitus: in qvo nocturnæ & memorabiles cogitationes graphiis inſcriberentur. Homines enim ſtudioſi ſcribendi habebant tum ad latus ſui cubilis ceratum parietem, ſic ad inſcriptionem comparatum, ut parietes atriorum olim illinebantur ad imagines majorum, ad ſeries & genealogias nobilium exprimendas: qvod ſic Juven. irridet Sat. 8: *Tota licet veteres exornent undiqve cera Atria, Nobilitas ſola eſt atqve unica virtus.* Alii hoc à Poëtâ ipſo dictum accipiunt, parietem, ut iracundi ſolent, execrante; cùm ipſius eſſet culpa, nihil noctu meditantis, qvod ceratis in pariete tabulis inarare poſſet. 16 Hominis multa & egregia de ſe magnificè pollicentis, id eſt; tuo vultu, qvi eſt tacitus ſermo mentis, jactabas te in ſeceſſu multa & præclara conſcripturum & editurum. Sic Epiſt. 8. l. 1. *dic multa & pulchra* minantem: qvanqvam ferè *minamur* mala, *promiſſi*

Si 17 *vacuum* 18 *tepido cepiſſet villula tecto.*
19 *Qvorſum pertinuit ſtipare Platona Menandro?*
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?
20 *Invidiam placare paras,* 21 *virtute relictâ?*
22 *Contemnêre miſer:* 23 *vitanda eſt improba Siren*
24 *Deſidia; aut* 25 *qvicqvid* 26 *vitâ meliore parâſti,*

timus bona. *Vultus* autem â *voluntatis* ſignificatione nomen invenit. 17 Te Horatium, tanqvam in ſeceſſu otioſum, & ab omni alia occupatione ſolutum. Ter. Andr. *ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas.* 18 A frigore temperatâ domo villula tua poſt hyemem excepiſſet. 19 Qvid profui tibi libros Platonis & Menandri Poëtæ, Eupolis Comici, & Archilochi maledici illius Jambici Poëtæ, ſtipatos comportare & in ſarcinam conſtringere, & tecum extra civitatem in villam tantos autores educere? Duplex eſt hîc Alleg. una è continuatis Metonymiis opificum operibus ipſorum, id eſt, libris ab his Poëtis & Philoſophis conſcriptis. Altera eſt Alleg. è Metaph. à comitatu principum, qvi ſemper incedunt magnâ ſtipante ſatellitum catervâ cincti. Eſt igitur *ſtipare Menandro*, hunc illi adjungere, tanqvam comitem & ſtudii adminiſtrum. 20 Virtutis tuæ comitem, id eſt, conaris invidentes tibi conciliare, & benevolentiam illorum, poſito virtutis ſtudio, comparare? Meton. adj. in *invidiam.* 21 Diligentiâ, qvam invidia ſeqvitur. 22 Sic inglorius & contemtus vives. 23 Hortatur Horatium ab honeſto, ut otio & ceſſatione valere juſsâ, ſe componat ad benè agendi ſcribendiqve ſtudium, ſi nolit ad deſidiam, tanqvam ad Sireneïos ſcopulos, omnium facere jacturam, virtutis vitæ honeſtæ, nominis, &c. 24 Segnities Sireni ſimilis, qvæ te in naufragium famæ, inducet, animumqve tuum corrumpet. Metaph. eſt, qvæ notat deſidiam eſſe eſcam irritamentumqve vitiorum. 25 Laudis. 26 Virtutem exercendo tibi comparâſti & in ſapientiâ profeciſti.

27 Pe-

27 *Ponendum æqvo animo*. 28 *Dî te Damaſippe, Deæqve*
29 *Verum ob conſilium donent* 30 *tonſore! Sed unde*
Tàm benè me noſti? 31 *Poſtqvam* 32 *omnis res mea* 33 *Janum*
Ad medium 34 *fracta eſt,* 35 *aliena negotia curo,*
36 *Excuſſus propriis:* 37 *olim nam* 38 *qværere amabã,*
39 *Qvo* 40 *vafer ille pedes laviſſet* 41 *Siſyphꝰ* 42 *ære,*
Qvid ſculptum 43 *infabrè,* 43 *qvid fuſum duriùs eſſet.*

27 Illud patienter tibi eſt deponendum & relinqvendum. 28 Horatius loqvitur, & ſatis ridiculè gratias agit Damaſippo. Exclamatio ergò eſt optantis unà cum Ironiâ: tantum enim abeſt à laudatione & approbatione conſilii, ut illud irrideat. 29 Ob hoc tuum conſilium bonum & rectum te Stoicum barbatum, &c. 30 Qvi barbam tuam Philoſophicam ad pubem uſqve demiſſam, radat & detondeat. 31 Reſpondet Damaſippus. 32 Omne meum patrimonium, omnes meæ facultates. 33 Ad Janum bifrontem in medio foro poſitum, ubi mercatores & fœneratores conveniebant. Non dubitabo hîc ſtatuere Meton.ſubj.pro mercatura facienda, imprudenter illic & infeliciter à Damaſippo facta. 31 Qvaſi ad ſcopulos illiſa, id eſt, diminuta & conſumta eſt, omniaqve mea bona infeliciter mercando perdidi. Metaphora à naufragis littoribus ac ſcopulis, qvibus illiſæ naves diffringuntur. 35 Foris, qvid alii agant, obſervo, & de tua aliorumqve vita inqviro. 36 Dum propriis meis negotiis ejectus ſum. 37 Narrat Damaſippus ſe ſtudioſum mercatorem & venditorem fuiſſe vaſorum antiqvorum, priuſqvam ſit factus Stoicus. 38 Studioſè cognoſcere cupiebam. 39 Qvo vaſe ex ære Corinthiaco facto. Meton. mat. 40 Callidus. 41 Æoli filius, Corinthi rex, qvi primùs æris temperaturam invenit. 42 Qvid-nam æreorum vaſorum ſine arte & minùs artificiosè cælatum eſſet: cujꝰ contrarium eſt *affabrè*. 43 Qvid minùs ele-

44 *Calli-*

44 Callidus huic ſigno ponebam 45 millia centum;
Hortos, egregiaſqve domos mercarier unus
Cum lucro nôram: 46 unde 47 freqventia 48 Mercuriale
Impoſuere mihi cognomen 49 compita. 50 Novi
51 Et morbi miror purgatum te illius. 52 Atqvi
Emovit veterem mire 53 novus, ut 54 ſolet, 55 in cor
Trajecto lateris miſeri capitiſq; dolore:

ganter eſſet conflatum. Mollia enim magis laudantur, ut qvæ magis Ironica ac nativa ſunt. Hinc Virg. Æn. 6. *Excudent alii ſpirantia* mollius *æra:* 44 Noveram unicuiqve ſigno juſtum pretium aſſignare; & qvanti eſſet; dicere; & ex illa æſtimatione rem pulchrè facere meam. 45 Seſtertium nummum 100000. id eſt; juſtum pretium: Synecd. num: fin. pro infin. 46 Ex qva negotiandi ſolertia ac peritia. 47 Multis hominibus freqventata. 48 Mercurii; mercatorum Dei. 49 Alii mercatores; qvi in compitis negotiabantur; me appellabant Mercurialem. Meton. ſubj. *Compita* appellantur ab eo, qvòd multæ viæ in ea confluant; id eſt, conveniant. 50 Novi illud omne; qvod dixiſti, inqvit Horatius. 51 Qvò magis miror te illius lucri ſtudio; tanqvam gravi morbo liberatum; ad ſaniorem mentem rediiſſe: Alleg. eſt è continuis Metaph. ab ægrotatione corporis ad morbos animi indicandos: qvam inſtituit Poëta; & eam tribus verſibus perſeqvitur Damaſippus. Eſt hîc præterea Helleniſmus; θαυμάζω σε καθαρθέντα τῆς νόσου ταύτης. 52 Reſpondet Damaſippus, morbum ſuum veterem à novo eſſe depulſum. 53 Novus aliqvis Philoſophiæ Stoicæ morbus veterem illum mercaturæ morbum inire è loco ſuo depulit; illiqve ſucceſſit. 54 Fieri. 55 Cum lateris dolor Pleuritis; vel capitis dolor Cephalalgia in os ventriculi transfertur; & fit morbus Cardiacus.

Ut 56 lethargicus hic, cùm fit 57 pugil, & 58 Medicum 59 urget.
60 Dum ne qvid ſimile huic, eſto, ut libet. 61 ô bone, ne te
62 Fruſtrere; Inſanis & tu, 63 ſtultiqve propè omnes,
64 Si qvid Stertinius veri crepat: 65 unde ego mira
Deſcripſi docilis præcepta hæc, 66 tempore, qvo 67 me
68 Solatus juſsit 69 ſapientem 70 paſcere barbam,

56 Et velut aliqvis, qvi gravi veterno inexpugnabilis ſomni oppreſſus vigilare, & tanqvam phreneticus & furioſus pugnare incipit. Λήθαργος autem eſt inexpugnabilis ſomni neceſſitas, Latinè *Veternus*: & hoc ἀπὸ τῆς λήθης, id eſt, *ab oblivione.* 57 Phreneticus & furioſus. Metaphora à certantibus vi brachiorum ad notandam phrenetici agitationem & inqvietem. 58 Suum. 59 Verberibus inſeqvitur, id eſt, verberat. 59 Dummodò ne qvid huic phrenetico facias [inqvit Horatius] & me percutias, eſto vel omnium furioſorum maximus, ſi vales. 61 O bone vir Horati. Loqvitur Damaſippus. 62 Ne decipias te ipſum, ratus te ſapientem & ſanum eſſe, cùm ſtultus & inſanus ſis. 63 Exceptis ſapientibus Stoicis. 64 Si modò verum eſt paradoxum, qvod Stertinius, Philoſophus Stoicus, aſſiduè habet in ore. Apparatus perfectæ Proſopopœiæ, uſqve ad verba *Cave faxis*: qvæ longo Dialogiſmo ducta, tandem deponetur ad hunc verſum: *Hæc mihi Stertinius*: 65 A qvo Stertinio ego Damaſippus tanqvam docilis diſcipulus hæc, qvæ dicam, admirabilia Sapientiæ oracula diligenter notavi. 66 Ex illo tempore. 67 Deſperantem. 68 Conſolatus. 69 Barbam Philoſophicam, efficientem & indicantem ſapientiam geſtantis. Meton. effe. 70 Alere & geſtare ad umbilicum uſqve, aut ad pubem demiſſam. Metaphora. Solebant enim Philoſophi, ut ſeveriore aſpectu eſſent, barbâ majore & longiore capillo in publicum prodire. Atqve etiam cæteris in rebus, ac perſonis, luctûs ac mœroris indicium erat barba longior, ut

Atqve à 71 Fabricio non triſtem ponte reverti.
Nam 72 malè re geſtâ cùm vellem 73 mittere 74 o-
perto [xis
Me capite in 75 flumen, 76 dexter ſtetit, & cave 77 fa-
Te qvidqvam indignum. Pudor (inqvit) te 78 malus
79 urget,
Inſanos 80 qvi inter vereare inſanus haberi.
Primùm nam inqviram, qvid ſit 81 furere: 82 hoc ſi
erit in te
Solo, 83 nil verbi, 84 pereas qvin 85 fortiter, addam.
86 Qvem 87 mala ſtultitia, & qvæcunq; 88 inſcitia veri
89 Cæcum agit, inſanũ Chryſippi 90 porticus, & 91 grex

liqvet ex Cic. Verr. 4. & orat. contra Rul. è Svet. Aug. & Liv. l. 2. 6. & 27. 71 Á Fabricio Conſule condito, de qvo in Tiberim me præcipitare volui, id eſt, prohibuit, ne me præcipitarem in Tiberim de Ponte Fabricio, tanto rerum mearum naufragio facto. 72 Opibus meis mercaturâ infeliciter deperditis. 73 Præcipitare à Ponte. 74 Tecto, ἐγκαλυπτόμενος, pudoris causâ, vel ne caſus profunditate à periculo mortis revocarer. 75 Tiberim. Synecd. gen. 76 Aſtitit mihi Stertinius, tanqvam Deus, æqvus & propitius, & periturum ſervavit. Virg. Æn. 8. *Et nos, & tua* dexter *adi pede ſacra ſecundo.* Metaph. Contrarium *lævus* 77 Ne feceris. 78 Inutilis, vitioſus & pernitioſus. 79 Ad voluntariam mortem impellit. 80 Ut qvi vereare, ne fortè, amiſſis opibus, ſtultus habitus contemnaris ab aliis, qvi ipſi ſtulti & inſani ſunt. 81 Inſanum eſſe. 82 Furere. 83 Verbum non amplius addam, non cauſam dicam. 84 E ponte deſilias & moriaris. 85 Forti animo. 86 Qvemcunqve, Definitio inſaniæ. 87 Synecdochica periphraſis furoris. 88 Ignorantia. 89 Occæcat, & cui mentis aciem perſtringit. 90 Stoa Stoicorum ſchola, i.e. Stoici omnes Philoſophi, qvi docebant Athenis in Stoa porticu. Synecd. gen. & Meton. ſubj. 91 Cætus & ſocietas Chryſippi diſcipulorum, id eſt, Stoicorum. Sumtum

92 *Auen-*

92 Autumat; 93 hæc populos, hæc magnos 93 formula Reges,
Excepto 94 ſapiente, 95 tenet. Nunc accipe, qvare
96 Deſipiant omnes, æqvè ac tu, qvi tibi nomen
Inſano 97 poſuêre. 98 Velut ſylvis, ubi paſſim
99 Palantes 100 error certo de tramite pellit,
Ille ſiniſtrorsùm, hic dextrorsùm abit: unus utriq́;
102 Error, 103 ſed variis illudit partibus; hoc te
Crede modo inſanum: nihilo ut ſapientior ille,
Qvi te deridet, 103 caudam trahat. Eſt genus unum
Stultitiæ, 104 nihilum metuenda timentis: 105 ut ignes,
Ut rupes, fluviosq́; 106 in campo obſtare qveratur.

eſt à pecoribus. Ter. Eun. *Unum etiam hoc vos oro, ut me in veſtrum* gregem *recipiatis.* 92 Furioſum putat. 93 Definitio; hæc inſaniæ, & hæc Stoicorum ſententia. Anaphora. Præterea in *formula* eſt Metaphora à regula judiciali Prætoriâ, qvâ ſingulis ſceleribus ſua conſtituta erant ſupplicia more Romanor. Hinc, inqvam, verbum translatum eſt ad præcepta, inſtitutaqve Philoſophorum. 94 Stoico. 95 Obligat; ne qvis ſc. auſit in dubium illam vocare. 96 Inſaniant. 97 Impoſuêre. 98 Veluti in ignotis ſylvis. 99 Vagantes. Metaph. à caſtrenſibus palis, qvi ſubinde transferuntur, ſicut caſtra etiam identidem mutantur. *Palari* verò, eſt ſparſim vagari, nec ullam tenere certam viam. 100 Viæ ignorantia à via recta abducit. 101 Unus & æqvalis eſt error utriqve viatori. 102 Sed error ille qvaſi ludibundus in variis partibus, ſc. dextrâ & ſiniſtrâ, homines vexat. 103 Caudam à tergo trahat, id eſt, velut ſtultus derideatur, cujus tergo cauda vulpis per deriſionem appendatur. 104 More puerorum timentis illa, qvæ nihil metuenda ſunt, & in qvibus nihil eſt periculi. Duo ſtultitiæ genera admodum diſſimilia proponit. Inſaniæ genera vide in Phædro Platonis. 105 Anaph. 106 In planitie, id eſt, adeò ut metuat, ne in aqvis conſtitutus igni-

107 *Alterum & huic varium, & 108 nihilo ſapien*
tius, ignes
Per medios, fluvioſq́; 109 ruentis. 110 Clamet amic
Mater, honeſta ſoror, cum cognatis, pater, uxor:
111 Hîc foſſa eſt ingens: hîc rupes maxima: 112 ſerva
Non magis 113 audierit, qvàm 114 Fuſius ebrius olim, 60
115 Cùm 116 Ilionam edormit, 117 Catienis 118 mill
ducentis,
Mater te appello, clamantibus. Huic ego vulgum
119 Errori ſimilem cunctum 120 inſanire docebo.
Inſanit 121 veteres ſtatuas Damaſippus emendo,
Integer eſt mentis Damaſippi 122 creditor? 123 Eſto. 65

bus comburatur. 107 Secundum ſtultitiæ genus huic ſuperiori planè diverſum & contrarium eſt. 108 Priore, ſed æqvè ſtultum. 109 Furioſo impetu perrumpentis. 110 Adeò ut ſi benevola mater clamet. 112 Proſopopœia multorum monitorum, ſed breviter comprehenſa, ubi eſt Anaphora. 112 Te, ne præcipiteris, cave tibi. 113 Inclamantes. 114 Tragœdiarum actor, dum benè potus Tragœdiam illam Ilionam Pacuvii agit, in qva Polydorus, Priami & Hecubæ filius, à Polymneſtore, Rege Thraciæ, propter aurum interimendus introducitur ſororem ſuam Ilionam reginam, & matrem Hecubam dormientem miſerabili voce inclamare, ut ſibi ſubveniat. 116 Cùm Fuſius, qvi Ilionæ, id eſt, Hecubæ, perſonam agebat, qvi ſimulare ſomnum deberet, ebrius verè edormit. 116 Meton. ſubj. pro perſona Ilionæ, & tanqvam imagine alteri adjunctâ & impoſitâ. 117 Adeò ut ſi mille & ducenti, & innumeri Catieni (Catienus autem perſonam Polydori repræſentabat) clamarent, ô mater Hecuba, ô ſoror Iliona, te imploro, mihi ut ſubvenias, nihil tamen audivit. 118 Duplex eſt Synecd. Spec. pro infinitis acclamatoribus. 119 Stultæ inſaniæ. 120 Emendo, vendendo, credendo. 121 Vetera vaſa. 122 Qvi Damaſippo lucri ſpe concredidit. 123 Eſto, ita ut ſit ſanæ mentis. Conceditur enim ſanitas cre

Acce-

Accipe, qvod nunqvam reddas mihi, ſi tibi dicam,
Tu ne inſanus eris, ſi 124 *acceperis? an magis* 125 *excors*
126 *Rejectâ præda, qvam præſens Mercurius fert?*
27 Scribe decem à Nerio; non eſt ſatis; adde 128 *Cicuta*
Nodoſi tabulas 129 *centum: mille adde* 130 *catenas:*
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula 131 *Proteus.*
Cùm 132 *rapies* 133 *in jus,* 134 *malis ridentem alienis,*
135 *Fiet aper, modò avis, modò ſaxum, &, cùm volet, arbor.*

dentis pecuniam Damaſippo, ut magis eum poſteà deſipere oſtendat. 124 Qvod tàm felici occaſione tibi offertur. 125 Stultus, inſanus. 126 Si lucrum repudies, qvod Mercurius, lucri Deus, propitius tibi ultrò offert? 127 O debitor, ſcribe te mutuò à Nerio fœneratore decem millia librarum, id eſt, per ſyngrapham teſtificare te certam pecuniæ ſummam debere Nerio fœneratori. 128 Adde illis decem adhuc centum alias tabulas obligatorias, id eſt, literas vel ſyngraphas, qvibus continetur obligatio, Cicutæ alterius fœneratoris, qvi miris obligationibus tanqvam nodis debitores implicare & conſtringere poteſt. Alleg. à captivis, qvi ſolent, ne è cuſtodiis evadant, aheneis nodis validiſqve vinculis conſtringi. 129 Ex *centum* & *mille* definitis cautionibus intelliguntur innumerabiles & infinitæ per Synecdochen. 130 Cautelas, formulas & juris laqveos, vincula. 131 Tamen perfidus ille Tergiverſator, & lubricus debitor, tanqvam Oceani & Tethyos filius Proteus, Deus Marinus, in omnes formas mutabilis, has tot obligationes eludet. Alleg. eſt è continuatis Metaph. à mutabili natura Protei, ad notandam debitoris tergiverſationem, qvi omnes novit vias aſtutè ludificandi ſuum creditorem & creditâ pecuniâ fraudandi. 132 Illum. 133 In prætorium, & forum judiciale. Meton. adj. 134 Alienis maxillis ſive genis te irridentem, cum ſi[...] propriis plorare potiùs deberet, id eſt, riſum veriùs ſimulant[...]a. 135 In morem Protei in omnes

Si 136 malè rẽ gerere, inſani eſt; contrà, 137 benè, ſani;
138 Putidius multò cerebrum eſt (mihi crede) Perillî
139 Dictantis, qvod tu nunqvam 140 reſcribere poſſis.
141 Audire, atq; togam jubeo componere, 142 qvisqvis
143 Ambitione malâ, aut argenti pallet amore:
Qvisqvis luxuriâ 144 triſti-ve ſuperſtitione,
Aut alio mentis 145 morbo calet; huc propiùs me,
Dum doceo inſanire omnes, vos ordine 146 adite.
Danda eſt 147 ellebori multò pars maxima avaris:
Neſcio, an 148 Anticyram ratio 149 illis deſtinet omnẽ
Hæredes 150 Staberî ſummam 151 incidere ſepulcro:
Ni ſic feciſſent, gladiatorum 152 dare centum
153 Damnati populo paria, atqve 154 epulum, arbitrio Arrî,

formas ſe mutabit, & nunqvam, qvod debet, ſolvet. 136 Rem familiarem perdere. 127 Rem ſuam viriliter agere & augere. 138 Judicium Perillii Cicutæ fœneratoris multò ſtodilius & vitioſius eſt, qvàm tuum, qvi pecuniam creditam nunqvam velis, vel poſſis ſolvere. Meton. adj. in *cerebrum*. 139. Qvi tibi debitori, qvæ loco obligationis ſcribere debeas, dictat. 140 Per argentarii codicem & ſcripturam reddere. Ter. Phorm. *Atqve illud mihi argentum jube rurſum* reſcribi, *Phormio.* 141 Ego Stertinius, diu diſputaturus, jubeo unumqvemqve veſtrum ſe ad audiendum parare, ne togâ defluens attentionem impediat & diligenter auſcultare. Symploce. 142 Anaphora. 143 Ambitioſus aut avarus eſt. 144 Meticulosâ, vel triſtes efficiente. Meton. effe. 245 Vitio æſtuat. 146 Ad me accedite. 147 Qvâ cerebrum ab inſania perpurgetur. 148 Qvicqvid ellebori in Anticyra, in Propontide Inſulâ, naſcitur; *vel*, omnia remedia, qvæ Anticyra ſuppeditat inſanis ad morbi ſanationem. Meton. ſubj. 249. Avaris conſtituat. 150 Hominis ditiſſimi & ſordidiſſimi. 151 Juſſi ſunt teſtamento ſummam, qvam qvisqve ex teſtamento accepiſſet, ſaxo ſepulchri teſtatoris incidere. 152 Populo Romano exhibere. 153 Damnati ſunt à Stabe-rio eodem teſtamento. 154 Magnificum convivium popu-

155 Frumenti qvantum metit Africa. 156 Sive ego parvè,
Seu rectè, hoc volui: ne ſis 157 patruus mihi. 158 Credo
Hoc Staberî 159 prudentem animum vidiſſe. 160 Qvid ergò
Senſit, cùm ſummam patrimonî inſculpere ſaxo
Heredes voluit? 161 Qvoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, & cavit nihil 162 acriùs: ut ſi
Fortè minùs 163 locuples uno qvadrante periret,
Ipſe videretur ſibi 164 neqvior. 165 Omnis enim res,
Virtus, fama, 166 decus, divina, humanaq; pulchris
Divitiis parent: qvas qvi 167 conſtruxerit, ille
168 Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens etiam, & rex.

lo præbere, idqve pro arbitrio, ad nutum Arrii hominis luxurioſiſſimi & voraciſſimi. 155 Et tantum dare frumenti populo, qvantum Africa, frumenti feraciſſima, profert, id eſt, maximam vim frumenti. 156 Staberium ſic loqventem inducit. Hæc eſt ultima mea voluntas, ſive ſit prava, ſive recta. 157 Ne ſeverus rerum mearum cenſor & reprehenſor ſis, hujuſqve rationem à me reqviras: patruus enim loco patris eſſe videbatur liberis fratris ſui. Synecd. ſpec. pro gen. 158 Reſpondet Damaſippus. 159 Ironia. 160 Qvò Staberius ergò ſpectabat in condendo teſtamento? Metaphora eſt à corpore ad animum. 161 Qvamdiu vixit Staberius. 162 Qvàm paupertatem. 163 Si uno qvadrante pauperior eſſet mortuus. 164 Luxurioſior. 165 Hæc dicuntur ex perſona Staberii. 166 Honor. 167 Congeſſerit, accumulaverit. Sic Sat. 1. l. 1. *qvid habet pulchri* conſtructus *acervus?* Cic. Phil. 2. *Acervi nummorum* conſtruuntur *apud eum*. Metaphora eſt ab Architectis, qvi lapides lapidibus imponentes & congerentes, domos: ita homines avari ſolent acervos auri argentiqve cumulare aliis divitiarum acervis. 168 Ex avari judicio.

Et qvicqvid volet. 169 *Hoc, veluti virtute paratum,*
Speravit 170 *magnæ laudi fore. Qvid ſimile* 171 *iſti*
172 *Græcus Ariſtippus? qvi ſervos* 173 *projicere aurum*
174 *In media juſſit Lybia, qvi tardiùs irent*
Propter 175 *onus ſegnes.* 176 *Uter eſt inſanior horum?*
177 *Nil agit exemplum,* 178 *litem qvod lite reſolvit.*
Si qvis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ, nec 179 *Muſæ deditus ulli:*
Si 180 *ſcalpra &* 181 *formas* 182 *non ſutor;* 183 *nautica vela*
184 *Adverſus mercaturis, delirus & amens*
Undiqve 185 *dicatur meritò. Qvid diſcrepat* 186 *iſtis,*
Qvi nummos aurumqve 187 *recondit, neſcius uti*
188 *Compoſitis, metuenſq; velut contingere* 189 *ſacrum?*

169 Immenſas opes congeſſiſſe. 170 Poſt mortem inmortale nomen allaturum. 171 Staberio. 172 Phloſophus, Socratis auditor, non Græcus natione, ſed ideò *Græcus* dicitur, qvia Græcis literis philoſophatus eſt. 173 Abjicere nummos aureos inde cuſos, quos à rege Mauritaniæ dono acceperat. Meton mat. 174 cùm in media Liby: iter faceret. 175 Auri pondus. 176 Staberius, qui conſtruit & congregat acervos numınorum, an verò Ariſtippus, quillos projicit? 177 Nullius momenti eſt, vanum eſt & inutile. 178 Quod ad decidendam controverſiam rem aliã controverſam adfert, & quod contrarium refutaturum æqvè diſputabile eſt, dum veterem litem vult diſſolvere, novã progignit. Sic avaritia per luxuriam ſolvenda non eſt, quæ æquè damnanda. 179 Sed planè Amuſus eſſet. 180 Cultros ſutorios, quibus corium raditur. 181 Pedes ligneos, quibus utuntur ſutores ad calceos componendos. 182 Qui ſutor non ſit, ne congeſtis inſtrumentis utatur. 183 Congerat. 184 Alienus à mercatura 185 Ab omnibus. 186 Quomodo, qua in re differt avarus ab iſtis inſanis? 187 In terra defodit. 188 Bonis qvæſitis, collectis. 189 Illa bona, illas pecunias, veluti rem ſacram, & minimè tan-

191 *Si*

191 Si qvis 192 ad ingentẽ frumenti ſemper acervũ
193 Porrectus vigilet cum longo 194 fuſte; neq; 195 illinc
Audeat 196 eſuriens dominus 197 contingere granum,
Ac potiùs foliis parcus veſcatur 198 amaris;
Si poſitis 199 intùs 200 Chii veteriſqve 201 Falerni
Mille 202 cadis (203 nihil eſt, 204 tercentum millibus;) acre
205 Potet acetum: age, ſi & 206 ſtramentis incubet, 207 unde-
Octoginta annos natus, cui 208 ſtragula veſtis,
209 Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca;
Nimirum inſanus paucis 210 videatur, eò qvòd
Maxima pars hominum 211 morbo jactatur eodem.

gendam. Vid. Sat. 1. l. 1. 191 Hoc connexi enuntiati antecedens per Anaphoram ſuſpenditur verſibus novẽ, priuſqvàm conſeqvens, *τὸ inſanus paucis videatur*, reddatur. 192 Prope. 193 Stratus, jacens. 194 Qvo fures abigat. 195 Ex tanto acervo. 196 Famelicus. 197 Auferre. 198 Oleribus agreſtibus, qvæ amariora ſunt urbanis, ut ſylveſtria omnia hortenſibus. 199 In cellis ſuis vinariis. 200 Vini optimi. 201 Vini generoſi. 202 Vaſis vinariis. 203 Qvod dixi, mille vini cados domi repoſitos habere. Epanorthoſis ſive Correctio, qvâ dictum antecedens revocatur, cujus valdè pœnituit doctorem Stoicum, ut ſordes avari non admodùm exprimentis. 204 Imò tercentum millibus. 205 Per avaritiam. 206 Vilibus ſtratis, qvæ dormientibus ſubſternuntur. 207 Natus annos uno minus octoginta, ſeptuaginta novem. Nam *unde*, præpoſitum numeris, tollit unum ex ipſis, *undeviginti*, *undetriginta*, &c. pro 19. & 29. ſed in *undecim*, addit unum, qvaſi unum & decem. 208 Plumario opere facta, à *ſternendo* dicta: Græci στρώματα dicunt. 209 Vermium, veſtes arrodentium, cibus exiſtens. 210 Talis ac tantus avarus. 211 Avaritiæ, id eſt, eâdem habendi ſiti ſive

212 Filius? aut etiam hæc 213 libertus ut 214. ebibat hæres,
215 Dis inimice ſenex 216 cuſtodis, ne tibi deſit?
217 Qvantulum enim 218 ſummæ curtabit qviſqve dierum,
219 Ungere ſi 220 caules oleo meliore, caputqve
Cœperis impexâ fœdum 221 porrigine? Quare,
222 Si qvidvis ſatis eſt, perjuras, ſurripis 223 aufers
Undique? tun' ſanus? populum ſi 224 cadere ſaxis
Incipias, ſervoſqve tuos, qvos ære 225 parâris,
Inſanum te omnes pueri clamentqve puellæ.
Cùm laqveo uxorem interimis, matremq; veneno,

avaritiâ laborat, cruciatur, & avaritiæ vitium omnibus fermè commune eſt. Metaph. eſt à corpore ad perturbationem animi. 212 Filius tuus luxurioſus. 213 Qui è ſervo liber factus eſt, & manumiſſus. 214 Genialiter illos, te mortuo, conſumat, haud exiſtimans quanto labore partos, qvantâ avaritiâ parſos? 215 Diis inviſe propter avaritiam. θεοῖς ἐχθρέ. Apoſtrophe eſt. Avertitur enim ſermo à Damaſippo ad innominatùm ſenem avarum. 216 Tot vini cados, ut locuples moriaris? 217 Qvàm parùm. 218 De opum & pecuniæ ſumma amputabit, auferet unusqvisqve dies. 219 Si lautiùs aliqvantò in ſenectute vivere incipias, victuqve paulò mundiore uti. 220 Vide Sat. ſuperiorem. 221 *Porrigo* eſt morbus capitis, ubi inter pilos ſurgunt quædam ſqvamulæ: ſic dicta, qvòd facilè per ſuperficiem cutis & radices capillorum ſeſe in longitudinem *porrigat* & fundat. Latini etiam *furfures* vocant. 222 Si exiguum tibi ſufficit, & tàm parvo contentus potes vivere, qvamobrem pejeras? &c. 223 Aufers per vim? 224. Lapidibus petere, percutere. 225 Pecuniâ tuâ comparaveris aut emeris.

226 *Ince-*

226 Incolumi capite es? 227 Qvid enim? Neqve tu hoc facis 228 Argis,
Nec 229 ferro, ut 230 demens 231 genitricem occidit Oreſtes.
An tu reris eum accisâ 232 inſaniſſe parente?
Ac non antè malis dementem 233 actum Furiis qvàm
In matris jugulo 234 ferrum tepefecit acutum? 136
Qvin 235 ex qvo eſt habitus malè tutæ mentis Oreſtes,
Nil ſanè fecit, qvod tu 236 reprendere poſſis:
Non 237 Pyladen ferro violare 238 auſus-ve ſororem
239 Electram; tantùm 240 maledicit utriqve, vocando 140
241 Hanc Furiam, 242 hunc aliud, juſſit qvod ſplendida bilis.
Pauper 243 Opimius argenti 244 poſiti intùs & auri,

226 Ecquid tune ſano cerebro es, esne mentis compos? 227 Tu ſanus ſis, qui nullas hujus ſceleris perpetrandi juſtas cauſas habes? 228 Apud Argos, ut locus ille de vindicando matris ſcelere te admonere poſſit. Procatalepſis eſt extenuandæ cædis. 229 Gladio ferreo. id eſt, nec vi & furore illud manifeſtò facis, ſed occulto veneno. 230 Furioſus. 231 Matrem ſuam Clytemneſtram Argis in illo loco, ubi olim ab Ægiſtho adultero adjuta patrem ſuum Agamemnonem nefariè trucidaverat, jure interfecit. 232 Tùm demùm inſanire incepiſſe. 233 Impulſum. 234 Qvàm matrem gladio necavit? Meton. mat. 235 Ex illo tempore, qvo Oreſtes habitus eſt furioſus: non enim tutum eſt ſeſe furioſo committere. 236 Reprehendere. Syncope. 237 Strophii filium, ſummum ſuum amicum, & perpetuum comitem. 238 Fuit. 239 Filiam Agamemnonis & Clytemneſtræ, ſororem Agamemnonis fidiſſimam. 240 Levi convitio illos proſcindit. 241 Dùm ſororem ſuam, ſuam Furiam vocat, à qva agitetur. 242 Pyladen, cuſtodem ſuum alio nomine ſive convitio petit, quodcunqve flava ſeu rubeſcens bilis (quæ ad cor redundans, irã ſuſcitat) id eſt, furore proveniens ex ſplendida bile ipſi ſuppeditavit. 243 Homo avarus. 244 Domi in theſau-

Qvi 245 Vejentanum feſtis potare diebus
246 Campanâ ſolitus trullâ, 247 vappamq; profeſtis,
Qvondã 248 lethargo grandi eſt oppreſſus, ut hæres
Jam circũ 249 loculos & 250 claves lætus 251 ovanſq;
252 Curreret; 253 hunc medicus 254 multùm celer atqve 255 fidelis
Excitat 256 hoc pacto; menſam 257 poni jubet, atqve
258 Effundit ſaccos nummorum; accedere 259 plures
260 Ad numerandum; 261 hominem ſic erigit; 262 addit & illud:

rum reconditi, ἔνδον κειμένων. 245 Vinum tenuiſſimum & viliſſimum. Derivatur autem à *Vejentis*, qui fuerunt populi Vejorum urbis in Etruria: ubi vineta ferebant viliſſimum vinum. 246 Fictili aliqvo poculo ſive vaſe potorio in Campania facto. 247 Et evanidum ſive inſipidum vinum bibere ſolitus ſit diebus profeſtis. 248 Veterno morbo, in quo in tàm inexpugnabilem ſomnum incidit. 249 Sacculos, id eſt, crumenas. 250 Opimii dormientis, quibus cuncta recluderet. 251 Exſultans: quæ quidem vox ab eo clamore flectitur, qvem edunt redeuntes è pugna milites. Alii malunt dici ab *ovibus*, qvæ à triumphantibus in Capitolio mactabantur. Metaph. ergò eſt à lætitia victorum, de qva vide Plut. in Marcel. 252 Diſcurreret, illum mortuum & nunquam evigilaturum ratus, 253 Opimium lethargo oppreſſum. 254 Antequam hæres relictas opes eriperet. 255 Ut qvi ab hæredipetis vulturibus opes ægroti ſui eripi nollet. 256 Miro ſc. artificio, cùm medicamentis nihil proficeret. 257 Propè lectum, in qvo ægrotus decumbebat. 258 Super menſam. Metaph. à liqvoribus. 259 Homines. 260 Tanquam jam mortui relictæ opes inter relictos hæredes diſtribuerentur. 261 Opimium hoc pacto ſc. commemoratione pecuniæ mox ſurripiendæ ab hærede, excitat. 262 Inſuper illis verbis Opimium alloqvitur. Præparatio eſt ad brevem

Ni

Ni 263 tua cuſtodis, avidus jam hæc auferet hæres.
264 Men' vivo? ut vivas igitur, vigila; 265 hoc age.
266 Quid vis?
267 Deficient inopem 268 venæ te, 269 ni cibus atque
Ingens accedat ſtomacho 270 fultura 271 ruenti.
Qvid ceſſas? agedum, ſume hoc, 272 ptiſanariũ oryzæ.
373 Qvanti empta? 274 Parvo. Qvanti ergò? 275 Octo
aſſibus. 276 Eheu! 156
Qvid refert, 277 morbo, an furtis, pereã-ne 278 rapinis?
279 Qvis-nam igitur ſanus? qvi non ſtultus. Qvid avarus?

Medici & Lethargici Proſopopœiam: ubi eſt Dialogiſmus utriusqve. 263 Bona. 264 Me-ne vivo hæres mea bona mihi auferet? Verba ſunt Opimii. 265 In hanc unicam curam, [inqvit Medicus] incumbe, ut vigiles & convaleſcas. Hoc attentionis erat ſignum, qvod à præcone dabatur aſſiſtentibus rei ſacræ & divinæ. 266 Ut faciam, ut mea bona curem & tuear? inqvit Opimius. 267 Deſtituent, deſerent te calamitoſum ob morbum, & corpus tuum non ampliùs ſuſtentare poterunt. Cic. deficiunt *me vires.* Loqvitur medicus. 268 Arteriæ vires exhauſtæ. Meton. eſt ſubj. pro triplici facultate hominis, animali, vitali & naturali: qvæ ut cibo & potu reficiuntur & ſuſtentantur, ſic inediâ debilitantur & necantur. 269 Niſi largior cibus. 270 Tanqvam ingens robur. 271 Ad ſtomachum tuum jam jam defecturum. Alleg. eſt ab architectis, qvi ædes, ruinam minantes & mox lapſuras, ſuffulciunt adminiculis. 272 Hanc ptiſanam ex oryza coctam & confectam. 273 Sunt hæ oryzæ? Loqvitur Opimius. 274 Pretio. 275 Vix tribus ſeſtertiis. 276 Exclamatio eſt Opimii lethargici & avari, dolentis ſimulqve indignantis Medico de ſumtu valetudinis curandæ ſuggerendo. 277 Lethargo. 278 Cùm meà diripi, & ita omnia inſumi morbo & morte jam dudùm mihi gravius ſit. *Raptio ad* perſonam refertur, *rapina* ad rem: *raptus* ad ſtuprum. 279 Sc. *ſit? Quid, quis, qui,*

Stultus

Stultus & inſanus. Quid? ſi qvis non ſit avarus,
Continuò ſanus? Minimè. Cur 280 Stoice? Dicam.
281 Non eſt cardiacus (282 Craterum 283 dixiſſe putato)
Hic æger: 284 Rectè eſt igitur? ſurgetqve? 285 Negabit:
286 Qvòd latus aut renes morbo tententur 287 acuto.
288 Non eſt perjurus, neqve ſordidus: 289 immolet æqvis
Hic porcum Laribus. 290 Verùm ambitioſus & audax,

variè cadentia faciunt Polyptoton; ſimulqve deponitur Proſopopœia Medici & lethargici, & tranſitus fit ad aliud inſaniæ genus, quod ſermone Damaſippi & Stertinii explicatur. 280 Stertini. 281 Hic æger non laborat Cardialgiâ. 282 Medicum: de qvo, uti de Pythagora aliqvo, loqvitur Horatius; Αὐτὸς ἔφα. Vel Synecdochicῶς intelligendum hoc, pro peritiſſimo qvoqve viro perſpiciendi habitûs humani. 283 De aliquo ægroto conſultum reſpondiſſe. 284 Idcircò ne continuò hic æger corpore ſano eſt, & tanquam ſanus è lecto ſurget? 285 Medicus Craterus. 286 Eò qvòd latus ejus pleuritide, aut renes ejus calculo morbo, qvi citò hominem exanimat, vel citò periculo vacat, detineantur. 287 Variè transfertur hoc epithetum à gladiis ad omnes ferè ſenſus, & ad celeritatem & vehementiam quandam indicandam. 288 Ita etiam, ſi ab homine qvopiam flagitioſo & inſano pronuncietur, Hic homo non eſt perjurus, id eſt, perjurio rem non auget, &c. 289 Hic homo ideò, tanquam ab inſania liberatus, benevolis Diis, mentem ſanam domeſticis præſtantibus, ex more porcum immolet, quorum ope à furore liber eſt. Permiſſio eſt. 290 Sed idem gloriæ cupidus & temerarius.

291 Na-

291 *Naviget Anticyram. Quid enim* 292 *differt,* 293 *barathro-ne*
Dones qvicqvid habes, an nunquã utare 294 *paratis?*
395 *Servius Oppidius* 296 *Canuſî duo prædia, dives,*
297 *Antiqvo cenſu,* 298 *natis* 299 *diviſſe duobus*
Fertur, & hæc moriens pueris dixiſſe vocatis
Ad lectum: poſtqvam 300 *te* 301 *talos, Aule, nuceſq;*
302 *Ferre ſinu laxo,* 303 *donare, &* 304 *ludere vidi;*
305 *Te, Tiberi,* 305 *numerare,* 306 *cavis abſcondere* 307 *triſtem;*
308 *Extimui, ne* 309 *vos ageret* 310 *veſania diſcors;*

291 Ubi Ellebori potionib. ab inſania purgetur, i. e. quærat remedia ad inſaniæ ſuæ curationem. 292 Intereſt ad inſaniam. 293 Ingluviei & ventri omnivoro indulgeas, id eſt, an luxu tua profundas? Athenienſes in Barathrum, locum profundiorem, maleficos demittebant. 294 Quæſitis opibus tuis. 295 Acceſſus eſt ad aliam Proſopopœiam patris integrâ mente, qui moriens præſcribit duobus filiis graviſſimum ſanctiſſimumqve conſilium, quo qvidem illi nixi poterunt facilè, benè beatèque vivere: ubi verſus, 19. conſumuntur, & inde ad ambitioſos deſcendit. 296 Canuſii. Apocope. *Canuſium* eſt oppidum in Apulia. 297 Fundis, agris, gregibus, armentis, arbuſtis, vicinis. 298 Aulo & Tiberio. 299 Diviſiſſe. 300 Anaphora: & ſimul in *te, tu*, Polyptoton. 301 Poſtquam perſpexi ex puerili ludo, ingenium tuum proclive ad teſſeras & aleas, i.e. ad patrimonium tuum dilapidandum. 302 Tanqvam non curares illa. 303 Aliis nuces. 304 Talis. 305 Talos ac nuces, id eſt, ubi tua indoles mihi prænunciavit, te aliquando ad rem nimis attentum fore. 306 Terræ cavitatibus & locis occultis occulere. 307 Sollicitum, ne imminuerentur. 308 Formidavi. 309 Ætate provectiores. 310 Inſania prodigalitatis & avaritiæ.

311 Tu Nomnetanum, 312 tu ne ſeqverere 313 Cicutam.
Qvare per Divos 314 oratus uterqve Penates,
315 Tu cave ne 316 minuas; 317 tu ne 318 majus facias 319 id,
Qvod ſatis 320 eſſe putat 321 pater, & 322 natura coercet.
Præterea ne vos 323 titillet gloria, jure-
Iurando obſtringam 324 ambo: 325 uter Ædilis fuerit, vel
Veſtrûm Prætor, is 326 inteſtabilis 327 & ſacer eſto.
328 In cicere, atq; faba, bona tu perdaſq; lupinis,

311 Timui, ne tu, Aule, Caſſium Nomentanum prodigum ſeqvereris, id eſt, ne tu patria abligurires bona. 312 Ne tu, ô Tiberi. 313 Avarum fœneratorem, id eſt, ne patria bona faceres majora & auctiora turpis lucri ſtudio. 314 A moriente patre. 315 O Aule. 316 Prodigalitate. 317 O Tiberi. 318 Avaritia. 319 Relictum vobis patrimonium. 320 Vobis. 321 Veſter. 322 Natura, paucis contenta, intra ſuos limites cohibet ac moderatur, nec redundare aut ſuperfluere permittit. 323 Gloriæ & ambitionis dulcedo alliciat ac concitet ad petendos magiſtratus. Metaph. eſt à corpore ad animum, qvia ut corporis ſenſus pruritu quodam jucundè concitantur: ſic animi gloriæ cupiditate blandè commoventur. 324. Vos ambos. 325 Ut uter veſtrum fuerit Ædilis vel Prætor. 326 Is eſt, cui jus teſtandi eſt ademptum, vel cui nemo jure cogitur teſtimonium perhibere. 127 Et deteſtandus, exe-crandus. Sic Exod. 4. Sacer *nepotibus cruor.* Formula imprecationis eſt, ſumta ex Anathematis furtivis, qvæ qvi abſtulit, reus ſacrilegii & ſceleratus habetur. 328. Ergone in Floral[illegible]us, aut annonæ caritate largitione populo palpaberis? Synecd, ergo eſt ſpec. pro largitione ad voluntates populi redimendas. Ædiles enim talia munera apud priſcos in

329 *Latus*

329 Latus ut in Circo ſpatière 330 aut æneus ut ſtes,
331 Nudus agris, 331 nudus nummis, inſane, paternis?
Scilicet 332 ut plauſus, qvos fert Agrippa, feras tu,
Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem?
333 Ne qvis humaſſe velit Ajacem, Atrida vetas cur?
334 Rex ſum. 335 Nil ultrà qværo Plebejus. 336 Et 337 æqvam
Rem imperito; ac, ſi cui videor non juſtus, 338 inulto
Dicere, qvæ ſentit, permitto. 339 Maxime regum,

ludis Floralibus populo dabant. 329. Ut incedas laxè & latè, nullâ preſſus turbâ. 330. Aut ut ænea ſtatua tibi erigatur. Met. ergo ſubj. pro adjuncta ſtatua, qvæ tali largitione ærea ſolet erigi. Sic verbum *ſtandi* abſolutè uſurpatur à Virg. Ecl. 7 *Si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota Puniceo* ſtabis *ſuras evincta cothurno*, id eſt, ſi me Poëtam feceris ſimilem Codro, erigetur Dianæ ſtatua marmorea. 331 Nudatus, Anaphora. 332 Ut populi Romani applausûs ſive acclamationes reportes, qvas vir Maximus M. Vipſanius Agrippa, Auguſti gener, fert, qvi virtute fuit leo, cùm tu ſis vulpes imbellis, eòqve largitionibus & corruptione populi pervenire contendas, quò Agrippa & alii ſingulari virtute & fortitudine pervenerunt? Obiter autem Agrippæ laudes attingit. 333 Alia eſt Proſopopœia cujusdam Plebeji Regis Agamemnonis ſine apparatu per Dialogiſmũ, ubi notantur ambitioſi, atq; initiò Ajax & Atrida per Synecd. generũ pro Ajace Telamonio & Agamemnone nominantur. 334 Mihi, quicquid libet, licet, & ſtat pro ratione voluntas. Reſpondet Agamemnon. 335 Ego, plebejus cùm ſim, rationes ultrà non exquiram. Verba ſunt Plebeji. 336 Agamemnon orationem ſuam continuat. 337 juſtam, dùm impero, ne qvis Ajacem ſepeliat. 338 Impunè. Epanorthôſis, qvâ vox illa tyrannica, *Rex ſum*, corrigitur, atqve pro illa reponitur moderatior, datâ cuivis veniâ liberè dicendi, ſi qvid aliter de juſſione regis ſentiret. 339 Agamemnon.

340 Dî tibi dent captâ claſſem 341 redducere Trojâ!
Ergò 342 conſulere, & mox reſpondere 343 licebit?
344 Conſule. 345 Cur Ajax heros ab Achille 346 ſecundus
347 Putreſcit, 348 toties ſervatis clarus Achivis,
Gaudeat 349 ut populus 350 Priami, Priamusqve inhumato,
Per qvem 351 tot juvenes patrio caruêre ſepulchro?
352 Mille ovium inſanus 353 morti dedit, inclytum Ulyſſem,
Et 354 Menelaum unà mecum ſe occidere clamans.
355 Tu cùm pro 356 vitulâ 357 ſtatuis dulcem 358 Aulide 359 natam

340 Exclamatio eſt Plebeji optantis & benè precantis Agamemnoni pro poteſtate liberè percunctandi, cur Ajacis cadaver eſſet inſepultum, ſibi factâ, undè Plebejus putârat ſe repulſum initiò arroganti reſponſione, *Rex ſum*: ideòque finem quærendi fecerat. 341 Ut domum reducas. 342 Te interrogare, 343 Mihi. 344 interroga me, inqvit Agamemnon. 345 Loqvitur Plebejus. 346 Uno Achille inferior. 347 Inſepultus jacens. Al. *puteſcit*. 348 Qvi nobilis eſt, qvòd Græcos toties ſervavit, eorumqve naves ab ignibus Trojanorum incolumes præſtitit? 349 Trojani, & ipſe Priamus, hoſtes noſtri, propterea lætentur, quòd ille jam ſupremo ſepulturæ honore privatus ſit. 350 Polyptoton eſt. 351 Tot Trojani inſepulti canibus, feris & volucribus expoſiti jacuerunt? 352 Mille oves. Reſponſio Agamemnonis, qvâ rationem reddit, cur ita in Ajacis cadaver ſæviat. 353 Furioſus occidit. Ad hanc inſaniam Ajax adactus fuit dolore judicii, qvo Græci adjudicârunt Achillis arma Ulyſſi magis ipſius eloqventiâ capti, qvàm æqvitate rei, & veritate ducti. 354 Fratrem meum. 355 Verba ſunt Plebeji. 356. Qvâ ventos placare poteras. 357 mactas. 358 In Aulide regione & portu Bœotiæ, cùm ibi Græcorum naves adverſis ventis detinerentur. 359 Iphi-

Ante

Ante aras, ſpargiſqve 360 molâ caput, 361 improbe, ſalsâ,
62 Rectum animi ſervas? 363 qvorsùm? 364 Inſanus qvid enim Ajax
65 Fecit, cùm ſtravit 366 ferro 367 pecus? abſtinuit vim
68 Uxore, & gnato, mala multa precatus 369 Atridis:
Non ille aut 370 Teucrum, aut ipſum violavit 371 Ulyſſem. (ves
72 Verùm ego, ut 373 hærentes adverſo littore na-
ēriperem, 374 prudens placavi 375 ſangvine Divos.
76 Nempe tuo, furioſe. 377 Meo, ſed non furioſus.
78 Qvi 379 ſpecies 380 alias veris, ſceleriſq; tumultu

eniam. Synecd. gen. 360 Molâ ex farre molito & ſale
ctâ caput ejus ex more ſacrificantium conſpergis. Sic Virg.
ccl. 8. *Sparge* molam, & *fragiles incende bitumine lauros.*
61 O Rex ſcelerate. 362 Rectitudinem, animi, τὸ ὀρθὸν,
nitatem & conſtantiam ſervas, & ſanæ mentis ma-
es? 363 Qvorsùm hæc tendunt? inqvit Agamemnon.
64 Qvem inſanum dicis fuiſſe. Verba Plebeji. 365 Pecca-
t: 366 Gladio. Meton. mat. 367 Ovium & porcorum.
68 Ab uxore Tecmeſſa, & filio Euryſace. Duplex eſt Sy-
ecd. gen. 369 Agamemnoni & Menelao. 370 Suum
atrem. 371 Hoſtem ſuum. 372 Reſpondet Agamemnon.
73 Naves Græcorum contrariis ventis impeditas in Aulidis
tore inimico, undè ſolvere non poteramus, ſolverem.
4 Volens & ſciens: vel prudenter. 375 Immolatione filiæ
eæ. Synecd. partis. 376 Tuo ſangvine [inqvit Plebejus]
oc feciſti; filia enim tua caro, tuusqve ſangvis eſt, qva-
opter furioſus fuiſti. 377 Meo ſangvine ventos placavi
nqvit Agamemnon) ſed non ideò furioſus fui. 378 Lo-
itur Plebejus. 379 Rerum. 380 Alienas, diverſas, di-
repantes à vero, id eſt, vanam gloriam, qvam ex non ne-

381 Permiſtas capiet, 382 commotus habebitur, atq;
Stultitiâ-ne erret, 383 nihilum diſtabit, an irâ.
Ajax immeritos dùm occîdit, 384 deſipit, agnos?
Cùm 385 prudens ſcelus ob titulos 386 admittis 387 inanes,
388 Stas animo? 389 & purum eſt vitio tibi, 390 cùm tumidum eſt cor?
Si qvis lecticâ 391 nitidam geſtare amet agnam,
Huic veſtem, ut gnatæ, 392 paret, ancillas paret, aurũ,
393 Puſam, aut puſillam appellet, fortiq; marito
394 Deſtinet uxorem: interdicto 395 huic omne adimat 396 jus

ceſſario & pernitioſo bello aucupatur. 381 Et cum ſcelere conjunctas accipiet & approbabit. 382 Ille furioſus & de mente atqve ſanitate rationis deturbatus habendus eſt. 383 Nihil referet, an ex ſtultitia erret, id eſt, inſaniat, ut tu, an verò ex ira, ut Ajax. 384 Inſanit? 385 Sciens. 386 Filiam occidis. 387 Ut navibus Trojam venias, ibiqve ſupremus belli Imperator ſis. 388 An tunc mentis compos es, &, ut dixit modò, *rectum animi ſervas*? 389 Purum à vitio, id eſt, furoris expers. 390 Cùm cor plenum & inflammatum eſt irâ, faſtu, aliisqve pravis affectibus? Sumtum eſt à corpore præhumido vel flatulento ad animum affectibus occupatum. Deinde *cor* Metonymicῶς ſubj. pro adjuncto illic animo & perturbationibus agitato. Poſſet etiam hoc ſumi ab utribus, qvi inflati valdè turgent, & cùm nihil præter aërem intùs ſit, aliqvid tamen magni momenti clauſum videntur continere. Tale qvid ſibi præ ſe ferunt, qvi magnos ſibi ſpiritus ſumunt ex titulis inanibus, ſtultâ de ſe ipſis opinione, falsâq; virtutis perſvaſione ineſcati. 391 Formoſam agnam in lectica libenter ſecum geſtet. 382 Epanodos eſt: & in *appellet* & *deſtinet* eſt Epiſtrophe. 393 Puellam, aut puellulam. 494 In matrimonium ducendam ſpondeat & conſtituat. 395 Tanqvam furioſo. 396 adminiſtrandi bona ſua.

Præter

Prætor, & ad ſanos 397 *abeat tutela propinqvos.*
98 *Qvid? ſi qvis gnatam pro muta* 399 *devovet agna,*
nteger eſt 400 *animi? ne dixeris. Ergò ubi prava* 220
401 *Stultitia, hîc ſumma eſt inſania;* 402 *qvi ſceleratus,*
Et furioſus erit; qvem cepit 403 *vitrea fama,*
404 *Hunc circumtonuit gaudens* 405 *Bellona* 406 *cruentis.*
Nunc age 407 *luxuriam, &* 408 *Nomentanum* 409 *arripe mecum.*
410 *Vincet enim ſtultos* 411 *ratio inſanire* 412 *nepotes.*
413 *Hic,* 414 *ſimul accepit* 415 *patrimonî mille talenta,* 226

97 Transferatur procuratio ejus bonorum. 398 De illo udicandum eſt? 399 Aræ deſtinat. 400 Rationis? 01 Eſt, qvalis in te deprehenditur. 402 Et qvicunqve, ut u, occiſâ filiâ ſceleſtus eſt. 403 Et qvemcunqve, ut te, popopularis fama fragilis & inconſtans captum duxit. Metaph. ſt à fragili materia ad inconſtantiam levitatemqve populais famæ indicandam. 404 Circum hunc Bellona tonuit, d eſt, ſtrepitum edidit, eumqve attonitum reddidit. Metaph. eſt à tonitru, qvo tacti homines ſæpiùs animo ſtare non poſſunt: qvalis ambitio facit ſui cupidos, id eſt, inſanos. 05 Belli Dea, Martis ſive nutrix ſive ſoror, aut auriga. 406 Belis. 407 Luxurioſos, qvos Stertinius Damaſippo vult arguere inſaniæ, & graviter exagitare. Meton. adj. 408 Luxurioſum & asôtum. 409 Examinandum, qvalis ſit. 410 Convincet, arguet, probabit. 411 Rerum eventus. 412 Luxurioſos & decoctores. Synecd. ſpec. 413 Nomentanus, aut alius qvivis ei ſimilis. 414 Simulac, poſtqvam. 415 Sexcenta aureorum millia, id eſt, luculentum & magnum patri-

416 Edicit, 417 piſcator uti, 418 pomarius, auceps,
Unguentarius, 419 ac Tuſci turba impia vici,
Cum 420 ſcurris 421 fartor, 422 cum Velabro omne 423 macellum,
424 Manè domum veniant. 425 Qvid tùm? Venêre freqventes.
426 Verba facit leno: 427 Qvicqvid mihi, qvicqvid & horum
Cuiqve domi eſt, id crede tuum, & vel nunc pete, vel cras.
428 Accipe, qvid contra juvenis 429 reſponderit 430 æqvus:

monium. Synecd. ſpec. 416 Publicè dicit, & mandat, tanqvam ſcurrarum ac nebulonum Prætor. Ter. Eun. *Miles, nunc adeò* edico *tibi, Ne vim facias ullam in illam,* Itaqve dicuntur *edicere* Prætores & Conſules, cùm proponendum publicè ac proclamandum curant, qvid ſint obſervaturi, vel qvid fieri velint. 417 Qvi nobiles piſces ipſi capiat & procuret. 418 Pretioſorum malorum venditor, μηλοπώλης. 419 Lenones, meretrices, fœneratores, cupedinarii, mendici, ſicarii, gladiatores, & id genus voluptatum miniſtri, qui in vico Tuſco habitabant. Synecdochica periphraſis hominum perditorum. 420 Paraſitis, qvi riſum movent divitibus pabuli causâ. 421 Macellarius. 422 Cum oleariis & unguentariis, qui habitabant in Velabro, loco Romæ, ſic dicto vel à *velando*, quòd viam ad Hippodromum ferentem è foro, *velis* in ipſis ludis obtendere ſolebant; vel à *vebendo*; nam olim paludibus Aventinus mons à reliqvis erat diſcluſus. 423 Omnes qvi in macello carnes publicè vendunt. Meton. ſubj. 424 Matutino tempore. 425 Poſteà factum exiſtimas? 426 Loqvitur. 427 Anaphora. 428 Audi, cognoſce. Verbum eſt attentionis. Sic Virg. 2. Æn. Accipe *nunc Danaûm inſidias.* 429 Aſſentatori. 430 Humanus ille Nomentanus, æqvo animo orationem lenonis

431 In

431 In nive Lucana 432 dormis 433 ocreatus, ut aprum
Cœnem ego; 434 tu piſces 435 hyberno ex æquore verris;
436 Segnis ego, indignus qui tantum poſſideã; aufer;
437 Sume 438 tibi decies, 439 tibi tantundem, 440 tibi triplex,
441 Unde uxor media 442 currat de nocte 443 vocata.
444 Filius Æſopi detractam ex aure 445 Metellæ,
Scilicet 446 ut decies ſolidũm exſorberet] aceto
447 Diluit inſignem baccam; 448 qvi ſanior, ac ſi
Illud idem in rapidum flumen jaceret-ve cloacam?
Qvinti 449 progenies Arrî, par nobile fratrum
450 Neqvitiâ & nugis, pravorum & amore gemellũ,

udiens. 431 In Lucanis montibus nive conſperſis. 432 Sub io, tu, ô venator. 433 Ocreis indutus. 434 Tu, ô piſcator. 35 Tempore hyberno, qvo piſcatio difficilior & periculoſi r eſt, piſcaris. 436 Ego in dando vobis præmiò ſum igna us. 437 O Venator, ſume tibi à me decies centena ſe ertiûm, vel nummûm millia, id eſt, 25000 aureos Gallicos. 38 Anaphora. 439 O piſcator. 440 O leno, ſume ibi triplum, id eſt, tricies centena millia nummo um. 441 A qvo, vel ob qvam ſummam & triplam mer edem. 442 Ad me feſtinet. 443 Ad concubitum accerſi a. 444 Clodius Æſopus, Æſopi Tragœdi filius. 445 Con ugis ſuæ. 446 Ut unico hauſtu centena millia ſolido um abſorberet. 447 Inſignem gemmæ unionem ſive ma aritam aceto maceravit, liqvefecit & potavit. 448 Qvo nodo magis ſanus fuit, qvàm ſi eandem baccam ſive marga itam projiceret in flumen, &c? 449 Filii duo. 450 Duo ratres luxuriâ & ingenii levitate pares ac nobilitati, & pra arum rerum ſtudio adeò inter ſe ſimiles, ut meritò eodem empore ex una matre nati cenſeri potuerint.

Luſcinias ſoliti 451 *impenſo* 452 *prandêre coëmtas.*
455 *Qvorsùm abeant ſani?* 454 *cretâ, an carbone notandi?*
453 *Ædificare caſas,* 456 *ploſtello adjungere* 457 *mures,*
Ludere 458 *par impar, eqvitare in* 459 *arundine longâ,*
Si qvem delectat 460 *barbatum:* 461 *amentia verſet.*
Si puerilius 462 *his ratio eſſe* 463 *evincet,* 464 *amare,*
Nec qvicqvam 465 *differre, utrum-ne in pulvere,* 466 *trimus*
Qvale prius, ludas opus, an meretricis 467 *amore*
498 *Sollicitus* 469 *plores: qværo, facias-ne, qvod olim*

451 Magnopretio. Al. *immenſo*. 452 In cibum apponere. 453 Qvibus hi luxurioſi, tanqvam rationis participes, annumerandi ſunt? 454 Atqve qvis dubitet, an hi ſint laudandi tanqvam ſani, an vituperandi tanqvam furioſi? Meton. eſt adjunctorum pro hominibus, ubi quæritur, qvi boni, qviqve mali cenſendi ſint: nam color candidus ad naturam boni, ut ater ad naturam mali pertinet. 455 Exſtruere domunculas, ut ſolent pueri. Conatur autem oſtendere, puerilius eſſe amare, viro barbato, qvàm hos ludos pueriles ludere. 456 Puſillo plauſtro. 457 Tanqvam jumenta, qvæ currum trahant. 458 Par & impar ludere nucibus, aciculis, aliisq; vilibus rebus, puerorum qvadrimorum more. 459 Cannâ tanqvam caballo. 460 Provectioris ætatis virum, virum gravem. 461 Meritò dicendum eſſet, qvòd amentia ipſum vexet & agitet, id eſt, meritò pro inſano habeatur. 462 Ineptius his, qvæ dixi, puerilibus, ſc. caſas ædificare. &c. 463 Convincet. 464 Meretricum amoribus detineri. 465 Ad demonſtrandam inſaniam intereſſe. 466 Utrùm in pulvere ſenior exiſtens tale opus nunc ludas; qvale priùs luſiſti, cùm puer trium annorum eſſes. 467 Correptus. 468 Exanimatus. 469 Nocturno tempore ante fores ami-

Mutatus

Mutatus 470 *Polemon? ponas* 471 *inſignia morbi,*
472 *Faſciolas,* 473 *cubital* 474 *focalia:* 475 *potus ut ille*
Dicitur ex collo 476 *furtim* 477 *carpſiſſe coronas,*
Poſtqvam eſt 478 *impranſi* 479 *correptus voce* 480 *magiſtri*
481 *Porrigis irato puero cùm poma,* 482 *recuſat.*
483 *Sume,* 484 *Catelle:* 485 *negat: ſi non* 486 *des,* 487 *optat:* 488 *amator*

æ. 470 Xenocratis diſcipulus ad virtutem emendatus, id eſt, qværo ex te, annon ex homine neqvam, improbo & intemperante aliqvando fias bonus & modeſtus? Synecd. ſpec. Hic Polemon Athenienſis adoleſcens vitam libidinosè ac intemperanter agebat: ſed audito Xenocrate Philoſopho ex asôto factus eſt frugaliſſimus & temperantiſſimus: de qvo lege Laërt. l. 4. & Val. Max. l. 6. c. 11. 471 Deponas & abjicias indicia inſaniæ tuæ, id eſt, delitiarum & amoris, & ornamenta amatoria: qvæ ſtatim enumerantur. 472 Qvibus coronæ præligantur. 473 Pulvinum, cui inter cœnandum innituntur. 474 Colli ornamenta ſive involucra adversùs injuriam inclementis cœli loco cujusdam fomenti. 475 Ut Polemon ebrius. 476 Clanculùm, ſc. præ pudore, ne qvis intelligeret ſe olim luxurioſum fuiſſe. 477 Detraxiſſe, vel projeciſſe morbi inſignia, id eſt, flores, roſas, lilia, &c. ex qvibus fiunt coronæ, qvas potaturus capiti impoſuerat. Metaph. à lanificis vel florilegis. 478 Sobrii & jejuni. 479 Objurgatus. 480 Oratione Xenocratis Philoſophi, qvi fuit Ariſtotelis auditor. Synecd. gen. 481 Confert iterùm amatorem cum puero. 482 Accipere illa. 483 Sume tu tibi illa, quæ petulans hic puer recuſat. 484 Apoſtrophe eſt ad puerum, & unà Metaph. à catulis canum: undè *Catellus* appoſitè dicitur ad pueros blanditiis capiendos. 485 Se illud velle concedere. 486 Poma ipſi. 487 Tunc illa cupit. 488. Phædria apud

489 *Excluſus qvi* 490 *diſtat?* 491 *agit ubi ſecum,* 492 *eat an non,*
493 *Qvò redit rus erat non accerſitus, &* 494 *hæret*
Inviſis foribus. Nec nunc, 495 *cū me* 496 *vocet ultrò,*
Accedam? an p tius 497 *mediter finire dolores?*
498 *Excluſit; revocat; redeam?* 499 *non, ſi* 500 *obſecret. Ecce*
501 *Servus,* 502 *non paulò ſapientior:* 503 *O here, qvæ res*
Nec 504 *modum habet, neqve* 505 *conſilium,* 506 *ratione modoq;*

Terentium. 489 Foribus ab amica ſua Thaïde, altero intromiſſo. 490 Differt à tali puero porrecta recuſante, & negata repoſcente? Q. d. nihil. 491 Deliberat. 492 Ad Thaïdem, cùm ab illa rursùs accerſeretur. 493 Qvò tamen rediturus erat. Totus hic locus ex Eunucho Ter. expreſſus eſt, ubi ſic Phædria, *Qvid igitur faciam? non eam, ne nunc qvidem, Cum accerſor ultrò? an potiùs ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Excluſit, revocat: redeam? non, ſi me obſecret.* 494 Stat fixus in foribus meretricis hoſtilibus ſibiqve odioſis, à qvibus paulò ante excluſus erat. 495 Proſopopœia eſt amatoris & Addubitatio ſeu ἀπορία ſecum deliberantis. 496 Ad ſe. 497 Mecum deliberem, qvomodo dolores, ex amore provenientes, finire poſſim? 498 Me. 499 Redeam. 500 Me. 501 Parmeno. Synecd. gen. 502 Multò ſapientior hero ſuo Phædriâ, tale domino ſuo conſilium ſuppeditat. 503 O Phædria. Synecd. gen. Altera eſt ſervi Proſopopœia hero conſilium dantis. Sic Ter. *Here, qua res in ſe neqve conſilium, neqve modum Habet ullum, eam conſilio regere non potes.* 504 Ullam menſuram & moderationem, qvalis eſt inſanus amor: cùm enim vitia in exceſſu defectuqve conſiſtant, ideò modo carent, & rectæ rationi adverſantur. 505 In qva bonum conſilium dari non poteſt. 506 Il-

Tractari

Tractari non vult: 507 *in amore hæc ſunt* 508 *mala:* 509 *bellum,*
Pax rurſum: hæc ſi qvis tempeſtatis propè ritu
510 *Mobilia,* 511 *& cæcâ fluitantia ſorte,* 512 *laboret*
Redderè certa ſibi, 513 *nihilo plus explicet, ac ſi*
Inſanire paret certâ ratione, modoqve.
514 *Qvid? Cùm* 515 *Picenis excerpens* 516 *ſemina pomis,*
517 *Gaudes, ſi* 518 *cameram* 519 *percûſti fortè,* 520 *penes te es?*
Qvid, 521 *cùm balba* 522 *feris annoſo verba palato,*

lam conſilio & deliberatione regere non potes. 507 Illicito. Ter. *In amore hac omnia inſunt vitia, injuria, Suſpiciones, inimicitia, inducia, Bellum, pax rurſum: incerta hæc ſi tu poſtules Ratione certa facere*, &c. 508 Vitia. Ovid. *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* 509 Inimicitiæ. 510 Hæc mutabilia, modò læta, modò triſtia. 511 Dubia & incerta, incerto caſu contingentia, efficientia homines incertos. Meton. effe. In *fluitantia* eſt Metaph. à dubiis fluctibus. 512 Conetur, cupiat ratione ac moderatione aliqvâ facere immutabilia ac ſtabilia. 513 Ille nihil magis proficiat, nihilo plus ſe exſolvat, extricet ac liberet curis ac moleſtiis amoris, qvàm ſi velit amare ſimul & ſapere. Sumtum à tricis & filis, qvibus pedes pullorum implicantur. Ter. *Nihilo plus agas, Qvàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.* 514 Qvid de vanis amantium opinionibus dicam? 515 Ex Picentinis pomis. 516 Grana. 517 Tanqvam felicis amoris omine. 518 Triclinii lacunar ſive tectum in curvitatem formatum. Inter alios ludos convivantes ſolebant recentis mali gramina primoribus dextræ digitis compreſſis in altum ejaculari: ſi cameram attigiſſent, benè: ſin minùs, malè de ſuis amoribus augurabantur. 519 Percuſſiſti, tetigiſti, granis. 520 Eſ-ne mentis compos? Synecd. integri. 521 Cùm tu ſenex more pueri balbutientis blandis verbis amicam juvenem compellas ad gratiam ejus captandam. 522 Verberas palatum annoſum balbis verbis.

523 Ædi-

523 *Ædificante caſas qvi ſanior? adde cruorem*
524 *Stultitiæ, atqve* 525 *ignem gladio ſcrutare.* 526 *Modò [inqvam]*
527 *Hellade percuſsâ* 528 *Marius cùm* 529 *præcipitat ſe,*
530 *Ceritus fuit? an commotæ crimine mentis*
531 *Abſolves hominem, & ſceleris damnabis eundem,*
532 *Ex more imponens* 533 *cognata vocabula* 534 *rebus?*
535 *Libertinus* 536 *erat, qvi* 537 *circum compita* 538 *ſiccus*

Hypallage eſt. 523 Qvomodo tunc ſanior es puero parvulo nugas agente? 524 Huic amatoriæ inſaniæ etiam in ſenibus adde ſcelus & crudelitatem. 525 Amoris calori cædem adjunge. Alleg. eſt è Metaphoris à bello, ubi ferè malo levi ſolet accedere grave, ut cædes ſtupro: ita veſano amoris incendio homicidium ſæpè additur. 526 Nuper, paulò antè. 527 Amicâ ſuâ gladio interfectâ, à qva ſe ſperni falsò arbitrabatur. 528 Juvenis. 529 Præcipitaret ſe deorsùm ex alto loco, ad mentem rediens, & pœnitentiâ ductus. 530 Anne tunc Cerirus, id eſt, Cereris furore vexatus, Δημητρόληπτος, id eſt, fuit-ne furioſus? Plaut. *Tu certè es aut larvatus, aut* Cerirus. Metaph. eſt à ſacerdotibus Cereris, qvos Dea ſolebat dementiâ depravare. 531 Abſolves à vitio inſaniæ, id eſt, an verò Marium, qvi amicam ſuam occidit, ſceleratum qvidem fuiſſe judicabis, & tamen inſanam negabis? Procatalepſis eſt vulgaris judicii: ubi intelligenda eſt antypophora: ſed falleris, qvia ſceleratus eſt omnis inſanus. 532 Ex conſvetudine vulgi. 533 Apta, ſed diverſâ. 534 Criminibus, furori ſc. & ſceleri, ut cùm furor & ſcelus unum idemqve ſint, tamen inter illa putes diſtingvendum eſſe? qvod qvidem eſt abſurdiſſimum. 535 Nunc ad ſuperſtitioſos venit, vel ad eos, qvi inani mortis metu anxii & ſolliciti ſunt. 536 Romæ. 537 Ubi Laribus ſacrificari ſolet. 538 Jejunus, ſobrius.

539 *Lau-*

539 Lautis manè ſenex manibus currebat, & unum
Qviddam magnum addens, 540 Unum me 541 ſurpite morti,
Dis etenim facile eſt, orabat: ſanus utrisqve
542 Auribus atqve oculis, 543 mentem, niſi litigioſus
Exciperet dominus, cùm venderet. 544 Hoc qvoqve vulgus
545 Chryſippus 546 ponit fœcunda in gente 547 Meneni.
548 Jupiter, ingentes qvi das, adimiſq; 549 dolores,
Mater ait pueri menſes jam qvinqve 550 cubantis,
551 Frigida ſi puerum 552 qvartana reliqverit, 553 illo

539 Ablutis, mundis, ut eas puras ad Deos tenderet. 540 O Lares, Dii domeſtici, me ſolum eximite à morte, i.e. immortalitate donate. Brevis eſt Proſopopœia Stoïci ſobrii. 541 Surripite. Syncope. 542 Et hic qvidem libertinus toto corpore ſanus erat: animo autem inſanus, qvia ſuperſtitioſus. 543 Dominus, cùm tale mancipium uti ſanum venderet, mentem tanqvam inſanam excipere deberet, niſi venditor nimio plus lites amet, velletqve emtorem poſteà ſibi litem movere, qvòd inſanum ſervum pro ſano ipſi vendidiſſet. 544 Hoc qvoque ſuperſtitioſum hominum genus, hos ſuperſtitioſos. Synecd. gen. 545 Philoſophus noſter. 546 Apponit & annumerat in multiplici familia Meneni hominis ſtulti, id eſt, in ſtultorum numero, qvi numerus eſt infinitus. Synecd. ſpec. 547 Menenius vixit ætate Horatii, homo ſuperſtitioſus & mente captus. 548 Alterum eſt exemplum & alia Proſopopœia matris ſuperſtitioſæ filium Jovi commendantis & ex nimio amore inſanientis. 549 Morbos. 550 Decumbentis, ægrotantis. Sic Sat. 9. l. 1. *Trans Tiberim longè cubat is, propè Cæſaris hortos.* 551 Qvia ab atra bile proficiſcitur, qvæ frigida eſt. 552 Febris. 553 Tuo die,

Manè

Manè die 554 qvo tu indicis jejunia, nudus
In Tiberi 555 ſtabit. 556 Caſus-medicus-ve levârit
Ægrum 557 ex præcipiti, 558 mater delira 559 necabit
In gelida 560 fixum 561 ripa, febrimqve 562 reducet. 294
Qvo ne malo mentẽ 563 concuſſa? 564 timore Deorũ.
565 Hæc mihi Stertinius 566 ſapientum octavus amico

die Jovis, id eſt, X Kalend. Januar. Periphraſis Synecd. 554 Qvo tu per magiſtratus vel ſacerdotes tuos jejunia mandas tuo die celebranda. 555 A me ſtatuetur manè, cùm aqva eſt frigidiſſima, ut ſic vivo flumine ablutus, ad tua ſacra purus accedat. 556 Si medicus fortunatus hunc puerum qvartanâ laborantem liberavit, qvem caſus aliqvis adjuvat: nam in qvartana inveterata depellenda, plus ſæpè caſus ipſe, qvàm medici qvodvis pharmacum valere poteſt. 557 Ex morbo periculoſo atqve ancipiti corporis periculo. 558 Mater inſana & ſuperſtitionis furore agitata, exiſtimans ſe voti religione obſtrictam. 559 Illum puerum. 560 Staturum. 561 Defluentis Tiberis. 262 Et febrim qvartanam renovabit per aqvæ frigiditatem, dùm filium ſuum Jovis beneficio ſervatum, ſeqve voti ream exiſtimat. 563 Qvonam autem inſaniæ furore mentem percuſſam habens illud facit? 564 Vanâ ſuperſtitione. Reſponſio eſt. 565 Damaſippus concludit diſputationem Stertinii, atqve ita depoſitio eſt Proſopopœiæ Stertinianæ, qvæ perfecta fuit. 566 Vir ſapientiſſimus, ſeptem ſapientibus Græciæ adnumerandus. Ironia. Nam ſeptem duntaxat numerantur totius Græciæ Sapientes. Cleobulus Lydius, Chilon Lacedæmonius, Solon Salaminius, Pittacus Mitylenæus, Thales Mileſius, Bias Prienenſis, Periander Corinthius. Horatius verò ſub perſona Damaſippi Stertinium irridens, qvaſi magnam, ob ſapientiam, laudem meruerit, octavum ei in ſapientibus locum

567 *Arma*

567 *Arma dedit, poſthac ne* 568 *compellarer inultus.*
Dixerit inſanum qvi me, 569 *totidem audiet, atqve*
Reſpicere ignoto diſcet 570 *pendentia tergo.*
571 *Stoice,* 572 *poſt damnum* 573 *ſic vendas omnia pluris:*
Qvâ me ſtultitiâ (qvoniam non eſt 574 *genus unum)*
Inſanire putas? 575 *ego nam videor mihi* 576 *ſanus.*
577 *Qvid? caput abſciſſum demens cùm portat* 578 *Agave*

tribuit. Simile huic illud Juvenalis Sat. II. *Habeat jam Roma pudorem, Tertius è cælo cecidit Cato.* 567 Hæc ſapientiæ præcepta, hominum inſaniam convincentia, tanqvam arma & defenſionem, qvibus me tueri qveam. Metaph. 568 Qvisqvam me inſanum diceret, cùm probè convitium illud in alios poſſim regerere, meqve ulciſci. 569 Convitia. 570 Et à me ſua peccata, & crimina, qvæ pendent in mantica à tergo ſibi ignoto [nemo enim ſuum tergum novit] id eſt, vitia, quæ ignorat, diſcet, ne in alienis vitiis dignoſcendis & caſtigandis nimis acutus ſit, in propriis omninò cæcutiat. Alludit hîc Horatius ad Æſopi fabulam, qvâ finxit, unumqvemqve noſtrum duas manticas gerere, & qvidem in poſteriorem à tergo noſtra, in priorem à pectore aliena vitia conjici, undè aliorum vitia nobis ſemper ob oculos verſentur, cùm noſtra ignorentur. Catul. *Sed non videmus, manticæ qvod in tergo eſt.* 571 O Damaſippe. Jam enim Poëta compellat Ironicâ Alleg. Damaſippum, per Synecd. gen. ſumtâ à vulgaribus mercibus, ad doctrinæ Stoïcæ contemtionem. 572 Qvod infelici mercaturâ perpeſſus es. 573 Opto, ut tuum tibi damnum probè compenſetur, & reſarciatur. *Sic*, particula eſt benè precantis. 574 Stultitiæ. 575 Horatius. 576 Sapere. 577 Qvid? (inqvit Damaſippus) Hoccine mirum eſt, ut ſtulti ſibi ſapere videantur, & inſani ſibi ſapientes? 578 Echionis conjux, filia Cadmi, dùm Bacchi furore exagitata, filium ſuum Penthea, Bacchi

579 *Gnati*

579 Gnati infelicis, ſibi tum furioſa 580 videtur?
581 Stultum me fateor (liceat 582 concedere veris]
Atq; etiam inſanum. tantum hoc 583 ediſſere, qvo me
Ægrotare putes animi 584 vitio. 585 Accipe: primũ
586 Ædificas, hoc eſt, 587 longos imitaris, ab imo
Ad ſummum totus 588 moduli bipedalis; & 589 idem
590 Corpore majorem 591 rides 592 Turbonis 593 in armis
594 Spiritũ & inceſſum: qvi 595 ridiculus minùs illo?
An qvodcunqve facit 596 Mæcenas, te qvoqve 597 verum eſt,

ſacra furioſè contemnentem, cum reliqvis Mænadibus pro vitulo diſcerpit, ipſumqve capite truncat, &c. Fabulam narrat Ovid. 3. Met. 579 Penthei. 580 Minimè. Sic & tu, ô Horati, ſanus tibi videris, cùm inſanus ſis. 581 Loqvitur Horatius. 582 Locum dare veritati, qvaſi ab ea victus eſſem. 583 Expone mihi. 584 Morbo. 585 Audi, Inqvit Damaſippus, dicam illud tibi. 586 Sumtuoſè te geris. 587 Proceros imitaris, id eſt, incendendo te effers, ut longus videare, id eſt, cùm tenuis curtæqve ſupellectilis ſis, & obſcuro loco natus, opulentos & potentes viros imitaris Alleg. eſt è perpetuis. Metaph. à corpore ad animum; vel ab imperito architecto, qvi extra modum ſumtu & magnificentiâ prodire videtur in ædificando, vel curam abjicere anguſtiæ vel laxitatis majoris, qvàm par ſit. 588 A calce ad verticem homo duorum pedum, id eſt, brevis ſtaturæ. 589 Tu idem Horatius. 590 Qvo parvus admodùm eſt. 591 Derides in ludis gladiatoriis. 592 Gladiatoris ſtaturâ qvidem brevis, ſed animoſi. 593 Cùm in armis verſatur & pugnat. 594 Animum, φρόνημα, & geſtum tumidum. 595 In qva re tu minùs es illo ridiculus? id eſt, cur te ipſum non eâdem operâ irrides? 596 Eqvitum Romanorum nobiliſſimus & ditiſſimus. 597 Illud te qvoqve facere æqvum & par eſt? Sic

598 *Tanto*

598 *Tanto diſſimilem,* 599 *& tanto certare minorem?*
600 *Abſentis* 601 *ranæ pullis vitulis* 602 *pede preſſis,*
603 *Unus ubi* 604 *effugit,* 605 *matri* 606 *denarrat,* 607 *ut ingens*
608 *Bellua* 609 *cognatos* 610 *eliſerit:* 611 *illa rogare,*
*Qvanta ne? num tandem (*612 *ſe inflans)* 613 *ſic magna fuiſſet?*
614 *Major dimidio.* 615 *Num tanto? Cum magis atqve*
Se magis 616 *inflaret: Non, ſi te* 617 *ruperis (*618 *inqvit)*
619 *Par eris.* 620 *Hæc à te non multum* 621 *abludit* 622 *imago.*

Ep. 7. l. 1. *Metiri ſe qvemqve ſuo modulo ac pede,* verum eſt. 598 Viro. 599 Et cum tanto tuo patrono ædificiis contendere te inferiorem & fortunis & honoribus, id eſt, qvi tenuis fortunæ libertino patre natus es? 600 Peregrè. Æſopi fabula. 601 Matris. 602 A pede vituli contriti pulli cùm eſſent. 603 Pullus. 604 Mortis periculum. 605 Domum revertenti. 606 Ordine, accuratèqve narrat. Ter. *Hæc adeò ego illi jam* denarrabo. 607 Qvomodo. 608 Vitulus. Synecd. gen. 609 Sorores & fratres ſuos unà ſecum natos, *συγγενεῖς,* ranunculas è matre ranâ natas. Synecd. gen. 610 Oppreſſerit, ſtrangulaverit. Virg. 8. Æn. *ut prima noverca Monſtra manu, geminosqve premens* eliſerit *angves.* 611 Mater ranunculatum pullum ſuum rogabat vel rogare cœpit, qvanta fuiſſet illa bellua, i.e. qvantus fuiſſet ille vitulus? 612 Se ſpiritu diſtendens. 613 Ut mater jam eſſet, cùm ſe ſpiritu impleviſſet? 614 Bellua illa (inqvit pullus) vel dimidio major fuit, qvàm ut jam es. 615 Major me fuit? inqvit mater. 617 Inflando. 618 Pullus. 619 Illi tamen belluæ par eſſe non poteris. 620 Damaſippus Horatium alloqvitur. 621 Diſcrepat, id eſt, non eſt diſſimilis tuis moribus. Tu enim parvus, te inflas etiam, & magnum Mæcenatem vis imitari. 622 Va-

623 Adde poëmata nunc (hoc eſt, 624 oleum adde camino)
625 Quæ ſi qvis ſanus fecit, ſanus facis, & tu?
626 Non dico horrendam rabiem. 627 Jam deſine. 628 Cultum
Majorem cenſu. 629 Teneas, Damaſippe, tuis te.
630 Mille puellarum, puerorum mille 631 furores.
632 O major tandem parcas inſane minori. 326

nitatis & inſaniæ in rana. 623 Huic in ædificando inſaniæ adjunge nunc aliam, qvâ furis in Poëmatis ſcribendis. 624 Unum alio accumula atqve auge, ut in Proverbio dicitur, ut major fiat tua inſania. Alleg. enim eſt è Metaph. qvòd cùm aliqvis ſtudet oleo reſtinguere incendium, magis auget: ita fit inſania Horatii major, cùm ad ſtultam potentiorum æmulationem accedit Poëticus furor. 625 Si qvis inventus eſt, qvi plenum carmen ſine furoris inſtinctu ſcripſerit, tunc tu etiam illa ſcribis: Sed falſum illud: Ergò & hoc. 626 Miſſam jam faciam iracundiæ tuæ inſaniam, qvam horrendam rabiem meritò qvis appellaverit. Parecbaſis vel Παρά-ληψις eſt Ironica, qvâ fingit ſe præterire ſilentio velle, qvod exprobrat maximè, dum illum notat extra modum cultui & victui indulgere: unde datur magna ſignificatio non adeſſe conſtantiam. 627 Tot vitia mea enumerare. Verba ſunt Horatii. 628 Non dico, ſive prætermitto jam (inqvit Damaſippus) veſtitum tuum ſumtuoſiorem, qvàm opes tuæ ferant. 629 Tuis te vitiis contineto, qvæ ſatis multa domi habes, mea ne tangito. 630 Non dico jam (inqvit Damaſippus) inſanos tuos amores. Epanodos eſt, ubi ejusdem vocis ſonus in principio ac medio auditur, atqve ibidem Ironica prætermitio iteratur: prætermitto fœditatem tuæ libidinis, qvam tamen patefacit maximè. 631 Periphraſis eſt Synecdochica intemperantium amorum. 632 O Damaſippe, qvi me ſtultior es & inſanior, parcas mihi minori, id eſt, mihi minùs ſtulto,

to, qvàm tu es, maledicere deſinas. Exclamatio eſt Poëtæ non ferentis diutiùs polypragmonicam Damaſippi inqviſitionem, qvâ illius mores diligentiùs excutiebat, qvàm optâſſet.

SATYRA IV.

Sub perſona cujuſdam Catii Philoſophi Epicurei, irridet Epicureorum præcepta ad rem culinariam ſpectantia.

1 UNde, & qvò Catius? 2 non eſt mihi tempus 3 aventi
4 Ponere ſigna novis præceptis; qvalia 5 vincant
Pythagoram, 6 Anytiqve reum, doctumq; Platona.
7 Peccatum fateor, cùm te ſic tempore 8 lævo
Interpellârim; ſed des veniam 9 bonus, oro.
Qvod ſi 10 interciderit tibi nunc aliqvid, 11 repetes mox,

1 Unde venit noſter Catius, & qvò tendit? Communis ſalutandi obvios formula. Dialogiſmus eſt interrogantis Poëtæ, & reſpondentis Catii. 2 Non vacat mihi jam (inqvit Catius) tibi reſpondere. 3 Qvippe qvi arduis jam negotiis occupatus avidè cupiam. 4 Præceptis, de arte culinaria exprimendis & interpretandis, nunqvam à qvodam traditis, nomina imponere & vocabula, quæ ſunt rerum σημεῖα, id eſt, ſigna. 5 Qvalia præcepta vincere poſſint ſapientiam & ſcientias inventas à Pythagora, Socrate, & Platone, Alleg. eſt Meton. effic. 6 Socratem qvi ab Anyto & Melito tanqvam impius & mortis reus accuſatus eſt. Periphr. Syn. gen. 7 Admiſiſſe. Verba Horatii. 8 Tempore tàm inopportuno & intempeſtivo. Metaph ab auſpicibus. 9 Ut benignè, vel pro tua facilitate & bonitate mihi ignoſcas. 10 Exciderit, id eſt, memoriâ effluxerit, oblitus fueris importunâ hac meâ interpellatione. 11 Illud facilè recordaberis, in memoriam revocabis, cujuscunqve etiam materiæ illud opus ſit, qvod tractas, ſive è cauſis naturalibus eſt dependens, ſive

Sive eſt naturæ hoc, ſive artis: 12 mirus utroqve.
13 Qvin id erat curæ, qvo pacto cuncta 13 tenerem,
Utpote res 14 tenues, tenui ſermone 15 peractas.
16 Ede hominis nomẽ ſimul, an Romanus, an hoſpes,
17 Ipſa memor præcepta canam: celabitur 18 autor.
Longa qvibus 19 facies ovis erit, illa memento,
20 Ut ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
21 Ponere: 22 namq; marem cohibent calloſa vitellũ.

induſtriæ humanæ inventum eſt. 12 Tu in utroqve artifex es planè admirandus. Ironia eſt, qvâ intelligit, Catium nihil aut parùm naturæ & ingenii bonitate & arte valere. 13 Profectò (inqvit Catius) id ipſum meditabar, hoc agebam, qvomodo omnia illa præcepta, qvæ paulò antè à præceptore meo audivi, firmâ memoriâ retinerem. 14 Subtiles, & difficilis perceptionis. Polyptôton eſt, ac præterea qvædam Ironia. Ex rebus enim contemplationis altæ & ſubtilis (qvales ridiculè Poëta videtur affingere huic Epicureo Catio, qvæ curam exactam & Philoſophi ſubtilitatem reqvirant) vulgares, & cuiqve facilè occurrentes intelliguntur. 15 Et qvæ non minùs ſubtili ſermone à præceptore meo fuerant explicatæ. 16 Dic mihi nomen illius ſolertiſſimi præceptoris tui, inqvit Horatius: & ſimul expone, ſit-ne ille Romanus natione, an verò peregrinus aliqvis, tùm ſapientiſſimus opſonatoriæ artis magiſter. 17 Ipſa præcepta hujus artis memorabo tibi: autor verò præceptorum illorum, ejusq; nomen à me non divulgabitur. Verba Catii. 18 Eſt hîc qvædam. Synecd. gen. pro magiſtro. 19 Qvibuſcunq; ovis non rotunda, ſed longa forma vel figura eſt. Hoc ſumtum eſt ab homine, cujus facies eſt propria. Doctrinam ſuam bonus ille præceptor, ut cœnam Romani, ab ovis exorſus eſt. 20 Qvippe qvæ ſunt gratioris ſaporis, & interiùs magis candida, qvàm rotunda. 21 In menſam tibi apponere: ut Sat. 2. l. 1. poſitum *ſic tangere nolit.* 22 Illa enim oblonga ova dura, fortia, & tanqvam callo obducta marem vitel-

3 Caule ſuburbano, qvi ſiccis crevit in agris,
)ulcior: 24 irriguo nihil eſt elutius horto.
5 Si veſpertinus ſubitò te oppreſſerit hoſpes,
Je gallina malùm 26 reſponſet dura palato,
7 Doctus eris vivam miſto merſare Falerno:
3 Hoc teneram faciet: 29 pratenſibus optima fungis
'atura eſt: 30 aliis malè creditur. 31 Ille ſalubres
Eſtates peraget, qvi 32 nigris prandia moris
Finiet, 34 ante gravem qvæ legerit arbore Solem:
uſidius 35 forti miſcebat mella Falerno,

1, id eſt, ſemen maſculi in ſe continent, unde pullus ma-
lus naſceretur. 23 Deinde braſſica vel caulis, qvi crevit
agris ſiccis, id eſt, minimè irrigatis, melior eſt caule,
in horto ſuburbano humido naſcitur. 24 Qvippe
horto humido multisqve aqvis irrigato proveni-
, illis nihil eſt inſulſius, inſipidius. 25 Si amicus
lam hoſpes veſpertino tempore ex improviſo tibi ſuper-
erit. 26 Ob carnis duritiem ingrata palato hoſpitis
è reſiſtat, difficulter mandatur & ſapiat: qvomodo Sat.
7. dicet. *Reſponſare cupidinibus*, id eſt, adverſari. Me-
. eſt à participe rationis ad ejuſdem expers. Propriè
1 *reſponſant*, qvi ferociter & aſperè alteri compellanti
ondent. 27 Tùm diſces illam gallinam vivam immer-
& ſic exſtinguere vino Falerno aqvâ permiſto. 28 Hæc
arnem ejus molliculam reddet, ac proinde ori ac ſto-
10 & aptiorem & gratiorem. 29 In pratis provenien-
. 30 Fungis in alio loco natis periculoſum eſt veſci.
le homo diu vivet & valebit. 32 Et maturis. 33 Clau-
terminabit. i.e. qui mora ultimo loco omnium guſtabit.
t illis qvidem, qvæ matutino tempore ex arbore de-
erit, anteqvam gravis Solis calor ingrueret. Meton.
& periphraſis eſt temporis matutini & antemeridiani.
uſtero vino Falerno, id eſt, mulſum ex Falerno & ex
conficiebat.

36 *Mendoſè; qvoniam vacuis committere venis*
Nil, niſi 37 lene, decet: leni præcordia 38 mulſo
39 Prolueris melius. 40 Si dura morabitur alvus,
41 Mitulus, & 42 viles pellent 43 obſtantia concha:
** Et lapathi brevis herba, ſed albo non ſine 44 Coo.*
45 Lubrica naſcentes implent Conchylia 46 Lunæ.
Sed non omne mare eſt, 47 generoſæ fertile teſtæ.
Murice Bajano melior 48 Lucrina Peloris:
49 Oſtrea Circæis, 50 Miſeno oriuntur Echini:
51 Pectinibus patulis jactat ſe molle Tarentum.

36 Idqve faciebat imperitè admodùm. Hoc videtur translatum è ſcriptis & libris, in qvæ dicitur propriè menda vel mendum incidere (unde illa, *mendoſus librarius, mendoſa hiſtoria, mendoſè ſcribuntur*) ad ſignificationem aliorum vitiorúm, ut hîc ad vitioſam τοῦ οἰνομέλιτος. i. e. mulſi conficiendi rationem. 37 Temperatum. 38 Melicrato. 39 Sitiens irrigaveris. 40 Si venter tuus ſeſe non exoneret. 41 Muſculus, ex concharum genere piſciculus. 42 Parvi pretii. 43 Omnia obſtantia in inteſtinis, qvæ ventris meatûs claudunt, propellunt & removebunt. * Et rumex, herba qvæ brevia & acuta habet folia, ventrem etiam evacuat. 44 Sed qvæ herba tamen non adhibeatur ſine vino candido, ſic dicto ab inſula Coa. 45 Lævia; vel, alvum ſolventia & lubricam facientia. Meton. effe. 46 Lunâ creſcente, conchylia plena fiunt. 47 Generoſum conchyliorum, id eſt, ſed non in omnibus maris partibus conchylia inveniuntur. 48 Concha illa, qvæ Pelôris dicitur, & in lacu Lucrino capitur, melior eſt, qvàm concha illa vel murex, qvi in Bajano littore amœniſſimo naſcitur. 49 Oſtrea proveniunt in mari Circæo, ubi Circæum promontorium. 50 Piſces hirſuti, & aculeis armati naſcuntur in Miſeno Bajarum portu, ubi Miſenus, Æneæ nauclerus, undis ſubmerſus periit. 51 De piſcibus os aperientibus, qvi conchas habent ſerratas ad ſimilitudinem pectinis gloriatur Tarentum,

Iec ſibi cœnarum qvivis temerè 52 arroget artem,
3 Ni priùs exactâ tenui ratione ſaporum.
'ec ſatis eſt carâ piſces 54 avertere 55 menſâ,
6 Ignarum qvibus eſt jus aptius, 57 & qvibus aſſis
; Languidus 59 in cubitum jam ſe conviva reponet,
Umber, & 61 ilignâ nutritus glande, rotundas
Curvet aper 63 lances carnem vitantis inertem.
am 64 Laurens malus eſt, 65 ulvis & arundine
66 pinguis.

uliæ oppidum, delicatum & luxu diffluens. 52 Uſur-
ſumat. προκατάληψις opinionis eorum, qvi facilem inſtru-
æ cœnæ rationem exiſtimant. 53 Niſi priùs certò cognitâ &
loratâ ſaporũ ratione, qvæ ſubtilis eſt & difficulter percipi-
54 Piſces à macello piſcatorio caro & magno pretio em-
domum ſuam convertere & portare. Sumtum hoc eſt
ſcatoribus, qvi everriculô piſces capiunt aqvam verren-
55 Meton. eſt ſubj. nempe menſæ & macelli pro pi-
s ibi carè venalibus. 56 Qvi ignarus ſit, qvibuſnam
bus jus magis conveniat. i.e. qvi-nam piſces in patinâ
merſi apponi debeant. 57 Et contrà qvinam illi piſces
qvi aſſi longè ſint dulciſſimi. i.e. qvibus aſſis. i. e. ſine
imento ullo & jure appoſitis. 58 Conviva jam eden-
tiatus inſurget iterùm ad edendum, qvaſi ad novas de-
excitatus. 59 In illum corporis habitum, qvo edere
ibere ſolet. Alludit ad antiqvum ex tricliniis cœnandi
n, è qvibus convivæ accumbentes, corpore leviter in
ũm cubitum reclinato, cibum potumqve tantiſper
ant, dùm eſſent ſaturi. 60 Aper in Umbria natus &
. 61 Ilignæ arboris. 62 Suo pondere curvet, o-
& impleat. Totos enim ponebant apros, ut lances curva-
imè mirandum ſit. Juven. *Qvanta eſt gula, quæ ſibi totos
apros!* 63 Grandes patinas illius viri, qvi carnem
vitat, id eſt, qvi non niſi egregiam carnem, & aprum
rum comedit. 64 Nam aper in agro Laurenti ca-
inqve locis paluſtribus enutritus, malus eſt. 65 Her-
ſtribus, non glande, ut Umber aper. 66 Redditus.

67 Vinea ſummittit capreas non ſemper edules.
68 Fœcundi leporis 69 ſapiens 70 ſectabitur armos.
Piſcibus, atq; avibus qvæ natura, & foret ætas,
Ante meum 71 nulli patuit qvæſita 72 palatum.
Sunt, qvorum ingenium nova tantùm 73 cruſtula promit.
74 Neqvaqvam ſatis in re una conſumere curam:
Ut ſi qvis ſolùm hoc, mala ne ſint 75 vina, 76 laboret;
Qvali perfundat piſces 77 ſecurus 78 olivo.
79 Maſſica ſi cœlo 80 ſupponas vina ſereno,
81 Nocturnâ, ſi qvid craſſi eſt, tenuabitur aurâ,
Et 82 decedet odor nervis 83 inimicus: at 84 ille
Integrum perdunt 85 lino vitiata ſaporem.
Surrentina 86 vafer qvi miſcet fæce 87 Falernâ

67 Vinetum, vel locus vitibus conſitus non ſemper ſuppeditat; capras ad edendum ſive eſui aptas. *Edulis* derivatur ab *edo, es, eſt*. 68 Crebrò prægnantis. 69 Cui palatum ſapit, qvi palato acuto eſt, qvi ad gulam ſapiens eſt. *Sapiens* enim dicitur, qvicunqve rei, de qva agitur, peritus eſt. 70 Præferet carnem illam, qvæ in ſummo circa armos ac ſpinam eſt. 71 Nulli cognita fuit. 72 Ante meam accuratam inqviſitionem. Sapor in lingva & palato conſiſtit. 73 Novas placentas ex melle, farinâ, oleo, lacte, caſeo, aliisqve depromit & excogitat. 74 Non ſatis eſt eleganti opſonatori. 75 Qvæ potat. 76 Curet. 77 Negligens, non curans. 78 Oleo. 79 Vina optima in monte Maſſico nata. Vide Od. 1. l. 1. 80 Nocte ſubjicias, & totam noctem ſub cœlo puro & nitido maneant. 81 Per nocturnam auram attenuabitur & liqveſcet, ſi qvid in illis fæculenti reliqvum eſt. 82 Exſpirabit. 83 Ingratus. 84 Vina Maſſica. 85 Colo & ſacco lineo vinario, per qvem vinum transfunditur, ut purius fiat, quod Catius damnat. Meton. mat. 86 Solers. 87 Cum fæce vini Falerni, ut bonum inde ſaporem con-

Vina

[V]ina, columbino 88 *limum benè colligit ovo:*
[8]9 Qvatenus ima petit 90 *volvens aliena vitellus.*
[T]oſtis 91 *marcentem ſqvillis recreabis, & Afrâ*
[P]otorem cochleâ. Nam 92 *lactuca* 93 *innatat acri*
[P]oſt vinum ſtomacho: 94 *pernâ magis, ac magis* 65 *hillis*
[9]6 Flagitat in morſus refici: 97 *qvin omnia malit,*
Qvæcunqve immundis fervent allata 98 *popinis.*
Eſt operæ pretium duplicis 99 *pernoſcere juris*
Naturam: 100 *ſimplex è dulci conſtat* 101 *olivo,*
Qvod pingui miſcere mero 102 *muriâqve decebit,*
[1]03 Non aliâ, qvàm qvâ Byzantia putruit orca.

[t]rahant. 88 Fæcem. 89 Qvia vitellus ima dolii petit, id [e]ſt, in fundum decidit. 90 Trahens ſecum aliena à natu[r]a vini, id eſt, fæces. 91 Potorem langventem & nimio [c]ibo ac potu omnia faſtidientem iis piſcibus, qvi molli [c]ruſtrâ teguntur, reficies, & ad edendum atqve bibendum [e]xcitabis, innovabis, & cochleâ in Africâ captâ. 92 Lactucam, poſt epulas & vinum largiùs ſumtum, eſitare ſole[b]ant. 93 Subſidere non vult & ita concoctionem impedit. Occupatio eſt: poterat enim quiſpiam dicere, lactucam ad [e]andem rem valere: hoc autem refellit. 94 Suillâ. 95 Te[n]uiſſimis inteſtinis carnibus ſuillis & arvinâ fartis, potiùs qvàm lactucis, in minuta fruſtula conciſis. 96 Conviva [n]auſeans ad mordendum & edendum recreari vult. 97 E[p]anorthoſis, ne qvis fortè putaret ſuperiora edulia tantùm [v]alere ad tollenda compotorum faſtidia, ad qvæ valent et[i]am ſæpè viliſſima qvæqve & immundiſſima. 98 E popi[n]is, id eſt, locis, in qvibus publicè & delicatè parantur & venduntur opſonia. 99 Exactè noſcere & deſcribere. 100 Jus. [1]01 Ex oleo dulci, non graveolente aut corrupto. 102 Ju[r]e & liqvamine piſcium. 103 Non qvalibet muriâ, ſed eâ, quâ balæna aliqva, in mari propè Byzantium capta, in li-

104 *Hoc ubi* 105 *confuſum* 106 *ſectis inferbuit herbis,*
107 *Corycioqve croco ſparſum* 108 *ſtetit;* 109 *inſuper addes*
Preſſa Venafranæ qvod bacca 110 *remiſit oliva.*
111 *Picenis cedunt pomis* 112 *Tiburtia* 113 *ſucco:*
Nam 114 *facie præſtant.* 115 *Venucula convenit ollis.*
Rectiùs Albanam fumo duraveris uvam.
116 *Hanc ego cum malis, ego* 117 *fæcem primus, &* 118 *halec,*
Primus & invenior piper album, cum ſale nigro
119 *Incretum, puris circumpoſuiſſe catillis.*
120 *Immane eſt vitium,* 121 *dare millia terna macello,*

liqvamē liqvefacta eſt. Alii *orcam* interpretantur de fictili vaſe Conſtantinopolitano anguſto ore & amplo ventre. 104 Vinum pingve cum muria. 105 Inter ſe permixtum. 106 Oleribus minutim conciſis igni admotum ebulliendo inferbuit. 107 In Coryco, Pamphiliæ oppido, nato. 108 Incoctum herbis jam deferbuit. 109 Superfundes oleum ex bacca Venafrana expreſſum. 110 Profudit & emiſit. 111 *Picenum* eſt regio Italiæ, hodiè dicta *Marcia Anconitana.* 112 Tiburtina, Tibure nata. 113 Qvoad ſuccum, id eſt, Picena mala ſunt dulciora Tiburtiis. Enumerat jam ſecundæ menſæ fercula, qvæ pomorum erant. 114 Colore & pulchritudine. 115 Uva Venucula, ſi uvam paſſam velis præparare, meliùs in ollis conſervatur. 116 Hanc uvam Albanam paſſam ego primus invenior circumpoſuiſſe in mundis & nitidis catillis. 117 Liqvamen ex vini fæce expreſſum. 118 Aliud genus liqvaminis ex piſcium inteſtinis ſale colliquefactis. 119 Incerniculo, id eſt, cribri genere, purgatum, & à ſuo furfure ſeparatum. Derivatur hæc vox ab *incerno*, id eſt, purgo & ſeparato. 120 Non tolerandum. 121 Tria millia nummorum vel ſeſtertiûm qvoti-

122 *An-*

22 Anguſtoqve vagos piſces urgere catino.
23 Magna movent ſtomacho faſtidia, ſeu puer 124 unctis
25 Tractavit calicē manibus, 126 dùm furta ligurrit:
Sive gravis 127 veteri crateræ limus adhæſit.
28 Vilibus in ſcopis, 129 in mappis, 130 in ſcobe, 131 qvantus
Conſiſtit ſumptus? 132 neglectis, 133 flagitium ingens.
34 Te-n' lapides varios lutulentâ radere 135 palmâ,
36 Et Tyrias dare circum illota toralia veſtes?
37 Oblitum, qvantò curam, ſumptumqve minorē
Hæc habeant, tantò reprendi juſtiùs illis,

diè inſumere piſcibus in macello venalibus. 122 Et in anguſtis patinis grandes piſces, in aqvis vagari ſolitos, coarctare & continere, id eſt, apponere. 123 Magnam nauſeam movent ſordes in poculis & calicibus. 124 Sordidatis. 125 Attrectavit. 126 Dùm carnes, piſces, aliaqve opſonia è patinis ſuffuratur, & clanculùm vorat. Synecd. gen. Al. *fruſta.* 127 Situlæ ſive vaſi ad hauriendam aqvam carioſæ, *vel* antiqvi operis. 128 In ſcopis parvo pretio habendis, qvibus pavimentum verritur. 129 qvibus convivæ manus unctas tergant, ſeu qvibus immunda vaſa, immundamqve ſuppellectilem tergamus. 130 In ſerrarum raſura, qvâ res immundas tergimus. 131 Qvám exiguus ſumtus eſt? 132 Qvæ cùm negliguntur, 133 Admittitur. 134 Te-ne decet, ò Horati, pavimentum ædium tuarum verſicolori marmore conſtratum, &c. Synecd. gen. 135 Scopis lutulentis ex palma contextis verrere? Meton. mat. 136 Et circum Tyrias, id eſt, purpureas veſtes dare illota toralia, id eſt, ſtragulis, qvibus lectus diſcubitorius ſternitur, ſordidis & immundis purpureas tapetas & mappas ſubſternere, & non potiùs contrà, tegere ſordida toralia purpureis ſtragulis? 137 Te-ne immemorem decet, qvantò minùs curæ, & impenſæ reqvirant hæc vilia

Qvæ

Quæ, niſi divitibus neqveunt contingere menſis?
138 *Docte Cati, per amicitiam, Divoſqve* 139 *rogatus,*
140 *Ducere me auditum, perges qvocunqve, memento.*
Nam qvamvis referas 141 *memori mihi pectore* 142 *cuncta,*
Non tamen 143 *interpres tantundem juveris; adde*
144 *Vultum habitumqve hominis; qvem* 145 *tu vidiſſe* 146 *beatus*
Non magni 147 *pendis,* 148 *qvia contigit: at mihi cura*
Non mediocris ineſt, 149 *fontes ut adire* 150 *remotos,*
Atqve 151 *haurire qveam* 152 *vitæ præcepta beatæ.*

utenſilia, tantò etiam rectiùs te reprehendi, qvàm ſi illa deſiderarentur, nempe cari piſces & vina generoſa, qvæ non niſi divites ſolent habere? qvæ ſi non comparent, avaritiæ vitio illis vertitur. 138 Jocoſa eſt Ironia, qvâ cùm videatur ipſius doctrinam probare maximè, valdè tamen improbare intelligitur. 139 Rogo te. 140 Eò, ubi audiam illa præcepta, qvæ tu audiviſti. 141 Memoriter. 142 Omnia illa, qvæ à præceptore tuo audiviſti. Procatalepſis eſt ejus, qvod Catius opponere potuiſſet, ſe viâ ac ratione tradidiſſe artem opſonandi Poëtæ, ut nihil ſuperſit, qvod ipſe deſiderare poſſit. 143 Tu tamen, dum referendo, qvem audiviſti, tantùm interpres ſis, non tantum mihi prodeſſe potes; qvantum principalis præceptor ipſe loqvens. 144 Actum ſive geſtum, & motum præceptoris tui in docendo. 145 O Cati. 146 Felix exiſtens, eò qvòd videris. 147 Æſtimas. Tractum ab antiqvorum conſvetudine, qvi ante ſignatam pecuniam, æs & argentum pendebant. 148 Qvia contigit tibi audire & videre eum docentem. 149 Ut audiam ipſos auctores & inventores hujus doctrinæ, non te tanqvam rivulum. Alleg. è Metaph. notis. 150 Ultimos. 151 Ab eo, tanqvam è perenni fonte. 152 Præcepta in vita humana ſaluberrima.

SAT.

SATYRA V.

ub perſona Vlyſſis Tireſiæ umbram apud inferos conſulentis, Poëta inſidiatores & captatores teſtamentorum deſcribit.

HOc qvoqve, 1 Thireſia, 2 præter narrata, petenti
Reſponde: qvibus amiſſas reparare qveam 3 res
Artibus atqve modis. Qvid rides? Iam-ne 5 doloſo
Non ſatis eſt 6 Ithacam 7 revehi, 8 patrioſq; Penates
Aſpicere? 9 O nulli qvidqvam mentite, vides, ut
Nudus inopſqve domuum redeam 11 te vate; neqve 12 illic

Tireſias fuit vates Thebanus, cujus judicio Juno offenſa, m oculis orbavit. Dialogiſmum de ratione res amiſſas parandi Ulyſſes aggreditur. 2 Præter alia qvæ mihi narſti & expoſuiſti, id eſt, præter illam prædictionem mei recûs in patriam. 3 Opes meas tot calamitatibus & naugio perditas, ob Solis boves à ſociis violatos, contra reſiæ oraculum, poſſim reſarcire. 4 Qvo jure, qvâqve juria. 5 Non-ne ſatis eſt, ô Ulyſſe, tibi aſtuto & fallaci, . Sunt verba Tireſiæ. Al. *doloſe.* 6 Patriam tuam, cu tanto deſiderio viſendæ tenebatur, ut ſapientiſſimus ille immortalitatem dicatur repudiâſſe, ait Cic. l. 2 de Le. & l. 1. de Orat. *cujus rei tanta vis ac natura eſt, ut acam illam in aſperrimis ſaxulis, tanqvam nidulum, xam ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.* Navibus. 8 Θεὺς πατρώυς. Meton. adjunctorum idom pro ædibus, & rurſus harum pro uxore, liberis, reliqve familiâ, qvos Dii permiſerant Ulyſſi poteſtatem nes videndi. 9 Tireſia, qvi ſemper verax inventus es, vit Ulyſſes. Exclamatio eſt admirantis, facto jam peri, veritatem Tireſianæ vaticinationis, qvæ priùs edita at. 10 Omnibus rebus meis naufragio ſpoliatus, dùm cilià ſocii mei boves Solis lædunt, & naufragio pere 11 Te vaticinante, ex tuo vaticinio. 12 In Ithaca, domi meæ.

Aut

Aut 13 *apotheca* 14 *procis* 15 *intacta eſt, aut* 16 *pecus. atqvi*
Et 17 *genus, & virtus,* 18 *niſi cum re, vilior* 19 *algâ eſt.*
20 *Qvando pauperiem, miſſis* 21 *ambagibus, horres;*
22 *Accipe; qvâ ratione qveas diteſcere.* 23 *Turdus,*
Sive aliud 24 *privum dabitur tibi,* 25 *devolet illuc,*
Res ubi magna 26 *nitet, domino ſene: dulcia poma,*
Et qvoſcunq; 27 *feret* 28 *cultus tibi fundus* 29 *honores,*

13 Repoſitorium ſive locus, ubi qvippiam conditur, ut vinum, arma, fruges: ab ἀποτίθεσθαι, id eſt, *fructus condere.* 14 Uxoris meæ Penelopes. 15 Reliqva eſt, id eſt, nullus locus, ubi vinum aut frumentum conditur, non inanitus eſt. 16 Relictum eſt: nam oves pariter & boves conſumti ſunt. 17 Genus meum, qvod per patrem Laërtem, avumqve Arceſium, à proavo meo Jove, Deorum maximo, deduco, id eſt, viri genere clari, & virtute inſignes, qvi ſine re facilè in contemtionem adducuntur. Meton. adj. 18 Niſi cum pecunia & divitiis conjuncta ſit. 19 Herbâ inutili & nullius uſus, qvam mare ejicit. Vide Od. 17. l. 3 20 Qvandoqvidem, qvoniam. Loqvitur Tireſias. 21 Omiſſis eloqventiæ, qvâ es inſtructus, circuitionibus. 22 Cognoſce ac diſce à me. 23 Sive turdus, avis nobiliſſima. 24 Proprium, privatum, rarum, eximium, qvod vulgò non reperitur. Sic Ep. 1. l. 1. *qvem ducit* priva *triremis*, id eſt, ſua, ſive propria: opponitur enim navigio conducto. 25 Celeriter dono mittatur ad divitem ſenem, ne alius ſenem præoccupet. Appoſita feſtinationi Metaph. ab avibus dono mittendis deſumta 26 maximi nummorum acervi fulgent, poſſeſſore eorum ſene exiſtente, & liberis carente. 27 Proferet, producet tibi. 28 Ager benè aratus: à *fundendo* dictus, qvòd qvotannis multa *fundat.* 29 Præſtantiſſimos fructus & frugum primitias & ornatûs. Metaph. ab hominibus: qvalis fuit Od. 17. l. 1. *ruris honores*: qvalis etiam 2. Georg. *Frigidus &*

30 *An-*

30 *Ante Larem guſtet venerabilior Lare* 31 *dives.*
32 *Qvi qvamvis* 33 *perjurus erit*, 34 *ſine gente,* 35 *cruentus*
Sangvine fraterno, 36 *fugitivus; ne tamen illi*
Tu comes 37 *exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.*
38 *Ut ne tegam ſpurco Damæ latus?* 39 *haud ita Trojæ*
Me geſſi, certans ſemper 40 *melioribus.* 41 *Ergo*

ſylvis Aqvilo decuſſit honorem. 30 Anteqvam fructuum primitias Laribus tuis domeſticis offeras. Polyptoton eſt, ac Meton. rei ſignificatæ, pro ſimulacro Laris, cui primariæ fruges deferebantur. 31 Senex dives orbus, qvi majori religione tibi colendus eſt, qvàm Lares: ut à qvo citiùs, qvàm à Laribus, divitiis donaberis. 32 Dives orbus ſenex. Procatalepſis eſt, ubi occupatur & diluitur objectum Ulyſſi. 33 Fraudulentus & ſceleratus. 34 Sine genere, ignobilis, ut libertus vel libertinus: qvod Sat. 6. l. 1. dixit, *nullis majoribus*: contrà *gentilis* eſt, qvi communione nominis cum aliis continetur, ab ingenuis oriundus, cujus nemo majorum ſervitutem ſervivit. 35 Contaminatus, id eſt, fratricida. Virg. 1. Æn. *primo quæ prodita ſomno Tydides multâ vaſtabat cæde* cruentus. 36 Qvamvis ſervus neqvam fuerit. 37 Siniſterior, à ſiniſtra parte loco minùs honorato: ſicut *interior* eſt, qvi tenet partem dextram, magis honoratam. Ita enim Ovid. 5. Faſt. de ſene, cui à juvenibus honor debeatur: *Et medius juvenum non indignantibus ibat, & interior ſi comes unus erat.* 38 Itane verò jubes, inqvit Urlyſſes, ut turpi, vili, & neqvam ſervo Damæ latus claudam, illiqve à ſiniſtro latere inferiori loco incedam. Hujus Damæ mentio fit Sat. 6. l. 1. qvi libertinus factus eſt tandem valdè opulentus. Puto tamen in *Damæ* eſſe ſpeciem qvandam Synecdoches, pro ſordidiſſimo ac viliſſimo homine. 39 Serviliter. 40 Cum optimatibus ac principibus Græcorum, Agamemnone, Menelao, Achille, Ajace, de virtute & gloria contendens. 41 Qvia

Pau-

Pauper eris. Fortem 42 hoc animũ tolerare jubebo.
Et qvondam 43 majora tuli. Tu 44 protinùs, unde
Divitias 45 ærisq́; 46 ruam, dic, 47 augur, acervos.
48 Dixi eqvidem, & dico: captes 49 aſtutus ubiqve
Teſtamenta ſenum: 50 neu, ſi 51 vafer unus & 52 alter
53 Inſidiatorem 54 præroſo fugerit hamo,
Aut ſpem 55 deponas, 56 aut artem illuſus omittas.
Magna, minor-ve 57 foro ſi res 58 certabitur olim,

homines ineſcare, & vilioribus aſſentari non potes, nunqvam rem facies. Tireſiæ concluſio. 42 Ut præter conſvetudinem meam, Damam & infimum qvemqve hominem colam diteſcendi causâ, inquit Ulyſſes. 43 Graviora pertuli. 44 Continuò, deinceps. 45 Nummorum. Metonymia eſt primùm mater. deinde Syned. ſpec. pro qvalibet pecunia. 46 Eruam, effodiam, comparem. Virg. Æn. 11. *& confuſa* ruebant *Oſſa foco*, id eſt, eruebant è focis. Alludit ad avarorum ſenum mores, qvi ſuum theſaurum ſolent humi defodere, aut in arcis concluſum diligenter aſſervare. 47 O augur Tireſia. 48 Loqvitur Tireſias. 49 Aſtutè; vel ſis aſtutus captator inſidiatorqve ſenilis hæreditatis; vel deniqve *aſtutus*, id eſt, aſtutus cùm ſis. Diteſcere qvidem qvamvis ſapiens optat Ulyſſes, ſed aliâ, qvàm Tireſias ſuggeſſerat, ratione. 50 Neve. 51 Circumſpectus. 52 Ex orbis ſenibus. 53 Te captatorem hæreditatis, qvi captandæ hæreditatis causâ munera qvaſi ex inſidiis offers. 54 Prægustato. Alleg. è Metaph. ſubjiciens qvaſi ſub aſpectum mores captatoris, qvi, & ipſius ſenex captandus, comparantur cum piſcatoribus & piſcibus, in qvorum utroqve reqviritur perſeverantia laboris & tolerantia. Unde Mart. de captatore qvodam l. 6. *Munera magna qvidem miſit, ſed miſit in hamo, Et piſcatorem piſcis amare poteſt?* 55 Abjicias ſpem potiundi, id eſt, ne deſperes. 56 Aut fruſtratus ab eo, qvem captabas, artem captandi, id eſt, dolum, omittas, nec inſidiari deſinas. 57 in foro judiciali. 58 Litiga-

Vivet

Vivet 59 uter locuples ſine gnatis, 60 improbus, ultrò
Qvi meliorem audax vocet in jus, illius eſtò
Defenſor: famâ civem, causâqve 61 priorem
Sperne domi, ſi gnatus erit, fœcunda-ve conjux,
62 Qvinte puta, aut Publi (63 gaudent 64 prænomine molles
65 Auriculæ) tibi me 66 virtus tua 67 fecit amicum.
68 Jus anceps novi, cauſas 69 defendere poſſum.
Eripiet qvivis oculos citiùs mihi, qvàm te
Contemtum 70 caſſâ nuce 71 pauperet: hæc mea 72 cura eſt;

bitur, diſceptabitur poſthac ſive de parva re. 59 Duorum illorum litigantium. 60 Eſto *ultrò*, id eſt, non rogatus, *illius vitii improbus defenſor*, id eſt, indefeſſus patronus, qvi ipſe malitioſus meliorem civem, &c. 61 Meliorem ſperne, id eſt, noli ſuſcipere litem ejus, qvi alteri præſtet nominis exiſtimatione ac cauſæ bonitate. 62 Tali autem ſermone ſenem tibi compellandum puta; Qvinte aut Publi. Docet enim hîc Tireſias, compellandos eſſe honorificis prænominibus ſenes divites, à qvibus rem exſpectes. 63 Delectantur. 64 Ingenuitatis aut libertatis, atqve etiam nobilitatis indice. Veteres Romani tribus appellationibus erant nominati, prænomine, qvod erat commune: nomine, qvod erat gentis: cognomine, qvod erat familiæ nomẽ: ut M. Tullius Cicerò. 65 Delicati divites, qvi delectantur blandis appellationibus. Synecd. mem. 66 Non pecunia tua. 67 Ut omnia fauſta tibi cupiam. 68 Ius ambiguum & controverſum, qvod in utramqve partem trahi poteſt. 69 Tanqvam inſignis advocatus. 70 Inani nuce, id eſt, re qvâvis leviſſimâ & viliſſimâ ademptâ. Synecd. ſpec. Plaut. *Non egò nunc emam vitam tuam* vitioſâ nuce, id eſt, uno obolo. Idem: *Te amatorem inventum eſſe inanem, qvaſi* caſſam nucem. 71 Spoliet & pauperiorem reddat. Plaut. *nam boni viri Me* Pauperant, *improbi alunt, augent rem meam mali.* 72 In judicio.

Ne qvid tu 73 perdas, 74 neu ſis jocus, 75 ire domum, atque
Pelliculam curare jube; 76 Sis cognitor ipſe,
77 Perſta, atqve obdura: ſeu 78 rubra Canicula 79 findet
Infantes ſtatuas, ſeu pingui 80 tentus omaſo
81 Furius hybernas canâ nive 82 conſpuet Alpes.
Non-ne vides, [83 aliqvis cubito 84 ſtantem propè tangens
85 Inqviet] 86 ut patiens? ut 87 amicis aptꝰ? 88 ut acer?

73 In judicio, vel alibi. 74 Neve aliis ludibrium ſis, tanqvam qvi res ſuas neqveat defendere. Catul. Jocum *me putat eſſe mœcha turpis.* Ter. *Poſtremò nos jam fabula ſumus.* 75 Qvin tu, ô Ulyſſe, divitem illum domum ire, & corpus curare, id eſt, genio indulgere, atqve de nulla re ſollicitum eſſe jube. Synecd. part. 76 Ejus cauſæ diligens & exactus conſiderator ſis, illamqve tuere fideliter, ut tuam. 77 Perſevera, & nunqvam cauſæ patrocinium deſere. 78 Ardens ſidus cœleſte. Alleg. eſt è perpetuis Metonymiis periphraſticis, id eſt, ſive æſtas calidiſſima ſit, ſive acris hyems ſit, durandum tibi erit. 79 Intenſo ſuo calore torrebit elingves & mutas ſtatuas, qvæ os habent, nec tamen loqvuntur. Metaphora eſt ab homine ad ſermonem nato. Hoc qvidam putant contumelioſè dictum in judices & actores cauſarum, qvi ſæpius fiunt infacundi & indiſerti. 80 Diſtentus pingvibus inteſtinis, id eſt, obeſus, craſſus. 81 Furius Bibaculus Poëta, qvi, cùm brumam deſcriberet, utebatur hoc verſu: *Jupiter hybernas canâ nive conſpuit Alpes.* 82 Teget montes albis nivibus. Metaphora ab animatis corporibus ad Jovem & aërem. 83 Te tanto ſtudio cauſam amici perorantē audiens. 84 Vicinum ſuum. 85 Dicet de re. Imperfecta eſt ac brevis Proſopopœia laudantis diligentiam captatoris. 86 Qvanto labore Ulyſſes ille cauſam amici ſuſtineat, ut laborum patiens ſit? 87 Qvorum cauſas tàm accuratè defendit. 88 Ut for-

89 Plures annabunt thynni, & 90 cetaria 91 creſcent.
Si 92 cui præterea 93 validus malè filius in re
94 Præclarâ 95 ſublatus aletur, ne manifeſtum
96 Cœlibis obſeqvium nudet te, 97 leniter in ſpem
Arrêpe officioſus, ut & ſcribare ſecundus
98 Hæres: &, ſi qvis caſus puerum 99 egerit Orco,
100 In vacuũ venias. 101 Perrarò hæc alea fallit.
102 Qvi teſtamentum tradet tibi cunqve: 103 legendũ,

tis & diligens cauſſarum patronus? 89 Sic plures ſenes ſine liberis & litigatores ad te accurrent, ſua tibi negotia mandaturi, qvi te, qvàm primùm locupletabunt. Alleg. è Metaph. *Thynni* ſunt piſces admodum celeres, qvorum multi capiuntur in Hiſpania, ad columnas Herculis. Vid. Plin. l. 9. c. 15. 90 Vaſa grandiora, qvibus grandiores piſces ſale conditi aſſervantur. 91 Tibi. 92 Alicui civi Romano. 93 Valetudinarius & parùm firmus. 94 In magnis divitiis. 95 Educandus ſuſceptus, qvem pater, ut Terentius loqvitur, decrevit tollere. Virg. Æn. 9. *Non ita me genitor bellis aſſvetus Opheltes Argolicum terrorem inter, Trojaqve labores* Sublatum *erudiit.* 96 Ne obſeqvium ſenis cœlibis tàm apertum ac manifeſtum, indicet & patefaciat te eſſe captatorem hæreditatis. Metaph. à ſpoliatis veſtibus. 97 Senſim & paulatim in ſpem futuræ hæreditatis officiis tuis accede. Metaph. à ſerpentibus, qvorum lapſus plerumqve fugit ſenſum: ita præſtandum eſt ſeni officium, ut, qvâ mente id fiat, minimè ſentiatur. 98 Filio langventi ſubſtitutus. 99 Ad Orcum ſive ad inferos egerit, id eſt, ad mortem perduxerit. 100 In locum hærede vacuum venias. i. e. ut tunc mortuo filio hærede primo in ſolidum & ex aſſe hæres ſcribaris. 101 Hic fortunæ luſus, hic eventus, hic conatus perrarò captatorem fruſtratur. i. e. ſæpiùs benè ſuccedit. Metaph. a luſoribus. 102 Qvicunqve divitum ſenum orborum. Eſt Tmeſis. i. e. ſectio dictionis. 103 Ut cognoſcas, utrum, & qvâ in parte hæres conſcriptus ſis.

104 *Abnuere,* & 105 *tabulas à te* 106 *removere memento:*
107 *Sic tamen,* 108 *ut limis rapias,* 109 *qvid prima ſecundo*
Cera velit verſu: 110 *ſolus, multis-ne* 111 *cohæres,*
112 *Veloci percurre oculo. Plerumqve* 113 *recoctus* 55
Scriba ex Qvinqve-viro 114 *corvum deludet hiantē,*

104 Id recuſare. 105 Teſtamenti. 106 Rejicere, tanqvam id non animadvertas eo nomine fieri. 107 Illas à te removeas. 180 Ut obliqvis oculis, id eſt, ex obliqvo, transversè celeriter legas, qvâ parte tabulæ ſcribaris ſecundus hæres inſtitutus. *Limis* enim dicuntur *legere*, qvi diſſimulant ſe legere qvod legunt, & non rectâ facie, ſed transversâ legunt. Ter. Eun. *ego* limis *ſpecto Sic per flabellum clanculum.* 109 Qvid prima tabula cerata [id eſt, primus verſus, in qvo ſcribebatur nomen teſtatoris] ſibi velit, id eſt, contineat in ſecundo verſu, id eſt, qvem hæredem conſtituerit teſtator. Hoc intelligendum eſt è conſvetudine veterum Romanorum, qvi in tabulis ceratis ſcribere ſolebant. Itaqve *prima cera*, *ſecunda*, *tertia* & *qvarta*, ſignificat primam, ſecundam, tertiam & qvartam partem ſeu tabulam teſtamenti. In prima autem tabula nomen teſtatoris erat ſolùm: in ſecunda nomen hæredis ſcribebatur. 110 An ſolus hæres inſcriptus ſis. 111 Inſtitutus. 112 Curſim perlege, & tacitè celeriterqve nota. 113 Sæpè ſcriba ætate grandis & variis dolis informatus, inqve multis negotiis verſatus, ex Qvinque-viro iterum ſcriba factus eſt, id eſt, ſæpè accidet, ut ſenex aliqvis dives & aſtutus à captatore inſidiis appetitus, ejus ſpem fallat, ut Coranus Naſicam deluſit. Metaph. à rebus coctis & recoctis. Hoc autem ſumtum eſt è fabula Aſonis, patris Iaſonis, cujus rogatu Medea reddidit ipſi Æſoni juventam coqvendo. Vide Ovid. 7. Met. 114. Avidum & inſatiabilem captatorem, & aliorum hæreditati inſidiantem fallet. Metaph. eſt ab ave crudivo-

115 Ca-

115 Captatorqve 116 dabit riſus Naſica 117 Corano.
118 Nûm furis? an 119 prudens ludis me, obſcura canendo?
120 O Laërtiade, 121 qvicqvid dicã, aut erit, aut non:
122 Divinare etenim magnꝰ mihi donat 123 Apollo.
Qvid tamen iſta velit ſibi 124 fabula, ſi 125 licet, 126 ede.
127 Tempore, qvo 128 juvenis Parthis 129 horrendus, (130 ab alto
Demiſſum genus Æneâ, 131 tellure, mariqve
132 Magnus erit; 133 forti nubet 134 procera Corano
Filia Naſicæ, 135 metuentis reddere 136 ſol dum.

rá ad Naſicæ ſoceri captatoris pleonexiam indicandam. 115 Deceptus. 116 Occaſionem ridendi præbebit, & ludibrio erit. 117 Qvem captat. 118 An inſanis? Loqvitur Ulyſſes. 119 Sciens me ludificas, cùm neſcio, qvæ obſcura de Naſica & Corano mihi recitas? 120 O Ulyſſe fili Laërtis, non te ludo. Patronymicum eſt. 121 Qvicqvid dicam aut futurum, illud certò erit, & futurũ eſt, aut qvicqvid dicam non fore, illud non erit. 122 Divinandi artem mihi dedit, ac prædictione futurorum inſtruxit. Sic Virg. Æn. 5. *magnum* dat ferre *talentum.* 123 Cujus oracula, tanqvam ex ſacro Tripode profecta, ſunt certiſſima. 124 De Naſica & Corano, vel, *ſcriba corvum deludet hiantem.* Loqvitur Ulyſſes. 125 Per Proſerpinam. 126 Aperi, declara. Sic ſuprà: Ede *hominis nomen.* 127 Illo. Χρονογραφία, qvando hæc res eſſet eventura: ſc. eo tempore, qvo Parthi Auguſto imperanti redderent ſigna, qvæ Craſſus & Antonius amiſerant. 128 Auguſtus. Syn. gen. 129 Formidabilis. 130 Qvi genus à ſublimi illo Ænea habebit. 131 Terra. 132 Fortis. 133 Diviti Corano in uxorem dabitur. Propriè dicuntur *virgines nubere*, cùm capite velato traduntur viris, ut mos fuit apud veteres. 134 Adulta. 135 Fugientis & nolentis ſolvere genero ſolidum & integrum debitum, id eſt, dotem filiæ. Syned. gen. 136 Syncope pro ſolidum.

Tum 137 gener hoc faciet: 138 tabulas 139 ſocero dabit, atqve
Ut legat, orabit: multùm Naſica 140 negatas
Accipiet tandem, & tacitus leget, invenietqve
Nil ſibi 141 legatum, 142 præter plorare, 143 ſuisq́;
144 Illud ad hæc jubeo: mulier ſi fortè 145 doloſa,
Libertuſ-ve ſenem 146 delirum temperet, 147 illis
148 Accedas ſocius: 149 laudes, 150 lauderis ut abſens.
151 Adjuvat hoc qvoqve: ſed vincit longè prius 152 ipſum
Expugnare caput. 153 Scribet mala carmina vecors,
Laudato: ſcortator erit, cave 154 te roget: 155 ultrò

137 Coranus, cui Naſicæ filia nuptura eſt. 138 Teſtamenti 139 Naſicæ. Corani captatori, & inſidiatori bonorum. 140 Teſtamenti tabulas, qvas ſæpè & diu inſpicere ſe velle negavit. 141 Teſtamento relictum. 142 Prætor ploratum & fletum, eò qvòd ſpe ſuâ deciderit. Antimeria eſt Græcis uſitata. 143 Et ſuæ filiæ. 144 Præterea præcipio & te moneo, qvod ſeqvitur. Aliud Tireſiæ præceptum ad captandum ſenem. 145 Verſuta. 146 Ætate repueraſcentem regat, ejusqve rem domeſticam adminiſtret. Sic Od. 4. l. 3. *qui mare* temperat *Ventoſum.* 147 Liberto, uxori, vel concubinæ. 148 Adjungaris. 149 Laudare debes libertum & mulierem, & qvicqvid agant. Polyptôton. 150 Ab illis. 151 Hoc qvoqve qvod dixi, in captandi arte multùm conducit; illi enim te ulteriùs ipſi domino poſſunt commendare. 152 Sed longè præſtat ipſum caput familiæ, id eſt, ſenem ipſum & dominum capere, ſc. omnia ipſi aſſentando & indulgendo. Metaph. ab expugnatione oppidorum. 153 Si dominus ille ſtultus vel inſanus. 154 Noli tamdiu exſpectare, ut tuæ uxoris concubitum ipſi indulgeas. 155 Sed ſponte tuâ, non rogatus uxorem ei tuam tanqvam potiori promtus concede. Sub Ulyſſis & Penelopes perſonis in-

Pene-

Penelopen facilis potiori trade: 156 putaſ'ne,
157 Perduci poterit tàm 158 frugi, tàmqve pudica,
Qvam neqvière proci 159 recto depellere curſu?
160 Venit enim magnum donandi parca juventus,
Nec tantùm 161 Veneris, qvantùm ſtudioſa 162 culinæ.
Sic tibi Penelope 163 frugi eſt: qvæ ſi ſemel uno
164 De ſene guſtârit, tecum partita 165 lucellum,
Ut canis 166 à corio nunqvam 167 abſterrebitur 168 uncto.
Me ſene, qvod dicam, factum eſt: anus 169 improba Thebis

ſurgit in Romanos putidiſſimos, qvi ſuas uxores, hæreditatis aſſeqvendæ gratiâ, vel invitas ultrò perducebant ad ſenes adulteros. 156 Verba ſunt Ulyſſis ad Tireſiam. 157 Qvòd uxor mea Penolope ad tantum flagitium propelli poterit. 158 Temperans. 159 A recto tramite caſtitatis transverſam deducere. Allegorica eſt Metaph. à viatoribus peritis, qvi nunqvam à recto itinere aberrant, ad ſignificandam fidei conjugalis conſtantiam ac pudicitiæ integritatem. 160 Reſpondet Tireſias. Qvid mirum, procos non potuiſſe uxorem tuam ad ſtuprum perducere? Venerunt enim ad eam juvenes illiberales & parci in magnum aliqvid donando. 161 Rei Venereæ. Meton effic. pro amore, & ſubjectâ ipſi pulchritudine. 162 Ventris, id eſt, juventus potiſſimum propter prandia, cœnas, compotationes & epulas acceſſit. 163 Caſta & pudica eſt. 164 Si ſenis munera ſemel experta fuerit, id eſt, ſi ſemel munera ab uno ſene acceperit. Meton. ſubj. pro opibus ſenis. 165 Lucro, à ſene accepto, tecum communicato. 166 Qvod ſemel comédit. 167 Sic etiam uxor tua ab illo qvæſtu nunqvam demovebitur, ſed ſemper in eo perſeverabit. 168 Pingvi. 169 Aſtuta. Narratio rei præteritæ.

170 *Ex teſtamento ſic eſt* 171 *elata* ; 172 *cadaver*
Unctum oleo largo nudis humeris tulit 173 *hæres*:
174 *Scilicet elabi ſi poſſet mortua* ; 175 *credo*,
176 *Qvòd nimium inſtiterat viventi*. 177 *Cautus adito* :
Neu deſis 178 *operæ ne-ve immoderatus* 179 *abundes*.
Difficilem & moroſum 180 *offendet* 181 *garrulus* ; 182 *ultrò*
Non etiam ſileas. 183 *Davus ſis Comicus, atque*
Stes capite 184 *obſtipo, multùm ſimilis metuenti*.
185 *Obſeqvio graſſare* ; 186 *mone*, 187 *ſi increbruit aura*,

170 A ſe paulò ante mortem condito, id eſt, extremâ teſtatricis voluntate & juſſu in tabulis notato. Metonymia ſubj. 171 A captatore hærede è domo ad ſepulchrum. Ter. Cin. Cn. Effertur; *imus Lucullus familiaris noſter matrem* efferebat. 172 Mortuæ anûs. 173 Eâ lege inſtitutus eſt hæres, ſi corpus teſtatricis oleo copioſo inunctum nudis humeris ad ſepulchrum portaret: ut, ſi excideret cadaver lubricum, ipſe hæres etiam hæreditate excideret. 174 Si fortè anus illa mortua ex humeris hæredis elabi poſſet, qvæ viva captatorem vitare non potuit. Ironia. 175 Ideò factum eſſe. 176 Qvia nimis officiosè ſe apud vivam anum inſinuaverat, 177 Tu verò, ô Ulyſſe, prudens divites orbos aggredere. 178 Officio tuo, qvod à te efflagitatur. 179 Operâ, id eſt, immodicis nimiisqve obſeqviis. 180 Loqvacitate ſuâ. 181 Captator loqvax. 182 Ne ſis etiam deditâ operâ nimis taciturnus. 183 Talis eſto, qvalis inducitur Davus in Comœdiis, nempe ſerviliter & timidè cum hero tuo loqvens. 184 In alterum humerum inclinato, qvi geſtus eſt hominis ad palpandum parati. 185 Qvovis genere obſeqvii incede, & divitem capta, eiqve inſidiare. 186 Senem. 187 Si ventus vehementior factus eſt. Cæſ. *Increbruit Auſter*, Cic. l. 7. Ep. Ventus increbreſcit, *cura ut valeas*.

188 *Cautus*

188 *Cautus uti velet charũ caput*: 189 *extrahe turbâ,*
190 *Oppoſitis humeris*: 191 *aurem ſubſtringe* 192 *loqvaci.*
193 *Importunus amat laudari? donec,* 194 *Ohe jam*
Ad cœlum manibus 195 *ſublatis, dixerit, urge, &*
196 *Creſcentem* 197 *tumidis infla ſermonibus* 198 *utrẽ,*
Cùm te ſervitio longo curâqve 199 *levârit,*
200 *Et certum vigilans, Qvartæ ſit partis Ulyſſes,*
Audieris hæres: Ergò nunc Dama 201 *ſodalis*
202 *Nuſqvam eſt? unde mihi tàm fortem, tàmqve* 203 *fidelem?*

Virg. Æn. 3. Crebreſcunt *optatæ auræ.* 188 Ut ſibi cavens ſeu cautè & prudenter caput ſuum charum tegat valetudinis tuendæ gratiâ. 189 Exime ſenem è nimia hominum freqventia. 190 Opponens humeros tuos turbæ hominum, ne ab illa impellatur. 191 Auribus tuis ſubſtrictis & arrectis finge te attentè auditurum longas ſenis narrationes: unde *ſublatâ aure* dixit Epod. 6. 192 Seni. 193 Importunè & impensè, ita ut non deſinat moleſtus eſſe, ni laudetur. Enallage partis. 194 Donec dixerit, Ohe, jam ſatis eſt. Exclamatio eſt gaudio exultantis. 195 Præ gaudio. 196 Laudibus, id eſt, magis magisqve ſe efferentem. 197 Elatos ac ſuperbos efficientibus. Meton. eff. 198 Hominem vanum & philautum, qvi falſis laudibus & adulationibus velut uter intumeſcit. Alleg. è Metaph. ubi homo philautus & ſtultus comparatur cum utre flatibus repleto, & ſermones tumidi, id eſt, inanes laudationes cum levibus ventis. 199 Morte ſuâ. 200 Et cùm tu certò vigilans, non ſomnians (id enim, qvod maximoperè deſiderat aliqvis, ſomniare ſolet) hæc verba à teſtatore audieris, Ulyſſes qvartæ partis relictorum meorum bonorũ hæres eſto: tùm ſubinde ſparge hæc verba, *Ergo nunc,* &c. 201 Summus amicus meus. 202 Mortuus eſt? 103 Unde mihi tàm potentem & tàm fidelem amicum inveniam aut comparabo, qvalis illè fuit? Apoſiopeſis eſt ad tegendam ſi-

204 *Sparge ſubinde*: & *ſi paulùm potes, illacrymare*: 205 *eſt,*
206 *Gaudia prodentem vultum* 207 *celare*: *ſepulchrũ,*
Permiſſum 208 *arbitrio*, 209 *ſine ſordibus exſtrue*: 210 *funus*
Egregiè factum laudet vicinia. Si qvis
Forte 211 *cohæredum ſenior* 212 *malè tuſſiet*, 213 *huic tu*
Dic, 214 *ex parte tuâ, ſeu fundi, ſive domus ſit*
215 *Emtor*, 216 *gaudentem nummo te addicere.* 217 *Sed me*
218 *Imperioſa* 219 *trahit* 220 *Proſerpina*: 221 *vive, valeqve.*

mulationem doloris valdè apta. 204 Dic plorabundus hæc verba, & exclama *unde mihi*, &c. Metaph. eſt à ſeminibus & liqvoribus ad verba. 205 Licet, utile eſt. 206 Ex verbis teſtamenti percepta. 207 Fictis lachrymis. 208 Qvod tuo arbitratu exſtruendum commiſſum eſt. Teſtator enim vel ipſe ſepulchri modum in teſtamento præſcribit, vel hæredis arbitrio relinqvit. 209 Magnificè, non ſordidè. 210 Pompam funebrem à te factam. 211 Tuorum. 212 Graviter & periculosè phthiſi laborabit, ut veriſimile ſit eum diu non poſſe vivere. Translatum à corpore malè affecto ad animum ægerrimè legatum hujusmodi ferentem. 213 Cohæredi. 214 Relictæ hæreditatis. 215 Sive qvis emere velit fundum vel agrum. 216 Te paratum eſſe viliſſimo pretio fundi pecuniam malle, qvàm hæreditatem retinere, & ſub ſpecie imaginariæ emtionis ipſi velle donare. 217 Tireſiæ umbra apud inferos hæc omnia loqvitur. 218 Qvæ imperium habet in mortuos. 219 Ad deſtinatum apud inferos locum, id eſt, impedit & prohibet. Sic apud Virg. 6. Æn. imminente aurorâ Sibyllæ monitu, umbra Deiphobi Æneam relinqvit. 220 Plutonis conjux, vitæ mortisqve arbitrâ. 221 Ita Comici ſolent ſummam rerum concludere.

SATYRA VI.

Se contentum iis, qvæ habet, vivere, ac plura non optare dicit. Deinde otii ſui, qvo ruri fruitur, commoda cum incommodis negotiorum & moleſtiarum, qvæ vitam urbanam comitantur, comparat.

1 HOc erat in votis: 2 modus agri non ita magnus,
Hortus ubi, & tecto vicinus 3 jugis aqvæ fons,
Et paulùm ſylvæ 4 ſuper his foret: 5 auctius, atqve
Dî melius fecêre: 6 benè eſt; nihil ampliùs oro,
7 Majâ nate, niſi ut 8 propria hæc mihi munera faxis.
9 Si neqve majorem feci 10 ratione malâ rem,
Nec ſum facturus 11 vitio culpâ-ve minorem;

1 Hoc, qvod jam conſecutus ſum, optabam. *Vovere* eſt Deo aliqvid ſanctè promittere: qvòd qvoniam ideò fieri ſolet, ut, qvod optamus, Dei beneficio faciliùs conſeqvamur, hinc *vovere* ſæpè pro optare accipitur. Nec aliud eſt *in votis eſſe*, qvàm optare aliqvid ut fiat. 2 Ut ager modicus mihi eſſet. 3 Perennis ſemperqve fluentis. 4 Præter hæc, id eſt, ultra hortum & fontem perennem ad exiguum agri modulum accederet, ad amœnitatem & umbram æſtatis tempore captandam. 5 Dii cumulârunt me pluribus atqve melioribus bonis, qvàm optavi. 6 Satis eſt mihi, rectè ſe habet. 7 O Mercuri, opum & lucri præſes. 8 Niſi ut hæc munera, qvæ dediſti, facias mihi ſtabilia, firma & perpetua; ut, dùm vivo, ſemper illa poſſideam, nec meum vitæ genus mutare cogar. *Propria* enim dicuntur, in qvibus nemo alius qvippiam juris habet, & qvæ perpetuam adferunt domino poſſeſſionem. Sic Myſis apud Ter. in Andr. cùm qvereretur abalienatum eſſe Pamphilum, conficit *nihil eſſe proprium cuiqvam*, id eſt, firmum ac ſtabile. 9 Anaphora. 10 Si malis artibus, injuriâ aliis illatâ, avaritiâ, aut fraude, divitias meas non auxi. 11 Neqve neqvitiâ luxu-

12 Si

12 Si veneror ſtultus nihil horum: 13 O ſi 14 angulus ille
Proximus 15 accedat, qvi nunc 16 denormat agellum!
O ſi urnam argenti 17 Fors qvà mihi monſtret! 18 ut illi,
Theſauro invento, qvi 19 mercenarius agrum 11
20 Illum ipſum mercatus aravit, 21 dives amico.
Hercule! 22 ſi qvod adeſt, gratum juvat: hac prece 23 te oro,
24 Pingve pecus 25 domino facias, & 26 cætera, præter
27 Ingenium: utq; ſoles, 28 cuſtos mihi maximus adſis.

riâ-ve diminuam. 12 Si nihil horum ſtultè à Diis precor, qvæ proximè dicam. 13 Utinam. Anaphora. Exclamatio eſt inſuper Poëtæ magno animi affectu optantis, & obliqva Proſopopœia avari optantis, qvam alii appellant Miμησιν. Sic Virg. Æn. 8. O, *mihi præteritos referat* ſi *Jupiter annos.* 14 Agri vicini mei. 15 Ad meum agrum addatur. 16 inæqvalem & normæ expertem reddit. Metaph. ab architectis, angulos normæ minimè reſpondentes, corrigentibus. 17 Utinam fortuna aliqvâ ratione vel alicubi oſtendat mihi theſaurum humi defoſſum. 18 Ruſtico olim demonſtravit. 19 Cùm mercenarius eſſet, id eſt, mercede conductus alienum agrum coleret. 20 In qvo arans theſaurum invenerat. 21 Dives factus Hercule, theſaurorum præfecto, propitio, id eſt, ope & favore Herculis. Meton. effic. 22 Si illud, qvod jam tuâ clementiâ poſſideo, gratum eſt & me delectat, eoqve contentus ſum. 23 O Mercuri. 24 Ut boves, oves, &c. in agro meo Sabino pingvefacias. 25 Mihi Horatio. 26 Qvæ mea ſunt. 27 Præter pingve, id eſt, hebes, & ad intelligentiam inhabile. Petit igitur à Mercurio mentem & judicium ſubtile; ſed deprecatur ingenii ſtupiditatem per Metaph. ſatis notam. 28 Tutor & protector. Nam Poëtæ omnes ſub Mercurii tutela ſunt: qvos Od. 17. l. 2. *Viros Mercuriales* appellat.

Ergò

Ergò ubi me in 29 montes, & 30 in arcem ex 31 Urbe 32 removi,
33 Qvid priùs illuſtrem Satyris, 34 Muſaq́ pedeſtri?
35 Nec mala me ambitio perdit, nec 36 plumbeus Auſter
Autumnusqve 37 gravis, 38 Libitinæ qvæſtus acerbæ.
39 Matutine pater, ſeu Jane libentiùs 40 audis,
41 Unde homines 42 operum primos 42 vitæq́ labores

29 In montem Sabinum, ubi villa mea ſita eſt. Synecd. gen. ſive num. Precatus Mercurium rerum ſuarum conſervationem, paucis edocet, qvid ruſtica vita, jucunda, ſimplex & nullis morbis obnoxia, differat ab urbanâ, plenâ tædii, moleſtiæ & ambitionis laborioſæ, non ſine valetudinis injuriâ. 30 In villam meam Sabinam, tanqvam propugnaculum in monte poſitam. Metaph. à præſidiis locisqve benè munitis. 31 Româ. 32 Recepi. 33 Qvid tùm potiùs carmine celebrare debeam, qvàm Satyros, Panas, Faunos, & Muſas agreſtes & Nymphas, qvorum auxilio tutus & ſecurus vitam ruſticanam ago. 34 Synecd. ſpec. & Meton. pro carminibus in illarum honorem decantatis. 35 Qvando in agro ſum, nulla honoris perverſa cupiditas ſeu φιλοτιμία me inqvietat. Anaphora. 36 Inſalubris, efficiens corpora gravia & pigra, morbosqve inducens. Et ſic *plumbeos* vocamus *homines* tardos atqve hebetes. Metaph. à metallo omnium graviſſimo, & Meton. effe. 37 Varios môrbos concitans 38 Exiſtens emolumentum duriſſimæ mortis, id eſt, cùm multi in Autumno intereunt, quæſtum faciunt ii, qvi in funeribus procurandis ſunt occupati, dicti *Libitinarii*, à *Libitinâ*, funerum Deâ: in cujus templo vendebantur funeribus neceſſaria, tantò majore qvæſtu, qvantò plures moriebantur. 39 A *Matutâ*, id eſt, aurorâ, qvæ cujusqve diei pars præcipua eſt. Altera eſt imploratio per qvandam Apoſtrophen. Priùs enim ſermo inſtitutus fuerat cum Mercurio, qvem inde nunc avertit ad Janum per correctionē nominis gratioris. 40 Appellaris. 41 A qvo. 42 Vi-

43 *Inſti-*

43 Inſtituunt 44 (ſic Dîs placitum) tu 45 carminis eſto
Principium. 46 Romæ ſponſorem me rapis: eja.
47 Ne prior officio qviſqvam reſpondeat, urge:
Sive Aqvilo 48 radit terras, ſeu bruma 49 nivalem
50 Interiore diem gyro trahit, ire neceſſe eſt.
51 Poſtmodò, qvod mî obſit, clarè, certùmqve locuto,
Luctandum in turba: facienda injuria 52 tardis.
53 Qvid vis inſane? & qvas res agis? 54 Improbus urget
55 Iratis precibus: 56 tu pulſes omne, qvod obſtat,
Ad Mæcenatem memori ſi mente 57 recurras:

tæ operoſæ, moleſtæ & difficilis, putà urbanæ. ἓν διὰ δυοῖν, id eſt, *unum per duo.* 47 Matutino tempore incipiunt. 44 Sic viſum eſt Diis, ut tuo ductu & auſpicio res & opera humana inchoentur. 45 Mei. 47 Romæ cùm ſum, ô Jane, tu cogis me eſſe fidejuſſorem, id eſt, pro aliis ſpondere. 46 Impelle me alacriter ad hoc officium ſpondendi alicui amico præſtandum, ne qvis me officioſior exiſtat, atqve hanc mihi laudem præripiat. 48 Perſtringit, devaſtat ſuo flatu, id eſt, ſive Aqvilo flat. 49 Frigidiſſimum. 50 Breviſſimo temporis ambitu & circulo contrahit, id eſt, qvamvis dies ſit breviſſimus & frigidiſſimus, neceſſariò tamen eundum eſt mihi ad ſpondendum pro alio. 51 Poſteà mihi, qvi clarè & certis conceptis verbis promiſi fidejuſſionem mihi nocituram (cùm ſpondenti plerumqve noxa præſto ſit) elaborandum eſt in magnâ hominum copiâ, ut antè alios pro amico ſpondeam. 52 Tardiùs incedentes retrudendo perrumpendi ſunt, qvod non fit ſine injuriâ 53 Verba ſunt ejus, qvi ab Horatio properante in turbâ impellitur. 54 Ut qvi in urgendo Horatio nullam habeat rationem venti, tempeſtatis, &c. 55 Diris imprecationibus me inſectatur. 56 O Horati, tibi licet pulſare, & è loco movere, qvicqvid obſtat eunti. 57 Feſtines, tuaqve jam negotia ita omnia ex-

58 Hoc juvat, & melli eſt: non mentiar: at ſimul atras
Ventum eſt 59 Eſqvilias, 60 aliena negotia centum
Per caput, 61 & circa ſaliunt latus. 62 Ante ſecundã
Roſcius orabat, ſibi adeſſes ad Puteal cras:
63 De re communi ſcribæ magnâ atqve novâ te
Orabant hodiè meminiſſes, Qvinte, reverti:
64 Imprimat his, cura, Mæcenas ſigna tabellis.
65 Dixeris, experiar: 66 Si vis, potes, addit, &
67 inſtat.
68 Septimus octavo propior jam fugerit annus,

pedire, & alia tædia effugere poſſis. 58 Reſpondet Horatius, hoc (ſc. ire ad Mæcenatem) me delectat, & gratum eſt mellis inſtar. Metaph. & Ironia, cùm nihil pejùs oderit tali ſollicitatione. 59 Simulac ad ædes Mæcenatis veni, qvæ erant in Eſqviliis lugubribus propter mortuorum funera & ſepulchra. 60 Infiniti & innumeri procuratores hominum & litigatores me undiqve implicant negotiis, Meton. adjunctorum pro ſubjectis ſollicitatoribus: deinde Synecd. finit. pro infin. 61 Omni ex parte me adoriuntur. 62 Ibi unus Roſcii nomine ſic me alloqvitur: Roſcius, herus meus, te, ô Horati, orabat, ut cras ante horam ſecundam in foro Romano ad Puteal Libonis, id eſt, ad locum, ubi Prætor jus dicebat, in ſua causa advocatus adſis. Sic Ep. 19. l. 1. *Forum, Putealqve Libonis Mandabo ſiccis.* 63 Alius nuncius à ſcribis miſſus, ſcribæ, inqvit, ô Qvinti, orabant, ut meminiſſes hodiè ad ſe reverti de re, qvæ ad rempublicam pertineat, atqve adeò de re magna & nova tecum locuturi. 64 Alius, ô Horati, inquit, da operam, ut Mæcenas tuus has tabellas meas inſigni ſuo obſignet, & ſubſcribat. 65 Qvòd ſi tùm reſponderis, Tentabo an Mæcenas velit ſubſcribere. 66 Potes, ſi modò velis, efficere, ut tabulæ obſignentur à Mæcenate. 67 Urget. 68 Septimus annus elapſus eſt ſive præteriit, ferè octavus, ex quo,

Ex qvo Mæcenas me cœpit habere 69 ſuorum
In numero; 70 duntaxat ad hoc, 71 qvem tollere rhedâ
Vellet, 72 iter faciens, & cui concredere 73 nugas
74 *Hoc genus; 75 Hora qvota eſt? 76 Thrax eſt Gallina Syro par?*
77 *Matutina 78 parùm cautos jam frigora 79 mordēt,*
80 *Et qvæ 81 rimoſâ benè 82 deponuntur in aure.* 46
83 *Per totum hoc tempus ſubjectior in diem & horam* &c.

69 Amicorum. 70 Expoſitio cauſæ finalis familiaritatis cum Mæcenate, non tàm ut moleſtias pro aliis intercedendi apud Mæcenatem evitet, qvàm ut ſignificet, qvo loco apud Mæcenatem ſit, nempe ad nugandum & jocandum cum eo. 71 Qvem vellet ſecum recipere in rhedam. 72 Aliqvò. 73 Non res ſerias. 74 Hujus generis, *vel*, qvale eſt hoc nugarum genus, qvod dicam. 75 Mæcenas me interrogat. 76 Ille Gallina gladiator ex Thracum numero parmulam & enſem incurvum geſtans, eſt-ne ille Syro, alteri gladiatori, viribus æqvalis? E jocoſis percunctationibus Mæcenatis tres hîc enumerantur: prima eſt de diei tempore: hæc eſt altera de præſtantia gladiatoris: tertia deniqve de mutata cœli affectione. 77 Matutino tempore: præſertim ſub exitum Septembris. 78 Illos, qvi incauti adverſus hyemem parùm ſeſe munierunt, & æſtivâ veſte adhuc utuntur. 79 Infeſtant, pungunt, lædunt. Translatum ab animato ad inanimatum. 80 Hæc & ſimilia Mæcenas mihi tantùm concredebat, qvæ poſſent garrulis ſine periculo committi & divulgari. 81 Homini rimarum pleno, & hac atqve illac perfluenti, ut ait Terentius. *Rimoſam* ergò vocat *aurem*, qvæ infuſa non ſervet, ductâ à vaſis, rimarum plenis, Metaphorâ. 82 Sumtum eſt à bajulis, qvi *onera deponere* propriè dicuntur: contrà atqve dictum fuit Od. 27. l. 1. *qvicqvid habes, age, Depone tutis auribus*: ubi promittitur fidelis cuſtodia dictorum. 83 Per totum hoc ſeptennium magis ac magis invidiæ obnoxius ſui, id eſt, majorem mihi collegi invidiam multo-

Invi-

Invidiæ: 84 noster ludos spectaverat unà,
Luſerat in campo: 85 Fortunæ filius, omnes.
86 *Frigidus 87 à Roſtris 88 manat per compita*
rumor;
Qvicunqve obvius eſt, me 89 conſulit: 90 O bone
(nam te
Scire, 91 Deos quoniam propius contingis, oportet)
Numquid 92 de Dacis audiſti? 93 Nil eqvidem.
94 Ut tu
Semper eris 95 deriſor! at omnes Di 96 exagitent me,

rum ex hac familiaritate. 84 Noſter Horatius, id eſt, qvi eſt noſtri loci atqve ordinis, & homo plebejus & privatus, (ut nos (dicunt de me omnes invidi) Fortunæ filius, id eſt, homo propter tanti viri amicitiam omnium fortunatiſſimus, unà cum Mæcenate ludos gladiatorios ſpectaverat, unà cum ipſo in Amphitheatro fuerat, & in campo Martio luſerat. Proſopopœia vulgi invidentis Poëtæ. 85 Sumtum eſt à ſuperſtitione Ethnicorum, qvi facerent Fortunam Deam, ſummè potentem in aliis evehendis, & aliis deprimendis: ſed hîc accipitur pro homine raræ felicitatis apud Principes ex opinione vulgi. 86 Si nuntius triſtior & hominibus timorem atqve horrorem adferens de eruptione hoſtium in imperium Romanum. Meton. effe. 87 Ortus. In Roſtris leges ferri ſolitæ, agi cauſæ, ad populum haberi conciones. 88 Percrebreſcit, vagatur, diſſipatur per trivia & qvadrivia. Sumtum eſt ab aqvis, qvarum more diffluit rumor, cum diſſipatur. 89 Interrogat. 90 Horati. 91 Auguſtum, Mæcenatem, Agrippam, & alios ſummos heroas, qvos colis & freqventas, & qvibus familiariter uteris. Sumtum eſt à divinis ad humana extollenda. 92 Qvibuſcum tùm bellum gerebant Romani. 93 Harum rerum ſcio aut audivi, inqvit Horatius. 94 Sunt verba percunctatoris. 95 Amicorum tuorum, qvi ſimules te ignorare, qvæ omnia accuratè perноſti. 96 Perdant. Exclamatio imprecantis, ſub certa le-

97 Si qvidqvam. 98 Qvid? militibus promiſſa 99 Triqvetrâ
Prædia 100 *Cæſar, an eſt Italâ tellure daturus?*
Iurantem me ſcire nihil, 101 *mirantur, ut unum*
Scilicet egregii mortalem, altiqve ſilenti.
102 *Perditur hæc inter* 103 *miſero lux, non ſine* 104 *votis:*
105 *O rus, qvando ego te aſpiciam? qvandoqve licebit,*
Nunc 106 *veterum* 107 *libris, nunc ſomno,* 108 *& inertibus horis*
109 *Ducere ſollicitæ jucunda oblivia vitæ?*
O qvando 110 *faba Pythagoræ cognata,* 111 *ſimulqve*

ge & conditione. 97 Harum rerum ſcio. 98 Qvid? [inqvit percunctator) an Auguſtus prædia veteranis militibus promiſſa daturus eſt ex Sicilia, an ex Italia? 99 Sicilia dicta eſt *Triqvetra*, à tribus promontoriis (ἄκρας Græci vocant) *Pachyno, Peloro*, & *Lilybæo*, ut & *Trinacria*: Ovid. 4. Faſt. *Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æqvor, Trinacris à poſitu nomen adepta loci.* 100 Synecd. gen. pro Auguſto. 101 Mirantur me ut fidelem arcani cuſtodem. 102 Conſumitur dies inter hæc tædia & hæc nugatoria in urbe Roma. 103 Mihi in miſeriis, ſed non ſine optatis. 104 Optatis, qvando ſc. avidè ad rus meum anhelo. 105 Triplex eſt exclamatio optantis priſtinam & ruſticam commoditatem. 106 Philoſophorum. 107 Legendis. 108 A negotiis urbanis ſolutis, qvæ dantur joco & otio. 109 Hujus urbanæ vitæ ſollicitudines & moleſtias obliviſci. 110 A qva Pythagoras abſtinuit, tanqvam conſangvineâ, & qvaſi ſibi cum eo cognatio aliqva eſſet. Hoc Tropo notatur μετεμψύχωσις Pythagorica, qvi à multis eduliis temperabat, qvòd putaret animos parentum, aut propinquorum illùc incluſas. Lege Cic. l. 1. de Divin. 111 Cum

Uncta

Uncta ſatis pingui 112 *ponentur oluſcula lardo?*
113 *O noctes, cœnæqve Deûm! qvibus ipſe,* 114 *meiq;,*
115 *Ante Larem proprium veſcor,* 116 *vernasqve procaces*
Paſco 117 *libatis dapibus, prout cuiqve* 118 *libido eſt,*
119 *Siccat inæqvales calices conviva,* 120 *ſolutus*
Legibus 121 *inſanis: ſeu qvis cupit* 122 *acria fortis*
Pocula, 123 *ſeu modicis humeſcit lætius.* 124 *Ergo*
125 *Sermo oritur,* 126 *non de villis, domibusq; alienis,*
Nec malè, 127 *nec-ne* 128 *Lepos ſaltet; ſed, qvod magis ad* 129 *nos*

illâ. 112 Mihi apponentur. 113 O nocturnæ cœnæ ſvaves & jucundæ, qvæ nocte in ſummo ſilentio, maximâqve qviete apparantur, danturqve Diis hominibusqve jucundè ſine luxu, & qvas placidus ſomnus conſeqvitur. Metaph. 114 Domeſtici. 115 Ante Deum domeſticum & familiarem, non ante Deos Domeſticos communes & Romæ. 116 Audaces & petulantes ſervos ex ancillis meis natos. *Procari*, poſcere eſt (inquit Feſtus) undè *procaces* meretrices ab aſſiduè poſcendo. 117 Diis per pietatem libatis; *vel*, ex qvibus ego priùs deguſtavi, qvantum volui, & qvantum ſatis eſt. De vernis enim loqvitur, qvi herilis menſæ reliqviis paſcebantur. 118 Libitum eſt. 119 Ebibit calices magnos aut parvos, pro ſuo qvisq; arbitratu, id eſt, qvi plus poteſt bibere, plus bibit; qvi minùs poteſt, non cogitur, ſed animo ſuo obſeqvitur, nec ſupra vires ſuas bibit. 120 Liber. 121 Qvibus convivæ æqvales calices ebibere coguntur. Notat τὴν ἀρχιποσίαν, id eſt, magiſterium & arbitrium bibendi ex aliena libidine & præſcripto. 122 Grandiora pocula tanqvam ſtrenuus potor exhaurire cupit. Al. *capit.* 123 Sive modico potû delectatur, uniuſcujusqve relinqvitur arbitratui. 124 Dum ita tanqvam ſobrii genio indulgemus. 125 Inter nos convivas oritur ſermo convivalis. 126 Sicut ſolent fœneratores urbani. 127 An benè. 128 Saltator inſignis, cujus jucundâ ſaltatione plurimùm Auguſtus delectabatur. 129 Hos

Pertinet, & neſcire 130 *malum eſt,* 131 *agitamus:*
Divitiis homines, an ſint virtute beati: (*Utrum-ne*
Qvid-ve ad amicitias, 132 *uſus, rectū-ve trahat nos,*
Et qvæ ſit natura 133 *boni,* 134 *ſummumq́; qvid ejus.*
135 *Cervius,* 136 *hæc inter, vicinus* 137 *garrit aniles*
Ex re fabellas: nam ſi qvis laudat 138 *Arelli*
139 *Sollicitas* 140 *ignarus opes,* 141 *ſic incipit:* 142 *Olim*
Ruſticus urbanum murem mus paupere fertur
143 *Accepiſſe* 144 *cavo,* 145 *veterem vetus hoſpes amicum:*
146 *Aſper* 147 *& attentus qvæſitis,* 148 *ut tamen arctum*

mines. 130 Turpe. 131 Inter nos tractamus. 132 An utilitas ſive emolumentum, an honeſtas nos allicere debeat. 133 Qvod ſemper poſſeſſorem ſuum meliorem reddit. 134 Et qvid nam ejus boni ultimum ſit; ſive qvid ſit ſummum bonum, ad qvod homo in univerſâ vitâ actiones ſuas dirigere debeat. 135 Unus è convivis, & jucundus vicinus ruſticus. 136 Axiomata Philoſophica, haſce egregias qvæſtiones. 137 Jucundè narrat vulgares fabulas Æſopicas ridiculas qvidem; ſed à propoſitis qvæſtionibus non alienas, & audientibus utiles. 138 Divitis fœneratoris avari. 139 Anxiè partas, & majori anxietate cuſtoditas, *Vel*, efficientes homines ſollicitos. Meton. eſſe. 140 Divitiarum naturæ; id eſt, non expertus, qvantas ſecum curas trahant divitiæ. 141 Cervius talem fabulam ex Æſopo recitat. Proſopopœia eſt ſine admonitione tamen depoſitionis, qvam habuit apparatus ad hæc verba: *Cervius hæc inter*, &c. 142 Qvondam. 143 Hoſpitio & convivio. Hoc verbum eſt convivatoris Cic. *Non multi cibi hoſpitem* accipies. Ter. Accipit *hominem nemo melius prorsus, neqve polixius.* 144 In anguſtâ foſsâ ſubterraneâ. 145 Polyptoton. 146 Qvi mus ruſticus durus & laborioſus erat, non ut urbanus, mollis & delicatus. 147 Et opibus ſuis acqviſitis parcus. 148 Ira tamen ut ani-

149 *Sol*

149 *Solveret* 150 *hoſpitis animum*; 151 *qvid multa?* 152 *neqve illi*
Sepoſiti ciceris, nec longæ invidit avenæ:
153 *Aridum & ore ferens acinum* 154 *ſemeſaqve lardi*
Fruſta dedit; cupiens 155 *variâ faſtidia cœnâ*
156 *Vincere tangentis malè ſingula dente ſuperbo;*
Cum 157 *pater ipſe domus*, 158 *paleâ porrectus in hornâ*
159 *Eſſet ador*, 160 *loliumqve*, 161 *dapis meliora relinqvens.*

mum ſuum parcum & tenacem hoſpitibus accipiendis laxaret, ac liberaliorem redderet. 149 Sumtum eſt à corporibus *ἀλληγορικῶς* ad animum, qvi ſæpius eſt nimis parcus & reſtrictus, relaxandum ex anguſtiis, ut corpora ſolemus nimis arcta & aſtricta laxare. 150 Hoſpitibus advenientibus: abſtractum pro concreto: ſic & *vigiliæ*, *præſidia*, &c. pro vigilibus, præſidiariis. 151 Sed qvid multa dicam? Hoc loqvendi genus uſurpatur, cum orationem volumus in pauca contrahere. 152 Neqve mus ruſticus invidit illi, id eſt, benignè conceſſit urbano muri & appoſuit ei liberaliter cicer, æſtatis tempore à ſe collectum & conditum, & longam avenam. Hellenismus, qvo dicitur *φθονῶ σοι τούτου*. 153 Uvas deſiccatas. Synecd. partis. 154 Et ſuillam corroſam & ſemeſam. 155 Variis ferculis, varietate eduliorum. Metaph. à coloribus, qvi propriè dicuntur varii. 156 Depellere nauſeam muris urbani, qvi in urbe delicatiùs antè nutritus, contemtim & faſtidiosè ſingula, quæcunqve à mure ruſtico apponebantur, attingebant. 157 Mus ruſticus princeps villæ. Synecd. gen. atqve ſimul Metaph. ab agricolis, qvi præſunt ſuæ familiæ, qvæ intelligitur nomine *domus*. 158 In paleâ hujus anni ſtratus recubans. 159 Ederet ador, farris & frumenti genus. 160 Herbam aliis ſegetibus pernicioſam: ideòqve *infelix lolium* eſt Virgilio. 161 Epulas meliores & delicatiores hoſpiti relinqvens.

162 Tandem 163 urbanus 164 ad hunc, Qvid te juvat, (inqvit) amice,
165 Prærupti nemoris patientem vivere 166 dorſo?
Vis tu homines urbemqve 167 feris præponere ſylvis?
Carpe viam, (mihi crede) 168 comes; 169 terreſtria qvando
Mortales animas vivunt ſortita, Neqve ulla eſt
170 Aut magno aut parvo lethi fuga: 171 qvo, bone, circa,
Dum licet, 172 in rebus jucundis vive beatus:
Vive memor, 173 qvam ſis ævi brevis. 174 Hæc ubi dicta
Agreſtem pepulere, 175 domo levis 176 exilit: inde

linqvens. 162 Poſtqvam diu obticuit. Proſopopœia imperfecta interſeritur perfectiori muris urbani ad meliorem vitæ cultum cohortantis ruſticum, cui hic poſtremò inducitur reſpondens, non ſibi urbanam vitam, tot moleſtiis implicatam, placere. 163 Mus. 164 Murem ruſticum. 165 Alti, excelſi. 166 In clivo montis patienter vivere. Metaph. eſt ab animalibus, qvibus propriè hæc poſterior pars corporis in hominibus, ſuperior in beſtiis, tribuitur, dicta Feſto, qvòd deorsùm ſit devexa. 167 Deſertis, inamœnis. i. e. viſ-ne cultum vitæ humaniorem & gratiorem ſeqvi, ferino & agreſti relicto? 168 Comitare me in urbem. Sic Virg. Georg. 3. *injuſto ſub faſce viam cum carpit.* 169 Qvandoqvidem terreſtria animalia mortales animas conſecuta ſunt, breviqve morientur. 170 Aut nobili, aut ignobili animali. 171 Qvocirca, ô bone vir. Tmeſis. 172 In voluptate. 173 Qvam brevi tibi moriendum ſit. 174 Poſtqvam hæc verba muris urbani murum ruſticum impulerunt, ut vitæ genus & habitandi rationem commutaret. 175 E cavo antro. 176 Cum mure urbano.

Ambo

Ambo propoſitum peragunt 177 iter, urbis 178 aventes
Mœnia 179 nocturni 180 ſubrepere. 181 Jamq; tenebat
Nox medium cœli ſpatium, 182 cùm ponit uterq;
In locuplete domo veſtigia: rubro ubi 183 cocco
Tincta ſuper 184 lectos 185 canderet veſtis eburnos,
Multaqve de magna ſupereſſent 86 fercula cœnâ,
Qvæ procul 187 exſtructis inerant 188 heſterna caniſtris.
Ergò ubi purpureâ 189 porrectum in veſte locavit
Agreſtem, 190 veluti ſuccinctus curſitat 191 hoſpes,
192 Continuatqve dapes, nec non 193 vernaliter ipſis
Fungitur 194 officiis, 195 prælambens omne, qvod
affert.

177 Urbem verſus. 178 Deſiderantes. 179 Noctu ſive nocturno tempore. Antimeria eſt. 180 Rependo ſubire. 181 Jamqve nox intempeſta erat, cùm ſilent omnia. 182 Cùm uterqve mus urbem ingreditur. 183 Purpurâ. 184 Diſcubitorios. 185 Splenderet, ruberet ſtragula veſtis. *Candere* enim & *candeſcere* non ad colorem tantùm referuntur, ſed ad igneum illum ſplendorem, qvi in accensâ qvavis materiâ cernitur, ut *candens ferrum*, *carbo*, *favilla*, ac ſimilia. Pulchrè igitur Poëta *candentem in rubro cocco veſtem* depingit, ob ardorem ſc. purpuræ. 186 Multi ciborum miſsûs. Qvæcunqve enim in menſam ferri ſolent, ſic appellantur. 187 In caniſtris ordine diſpoſitis & exornatis. 188 Ex heſterna cœna adhuc reliqva. 189 Murem ruſticum ſtratum vel accumbentem in purpureâ veſte ſtragulâ, qvâ lectus erat inſtratus, mus urbanus collocavit. 190 Inſtar ſervi ad miniſtrandum expeditus. 191 Mus urbanus circumcurſat. 192 Continenter fercula ferculis apponit, dapes dapibus accumulat. 193 More ſervi in ædibus nati, qvi prægustare ſolet. 194 Miniſtrandi. 195 Prægustans qvicqvid illi apponit, ne qvid conviva putaret veneni ſubeſſe.

196 Ille cubans gaudet mutatâ ſorte, 197 boniſq; 110
Rebus agit lætum convivam: cùm ſubitò ingens
Valvarum ſtrepitus 198 lectis excuſſit utrumqve.
199 Currere per totum pavidi conclave, magiſqve
200 Exanimes trepidare, 201 ſimul domus alta 202 Moloſſis
Perſonuit canibus. 203 Tum ruſticus, Haud mihi vitâ (204
Eſt opus hâc (ait) 205 & valeas me ſylva, 206 cavuſqve 116
Tutus ab inſidiis tenui 207 ſolabitur 208 ervo.

196 Mus ruſticus recumbens in ſtragula purpurea gaudet vitæ genere mutato. 197 Et ob res jucundas præbet ſe lætum convivam, & frontem exporrigit. 198 E lectis diſcubitoriis & purpureis utrumqve murem metu exanimem exturbavit. 199 Illi verò currebant exanimes per totum locum ſeparatum in interioribus tectis. 200 Et majori metu perculſi trepidabant. 201 Simulac magnificè exſtructum conclave. 202 Canibus Epiroticis, à *Moloſſa*, civitate Epiri, ubi canes robuſti gignuntur. 203 Poſtqvam ad ſe rediit, mus ruſticus ait. 204 Urbanâ tam pavidâ. 205 Valeat & diſcedat à me hæc vita urbana, turbulenta & timoris plena: qvod per contemtum dicitur. Sic Ep. 1. l. 2. *Valeat res ludicra.* 206 Et caverna mea, qvam inhabito. 207 Eſurientem ſuſtentabit & ſublevabit. Sic Virg. Georg. 1. *Concuſſáqve famem in ſylvis* ſolabere *qvercu.* 208 Lolio, aliiſqve vilibus leguminibus.

SATYRA VII.

Horatius inducit ſervum vehementer dominum ſuum increpantem, qvod aliter vivat, qvàm promiſerat, aut præ ſe ferat.

JAmdudum 1 auſculto, & cupiens tibi dicere 2 ſervus

1 Audio te loqventem, ô here. Exordium Comicum, ex interrupto, puta ab officio ſervi cordatioris, & in herum ſuum benignioris: ait enim ſe patienter audire qvid dicat, imperet, velit; ſe qvoqve videre qvid meditetur, qvid agat, non audere tamen ſe ei, qvod novit, indicare. 2 Servus cùm ſim.

Pauca

Pauca, 3 reformido. 4 Davus-ne? 5 Ita, Davus, amicũ
Mancipium Domino, 6 & frugi, qvod ſit ſatis, hoc eſt,
Ut vitale putes. 7 Age, libertate Decembri
(Qvando ita majores voluerunt) utere; narra.
8 Pars hominum vitiis 9 gaudet conſtanter, 10 & urget
Propoſitũ: pars multa 11 natat, modo 12 recta capeſſens,
Interdum 13 pravis obnoxia. Sæpe 14 notatus
15 Cum tribus annellis, 16 modo lævâ Priſcus inani,
Vixit 17 inæqvalis, 18 clavum ut mutaret in horas;

3 Metuo, ne à te vapulem. Non ignorabat enim domino ſuo eam vitæ & morum turpitudinem auditu fore injucundam. 4 Davuſ-ne ſervus cupit mihi pauca dicere? inqvit Dominus ſuus. 5 Ita eſt, ego Davus ſervus tibi utilis pauca tibi dicenda habeo. 6 Servus tantâ frugalitate præditus, ut me meo merito judicare poſſis vitalem, id eſt, meliore vitâ dignum, nempe libertate. 7 Age, ô Dave, qvando jam ſunt Saturnalia, qvibus majores noſtri ſervis licentiam dicendi, qvicqvid vellent, conceſſam voluerunt, in Saturni honorem, qvi aureo ſæculo vixit, qvo nulli ſervi fuerunt, tu qvoqve hoc Decembri menſe illâ libertate utere, & liberè narra, qvicqvid voles. 8 Verba ſervi. Exorditur autem ab aliorum vitiis, ut tutiùs tandem ad herum veniat. 9 Delectatur pertinaciter, perpetuò. 10 Et perſeverat in vitio, qvod ſemel propoſuit. 11 Inſtabilis eſt, hùc illùc fluctuans, veluti natator aliqvis, qvi in aqva, in inſtabili molliqve elemento natat. Metaph. eſt ad inconſtantiam animi indicandam. 12 Virtutes ſeqvens. 13 Vitiis. 14 Eſt, 15 In digito incedere. Annulos plures geſtaſſe turpe fuit. Annulum qvoqve manu geſtare inſigne fuit ordinis eqveſtris, ut clavum Senatorũ. 16 Aliqvando ſiniſtrâ manu nudâ, nulloqve annulo exornatâ, qvem in ſiniſtra manu geſtare mos erat. 17 Sibi non conſtans, ſibi diſſimilis. Sumtum eſt à Mathematicis qvantitatibus ad eandem inconſtantiam mutabilitatemq; ingeniorum notandam, qvâ uſus eſt Sat. 3. l. 1. *Nil* æqvale *homini fuit illi.* ibid. *impar ſibi:* qvibus mox hîc opponet *teretem & rotundum eſſe.* 18 Nunc ſc. anguſtiore, nunc latiore utens: illud modeſtiæ,

19 *Ædibus ex magnis ſubito ſe conderet, unde*
Mundior exiret vix libertinus honeſtè.
20 *Jam* 21 *mœchus Romæ, jam mallet* 22 *doctus Athenis*
Vivere: 23 *Vertumnis,* 24 *qvotqvot ſunt, natus iniqvis.*
25 *Scurra Volanerius, poſtqvam illi* 26 *juſta chiragra*
27 *Contudit articulos, qvi pro ſe* 28 *tolleret, atq;* 16
Mitteret in 29 *pyrgum talos, mercede diurnâ*
Conductum 30 *pavit. Qvanto* 31 *conſtantior idem*

hoc luxus indicium: vide Sat. 6. l. 1. 19 Et ut ex domo ſplendida & plena dignitatis egreſſus repentè migraret in vilem domunculam, ex qva libertinus aliqvis paulò honeſtior exire decenter vereretur. 20 Anaphora. 21 Sc. *eſſe*, id eſt, alienas matronas ſectari. 22 Priſcus orator fuiſſe dicitur. Al. *doctor* ſc. ſapientiæ & virtutis. 23 Qvi adeò mutabili ingenio & inconſtans fuit, ut Vertumno irato natus eſſe videri potuerit: nam *Vertumnus* Deus eſt animum vertens, ad omnes figuras & formas opportunus, unde multiformis & mutabilis apparet. Synecd. ergò eſt multitudinis pro uno Vertumno, niſi malis ex hac ſpecie genus hominum levium vel inconſtantium intelligi, aut varios illorum mores. 24 Qvotqvot ſunt Vertumni: non qvòd multi eſſent Vertumni, ſed qvia Vertumnus variè depingebatur, modò arator, ſeminator, meſſor, modò plantator, foſſor, &c. 25 Hic erat in vitiis perſeverans. 26 Debitus, vel gravis & ſuis numeris abſolutus articulorum dolor. 27 Confregit, debilitavit digitorum articulos, ut talos ipſe ampliùs manu tractare non poſſet. Metaphora eſt ab iis, qvi utuntur tuditibus, pilis, malleis ad aliqvid comminuendum. 28 Ex alveo ſeu tabula luſoria ſumeret. 29 In vaſculum (ex qvo ad evitandum dolum tali ab aleatoribus in alveum conjiciebantur, ne, ſi manu jacerentur, luſores fraudem committerent) pro ſe talos mitteret, agitatosqve rurſus ſuper alveum profunderet. 30 In domo ſuâ aluit. 31 Obfirmatior fuit Volanerius.

In vitiis, 32 tantò leviùs miſer, 33 ac prior ille,
34 Qvi jam contento, jam laxò fune laborat.
35 Non dices hodiè, Qvorsùm hæc tàm 36 putida tendant,
Furcifer ? 37 Ad te, inqvam. 38 Qvo pacto, 39 peſſime ? 40 Laudas
41 Fortunam & 42 mores antiqvæ plebis, & 43 idem,
Si qvis ad illa Deus 44 ſubitò te agat, uſqve recuſes:

32 Tantò minùs miſer fuit. Id verum qvidem eſt opinione laborantis; vix enim ſe miſerum eſſe ſentit; re ipsâ tamen ut turpior, ſic & miſerior multò eſt, qvàm ille, qvi interdum ſapit & rectè agit. 33 Qvàm prior ille Priſcus levis & inconſtans. 34 Qvi interdùm nimis parcâ, interdum nimis laxâ largâqve vitæ conditione ægrotat, id eſt, in omni vitiorum genere volutatur. Alleg. eſt ab arte natandi, cujus qvi adhuc ſunt tirones ac rudes initiò funem tenent, qvi illis modò contenditur, modò iisdem remittitur, qvò meliùs diſcant corpus in aqvas librare, & illud demerſum efferre, & ita videntur modò in tuto verſari modò periclitari: qvos imitatus noſter Priſcus freqventi ſuâ jam in rectū, jam in pravum, declinatione. Hic *funis* eſt genus humanæ vitæ: *contentione* autem & *remiſſione* illius intelliguntur extrema temperantiæ profuſio & avaritia, & qvicqvid offendit. 35 Verba ſunt heri. 36 Qvò ſpectent hæc verba tua tam auditu injucunda & odioſa? Metaphora eſt ab olfactu, cujus proprium objectum eſt odor, in qvo dijudicando nares occupantur, ad ſignificandum auditum, cujus qvoqve ſonus eſt proprium objectum, in qvo dijudicando aures verſantur. Significat ergò illo putore inſvavem & injucundam Davi orationem auribus heri eſſe. 37 Tendunt. Reſpondet ſervus. 38 Loqvitur herus. 39 Servorum. 40 Sunt verba Davi ad herum. 41 Felicem & mediocrem vitæ conditionem in modicis & non nimiis divitiis. Meton. effic. 42 Continentiam, temperantiam, parſimoniam & frugalitatem antiqvorum hominum ſive majorum noſtrorum. 43 Tu idem. 44 Sine

Aut

Aut qvia 45 non ſentis, 46 qvod clamas, rectius eſſe,
Aut qvia 47 non firmus rectum defendis, 48 & hæres,
Neqvicqvam cœno cupiens 49 evellere 50 plantam.
51 Romæ rus optas: abſentem 52 rusticus 53 Urbem
54 Tollis ad aſtra 55 levis: ſi nuſqvam es forte 56 vocatus
Ad cœnam, 57 laudas 58 ſecurum olus: ac, 59 velut uſqvam
Vinctus eas, ita te felicem dicis, 60 amaſqve,
Qvod nuſqvam tibi ſit 61 potandum: 62 juſſerit ad ſe
Mæcenas 63 ſerum 64 ſub lumina prima 65 venire

votis tuis inexſpectatò atqve ultrò ad illa, qvæ anteà laudâſti, fortunam & mores antiqvorum, te adigat & perducat, ſat ſcio, qvòd valdè recuſaturus ſis, & illa accipere nolis. 45 Animo tuo, id eſt, neſcis. 46 Qvod aſſeris, & magnâ voce prædicas. 47 Non ſtabilis exiſtens. 48 In luto hæſitas ac dubitas. 49 E luto te expedire, id eſt, fruſtra cupiens ex vitiorum gurgite emergere. Al. eſt è continuatis. Metaph. à viatoribus in altiſſimum tenaciſſimumq; lutum delapſis, è qvo pedem illi neqveunt expedire: cui ſimilis eſt vitioſus animi habitus, unde vix emergit qvisqvam ad meliorem ſtatum. 50 Pedis. 51 Qvando Romæ es. 52 Qvando es rure. Romam. 54 Summis laudibus ad cœlum usqve extollis. Hyperbolica Alleg. Virg. Ecl. 5. *Daphnimqve tuum* tollemus ad aſtra. 55 Inconſtans. 56 Ab amico qvopiam. 57 Tùm laudas frugalem cœnam. Synecd. Spec. 58 Reddens illud comedentem tranqvillum. Meton. effe. 59 Qvaſi eò, qvò ad cœnam vocaris, invitus & coactus prodeas, id eſt, qvaſi non libenter ad alios cœnatum eas. 60 Te, id eſt, & vehementer tibi places, eſtqve tibi jucundum. 61 Epulandum. 62 Si juſſerit. 63 Serò. Antimeria. 64 Sub crepuſculum veſpertinum & lucem dubiam, id eſt, paulò ante veſperum. Synecdochica periphraſis. 65 Ad cœnam.

Con-

Convivam? 66 Nemon' oleum feret ocyus? 67 ecqvis
Audit? Cum magno 68 blateras clamore, 69 fugisq;
Milvius 70 & ſcurræ tibi non 71 referenda precati
72 Diſcedunt. 73 Etenim fateor, me dixerit 74 ille
75 Duci ventre levem: 76 naſum nidore ſupinor:
Imbecillus, iners, 77 ſi qvid vis, adde, 78 popino.
79 Tu, cũ ſis, 80 qvod ego, & fortaſſis 81 neqvior, ultro
82 Inſectere velut melior? 83 verbisqve decoris
Obvolvas vitium? 84 qvid, ſi me 85 ſtultior ipſo
Qvingentis empto drachmis 86 deprenderis? 87 aufer

66 Nemo-ne ſervorum afferet citò oleum, ut lavem & ungar apud Mæcenatem cœnaturus? Cœnaturi enim lavabantur & oleo ungebantur. Id veteres faciebant, qvò hilariores ſe præſtarent convivas. Μίμησις verborum Horatii, ad Mæcenatem properantis: q. d. eò properas ire. 67 Famulorum. 68 Stolidè effundis, ineptè clamas. 69 Ad cœnam, vel ad Mæcenatem properas. 70 Milvius paraſitus, & reliqvi paraſiti, qvi apud Mæcenatem cœnaturi erant. 71 Multa mala & abominanda, qvæ ego tibi non referam, irati qvòd propter te cœnâ ſuâ priventur. 72 Ubi te advenire vident. 73 Qvòd ſervus ſim leviſſimus. Davi enim ſunt verba, non Horatii. 74 Aliqvis, ὁ δεῖνα. Synecd. eſt finiti & deſignati cujusdam: eſtqve prætereà procatalepſis. 75 Me gulæ inſervire, & ventri indulgere, & in eo levem eſſe. 76 Naſum habeo ſuſpinum, id eſt, erectum & patulum ad ſvavem opſonii & ferculorum odorem percipiendum. 77 Conceſſio eſt, qvæ velut teſtis rectæ conſcientiæ adhibetur. 78 Popinarum amator ferculorum gratiâ. 79 Here. 80 Servus ſc. ego qvidem corpore, tu verò animo. 81 Pejor. 82 Æqvum-ne eſt, ut me nullâ juſtâ cauſâ ductus velut melior ſævis dicteriis inſecteris? 83 Et vitia tua lepidâ oratione elegantiqve ſpecie virtutis & honeſti tegas & abſcondas? 84 Reſpondebis. 85 Vilior. 86 Inveniaris. 87 Deſine, noli iracundo tuo vultu mihi intermina-

Me

Me vultu terrere, 88 *manum* 89 *ſtomachumq́ teneto,*
90 *Dum, qvæ* 91 *Criſpini docuit me* 92 *janitor, edo.*
93 *Te conjux aliena* 94 *capit, meretricula* 95 *Davum.*
Peccat uter noſtrûm cruce dignius? acris ubi me
96 *Natura* 97 *incendit,* 98 *ſub clara nuda lacerna*
Qvæcunqve excepit turgentis verbera 99 *caudæ,*
100 *Clunibus aut agitavit eqvũ laſciva ſupinum:*
101 *Dimittit neqve famoſum, neqve ſollicitum, ne*
Ditior aut formæ melioris 102 *mejat eodem.*
103 *Tu, cùm* 104 *projectis inſignibus, annulo eqveſtri,*
105 *Romanoqve habitu,* 106 *prodis ex judice Dama,*
Turpis, 107 *odoratũ caput obſcurante* 108 *lacernâ,*

ri, qvòd liberè veritatem eloqvat. Parrheſia qvædam eſt, qvâ facetè illudit hero. 88 Ne me verberet. 89 Iram comprime, iraſci mihi deſine tàm diu, &c. 90 Donec illa tibi profero. 91 Stoïci viri ſapientiſſimi: vid. Sat. 1. l. 1. 92 Servus. 93 Dominum meum adulterum. 94 Accipit. 95 Servum tuum. 96 Naturalis acris & vehemens libido. 97 Ad Venerem. 98 Sub linea veſte tàm tenui, ut meretrix qvaſi nuda videretur. Al. *lucernâ*, id eſt, veſpertino tempore. In more poſitum fuit, ut ſcorta ſub veſperam proſtarent ad lucernas, nec ante nonam diei fas eis eſſet copiam ſui facere. 99 Mentulæ tumentis. 100 Aut ſuperincubando me laſciva clunibus ſuis agitavit, tanqvàm eqvo inſidens. 101 Illa me miſſum facit non tanqvam adulterum famoſum, qvi in adulterio deprehenſus honeſtæ ſuæ famæ periculum fecerit. 102 Rem cum eâ habeat, illi miſceatur. 103 Here. 104 Ornamentis eqvitis depoſitis. Hæc non conveniunt Poëtæ, qvi nec eqveſtris, nec Senatorii erat ordinis; ſed eò dicuntur, ut pleriqve domini ſervis ſuis deteriores eſſe intelligantur. 105 Togâ, civis Romani inſigni. 106 Cùm tu veſtitum ſervilem induis (ne ab aliis agnoſcaris) & ex eqvite & cive Romano factus es ſervus vilis & infamis. 107 Odoribus perfuſum. 108 Pallio obſoleto.

109 Non es, quod ſimulas? metuens 110 induceris, atq;
111 Altercante libidinibus 112 tremis oſſa pavore,
113 Quid refert; 114 uri virgis, ferroq; 115 necari?
116 Auctoratus eas, 117 an turpi clauſus in arca
118 Quò te demiſit peccati 119 conſcia herilis
120 Contractum, genibus tangas caput? Eſt-ne marito
Matronæ 121 peccantis 122 in ambos 123 juſta poteſtas?
124 In corruptorem vel 125 juſtior? illa tamen ſe
126 Non habitu, 127 mutat-ve loco, 128 peccat-ve ſu-
perné,

109 Nonne ſervus es viliſſimus, qvem veſtitu præ te fers? Vera dicuntur *diſſimulari*, cùm ea occultantur: ſed falſa *ſimulari*, cùm ea finguntur, qvæ non ſunt. 110 Intromitteris in ædes mulieris. 111 Metu, qvi cum libidine, qvam intendis, pugnat, ſvadetqve propter libidinem pericula adeunda non eſſe. 112 Omnia tua oſſa trepidant, habes oſſa trementia. 113 Qvid ad ſervitutis nomen intereſt? 114 Flagellari, ut nos qvi ſervi dicimur. Sumtum eſt ab igne 115 Gladio necari. 116 Utrùm tanqvam ſervus venditus, & alterius poteſtati ſubjectus incedas. Sumtum eſt à militibus, ſive gladiatoribus, qvi ſe caputqve ſuum certo pretio addicunt neci, & ab aliena voluntate, id eſt, emtoris, non ex arbitrio proprio ampliùs pendent. 117 An tanqvam Dominus, ne in adulterio deprehendaris, ſis clauſus in arca turpi. Q. d. qvid intereſt inter gladiatorem & adulterum? 118 In qvam arcam. 119 Ancilla adulterii dominæ ſuæ conſcia. 120 Incurvatum & velut in globum contractum propter arcæ anguſtias, ne à marito ſuperveniente deprehendaris, te demiſit & occultavit. 121 In adulterio cum mœcha deprehenſæ. 122 In te & adulteram conjugem. 123 Æqvalis poteſtas faciendi qvicqvid velit? 124 In te adulterum. 125 Poteſtas. 126 Illa tamen non mutat matronæ habitum, nec vilis ancillæ veſtitu cuſtodes ſuos fallit, ut tu facis. 127 Nec loco ſe mutat, neqve in alterius domum ingreditur, ut adulteri faciunt. 128 Nec vult

Cum

Cùm te formidet 129 *mulier, neq; credat* 130 *amanti?*
131 *Ibis ſub furcam* 132 *prudens,* 133 *dominoq; furenti*
134 *Committes rem omnem, & vitam, & cum corpore famam.*
135 *Evâſti? credo* 136 *metues,* 137 *doctusq; cavebis:*
138 *Qværes, qvando iterũ paveas,* 139 *iterumq́; perire*
Poſſis: 140 *ô toties ſervus!* 141 *qvæ bellua* 142 *ruptis*
Cùm ſemel effugit, reddit ſe prava 143 *catenis?*
Non ſum mœchus, ais; neq; ego hercule fur, ubi vaſa
144 *Prætereo* 145 *ſapiens argentea:* 146 *tolle periclũ*
Iam 147 *vaga* 148 *proſiliet* 149 *frenis natura remotis*

incubare tibi ſubjacenti, nec tuas adulter partes ſuſcipit. 129 Illa matrona. Syn. gen. 130 Dicenti te eam amare. 131 Conſultò ac de induſtria feres furcam in collo, id eſt, dabis te in miſeram & deteſtandam ſervitutem, qvod nemo ſervorum facit. Alleg. eſt ab infidis ſervis crudelibusqve heris; qvales Poëta ſentiet affectus ſuos intemperantes. 132 Sciens. 133 Marito, à qvo deprehenderis, ex zelotypiâ inſano. *Vel*, libidini furioſæ, qvæ tibi imperat. 134 Concredens. 135 Evaſiſti & fugiſti pænè deprehenſus periculum triplicis illius pœnæ in re, corpore & famâ? 136 Ironicè, id eſt, non metues. 138 Accepto damno cautior redditus conſimilia pericula cavebis. 138 Imò cogitabis, qvo tempore illa te iterùm admittat, ut in adulterio iterùm paveas & pareas. 139 Epanorthoſis eſt ex ſimili ejusdem vocis ſono locis mixtis. 140 Qvoties in adulterio deprehenderis! Exclamatio eſt deplorantis miſeriam homini luxurioſi & intemperantis. 141 Oſtendit amantes & libidinoſos eſſe ſtupidiores belluis. 142 Fractis. 143 Laqveis, qvibus illaqveata fuit, id eſt, ad eadem pericula denuò revertitur? 144 Aliis præſentibus, id eſt, furtificas meas manus pœnæ metu ab illis cohibeo. 145 Cautus, vel mihi ſapiens. 146 Tolle metum pœnæ. 147 Libera, & jam à pœnæ metu & periculis abſoluta, & proclivis ad vitium. 148 Ad qvodvis facinus audendum. 149 Sumtum eſt hoc ab eqvo

150 *Tu-ne*

150 *Tu-ne mihi Dominus*, 151 *rerum imperiis, hominumqve*
Tot tantiſqve 152 *minor?* *qvem* 153 *ter* 154 *vindicta qvaterqve*
155 *Impoſita haud unqvam miſerâ* 156 *formidine* 157 *privet?*
Adde ſupra dictis, 158 *qvod non levius valeat: nam*
159 *Sive vicarius eſt, qvi ſervo paret (uti mos*
Veſter ait) ſeu conſervus: 160 *tibi qvid ſum ego? nempe*
Tu, mihi qvi imperitas, 161 *aliis ſervis miſer, atq;*
162 *Duceris,* 163 *ut nervis alienis mobile lignum.*
164 *Qviſ-nam igitur liber? Sapiens,* 165 *ſibiqve imperioſus:*

infræni. 150 Tu-ne te mihi dominum eſſe dicis, & non potiùs conſervum, qvi me neqvior es, & duriorem ſervis ſervitutem? 151 Pecuniæ, libidinis, gloriæ, metus, &c. 152 Inferior, ſubjectus, id eſt, qvi ſervis tot tantisq; dominis. 153 Sæpè, Syneed. definiti pro infinito. Virg. 1. Æn. *ô terqve qvaterqve beati.* 154 Virga Prætoris, qvâ nos ſervi percuſſi à Prætore manumitti ſolemus: natum autem nomen eſt vel à ſervo illo *Vindicio*, qvi conjurationem adoleſcentum adversus populi Romani libertatem patefecit: vel à *vindicando*, qvòd *vindictâ* ſervus à Prætore in priſtinam & naturalem libertatem vindicabatur. 155 Capiti. 156 Pœnæ adulterii. 157 Poſſit liberare? 158 Qvod æqvale ſit ſuperioribus. 159 Sive ſervus ſub alio ſervo ordinario conſtitutus. 160 An conſervus tuus ſum, an vicarius, an verò utrumqve? 161 Vitiis, & furioſæ libidini inſervis. 162 Traheris tuorum affectuum, ſæviſſimorum dominorum, arbitrio. 163 Veluti imagunculæ, qvæ ex ligno factæ, certis nervis ſuâ ſponte moventur. Pleriqve interpretantur hunc locum de turbine vel trocho, qvem ſcuticis ſolent pueri verberare. 164 Sc. *eſt*, ſi ego ſervus ſum. Concludit ex Stoicorum ſententiâ. 165 Qvi ſibi ſuisqve affectibus imperat.

Qvem neqve pauperies, neqve mors, neqve 166 *vincula terrent:*
167 *Reſponſare cupidinibus, contemnere honores*
Fortis, & in ſe ipſo totus 168 *teres, atqve rotundus,*
169 *Externi ne qvid valeat* 170 *per læve morari:*
In qvem 171 *manca ruit ſemper Fortuna. Poteſ-ne*
172 *Ex his,* 173 *ut proprium, qvid noſcere?* 174 *qvinqve talenta*
175 *Poſcit te mulier, vexat,* 176 *foribusq́ repulſum*
177 *Perfundit gelidâ: rurſus vocat: eripe turpi*

166 Carcer perturbant. 167 Fortis ad reſponſandum, id eſt, qvi pravis ſuis affectibus & cupidinibus fortiter reſiſtere poſſit. Sic Ep. 1. l. 1. *fortunæ reſponſare.* 168 Totus æqvalis & perfectus, ut rotundus globus. Alleg. eſt è Metaph. à figurâ Mathematicâ rotunda, qvæ tota in ſe collecta & convoluta propulſat facillimè & optimè duriſſimam qvamqve impreſſionem, reliqvaſqve figuras complectitur: qvæ omnia qvadrant aptè in liberum & ſapientem, qvi undiqve ita ſeptus ac munitus nullâ vi, nullâ impreſſione everti poteſt. 169 Ne quid externum eum commoveat. 170 Per ſuperficiem politam, vel per læve lignum ſive marmor hærere, id eſt, ne qvid poſſit eum in honeſtis actionibus impedire. Metaph. Talis deſcribitur vir bonus à Virgilio, *Securus, mundi inſtar habens, teres atque rotundus, Externa ne qvid labis per levia ſidat.* 171 Fracta & debilis irruit, impetum facit, nihilqve omnino poteſt. Sumtum à bellatoribus. 172 Qvæ dixi. 173 Qvod poſſis verè fateri tuum eſſe, & non potiùs alienum. 174 Tria aureorum millia. 175 Pro concubitu. 176 Te ædibus ejectum. *Novi ingenium mulierum* (ait Gnatho apud Ter. in Eun. 4. 7.) *nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultrò.* Sic Propert. *Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes: Nec folia hyberno tam tremefacta Noto: Qvam citò fœmineâ non conſtat fœdus in irâ: Sive ea cauſa gravis, ſive ea cauſa levis.* 177 Aqvâ gelidâ perfundit per

Colla

Colla 178 *jugo. Liber, liber ſum, dic age:* 179 *non qvis:*
180 *Urget enim* 181 *dominus mentem non lenis, & acres*
Subjectat 182 *laſſo ſtimulos, verſatqve* 183 *negantem.*
Vel cùm 184 *Pauſiacâ torpes inſane tabellâ,*
185 *Qvî peccàs minùs, atqve ego:* 186 *cùm Fulvi, Rutubæqve*
Aut Placidejani 187 *contento poplite miror*
Prælia, 188 *rubricâ picta aut carbone; velut ſi*
Revera pugnent, feriant, 189 *vitentqve moventes*
Arma viri. 190 *Neqvam & ceſſator Davus: at ipſe*
Subtilis 191 *veterum judex & callidus* 192 *audis,*

riſum ſc. aut contemtum. 178 Mulieris, id eſt; te in libertatem vindica. Alleg. eſt à beſtiis jugalibus, qvæ ut jugò ſubditæ coguntur dominis agricolis ſervire, non ſecùs noſter Poëta ſubactus ſervit libidini. 179 Non potes te liberum dicere qvi ſervis libidini: à *qveo qvis, qvit.* 180 Impellit. 181 Cupiditas & libido dominus crudelis. 182 Tibi defatigato, & properare nolenti acria calcaria ſubjicit. Alleg. eſt ab eqvis ſumta, qvos curſu jam defeſſos, eqvites interdùm calcaribus fodere ſolent, & velint, nolint, ut currant ſubigere. 183 Et libido vexat te recuſantem ſervire. 184 Tabulâ ſive picturâ aliqvâ à Pauſiâ, inſigni pictore, pictâ, præ admiratione obſtupeſcis. Videtur ſumtum à torpedine piſce afficiente homines ſtupore: qvâ facultate alios etiam piſces capit & vorat. Ita herus deſiderio picturæ obſtupefit & attonitus redditur, ut facilè pereat illâ ſervitute perturbationum. De Pauſiâ vide Plin. l. 21. c. 2. 185 Qvomodo tùm minùs peccas, qvàm ego pecco? 186 Cùm inſignium gladiatorum prælia contemplor picta in pariete. 187 Aliqvandiu ceſſante. Gladiatores enim pugnant altero poplite contento, altero leviter inflexo. 188 Terrâ rubri coloris & minio proximâ. 189 Adverſarii ictum declinent. 190 Tùm dicor à te ſervus neqvam & piger in expediendis tuis negotiis. 191 Picturarum. 192 Di-

193 *Nil ego, ſi ducor libo fumante:* 194 *tibi ingens*
Virtus atqve animus cœnis reſponſat opimis.
195 *Obſeqvium ventris mihi* 196 *pernitioſius eſt: cur?*
197 *Tergo plector enim: qvî tu* 198 *impunitior, illa,*
199 *Quæ parvo ſumi neqveunt, cùm opſonia* 200 *captas?*
Nempe 201 *inamareſcunt epulæ* 202 *ſine fine petitæ,*
203 *Illuſiqve pedes* 204 *vitioſum ferre recuſant*
Corpus: an hic peccat, 205 *ſub noctem qvi puer uvā*

ceris, ſc. ex tabularum contemplatione. 193 Nihil audio, id eſt, hominem nihili, & nullius pretii me dicis eſſe, ſi libo vel placentâ adhùc calidâ delector. 194 Animus tuus frugi & temperans tibi adverſatur ac reſiſtit in cœnis lautis, id eſt, tu contemnis cœnas opiparas. Ironia eſt, qvâ ſignificat, nullam ineſſe virtutem & continentiam in hero ad cibos lautiores deſpiciendos. 195 Luxuria. 196 Qvàm tibi hero meo. 197 Propterea vapulo. 198 Sc. *es*, id eſt, minùs puniris qvàm ego. 199 Qvæ parvo pretio non poſſunt emi & comparari, ſed magno conſtant. 200 Appetis? 201 Non ſapiunt, propter variam copiam in ventriculo non concoqvuntur, ſed ructum acidum generant. 202 Sinè modo appetitæ. Sic Sat. 2. hujus lib. *Putet aper, rhombusqve recens, mala copia qvando Ægrum ſollicitat ſtomachum.* 203 Imbecillitate impediti, bono alimento fraudati propter incontinentiam in victu. Translatum videtur à ludis, ubi colluſores ſe invicem decipere ſæpiùs videntur. Ita herus colludens cum voluptatibus opprimitur tandem, atqve tam corpore, qvàm animo, torpere ab omnibus putatur. Al. *illiſi*, ad reſpirationem notandam. 204 Morboſum, crapula atqve cruditate laborans. 205 An hic puer adeò graviter peccat, qvi ſub noctem ſtrigilem furto in balneo ablatam pro uvâ permutat? Strigilum enim uſus erat in balneis, palæſtris & gymnaſiis ad radendas & detergendas corporis ſordes ex arena.

Furti-

Furtivâ mutat ſtrigili? 206 *qvi prædia vendit,*
Nil ſervile gulæ parens habet? adde, qvod idem
207 *Non horam tecum eſſe potes, non otia* 208 *rectè*
Ponere, 209 *teqve ipſum vitas fugitivus,* 210 *ut erro:*
Iam vino 211 *qværens, jam ſomno* 212 *fallere curam.*
213 *Fruſtra; nam* 214 *comes atra premit, ſeqviturq; fugacem.*
215 *Unde mihi lapidem?* 216 *qvorsùm eſt opus? Unde* 217 *ſagittas?*
218 *Aut inſanit* 219 *homo,* 220 *aut verſus facit.* 221 *Ocius hinc te*

nis palæſtræ collectas, ſudores, caputqve ſcalpendum. De his Perſius Sat. 5. *I puer, &* ſtrigiles *Criſpini ad balnea defer.* 206 Ille verò dominus, ſc. gulæ ſerviens, qvi integras domos vendit, & gulæ conſecrat, ſervile nihil committit? Argumentum à Minori. 207 Adeò à malâ conſcientiâ ſcelerum in inſaniam ageris. Oſtendit herum ſe multò puniri acerbiùs, ut qvi non corpore modò, ſed etiam animo laboret. 208 In re ſeriâ & honeſtâ. 209 Et ut fugitivus ſervus, qvi animo non revertendi ad Dominum fugit, tuos parvos affectus evitas, nec reſipiſcere curas. Meton. eſt ſubj. pro adjunctâ reſipiſcentiâ, qvam fugit & odit. 210 Et ut ſervus erroneus ac vagabundus, aliqvando ad Dominum revertens. 211 Cupiens. 212 A te abigere ſollicitudinem. 213 Solutionem curarum. 214 Illa ingrata cura à tergo ſemper premit. 215 Undè mihi lapidem ſumam, qvo tam neqviſſimum ſervum percutiam? Apoſiopeſis ſive Reticentia eſt heri iraſcentis propter ſervi orationem nimis liberam. 216 Qvorsùm tibi lapide opus eſt? Sunt verba ſervi. 217 Sc. *ſumam*, qvibus te perditum nebulonem transfigam? Herus irâ incenſus ſagittas etiam petit. 218 Verba ſunt ſervi. 219 Horatius herus meus. Synecd. gen. 220 Aut Poëtarum more furit. 221 Niſi qvam celerrimè hinc è conſpectu meo ſubducis, mittam

Ni rapis, 222 accedes opera agro nona Sabino.

te in agrum Sabinum, ſic ut ex ſervo urbano efficiaris ſervus ruſticus & urbanus. 222 Tu adjungeris nonus ſervus operarius ad octo ſervos neqvam tui ſimiles, qvos miſi in agrum Sabinum. Cic. ad Attic. *Boni viri precibus Claudii à causâ removentur*, operæ *comparantur*.

SATYRA VIII.

Horatius Fundanium amicum ſuum interrogat, qvalis Naſidieni fuerit cœna, cui ipſe interfuerat.

1 *UT Naſidieni juvit te cœna beati?*
Nam mihi 2 qværenti convivam, 3 dictus heri 4 illic
5 De medio potare die. 6 Sic, ut mihi nunqvam
In vita fuerit melius. 7 Da, (ſi 8 grave non eſt)
Qvæ prima 9 iratum ventrem placaverit eſca.
10 In primis 11 Lucanus aper 12 leni fuit Auſtro

1 Qvomodo te cœna illa divitis Naſidieni delectavit? Sic Od. 1. l. 1. *Sunt, qvos curriculo pulverem Olympicum Collegiſſe* juvat. 2 Cùm te mihi convivam domi tuæ inqvirerem, te ad cœnam vocaturus. 3 A domeſticis tuis. 4 Apud Naſidienum. 5 A meridie potare. 6 Ita me juvit ac delectavit (inqvit Fundanius) heſterna illa Naſidieni cœna, ut nulla mihi fuerit in totâ meâ vitâ ſvavior, ut nunquam liberaliùs acceptus fuerim. 7 Dic, & narra mihi, ô Fundani. Sic Virg. Ecl. 1. *Sed tamen, iſte Deus qvi ſit*, da, *Tityre nobis.* Ter. *Nunc, qvamobrem has partes didicerim, paucis* dabo, id eſt, dicam. 8 Moleſtum tibi. 9 Ventrem latrantem, & ſtomachum famelicum, & moræ impatientem primò omnium ſedaverit. 10 Ferculis. 11 In Lucaniâ captus. 12 Leniter flante, undè ca-

Captus,

Captus, ut ajebat 13 cœnæ pater ; 14 acria 15 circum
Rapula, lactucæ, 16 radices, qvalia 17 laſſum
18 Pervellunt ſtomachum, 19 ſiſer, alec, 20 fæcula Coa.
21 His ubi ſublatis, 22 puer altè cinctus, 23 acernâ
24 Gauſape purpureo menſam perterſit , & alter
25 Sublegit qvodcunqve jaceret 26 inutile, qvodqve
Poſſet 27 cœnantes offendere ; ut Attica virgo
29 Cum ſacris Cereris, 30 procedit fuſcus 31 Hydaſpes,
32 Cæcuba vina ferens. 33 Alcõ, Chium maris expers.
34 Hic herus, Albanum, Mæcenas, ſive Falernum
Te magis 35 appoſitis delectat , habemus utrumqve.

ro ejus reddita ſit tenerior. 13 Præfectus & rex convivii, ſc. Naſidienus. Synecd. gen. 14 Aceto condita. 15 Aprum. 16 Raphani. Synecd. gen. 17 Langventem & nauſeantem. 18 Provocant , exacuunt , & appetitum irritant. 19 Radix herbæ dulcis, genus paſtinacæ : Belg. *Suycker-Wortelkens* appellant : cujus radix ſtomachum excitat , faſtidium abſterget. 20 Condimentum eſt , qvod purum profluit ex craſſiori ſedimento vini Coi. 21 Primo ferculo cum ſuis condimentis. 22 Servus ad miniſtrandum expeditus, εὔζωνος. 23 Ex acere arbore factam : qvæ erat citteâ inferior. 24 Panno ſive mantili villoſo. Dicitur hic *gauſapes*, hæc *gauſapa*, hoc *gauſape* & *gauſapum* : unde plurale *gauſapa*. 25 Alter puer collegit & ſuſtulit. 26 Sordidum in menſâ. 27 Cœnantibus afferre faſtidia. 28 Velut caniſtrifera virgo cautè ſuccedit , ne, qvod peſſimi ominis loco habetur , cadat. Synecd. gen. Vide Sat. 3. l. 1. 29 Qvæ in ſportulâ in capite geſtat. 30 Lentè & pedentim. 31 Naſidieni puer formoſus. 32 Campana. 33 Alter puerorum Naſidieni adfert vinum Chium fictitium , id eſt , non ex Chio inſulâ & mari Romam advectum, ſed in Italiâ natum. 34 Tùm verò herus noſter convivii Naſidienus & convivator dixit Mæcenati, &c. Synecd. gen. Acceſſus eſt ad Proſopopœiam Naſidieni excuſationis causâ. 35 Si vinum Al-

36 Divitias miſeras! 37 Sed qveis cœnantibus unà,
Fundani, pulchrè fuerit tibi, noſſe laboro. [40 infrà
38 Summus ego, & propè me 39 Viſcus Thurinus, &
[*Si memini*] *41 Varius: 42 cum Servilio Balatrone*
Vibidius: qvos Mæcenas adduxerat 43 umbras.
Nomentanus erat 44 ſuper ipſum, Porcius infrà,
45 Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas.
46 Nomentanus ad hoc, qvi, ſi qvid fortè lateret,
Indice monſtraret digito: nam cætera 47 turba,
48 Nos, inqvam, 49 cœnamus aves, conchylia, piſces.

banum vel Falernum tibi magis placet, qvàm vina, qvæ ſunt appoſita. 36 O miſeras divitias (inqvit Horatius) qvæ poſſeſſorem ſuum efficiunt miſerum! Meton. effec. Exclamatio eſt Poëtæ deridentis convivatorem miſerè divitem, qvi divitiis ſuis appoſitè neſciat uti. 37 Sed qvibuscum aliis convivis tam jucundè & lautè cœnatus fueris, ſcire deſidero. 38 Ego Fundanius in ſummo lecto primus eram. 39 Poëta ex Thurio, Calabriæ oppido, oriundus, diſcumbebat. 40 Viſcum. 41 Amicus tuus doctiſſimus. 42 Vibidius & Servilius Balatro in imô lecto diſcumbebant. 43 Convivas à Naſidieno non vocatos, ſed Mæcenatem, qvi vocatus erat, & in medio lecto, tanqvam honoratiore medio loco diſcumbebat, ſecutos. Metaph. eſt à corporibus, qvibus umbra indiſſolute adhæret, ad notandam comitum epularium adjunctionem. Sic Ep. 5. l. 1. *locus eſt & pluribus* umbris. 44 Mæcenatem. Alii referunt ad Naſidienum. 45 Qvi ideò ſive in hoc erat ridiculus, qvod unico hauſtu totas placentas devoraret & deglutiret. 46 Nomentanus, inſignis helluo, ad hoc munus aut officium à Naſidieno vocatus, vel à Mæcenate ductus erat, ut ſi qvid fortè lautioris opſonii à convivis non obſervaretur, illud tanqvam rei culinariæ peritiſſimus aliis digito commendaret. 47 Convivarum. 48 Ego Fundanius, Mæcenas, & reliqvi, & hujusmodi delitiarum rudes. 49 Comedimus.

Longe

Longè diſſimilem noto 50 celantia ſuccum:
Ut vel continuò 51 patuit, cùm 52 paſſeris, atqve
53 Inguſtata mihi 54 porrexerit 55 ilia Rhombi.
Poſt hoc me 56 docuit 57 melimela rubere, minorem
58 Ad Lunam delecta: 59 qvid hoc interſit, 60 ab ipſo
Audieris meliùs: tùm 61 Vibidius 62 Balatroni,
63 Nos, niſi 64 damnosè bibimus, moriemur inulti:
Et calices poſcunt 65 majores: 66 vertere pallor
67 Tùm 68 parochi faciem, nil ſic metuentis, 69 ut acres
Potores: vel qvòd 70 maledicunt liberiùs, vel
71 Fervida qvòd ſubtile 72 exſurdant vina palatum.

50 Qvæ in ſe continebant ſaporem longè aliũ, & longè meliorem, qvàm vulgò cognitus & uſitatus eſt. 51 Compertum eſt mihi. 52 Piſcis plani. 53 Nunqvam anteà à me guſtata. 54 Naſidienus rex convivii comedẽda apposuerit. 55 Inteſtina. 56 Naſidienus. 57 Mala Cydonia mellei ſaporis rubefacere magisq; rubicunda eſſe. 58 Si delecta ſint lunâ adhuc minore exiſtente & creſcente. 59 Qvid autem hoc referat, qvantumqve diſcriminis ſit inter melimela, creſcente vel decreſcente lunâ, collecta. 60 Naſidieno, qvi me docuit, rectiùs diſces. 61 Vanitate & ſubtilitate hoſpitis Naſidieni offenſus. Apparatus eſt ad Proſopopœiam Vibidii, exhortantis ſodales ad compotationem copioſiorem. 62 Dixit. 63 Nos haſce convivatoris ſubtilitates, qvi nos verborum ſubtilitatibus paſcere velle videtur, vindicare non poterimus. 64 Niſi ita ſtrenuè potamus, ut cum convivatoris damno conjunctum ſit. 65 Ut largiùs bibant. 66 Timor mutare cœpit. 67 Cùm largiùs potare incipiunt. 68 Naſidieni convivatoris, qvi cœnam præbebat, id eſt, tùm cœpit Naſidienus pallere. 69 Qvàm acres potores, qvi largiter & ſupra modum bibunt. 70 Ne fortè & ſic ſuam avaritiam taxarent. 71 Fortia. 72 Hebetant, ſtupitum reddunt; ita ut omnia vina apposita, qvan-

73 Invertunt Aliphanis vinaria tota
Vibidius Balatroqve, ſecutis omnibus 74 imis.
75 Convivæ lecti nihilum nocuêre lagenis.
76 Affertur 77 ſqvillas inter murana 78 natantes
In patina 79 porrecta: 80 ſub hoc herus, 81 Hæc gravida, inqvit,
Capta eſt, deterior 82 poſt partum carne futura.
83 His miſtum jus eſt oleo, 84 qvod prima 85 Venafri

tumvis optima, reprehenderent. Metaphora ab aurium ſenſu ſive à ſonis, qvi, cùm fractiores ſunt & tumultuoſiores, obtundunt aures, ad guſtatum ſive ſapores, qvorum crapula hebetat guſtatum & vim ejus. 73 Vibidius & Balatro evacuant ſive exhauriunt, ita ut os inverſum terram tangeret, totas lagenas & vini vaſcula poculis Aliphanis, id eſt, poculis majoribus factis in *Aliphe*, oppido Samnii. 74 Convivæ omnes, qvi accumbebant in imis lectorum partibus, ſtrenuè illorum duorum exemplum ſecuti ſunt, & ſtrenuè potârunt. 75 Convivæ in medio aut ſummo lecto diſcumbentes, id eſt, electi & honoratiores, ſc. Mæcenas, Viſcus, Turinus, Varius, ego Fundanius, modeſtè biberunt. *Lecti* ergò *convivæ* opponuntur *umbris*, ſc. Vibidio, Balatroni, & Nomentano, qvi à Mæcenate ad facetias erant adducti. 76 Per miniſtrum. 77 Piſces. 78 In jusculo. 79 Procera, in patina expoſita, elixa ſc. 80 Circiter hoc tempus, cùm muræna eſſet allata & appoſita, Naſidienus, convivii dominus, inqvit, &c. Rursùs Naſidieni Proſopopœia interponitur ad commendationem epularum. 81 Muræna. 82 Cujus caro deterior futura erat, ſi capta eſſet poſtqvam peperiſſet. 83 His piſcibus ſive ſqvillis jus additum eſt, nempe oleo, garo, vino qvinqvenni, pipere albo & aceto. Deſcribit enim à Naſidieno excogitatum, qvemadmodum & Catius jus ſuum ante deſcripſit, Sat. 4. 84 Qvod ex olivis Venafranis primum eſt expreſſum. 85 In oppido Samnii, unde optimum oleum provenit.

86 *Preſſit* 87 *cella*, 88 *garo de ſuccis* 89 *piſcis Ibèri,*
Vino qvinqvenni, verùm citra mare 90 *nato,*
91 *Dùm coqvitur:* (92 *coćto Chium ſic convenit, ut non*
Hoc magis 93 *ullum aliud*) 94 *pipere albo, non ſine aceto,*
95 *Qvod Methymnæam* 96 *vitio mutaverat* 97 *uvã.*
Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monſtravi 98 *incoqvere, illotos* 99 *Curtillus echinos,*
100 *Ut meliùs muriâ, qvam teſta marina* 101 *remittat:*
102 *Intereà ſuſpenſa graves aulæa ruinas*

86 Expreſſit. 87 Olearum preſſura. In *prima* poteſt eſſe Metaphora à principatu ad ſignificandam olei excellentiam & bonitatem: & in *cella* Synecd. gen. pro cella olearia. 88 Miſtum etiam cum liqvamine aut muria ex ſcombris confećta. 89 Scombri. Synecd. gen. 90 Italico, & non aliundè navibus advećto. 91 Tale enim Italicum vinum juri adhibendum eſt, dum coqvitur. 92 Juri coćto vinum Chium adeò aptum eſt. 93 Vinum illi conveniat. 94 Miſtum deniqve erat cum albo pipero, & aceto. 95 Qvod ſuo adore corruperat vinum fаćtum in *Methymna*, Lesbi oppido. 96 Synecd. gen. 97 Uvas & racemos Lesbios. Synecd. gen. & hos per Meton. mat. pro vinis inde expreſſis. 98 Ego Naſidienus primus omniũ monſtravi ac docui incoqvere in illo jure, qvod deſcripſi. 99 Curtillus (unus ex hoc genere Epicureorum) monſtravit ſive docuit incoqvere echinos nón maceratos, (id eſt, non muriam ex eis factam) ſed echinos integros in hoc jure, nempe è vino Chio, pipere albo, aceto Methymnæo. 100 Utpote ſapidius qvàm in illa muria, Romam allata Græcâ teſtâ. 101 Ad nos Romanos. 102 Dum Naſidienus nos retinet commemoratione ſui juris & condimenti, tapetes, ſuſpenſi in cameris triclinii ſupra menſam, magno impetu in patinam murenæ deciderunt. Hoc caſu depoſita eſt Proſopopœia Naſidieni: ideòqve Fundanius narrationem reſumit.

In

In patinam fecêre, 103 *trahentia* 104 *pulveris atri,*
Qvantum non Aqvilo 105 *Campanis excitat agris.*
106 *Nos majus veriti, poſtqvam nihil eſſe pericli*
Senſimus , 107 *erigimur.* 108 *Rufus,* 109 *poſito capite,*
Filius 110 *immaturus obiſſet ,* 111 *flere : qvis eſſet (ut ſi*
112 *Finis, in* 113 *ſapiens ſic Nomentanus* 114 *amicũ*
115 *Tolleret ? Heu Fortuna , qvis eſt* 116 *crudelior* 117 *in nos*
Te 118 *Deus ?* 119 *ut ſemper gaudet illudere rebus*
Humanis ! Varius mappâ 120 *compeſcere riſum*
Vix poterat. Balatro 121 *ſuſpendens omnia naſo,*
122 *Hæc eſt conditio vivendi, ajebat ;* 123 *eòq; [bori.*
124 *Reſponſura tuo nunqvam eſt par* 125 *fama* 126 *la-*

103 Secum. 104 Sc. *tantum.* 105 In agris Campaniæ. 106 Nos convivæ majus periculum , graviorem caſum timebamus, ſc. domus aut tecti ruinam veriti ſumus. 107 Liberamur à metu , & corpus erigimus , qvod metu in lectos reclinaveramus. 108 Naſidienus convivator, cœnæ pater. 109 Demiſſo , in humum dejecto , & ita mœſtus. 110 Ætate ad mortem immaturâ , id eſt , tempeſtiva morte obiiſſet. Translatio à fructibus non maturis. 111 Sc. *cœpit* , aut flebat. 112 Flendi fuiſſet. 113 Tanqvam vir ſapiens. Duplex eſt perſonæ inductio, ubi primùm Nomentanus facetè irridet Rufum : deinde Balatro idem facit, ſed pluribus. 114 Naſidienum mœſtum. 115 Conſolaretur ac ſublevaret. 116 Qvi Naſidienum tanto damno immeritò affeceris. 117 Inter. 118 Apparet ex hoc loco, veteres Philoſophos tribuiſſe Diis ſexum utrumqve , vel illos participes fuiſſe utriusque ſexus. Nam hîc ex *Deus* intelligitur Fortuna. 119 Qvàm te juvat res hominum illudere, iisqve inſultare ! Sic ſuprà Sat. 6. ut *tu Semper eris deriſor ad omnes* ! 120 Præ vanitate utriusqve. 121 Omnia irridens. Sic Sat. 6. l. 1. naſo ſuſpendis *adunco Ignotos.* 122 Hac lege nati ſunt homines , ut mala ſint vicina bonis , ut proſperis adverſa non deſint 123 Ideoqve. 124 Ut qvam fortunæ iniqvitate nunqvam conſeqvêris. 125 Gloria. 126 Tuæ in cœnis

127 *Te-*

127 Te-ne, ut ego 128 accipiar lautè, torqveris omni
Sollicitudine diſtrictum? 129 ne panis aduſtus,
Ne malè conditum jus 130 apponatur? ut omnes
Præcincti rectè pueri, 131 comtiq; 132 miniſtrent?
Adde hos prætereà caſus: aulæa ruant ſi,
133 Ut modò: ſi patinam pede lapſus frangat 134 agaſo.
Sed convivatoris (135 uti ducis) 136 ingenium res
Adverſæ 137 nudare ſolent, 138 celare ſecundæ.
139 Naſidienus ad hæc: Tibi Di, qvæcunqve 140 preceris,
Commoda dent: ita vir bonus es, convivaq; 141 comis.
142 Et ſoleas poſcit: 143 tum in lecto qvoqve videres

apparandis induſtriæ. Alloqvitur Naſidienum convivatorem. 127 Te-ne oportet meo nomine angi & cruciari? 128 Excipiat apud te. Virg. Æn. 3. *Illos porticibus Rex* accipiebat *in amplis.* 129 Hæc fortaſsè peccata fuerunt à Naſidieno, qvæ urbanè reprehendit Balatro. 130 Nobis. 131 Et ornatis. 132 Nobis. 133 Experti ſumus. 134 Miniſter qviſpiam rudis & ineptus tanqvam aſinorum cuſtos. 135 Qvemadmodum Imperatores. 136 Prudentiam. 137 Declarare. Metaph. à corpore, qvod ut ſpoliatum patet oculis omnium: ſic natura hominis & ingenium bono vel malo rerum ſucceſſu arguitur. 138 Abſcondere. 139 Balatro reſpondens ait. Inducitur tertiò Naſidienus. 140 Optes: ὄφρα εὔχοιο. 141 Urbanus, εὐτράπελος, facetus. 142 Qvibus in triclinio utimur. *Solea*, qvòd pedis *ſolo* ſubjicitur ſic dicta, id omne calceamenti genus ſignificat, qvo plantarum calces tantùm infimæ teguntur: qvales fermè Græcorum crepidæ. Fuerunt ergo ſoleæ domeſticæ; qvas tamen accubituri in convivio deponere, & à menſâ diſceſſuri iterùm ſumere ſolebant, idqve munditiæ causâ. 143 Cùm Naſidienus abiiſſet, in unoqvoqve lecto videre licebat convivas inſuſurrantes aliqvid ridiculi in aurem ſodalis ſui, dùm

Stri-

Stridere ſecretâ diviſos aure ſuſurros.
Nullos 144 *his mallem ludos ſpectâſſe: ſed illa*
145 *Redde, age,* 146 *qvæ deinceps riſiſti. Vibidius dū*
Qværit de 147 *pueris, num ſit qvoq;* 148 *fracta lagena,*
Qvòd ſibi poſcenti non dentur pocula, dumqve
149 *Ridetur fictis rerum, Balatrone* 150 *ſecundo:*
151 *Naſidiene redis* 152 *mutatæ frontis, ut arte*
Emendaturus 153 *fortunam: deinde* 154 *ſecuti*
155 *Mazonomo pueri magno* 156 *diſcerpta ferentes*
Membra gruis, 157 *ſparſi ſale multò, non ſine farre,*
Pinguibus & ficis, 158 *paſtum jecur anſeris albi,*
Et leporum 159 *avulſos,* 160 *ut multò ſuaviùs, armos,*
Qvàm ſi cum lumbis qvis 161 *edit: tū pectore aduſto*
Vidimus & merulas 162 *poni, & ſine clune palumbes.*
163 *Suaves res, ſi non cauſas narraret* 164 *earum, &*

terni in ſingulis lectis non communiter, ſed ſeparatim conſuſurrant, qværentes qvidnam ſibi velit ſurgens, & ridentes. 144 Qvàm hos. Horatius loqvitur. 145 Renuntia, refer mihi, ô Fundani. Translatio eſt: nam *reddere* is propriè dicitur, cui datum eſt, vel qvi eripuit, aut abſtulit. 146 Qvæ prætereà videris digna riſu. 147 Adminiſtrantibus. 148 Caſu aulæorum. 149 Ab omnibus convivis irridetur propter fictam & ſimulatam, id eſt, falſam epularum & condimentorum laudationem, qvæ tali commendatione indigniſſima. 150 Imitante & approbante. 151 Apoſtrophe eſt, ubi Vibidius ſermonem avertit ad Naſidienum. 152 Hilarior. 153 Utpote ſingulari opſoniorum artificio fortunæ iniqvitatem, ſc. aulæorum caſum, emendaturus. 154 Sunt Naſidienum. 155 In magnâ lance. 156 Malè aſſata, benè combuſta. 157 Conſperſi, aſperſi. 158 Saginatum. 159 A reliqvo corpore ſeparatos. 160 Ut qvod multò delicatius eſt. 161 Comedat. 162 Nobis apponi. 163 Exiſtentes lautitiæ non contemnendæ. Hunc etiam in modum de Anate ſcribit Mart. *Tota tibi ponetur anas, ſed pectore tantùm Et cervice ſapit; cætera redde coqvo.* 164 Rerum, id eſt, cau-

Natur

Naturas 165 *dominus*; 166 *quem nos ſic fugimus* 167 *ulti,*
Ut nihil omninò guſtarêmus; *velut* 168 *illis*
169 *Canidia* 170 *afflâſſet, pejor* 171 *ſerpentibus Afris.*

ſas naturales nobis narraſſet, cur partes eſſent totis ſæpè & integris corporibus, aut aliæ aliis præferendæ: ἓν διὰ δυ. 165 Convivii, ſc. Naſidienus. Synecd. gen. 166 Naſidienum. 167 Garrulitatem ejus. Intelligendum eſt de lectis convivis ſolùm: umbræ enim largioribus poculis convivatoris ſordes ultæ fuerant. 168 Cibis. 169 Mulier venefica. Synecd. gen. 170 Illos cibos venenato ſuo ſpiritu venenatos & mortiferos reddidiſſet. 171 Serpentibus Africanis; qvorum afflatu cibi ſalutares redduntur venenati & mortiferi.

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS.

Epiſt. I.

Ad MÆCENATEM.

Se ludicra ſua ſtudia miſſa facere dicit, & ea, qvæ ad virtutem ducunt, amplecti: ſic tamen ut in nullius Magiſtri verba juret. Hujuſmodi autem eſſe hæc ſtudia, ut nemo ſit, qvi non illis excoli poſſit, ſi modò patientem aurem commodet. Tandem pravum hominum judicium, virtutem opibus & honoribus poſtponentium, & qvæ corporis ſunt, non qvæ ſunt animi, curantium, reprehendit.

Primâ

PRimâ 1 dicte mihi, 3 ſummâ 2 dicende 4 Camœnâ,
5 Spectatum ſatis, & donatum jam 6 rude, qværis,
Mæcenas, iterum antiqvo me includere 7 ludo.
8 Non eadem eſt ætas, 9 non mens. 10 Vejanius armis

1 O Mæcenas, qvi primis carminibus & in principio Odarum & Satyrarum mearum à me celebratus es. 2 Polyptoton. 3 Ultima: ut Od. 28. l. 3. Summo *carmine, qva Cnidon, Fulgenteſqve tenes Cycladas.* 4 Muſâ, id eſt, hoc ultimo meo carmine & opere meo Epiſtolarum celebrandus es. Meton. effic. id eſt, inventricis pro inventis verſibus à Muſâ: ac præterea Synecd. ſing. pro plur. Camœnæ & Muſæ carminum inventrices. 5 In theatro urbis Romanæ & à populo cognitum & probatum, δοκιμασθέντα. Translatio ab hiſtrionibus & gladiatoribus. 6 Et jam tanqvam ſeniorem & emeritum gladiatorem aut militem virgâ palmeâ donatum & dimiſſum, id eſt, qvem ætas à ſcribendi munere liberavit. Pulcherrimâ ab arenâ Metaphorâ oſtendit, ſibi qvoqve ab amatoris palæſtrâ qvieſcendum eſſe: daturus jam operam Philoſophiæ. *Rudis* virga eſt impolita ad qvoſcunqve uſus: ſed præcipuè ſcipio ſeu baculus ille, qvo gladiatores donati, à gladiaturâ ceſſabant. Cic. Philip. 2. *Tam bonus gladiator* rudem *tam citò accepiſti?* 7 Ad antiqvum lyræ ſtudium, ad carmina amatoria revocare ſtudes, conaris. Metaph. ſumta à gladiatoribus: ac præterea Synecd. gen. pro ludo gladiatorio, qvi etiam ſignificatur per Meton. armorum fixorum. Sic de Arte: *Æmilium circa* ludum. Ajunt gladiatorias familias ludis includi ſolitas; hinc fuit ludus Æmilius, ludus Mantuanus, ludus Gallicus, Fuit qvoqve *ludus Beſtiariorum*, qvi damnati cum beſtiis pugnabant. Poſteà educebantur gladiatores, qvi tendebant confidenti & obfirmato animo ad antagoniſtas ſuos aut morti dandum, aut ſimile in ſe admittendum. 8 Sed alia, qvæ alios mores poſtulat. 9 Non eadem ſententia & voluntas, idem ſtudium, qvod olim, cùm illa mihi arriderent; nec ampliùs mihi placent ſeni, qvæ olim juveni. Anaphora. 10 Gla-

11 *Her-*

11 *Herculis ad poſtem fixis*, 12 *latet abditus agro*,
13 *Ne populum extremâ toties* 14 *exoret* 15 *arenâ.*
16 *Eſt mihi* 17 *purgatam crebrò qvi* 18 *perſonet aurẽ,*
19 *Solve ſeneſcentem* 20 *maturè ſanus equum, ne*

diator. 11 Scuto ſuo, gladio, & reliqvis armis, ex more Herculi dedicatis, & in ejus templo poſti affixis. Qvi enim artem aliqvam deſinebant, ejus inſtrumenta Diis ſuſpendebant: ſacrabant autem iis maximè, qvi artis præſides haberentur. Virg. Ecl. 7. *Hic arguta ſacrâ pendebit fiſtula pinu.* In *poſtem* eſt Synecd. part. pro æde Herculi ſacra. 12 Otioſam & tranqvillam in agro vitam agens ſecurè deliteſcit, neqve ampliùs ad publicos ludos prodit. 13 Ne à pari ſuo victus, & jamjam enecandus, à populo, in theatro ſedente, ſupplex ſalutem petat. 14 Al. *Exornet*, id eſt, ludo decoret: gladiatores enim dabantur populo: ex qvo munus gladiatorium. 15 Ab extrema parte arenæ, id eſt, in extremo loco theatri, in qvo decertabant. Meton. adj. ſc. contenti pro re continente. *Arena* enim interdum ſumitur pro loco, in qvo pugnabant gladiatores, qvòd locus ille arenâ ſoleret eſſe conſperſus, ne vel pugnantes fœdarentur cruore occiſorum, vel cruor ſparſus ſpectantibus eſſet horrori, præſertim in gladiatorum dimicatione. Mart. *nec cepit* arena *nocentes*, id eſt, delatores, qvi in theatro puniebantur. Hinc, *in arenam deſcendere*, Belg. *Campen*. Hinc *Arenarii* dicti ſunt gladiatores. 16 Eſt mihi Horatio fidelis admonitor, actionum ſc. mearum præfectus animus & ratio, *Vel*, conſcientiæ ſtimulus. 17 A pravis opinionibus, id eſt, apertam, attentam, & acutè audientem. Metaph. Nam ut nitidiſſimum & purgatiſſimum eſt qvicqvid, ita ad ſuum munus optimè affectum videtur. Plaut. Purgatis *ambo damus tibi operam auribus.* Hic autem verſus habet apparatum ad Proſopopœiam tacitæ admonitionis per Allegoriam è ludis Circenſibus ſepties eqvo decurrendis: qvibus eſt perſimilis Poëta, & Poëtici ſtudii contentio acris. 18 Sonet per aurem, & me hoc modo compellet. 19 Sejunge à curru & à certamine remove. 20 Opportunè ſapiens.

Peccet 21 ad extremum ridendus, 22 & ilia ducat.
23 Nunc itaqve & 24 verſus & cetera 25 ludicra 26 pono:
27 Qvid verum, atq; 28 decens, curo & rogo, 29 & omnis in hoc ſum:
30 Condo, & compono, qvæ mox 31 depromere poſſim.
32 Ac ne fortè roges, 33 qvo me duce, 34 qvo Lare tuter:

21 Sub finem curulis certaminis vincatur. 22 Et ne ægrè ſpiritum ducat, ſpiritûs difficultate laboret, id eſt, ne juvenilis ætatis gloriam, in Lyricorum amatoriorumqve certaminum ſtudio & ſtadio partam, ſenex importunus & ineptus obſcures atqvé contamines, tuæqve ſtultitiæ veniam poſteà ab aliis efflagitare cogaris. 23 Tantùs ſenex cùm ſim, & juvenilibus parùm aptus. 24 Lyricos. 25 Amatoria & jocoſa. Alleg. eſt è duplici Synecd. gen. pro Odis & Satyris de amoribus & cavillationibus falſis. 26 Depono & relinqvo. 27 *Verum* qværere ad eam Philoſophiæ partem ſpectat, qvæ in contemplatione ac rerum cognitione conſiſtit: *decens* verò ad eam, qvæ de moribus eſt, & de officiis tractat, ac tota in actione verſatur. 28 Conveniens, honeſtum, decorum ſit. 29 Et totus in hac inquiſitione veri & boni occupor. 30 In animo recondo & colligo, & in ordinem digero illa. Alleg. ſumta ab agricolis, qvi tempeſtivè demeſſas fruges ibi recondunt, unde, quaſi è theſauro, illas poſteà depromant utendas: qvales fructus ſunt præcepta & inſtituta Philoſophiæ moralis & civilis, & qvæ ſe Poëta dicit ſtudiosè congerere & conſcribere ad honeſtæ vitæ cultum. 31 Qvæ ſuo tempore depromam ad uſum meum, tàm dicto, qvàm facto. 32 Ac ne fortè, ô Mæcenas, me roges, qvam potiſſimùm Philoſophorum ſectam ſeqvar. Procatalepſis eſt, qvâ Mæcenatem percontatorem occupat de genere Philoſophicæ familiæ. 33 Qvo principe Philoſophandi, qvo Philoſopho auctore utar. 34 Ex qva familia Philoſophantium in tanta opinionum de ſummo bono, varietate me tutum ac ſe-

Nullius

Nullius 35 addictus 36 jurare in verba 37 magiſtri,
38 Qvò me cunq; rapit 39 tempeſtas, deferor hoſpes. 15

curum præſtem, atqve beatum deputem, Stoicorum, Academicorum, Peripateticorum, aut Epicureorum ſententiis me addixerim. Metaph. eſt à privatis ædibus ad certam ſcholam vel ductum Philoſophi deſignandum: ut enim *lar* in ſingulari pro privata domo & familia, & ipſius præſide ac cuſtode ſumitur; ita μεταφορικῶς pro ludo ac ſchola: in plurali verò ſignificat Penates & Genios ſingulorum hominum præſides, & Deos patrios, id eſt, familiæ & generis. 35 Ego obligatus nullius magiſtri, velut militiæ ducis, dictatis aſſentiri, deferor, &c. Sumtum videtur à licitatoribus & venditoribus, qvi mercem qvamlibet æſtimatam emtori dicant & offerunt accipiendam, ac præcipuè mancipium, ut ſignificet deſtinatum, devotum, deditum, obſtrictum in poſterum emtori: niſi malis referre ad tria illa faſtorum verba, *do, dico, addico,* à Prætore prolata. 36 Sumtum eſt à militari ſacramento, qvo ſe milites obligant cauſam ſui principis & imperatoris fortiter fideliterqve defenſuros, & traductum ad leges jurejurando ſanciendas, ad placita Philoſophorum approbanda & tuenda 37 Philoſophi. Synecdoche generis. 38 Qvocunqve me, tanqvam nautam, in hoc vaſto Philoſophiæ pelago ventus rapit, id eſt, pro ratione temporum, eò tanqvam hoſpes impellor, & hanc, vel illam diſciplinam ſeqvor ac probo. 39 *Tempeſtas, undis, merſari* habent Allegoriam è perpetuis Metaphoris à nautis, ad ſignificandas ingentes moleſtias, qvæ vorandæ ſunt gubernatoribus rerump. ſi velint eſſe ſeveri ſatellites & adminiſtri virtutis, vindices & oppreſſores omnis improbitatis & ſceleris: qvales fuerunt Stoici, translatè hîc appellati veræ virtutis cuſtodes, ac rigidi ſatellites in vitia qvævis æqvaliter vindicanda, qvales erant ſtipatores corporum, & lictores Prætoriani olim vocati.

40 *Nunc agilis fio, 41 & 39 merſor civilibus 39 undis,*
42 *Virtutis veræ cuſtos 43 rigiduſq; ſatelles.*
Nunc in 44 Ariſtippi 45 furtim præcepta 46 relabor,
Et 47 mihi res, non me rebus, 48 ſubmittere 49 conor.
50 *Ut nox longa, 51 qvibus mentitur amica, dieſq;*
52 *Longa videtur 53 opus debentibus; ut 54 piger annus*
55 *Pupillis, qvos 56 dura 57 premit cuſtodia 58 matrũ:*
Sic 59 mihi tarda 60 fluunt, ingrataq; tẽpora, qvæ 61 ſpẽ

40 Aliqvando fio ad agendum promptus, practicus, ut Peripateticus. 41 Et civilium negotiorum turbis implicor, id eſt, in Reip. adminiſtratione exerceor. 42 Aliqvando fio Stoicus, ſummum bonum in virtute ponens. 43 Æqvaliter omnia peccata puniens: *rigidus* ergò, id eſt, durus & inexorabilis. Sic C. Manlius dicitur adminiſter & *ſatelles* audaciæ Catilinariæ. 44 Qvi ſummum bonum in voluptate poſuit. 45 Clanculùm. 46 Deficio. 47 Meæ commoditati. 48 Subjicere conor. 49 Academicus ergò. 50 Ex amoris deſiderio iis juvenibus videtur. Similitudo ſumta ab amantibus, &c. Sic Hero Leandro: *Longa mora eſt nobis omnis, qvæ gaudia differt.* Animus enim amantis ſolet eſſe impatientiſſimus moræ qvamvis breviſſimæ, ſicut ex act. 2. Sc. 1. Heaut. Ter. cognoſcitur de Clinia moram Antiphilæ impatienter ferente. 51 Qvibus promiſſa non ſervat, & qvos fallit non veniens. 52 Ob diurnos ſudores & ærumnas. 53 Operariis, qvi pro conſtituta mercede laborant. 54 Tardus videtur, eò qvòd nihil magis deſiderent, qvàm pubertatis annos attingere, ſuoqve jure poſteà vivere, & genio indulgere. 55 Pueris parentibus orbatis & impuberibus, qvi tutoribus indigent ad conſervationem ſui rerumqve ſuarum. 56 Anxia cura, ne corrumpantur. 57 Inhibet. 58 Novercarum. Synecd. 59 Horatio. 60 Longiſſima videntur. Metaph. eſt partim ab animali tardigrado, partim ab aqvis tardè fluentibus & qvaſi ſtagnantibus: qvæ tarditas reddit ingrata tempora ſtudioſo, qvæ minimè ſunt accepta propter impedimenta intervenientia. 61 In Philoſophiæ ſtudiis, & animi tranqvil-

62 *Con-*

62 Conſiliumq́, morantur 63 agendi gnaviter id, qvod
64 Æqvè pauperibus prodeſt, locupletibus æqvè,
Æqvè 65 neglectum pueris ſenibusqve nocebit.
66 Reſtat, ut his ego me ipſe regam ſolerq́, 67 elementis.
68 Non poſſis 69 oculo qvantū contendere 70 Lynceus,
Non tamen idcircò contemnas 71 lippus 72 inungi:
Nec, qvia deſperes 73 invicti membra Glyconis,
Nodosâ corpus 74 nolis prohibere chiragrâ.
75 Eſt qvadam prodire tenus, ſi non datur ultrà.

litate vivendi. 62 Et propoſitum meum de meliori vitæ conditione capeſſenda retardant. 63 Exercendi. 64 Epanalepſis eſt ejuſdem vocis & ſoni in principio & fine: ac rurſus ſecundò æq; & tertio fit Epanodos, id eſt, regreſſio ad eundē ſonum. 65 Contemtum. 66 Qvoniam autem iniqvitate temporum impeditus, altiores in Philoſophia progreſſus facere non potuerim, relinqvitur mihi ſaltem, &c. 67 Philoſophiæ Moralis initiis. Metaph. à primordiis univerſitatis, ac rerum principiis ad rudimenta diſciplinarum indicanda. 68 Qvamvis non poſſit aliqvis tàm acutè videre, qvàm Lynceus. 69 Oculis. Synecd. ſing. 70 Qvi per parietem videre & noviſſimam primamqve Lunam eodem die intueri, & ſolventem Carthagine claſſem è Libycanâ ſpeculâ per tot miliaria, numerumqve navium notare potuit, eaqve, qvæ apud inferos agerentur, videre. 71 Si lippus ſis, & oculorum vitio labores. 72 A medico collyriis, oculorum unguentis. 73 Qvòd robuſti illius pugilis Glyconis membrorum robur non poſſis conſeqvi. 74 Nec velle debes à corpore tuo per ſalutaria medicamenta chiragram, in articulis digitorum inſidentem, arcere. 75 Licet aliqvō uſqve producere, & qvaliacunqve Philoſophiæ principia ſibi comparare, ſi non licet ultra ire, & longiùs aliqvantò procedere, & perfecta habere. Alleg. eſt à viatoribus, qvi, cùm ad locum propoſitum pervenire non uno die poſſunt, bonâ tamen itineris parte confectâ contenti vires reparant, & alternis qvieſcunt: ſic Philoſophiæ ſtudi-

 76 Per-

76 Fervet avaritiâ, miſeroq; 77 cupidine 78 pectus?
79 Sunt verba & voces, qvibus hunc 80 lenire dolorē
Poſſis, & magnam morbi deponere partem.
81 Laudis amore tumes? ſunt certa 82 piacula, qvæ te

oſi, ubi aliqvē in hac progreſſum fecerunt, in hoc acqvieſcunt, eoqve fruuntur libenter. 76 Si animus ardet, inflammatur. Metaph. eſt à fervore aqvæ, cujus vim affectio illa, dum in animis hominum tantum ſuſcitat commotionis, ut nullis rationibus ſedari poſſit, planè exprimit. Cic. pro Qvinct. *fervet avaritiâ.* Enumerat Poëta vitia, qvibus implicitus animus humanus, dicitur ſolari ſe, qvando legendis Philoſophis audiendiſque ſedulò enititur ad virtutem. 77 Poteſt eſſe duplex modus Metonymiæ: prior, qvi ex efficiente docet ſignificari effectam opum cupiditatem: alter contrà, qvi ex effecto ſignificat efficientem, ut Cupido, qvi habetur Deus & auctor cupiditatum, ſumatur pro ipſis cupiditatibus; & *miſer* dicatur, qvòd miſeros efficiat ſic affectos, cùm eripit libertatem; pro qvâ magnanimis viris omnis debet eſſe contentio. 78 Metonymia ſubj. pro corde illic contento. 79 Sunt certa Philoſophorum præcepta & dicta. E geminatâ Synecdoche fit Allegoria. Verba enim & voces ſunt partes integræ orationis, è qvibus conſtant ſententiæ, & ex his oratio. 80 Mitigare hunc dolorem animi, qvi curis augendæ qvidem rei plurimis, amittendæ verò metu maximo conficitur. Videntur ἀλληγορικῶς ſumēda à corpore malè affecto ad animi pravas perturbationes notandas, qvæ à Philoſopho præceptis, tanqvā â Chirurgo fomentis, leniuntur. 81 Si ambitioſus es, φιλοτιμίας. Sumtū eſt etiā à corpore, qvod propriè veneno, aqvâ intercute, flatu & humoribus turget, ad animum pravis affectionibus turbatum & tumentem. 82 Sacrificia, vel remedia & medicamenta purgantia, id eſt, Philoſophica præcepta. Metaphora eſt à ſacrificantibus, qvi victimis piacularibus & lotionibus ſua & aliorum flagitia, ſceleraqve purgare ſolebant, cujusmodi victimis dicit ſcripta

83 *Ter*

83 Ter purè lecto poterunt 84 recreare 85 libello.
86 Invidus, iracundus, 87 iners, vinoſus, amator;
Nemo adeò 88 ferus eſt, ut non 89 miteſcere poſſit,
90 Si modò 91 culturæ patientem commodet aurem.
92 Virtus eſt, vitium fugere; & ſapientia 93 prima,
94 Stultitiâ caruiſſe. 95 Vides, qvæ maxima credis
Eſſe mala, exiguum 96 cenſum, 97 turpemq; repulsā,
Qvanto 98 devitēs animi, 99 capitisq; labore.
100 Impiger 101 extrēos 102 curris 103 mercator ad 104 Indos,

Philoſophorum eſſe ſimilia ad eluendas vitæ ſordes & animi labes. 83 Synecd. eſt fin. pro infin. id eſt, caſtiſſimè, attentiſſimè & diligentiſſimè lecto. 84 Ad ſaniorem mentem reducere. 85 De contemptu honoris & inanis gloriæ, ſeu breviſſimis Philoſophiæ præceptis. Synecd. gen. 86 Sive qvis ſit invidus. 87 Ignavus. 88 Inhumanus, agreſtis, vitioſus, & ab humanitate alienus. Metaphora à beſtiis. 89 Manſvefieri, feritatem exuere, & ad humanitatem expoliri per ſapientiæ ſtudia. Metaphora à fructibus ſive ab agricultura ad Philoſophiam, qvæ vera animi cultura eſt. 90 Si modò tanqvam incultus ager ſe patiatur excoli, ipſisqve monitis præceptisqve Philoſophiæ æqvo animo obtemperet, & ad virtutem & honeſtatem emendari non recuſet. 91 Philoſophiæ. Translatum eſt à cultura fundi & arborum, ad inſtitutionem hominum. 92 Principium virtutis, eſt vitiorum fuga. 93 Princeps. 94 Vitiis carere, qvæ à ſtultitia proveniunt. 95 Tu proſpicis & animadvertis. Translatum eſt à ſenſu corporis acutiſſimo ad mentis præſagitionem: unde ſunt hæc, *acies mentis, animi, ingenii*; item *videre, cernere animo, ingenio, conjecturâ.* 96 Paupertatem, exiguas opes. *Cenſus* eſt tota rei familiaris æſtimatio. 97 In magiſtratu petendo, & non obtinendo. 98 A te propulſare ſtudeas. 99 Corporis periculo. Synecd. enim eſt memb. pro integro corpore ægrotante. 100 Sedulus & induſtrius exiſtens. 101 Toto orbe a nobis remotos. 102 Navigas. 103 Synecd. gen. pro ſpeciali mercatore, i. e. faciente nauticam mercaturam. 104 O-

105 *Per mare pauperiem fugiens, per* 106 *ſaxa,*
107 *per ignes:*
108 *Ne cures ea, qvæ ſtultè miraris* 109 *& optas,*
110 *Diſcere, & audire, &* 111 *meliori credere non vis?*
112 *Qvis circum pagos & circum compita pugnax,*
Magna coronari contemnat 113 *Olympia, cui ſpes,*
114 *Cui ſit conditio dulcis* 115 *ſine pulvere* 116 *palmæ?*
Vilius argentum eſt auro, virtutibus 117 *aurum.*
118 *O cives, cives, qværenda pecunia* 119 *primum eſt,*
120 *Virtus poſt nummos.* 121 *Hæc* 122 *Ianus ſummus*
ab imo

rientales. 105 Anaphora. 106 Scopulos. 107 Per duos circulos ardentes, & per Zonam torridam, id eſt, per graviſſima vitæ pericula. Synecd. ſpec. 108 Ut me cures & tantoperè expetas, id eſt, contemnas ea, qvæ, &c. 109 Divitias ſc. honores, &c. 110 Sapientiæ & virtutis præcepta. 111 Prudentiori, ſapientiori. 112 Qvis homo fortis & ſtrenuus in vilibus locis circa pagos & municipia urbis Romæ pugnabit, & nolet in locis, toto mundo nobiliſſimis, in magnis Olympicis certaminibus coronari, & univerſo orbi innoteſcere? 113 Meton. ſubj. pro victoria, vel potiùs pro adjuncto brabéo & inſigni victoriæ Olympicæ. 114 Anaphora. 115 Sine labore, qvi ſuſcipitur in pulvere, vel laborioſa exercitatione, qvæ ibi fieri ſolet. Meton. ſubj. 116 Qvòd eximiam victoriam poſſit conſeqvi. 117 Polyptoton. 118 Exclamatio eſt, reprehendentis Romanorum avaritiam, & unà Epizeuxis. 119 Ante omnia. 120 Ironia eſt Poëtæ ſimulantis, id eſt contrarium ſentientis & conſulentis, atqve cives faciebant. Hunc ſtudii ordinem qveritur Juven. Sat. 14. perverſum etiam fuiſſe a Romanis ætate ſuâ: *Unde habeas, qværit nemo, ſed oportet habere. Hoc monſtrant vetulæ pueris poſcentibus aſſem: Hoc diſcunt omnes ante Alpha & Beta puellæ.* 121 Qvæ dixi, principia. Anaphora. 122 Janus in principio fori, & Janus in medio fori, indè usqve ab imo Jano, qvi eſt in fine fori, id eſt, univerſi fœneratores, qvi

Per-

Perdocet; 123 *hæc* 124 *recinunt juvenes* 125 *dictata ſenesqve,*
Lævo 126 *ſuſpenſi loculos,* 127 *tabulamq; lacerto.* 56
Si 128 *qvadringentis ſex* 129 *ſeptem millia deſunt,*
130 *Eſt animus tibi, ſunt* 131 *mores, &* 132 *lingva, fidesqve;*
133 *Plebs eris.* 134 *At pueri ludentes,* 135 *Rex eris, ajũt,*

habitant in foro Romano, ubi templum eſt Jani, mercatores & trapezitæ à maximo usqve ad minimum, qvi illùc conveniebant ad rem numerariam (qvam ipſos juvenes palam docerent) publicè docent. Meton. loci pro re locatâ. 123 Præcepta hæc aſſiduè inculcata à fœneratoribus illis, tanqvam magiſtris, aſſiduè in ore habent juvenes & ſenes, illorumqve ſvaſionibus aſſentiuntur. 124 Iterùm atqve iterùm canunt. Sic Od. 28. l. 3. *Tu curvâ* recines *lyrâ Latonam*, &c. 125 Metaph. à magiſtrorum dictatis, id eſt, iis præceptis, qvæ præiens alicujus præceptor tradit diſcipulo deſcribenda. 126 Habentes loculos ſuſpenſos ad nummos in fœnus dandos. Hic verſus explicatus eſt Sat. 6. l. 1. & modificatio notata. 127 Et habentes tabulam ſuſpenſam ad ſcribenda debitorum nomina. 128 Sc. *millibus ſeſtertiûm* vel *nummorum*, qvæ ſumma valet decem millia coronatorum Gallicorum, qvi cenſus erat eqveſtris. 129 Si ſex aut ſeptem millia nummorum tantùm deſunt, non eris eqves, juxtà L. Roſcii Othonis legem. Sic Ter. Eun. *Illum, liqvet mihi dejerare, bis menſibus* Sex, ſeptem, *prorsùm non vidiſſe proximis.* 130 Qvamvis tibi animus optimus eſt, & integerrimus. In *eſt* & *ſunt* eſt Polyptoton. 131 Sancti & honeſti. 132 Facundiſſima. 133 Nihilominùs unus eris è populo aut plebe, inglorius, inhonoratus, qvalis locus erat in imâ theatralis caveæ parte, id eſt, non potes emergere, aut ad dignitatem eqveſtris ordinis pervenire, cùm res domi tenuis & anguſta tibi obeſt. 134 At qvantò rectiùs pueri ludentes inter ſe ajunt, &c. 135 Fortunatiſſimus, maximus, ut vel maximè pecu-

Si rectè facies. 136 HIC MURUS *aheneus eſto,*
137 *Nil conſcire ſibi, nullâ palleſcere culpâ.*
138 *Roſcia* [139 *dic ſodes*] *melior lex, an puerorum*
140 *Nænia? qvæ rectè regnum facientibus* 141 *offert,*
142 *Et maribus* 143 *Curiis, & decantata Camillis?*
144 *Is-ne tibi melius ſvadet,* 145 *qvi, ut rem facias,*
rem,

niâ inſtructus non ſis: vulgus n. nihil regno ſublimius agnoſcit. 136 Hoc firmum eſt beatitudinis domicilium, hoc ſolidum vitæ humanæ præſidium, hoc adamantinum propugnaculum, & tutior firmiorqve arx bono viro eſto, qvàm ſummorum Regum Acropoles, licet eqves vel ſenator non ſit. Alleg. eſt à firmiſſimis præſidiis ac tutiſſimis propugnaculis militum; qvibus ſimilis eſt recta conſcientia. Simili qvoqve Allegoriâ Deus promittit ſe populo ſuo fore ***murum in circuitu igneum.*** Zach. 2. 3. Sic Cic. 7. in Ver. τὸ ***murus*** ſumit: ***ad omnes meos impetus qvaſi*** murus ***qvidam boni nomen Imperatoris opponitur.*** 137 Nullius mali & ſceleris ſibi eſſe conſcium, nullo delicto ex pœnæ metu palleſcere. 138 A Roſcio Othone lata, qvæ ſolis divitibus, ſæpè ſceleratis hominibus honorum præmia decernit. Vide Epod. 4. Dialogiſmus eſt. 139 O avare. 140 Cantilena puerilis. Synecd. ſpec. ***Nænia*** enim propriè eſt cantus lugubris, ſed transfertur etiam ad ália, ut hoc loco ad vulgare puerorum dictum, qvòd talia veluti accinendo pronuntientur. 141 Hoc verbo legitima vis & omni ambitûs ſuſpicione vacans ſignificatur eligendi aliqvem ſuâ virtute in principem. 142 Qvæ uſurpata fuit à fortiſſimis aliis Romanis & maſculâ virtute præditis. Sic de Art. ***Poſt hos inſignis Homerus, Tyrtæuſqve*** mares ***animos in Martia bella Verſibus exacuit.*** Metaph. à ſexu animalium robuſtiori ad magnitudinem animi indicandam. 143 Viris fortibus. Synecd. ſpec. 144 Roſcius Otho, Roſciæ legis autor. 145 Qvi ſvadet, ut opes acqviras, & lucrum facias, ſi poſſis rectè fa-

Si

Si poſſis, rectè : 146 ſi non, 147 qvocunqve modo rem;
148 Ut ſpectes 149 lacrymoſa poëmata 150 Puppî;
151 An qvi fortunæ te 152 reſponſare 153 ſuperbæ
154 Liberum, 155 & erectum præſens hortatur, & aptat?
156 Qvod ſi me populus Romanus ſortè roget, cur
Non 157 ut porticibus, 158 ſic judiciis fruar iiſdem,
Nec 159 ſeqvar, aut 160 fugiam, qvæ diligit ipſe, vel odit:
Olim qvod vulpes ægroto 161 cauta leoni

cere. Anadiploſis, qvamvis prius *rem* non omninò in clauſulâ, ſed poſterius *rem* cum tertio facit Symplocen ejusdem ſoni ſimilitudinem initio & clauſulâ membrorum. 146 Rectè poſſis. 147 Jure vel injuriâ, per fas & nefas. 148 Ut inter eqvites Romanos in theatro ſedeas & ſpectes ludos gladiatorios, &c. 149 Flebilia, lachrymas ex oculis ſpectantium exprimentia poëmata, id eſt, Tragœdias. Meton. effe. pro effic. 150 Puppii, Tragici Poëtæ. 151 An verò Philoſophus aliqvis meliùs te docet. 152 Reſiſtere, & nunqvam ſuccumbere. Sic Sat. 6. l. 2. *Reſponſare cupidinibus.* 153 Efferenti homines inani gloriâ. Meton. effe. 154 Purgatum â vitiis. 155 Adversùs omnia, qvæ in vitâ humanâ poſſunt accidere; Vel, erectum ad virtutes. 156 Procatalepſis eſt futuræ percunctationis à populo Rom. unà cum imperfectâ Proſopopœiâ, qvam ipſemet inducit & ſuſtinet pro populo verſibus duobus, ac deniqve deponit alloqvens populum: *olim qvod* διὰ τῆς ἀποστροφῆς, ad hæc verba, *Bellua multorum capitum.* 157 In qvibus cum populo ſedeo & deambulo. 158 Sic etiam easdem ſententias & opiniones vulgi cur non ſeqvar? 159 Eadem bona cum populo. 160 Eadem mala qvæ ipſis videntur, id eſt, nec eadem ſtudia cum populo tractem. 161 Aſtuta.

162 Reſpon-

162 *Reſpondit*, 163 *referam*: 164 *Qvia me veſtigia terrent,*
Omnia te adverſum ſpectantia, 165 *nulla retrorſũ.*
166 *Bellua multorum es capitum: Nam* 167 *qvid ſeqvar?* 168 *aut qvem?*
Pars hominum 169 *geſtit conducere* 170 *publica:* 171 *ſunt qvi*
172 *Cruſtis & pomis* 173 *viduas* 174 *venentur avaras,*

162 Apud Æſopũ. Cùm enim leo jam ſenior venatu ampliùs victum ſibi qværere non poſſet, ſimulato morbo in antro ſuo recumbens reliqva animalia, ut ſe regem officii gratiâ inviſant, hortatur, qvæ ille poſteà omnia devorat. Qvi cùm vulpẽ interrogaret, cur & non ipſa ingrederetur: reſpondit illa, veſtigia ſeſe deterrere, cùm videat omnia introrſùm, nulla retrorſùm ſpectare. 163 Reſpondebo populo Romano. 164 Qvia non dabitur mihi à vitiis reditus, ſi ad illa ſemel ingreſſus fuero. 165 Nec reditum animalibus ingreſſis ullum eſſe datum; ſic etiam me veſtigia illa terrent, ne vulgi opiniones ſeqvar. 166 *Θηρίον πολυκέφαλον*, in qvo variæ formæ ac figuræ, nec unum cum alio, imò ne ſecum qvidem conſentit. Eſt populi deſcriptio. De judicii popularis depravatione lege Senec. l. 4. Qvæſt. & Orat. pro Plancio. 167 In vulgo. 168 Fugiam? 169 Gaudet. Sumtum eſt à geſticulatoribus, & qvi riſum movent ſuis ſpectatoribus, ad ſummam redemtorum aviditatem indicandam. 170 Vectigalia & tributa populi magno ſuo emolumento, undè publicani appellabantur. Eſt hîc ergo Synecdochica periphraſis Τελωνῶν, qvi publica vectigalia & tributa redimebant, atqve exigebat non ſine intolerabili concusſione populi. 171 Alii, qvi orborum hæreditates captent: qvod genus hominum deſcribit Sat. 5. l. 2. 172 Placentis. Sumtum à pueris, qvos facile eſt cuiqve in ſuam allicere & attrahere voluntatem nucibus, pomis & placentis; ab aucupibus & venatoribus, qvi volucres & feras ſolent ineſcare ac capere illecebris gulæ delinientes. 173 Opes viduarum munerum cupidarum. Meton. ſubj. 174 Capiant. Metaph.

175 *Exci-*

175 Excipiantqve ſenes, 176 qvos in vivaria mittant.
177 Multis occulto creſcit res fœnore. Verùm
178 Eſto, aliis alios rebus ſtudiisqve teneri:
179 Iidem eadem poſſunt horam durare probantes?
180 Nullus in orbe ſinus 181 Baiis prælucet amœnis,
Si dixit dives, 183 lacus & mare ſentit amorem
184 Feſtinantis heri; cui ſi vitioſa libido

175 Inſidiosè muneribus ſuis capiant. Sic Virg. Ecl. 3. *Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum* Excipere *inſidiis?* 176 Qvos in ſuas naſſas muneribus ſuis ineſcatos mittant (non ſecùs ac aucupes & venatores aves feraſqve captas in vivaria includunt) donec tandem illorum bona conſeqvantur. Metaph. eſt ad ſignificandam vitam nullis curis ſubjectam, rebuſqve ad ipſam ſuſtentandam neceſſariis plenè inſtructam. 177 Multi opes ſuas illegitimo fœnore amplificant. 178 Concedatur, variorum hominum varia ſtudia & opiniones eſſe. Permiſſio eſt ſuperiorum ſtudiorum. 179 Poſſunt-ne iidem homines vel per unam horam perſeverare, ut eadem ſeqvantur? Hoc ergò intolerabile, qvòd unus idemqve homo uno ſæpè tempore diverſa ſentiat. 180 Imperfecta & obliqva eſt Proſopopœia divitis, ut hoc, *Si dixit dives*, ſubindicat, tanqvam nota receſſus ab eâ. 181 *Baja*, urbs Campaniæ, aqvis calidis nobilitata ac celebrata. 182 Præferendus eſt, amœnior eſt. Metaph. à ſervis, qvi ſolent heris ſuis accenſas præferre faces. 183 Lacus marinus, id eſt, Lucrinus in Bajano. Synecd. gen. & Metaph. ubi rebus inanimatis tribuitur ſenſus cum damno tamen conjunctus. 184 Eò ſc. ad ædificia in mari ſtruenda.

185 *Fece-*

185 *Fecerit auſpiciũ, cras* 186 *ferramenta* 187 *Theanũ*
188 *Tolletis fabri;* 189 *lectus genialis in* 190 *aula eſt?*
Nil ait eſſe prius, meliùs nil 191 *cœlibe vitâ;*
192 *Si non eſt, jurat benè ſolis eſſe maritis.*
193 *Qvo teneam vultus mutantem Protea nodo?*
194 *Qvid pauper?* 195 *ride; mutat* 196 *cœnacula, lectos,*

185 Cui hero ſi vitioſa animi libido conſilii hujus initium fecerit, & tanqvam avis cantu aut volatu, auſpiciũ fecerit ratum, i.e. impulerit divitẽ, ut ædificet, ſtatim animum mutat, & jubet fabros ferramenta Theanum tranſportare. Translatum eſt ab auguribus, qvi nihil aggrediuntur ſine aſpectu avium, cui errato ſimilis eſt libido vitioſa impellens divitem ad alteram ædificationem priori relictâ. Itaqve talis libido dùm impellit, ſvadet, ut aliqvid faciamus, vel fugiamus, dicitur *facere auſpicium.* 186 Inſtrumenta fabrilia ad ædificandum neceſſaria Synecd. ſpec. 187 Campaniæ oppidum, ubi palatium exſtruam. 188 Feretis, tranſportabitis. Apoſtrophe eſt ſive averſio ſermonis ad Architectos vel fabros, qvos herus mutato conſilio alloqvitur. 189 Conjugio & gignendis liberis deſtinatus, id eſt, ſi hic dives maritus ſit, & uxorem habeat. Met. ſubj. pro ipſis conjugibus. *Lectus* autem *Genialis*, eſt torus nubentibus puellis ſtratus in honorem Genii, qvi Naturæ Deus credebatur. 190 Domo. 191 Extra conjugium, id eſt, tunc vult eſſe ſine conjuge. In *nil* eſt Anaphora. 192 Si non eſt ei lectus genialis, id eſt, uxor, tunc jurat nihil melius eſſe conjugio. 193 Qvomodo ſive qvo vinculo conſtringam hunc hominem tantopere ſibi diſſimilem, & in omnes formas ſe transmutantem, ne adeò varius & lubricus elabatur? Epiphonema eſt, ſive ſumma Poëtæ acclamatio ad magnitudinem inconſtantiæ narratæ indicandam. De mutabilitate Protei vide Sat. 3. l. 2. & Virg. 4. Georg. 194 Qvid agit pauper? Dixit de divitum inconſtantia: nunc de pauperum mobilitate agit. 195 Ejus etiam inconſtantiam: nam in ipſo eadem prorsùs, qvæ in divitibus, inconſtantia. 196 Habitationes ſuas ædium ſu-

Balnea

Balnea, tonſores: 197 conducto navigio, æqvè
198 Nauſeat ac locuples, qvem ducit 199 priva
200 triremis.
201 Si curtatus inæqvali tonſore capillos
Occurri, 202 rides: ſi fortè 203 ſubucula 204 pexa
Trita ſubeſt tunicæ, vel 205 ſi toga diſſidet impar,
Rides: qvid, 206 mea cùm pugnat ſententia ſecum?
207 Qvod petiit, ſpernit: repetit, qvod nuper omiſit?
208 Æſtuat, & vitæ 209 diſconvenit 210 ordine toto?
211 Diruit, 212 ædificat, mutat qvadrata rotundis?

periores. *Cœnaculum* eſt locus ad cœnandum accommodatus. 197 Ab aliis, id eſt, non habens proprium navigium. 198 Faſtidio afficitur qvàm dives aliqvis. 199 Sua, & propria, non conducta. *Priſcum* enim *conducto* opponit. Vide Sat. 5. l. 2. 200 Navis tribus remigum ordinibus agitata. 201 Si tibi occurram capillos non æqvaliter à tonſore decurtatos habens, tunc me irrides. Meton. effec. pro tonſore capillos inæqvaliter tondente per imperitiam ruſticam. Eſt qvoqve in *tonſore* Synecd. gen. pro ſpeciali tonſore pilorum capitis humani, cùm ſint etiam alii tonſores ovium. 202 Epiſtrophe. 203 Pannus ſubſutus. 204 Villoſæ, lanoſæ, & à ſordibus mundatæ. *Pexam* enim opponit *tritæ.* 205 Si toga non ſedet æqvalis in humeris meis, & ab unâ parte longiùs in terram propendeat, in alterâ magis elevata. 206 Cùm meus animus diſſimilis eſt, cùm in mente meâ tanta eſt varietas & inconſtantia. 107 Cùm ſententia mea ſpernit, qvod petiit, id eſt, qvod ego ipſe expetivi. 208 Cùm animi perturbationibus & inconſtantiâ, tanqvam maris æſtu perturbata, commovetur & agitatur. Sumtum eſt ab ignis vel aqvæ marinæ commotionibus & incendiis, qvibus æqvor concitatur, ad turbidos animi affectus indicandos. 209 Malè qvadrat, diſcrepat. 210 Sc. *in.* 211 Cùm deſtruit Simili inæqvalitate & inconſtantiâ fuerunt Tigellius Sat. 3. l. 1. & Priſcus. Sat. 7. l. 2. notati. 212 Diru-

Inſa-

Inſanire putas 213 *ſolennia me, neque rides,*
214 *Nec medici credis, nec curatoris egere*
A 215 *Prætore dati, rerum tutela mearum*
216 *Cùm ſis, &* 217 *pravè ſectum* 218 *ſtomacheris ob unguem*
De te 219 *pendentis, te* 220 *reſpicientis amici.*
221 *Ad ſummam, ſapiens uno* 222 *minor eſt Jove,* 223 *dives,*
224 *Liber, honoratus, pulcher,* 225 *rex deniq; regum:*
226 *Præcipuè ſanus,* 227 *niſi cùm pituita moleſta eſt.*

ta. 213 Solenni & communi omnium hominum inſaniâ teneri, nec peculiari furore laborare, cùm maxima pars hominum morbo jactetur eodem. 214 Nec medici operâ & hellebori potione ad inſaniam expurgandam. Alleg. eſt à remediis medicorum, ad ſalubria Philoſophorum præcepta, qvibus perturbationes animorum curantur. 215 Qvi mihi, tanqvam inſano, à Prætore detur. Prætor non ſolùm dabat tutores & curatores pupillis ac minoribus; ſed etiam inſanis ac furioſis. 216 Cùm ſis tutor mearum rerum, ô Mæcenas. 217 Inæqvaliter reſectum, id eſt, ob leve peccatum. 218 Iraſcaris. 219 Suſtentati & innitentis tuâ ope. Translatio à fulcris penſilibus nuptâ cum. In *de te* Meton. eſt pro conſilio & auxilio Mæcenatis, è qvibus totus pendet amicus. 220 Auxilium à te exſpectans. 221 Deniqve, poſtremò. 222 Inferior, id eſt, uni Jovi cedit, & omnes mortales anteit. 223 Si non corporis, certè animi bonis. 224 Eſt ſui juris, nulli mortalium ſubjectus. 225 Imperator omnium. 226 Imprimis & præ aliis ſanus eſt, & animo pariter & corpore valet, cùm pleriqve alii tantùm corpore ſani ſint, animi autem morbis infinitis continuò laborent & jactentur. 227 Niſi cum pituita aliuſve morbus ipſi moleſtus eſt. Meton cauſæ, id eſt, hujus redundantis humoris pro dolore à prono hujus decurſu in partes ſubjectas excitato.

Epiſt.

Epiſt. II.

Ad LOLLIUM.

Homerum in ſuis poëmatis pleniùs ac meliùs, qvàm qvosdam philoſophos qvid honeſtum ſit, docere dicit: amborum afferens argumenta. In Iliade qvidem, qvales ſint in ſtultis regibus & populis animi motûs, deſcribi: in Odyſſea autem, Ulyſſis exemplo, qvid virtus & ſapientia poſſint, oſtendi. Deinde ad ſtudium ſapientiæ hortatur, utpote qvos recenſet animi morbos, ſanaturæ. Sed à teneris aſſveſcendum hujusmodi præceptis eſſe docet.

TRojani belli 1 *ſcriptorem, maximè Lolli,*
Dum tu 2 *declamas Romæ,* 3 *Præneſte relegi:*
4 *Qvi, qvid ſit* 5 *pulchrum, qvid* 6 *turpe, qvid* 7 *utile,* 8 *qvid non.*
9 *Pleniùs ac meliùs* 10 *Chryſippo & Crantore* 11 *dicit.*

1 Homerum, id eſt, libros de bello Trojano ſcriptos ab Homero. Duplex ergò hic eſt Tropus: prior eſt Synecd. gen. (qvòd alii fuerint ejusdem ſcriptores) alter eſt Meton. effic. 2 Oratoriam exerces, & vitia deteſtatus de virtute, tanqvam Orator, exercitii causâ diſputas. 3 Præneſte [qvod nomen eſt urbis in Latio] diligenter perluſtravi. Metaphora ab iis, qvæ manibus colliguntur & capiuntur, ut ſeges, poma & flores, ad ea, qvæ oculis & inde mente percipiuntur, qvales ſunt literæ & ſententiæ, qvæ velut colliguntur oculis. 4 Polyptoton & Anaphora. 5 Honeſtum. 6 Inhoneſtum. 7 Invita. 8 Qvid non ſit utile. 9 Uberiùs ſive copioſiùs, & perfectiùs. 10 Qvàm Chryſippus Stoicus, divinus ille Dialecticus, egregiis ſuis de Virtute libris, & Crantor Academicus, qvi Virtute, Sapientiâ, & Eloqventiâ in Academia ſummam laudem conſecutus eſt. Allegoria eſt è continuatis Synecdochis ſpecierum, pro Stoicis, Academicis, reliqvisqve Philoſophis: ac prætereà Meton. effic. pro libris Philoſophicis ab utroqve compoſitis. 11 Poëmate ſuo.

Cur ita crediderim,(12 niſi qvid te detinet)13 audi.
14 Fabula, 15 qvâ 16 Paridis propter narratur 17 amorem
18 Græcia 19 Barbariæ lento 20 colliſa duello,
21 Stultorum regum, & populorum continet 22 æſtus.
Antenor cenſet belli 23 præcidere cauſam.
24 Qvid Paris? 25 ut ſalvus regnet, vivatq; beatus,

12 Niſi aliis fortè negotiis occuparis. 13 Accipe rationem mei judicii de præſtantia ſcriptorũ Homeri ſupra libros Philoſophorum. 14 Illud Poëma. Syn. gen. pro Iliade, qvæ primum Homeri opus eſt. Ordo eſt: Fabula, qvâ Græcia colliſa Barbariæ lento duello narratur propter amorem Paridis, continet æſtûs ſtultorum regum & populorum. 15 In qvâ. 16 Priami & Hecubæ filii, qvi Helenam, Menelai, Spartanorum regis, uxorem, hoſpitii jure nefariè violato, rapuerat, ſecumqve Trojam abduxerat. 17 Libidinem. 18 Meton. duplex eſt ſubjectorum pro incolis Græcis & Phrygibus. 19 Cum Barbariâ, id eſt, Phrygiâ. Synecd. gen. pro ſingularibus populis, cùm nomen *Barbaria* communiter attineat judicio Græcorum ad populos, qvi non eſſent Græci, etiam ad Romanos. 20 Commiſſa & conflictata, attrita bello decennali. *Duellum* propriè eſt bellum, qvo duæ partes inter ſe contendunt de victoriâ. Græciæ ac Trojæ principum, Hectoris, Achillis, Agamemnonis, Antenoris, Paridis, Ajacis, & populi Græci & populi Trojani. Synecd. gen. 22 Animorum motûs, perturbationes, libidines, amores, diverſos mores, diſſimilia ingenia, variaqve conſilia. Metaph. eſt à mari procellis exagitato ad populares turbas inter principes exortas. 23 Præcidendam & opprimendam eſſe belli cauſam, Helenamqve cum ſuis bonis Græcorum legatis reddendam. Vide Iliad. η Metaph. eſt à corporibus: propriè enim dicitur *præcidere anchoras, manum, caput*: hinc *præcidere amicitias, libertatem, ſpem*, pro auferre. 24 Qvid Paris ille adulter facit & cogitat? 25 Ut genio ſuo indulgeat.

26 *Cogi*

26 Cogi poſſe negat. 27 Neſtor 28 componere lites
29 Inter 30 Peleiden feſtinat & inter 30 Atreiden;
31 Hunc 32 amor, ira qvidem communiter 33 urit 34 utrumqve.
Qvidqvid 35 delirant reges, plectuntur 36 Achivi.
Seditione, dolis, ſcelere, atqve libidine, & irâ,
37 Iliacos 38 intra muros peccatur, & 39 extra.
Rurſus, 40 qvid virtus, & qvid ſapientia 41 poſſit,

26. Ad reddendam Helenam Menelao. 27 Nelei filius, Pyli rex, qvi tertiam jam ætatem hominum vixerat, & è cujus ore melle dulcior fluebat oratio. Vide Iliad. α. 28 Dirimere controverſiam, & conciliare ſibi invicem diſſentientes inter ſe ducũ animos ſtudiosè contendit. Sic Virg. Ecl. 3. *Non noſtrum inter vos tantas* componere lites. 29 Symploce. 30 Pelei filium Achillem, & Atrei filium Agamemnonem Synecd. gen. 31 Agamemnonem. Agamemnon enim cùm Chryſæ, ſacerdotis Apollinis, filiam, ob qvam peſtis inter Græcos exorta erat, patri reſtituere cogeretur: iratus Achilli amicam ſuam Briſeidem vi eripit, undè graviſſima illa exorta contentio. 32 Chryſeidis, qvam perditè amabat. 33 Incendit, & in alterius odium exſtimulat. 34 Ducem ſc. Achillem propter ereptam Briſeïda; Agamemnonem ob reſtituendam Chryſeïda. 35 Iſti duo reges per iræ aut libidinis furorem ſtultè peccant, & à ratione atqve honeſto deflectunt. Sumtum ab agricolis, dùm arando rectos non ducunt ſulcos. 36 Ejus culpam ſubditi miſeri & innoxii ob id luunt. Agamemnon enim dùm Chryſeïda patri non vult reſtituere, diram peſtem in Græcorum caſtris concitat, qvâ multa militum millia perierunt Achilles autem dùm ob ereptam ſibi Briſeïda iratus non ampliùs contra Trojanos pugnat, innumeros Græcorum milites Hectori, aliisqve Trojanorum trucidandos objectat. 37 Urbis Trojanæ. 38 Anadiploſis eſt, circa principium & clauſulam ejuſdem ſententiæ ſimilitudo ſoni. 39 A Græcis. 40 Anaphora 41 In

Utile 42 propoſuit nobis 43 exemplar Ulyſſem:
44 Qvi 45 domitor Trojæ, multorum 46 providus 47 urbes,
Et mores hominum inſpexit; 48 latumq; per æqvor,
Dum ſibi, dum ſociis 49 reditum 50 parat, 51 aſpera multa
52 Pertulit, adverſis rerum 53 immerſabilis undis.
54 Sirenum voces, & Circes 55 pocula 56 noſti;

vita mortalium. 42 In alterâ Poëmatis parte Odyſſeâ, in qvâ Ulyſſis ærumnas & errores poſt captam Trojam deſcribit. 43 Vitæ humanæ ſpeculum, id eſt, Ulyſſem, qvem qviſqve imitari debet. 44 Ulyſſes ſc. 45 Ubi Trojam, id eſt, Trojanos, poſt decennale bellum rapto Palladio, domuit ac ſubegit. Meton. ſubj. 46 Prudens. 47 Sic Homer. Odyſſ. α. Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω. 48 Per ſpatioſum illud mare *Græcum*. 49 In patriam Ithacam. 50 ab eversâ Trojâ 51 Adverſa. 52 Integro decennio. 53 Qvi tot naufragiorum, tot periculorum fluctibus nunqvam obruendus, tot voluptatum illecebris nunqvam ineſcandus fuit, id eſt, qvi nunqvam victus fuit à rebus adverſis. 54 Sirenum cantûs, id eſt, voluptatum illecebras. Nam qvod Poëtæ de Sirenibus, Acheloï fluminis & Calliopes Muſæ filiabus, de Aglaophonia, Telxiope, Piſinoë, & Lygea fingunt, qvòd qviſqvis illas canentes audiviſſet, æternùm cuperet apud illas deliteſcere, & nunqvam de reditu in patriam cogitârit; nihil aliud eſt, qvàm voluptates & meretriciæ libidines, qvibus qvicunqve aures ſuas ſemel indulſit, æternùm illarum volutabro inhærere cupit, nunqvam ad virtutem & Sapientiam pervenit, nunqvam etiam de reditu ad Deum & honeſtatem in patriam cogitat; ad qvarum blanditias virum bonum aures occluſas habere ſociorum ſuorum exemplo Ulyſſes admonet. 55 Venenata & incantata. Qvod etiam Homerus de Circe, Solis & Perſæ filiâ, fabulosè me-

57 Qvæ

57 *Quæ ſi cum ſociis* 58 *ſtultus cupidusqve bibiſſet,*
Sub 59 *dominâ meretrice fuiſſet* 60 *turpis* 61 *& excors*
Vixiſſet canis 62 *immundus,* 63 *vel amica luto ſus.*
64 *Nos numerus ſumus, &* 65 *fruges conſumere nati,*

morat, qvòd Ulyſſis ſocios, pharmaco in potum exhibito, virgâ tactos, in porcos mutaverit, à cujus veneficiis Ulyſſes, Mercurii beneficio, herbâ Moly tutus fuerit: qvidnam aliud, qvàm homines per voluptatem venena ab hominis dignitate & præſtantiâ deſciſcere, & in voluptatem volutabro cum brutis & porcis æternùm degere & volutari? à qvibus tùm demùm aliqvis tutus, ubi herbâ illâ Moly, non niſi Dei beneficio oblatâ, continentiâ ſcil. & temperantiâ ſeſe munivit. Ulyſſes igitur tanqvam vir prudens, nec Sirenum voluptatum cantus dulcedine capi, aut ab honeſto in vitæ humanæ maris curſu avocari potuit, nec Circes pocula, qvibus aliis belluinam voluptatem & feritatem præbibebat, guſtare voluit. 56 O Lolli. 57 Pocula venefica. 68 Stultè & imprudenter, & cupidè. Antimeria. 59 Procaci: nam qviſqvis meretricio amore devinctus eſt, ſervitutem ſervit, eamqve turpiſſimam. 60 In formam belluæ converſus fuiſſet. 61 Et amens. 62 Libidinoſus. 63 Vel ut porcus luto gaudens ſive cœni volutabro amicus. Ideò Ep. 2. l. 2. dicitur *lutulenta ſus*: qvîcum Apoſtolus Petrus Ep. 2. c. 2. v. 22. comparat eos, qvi poſt agnitam juſtitiæ viam redeunt ad priſtinam vitæ ſpurcitiam, *ut canis ad ſuum ipſius vomitum, & ſus lota ad volutabrum cœni.* 64 Nos ſumus inutilia terræ pondera, ſine virtute, & (ut inqvit Virgil.) *ſine nomine vulgus*, nullius loci aut ordinis viri, nulli uſui, tantùm aliorum hominum numerum explemus. Sumtum eſt ab Arithmeticis, qvi cùm diu multùmqve ſe omni parte numerationis exercuerint, nihilo plus argenteorum, vel aureorum nummorum in ſuis crumenis reperiunt, qvàm ſi notas notis nunqvam addidiſſent & multiplicaſſent. Inanis eſt ille numerus ſine præſentiâ rerum numeratarum. 65 Ad fruges conſumendas, in edendo &

66 *Spon-*

66 Sponſi Penelopes, nebulones, 67 Alcinoiqve,
In 68 cute curandâ plus æqvo 69 operata juventus:
Cui 70 pulchrum fuit 71 in medios dormire dies, &
Ad 72 ſtrepitum citharæ 73 ceſſatum ducere curam.
74 Ut jugulent homines, ſurgunt 75 de nocte latrones:
Ut te ipſum ſerves, non expergiſceris? atqvi
Si noles 76 ſanus, 77 curres hydropicus: & , ni
78 Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non

bibendo occupati. *66* Ut, vel tanqvam proci Ulyſſis uxoris, id eſt, luxurioſi & inertes. Metaph. *67* Nos ſumus Phæaces Alcinoi juventus, id eſt, molles ſumus, & voluptatibus dediti. *Alcinous* fuit filius Nauſithei, & Rex Phæacum, qvi Corcyram inſulam inter Epirum & Calabriam tenuit, ad qvem Ulyſſes, naufragio illic facto, ereptus ſe recepit, & ab eodem præter cætera intellexit luxum & mores Phæacum, ut eſt Odyſſ. ϑ. *68* Corpore curando, indulgendo genio, & obſeqvendo animo. Synecd. mem. Pro hoc dixit Sat. 5. l. 2. *pelliculam curare.* *69* Occupata, & plus juſto laboris impendens. *70* Præclarum, & pro ſummo bono habitum fuit. *71* Ad meridiem uſqve crapulam edormire. *72* Sonitum. *73* Omnes ſollicitudines ſopire, ceſſare facere, abigere. *74* Criminatur juventutem tàm ſupinam, ſuæqve ſalutis ita immemorem, ut etiamſi poſſit ab imminenti malo ſeqve ſuaqve ſervare, nolit tamen expergiſci, ſeqve periculis eripere. *75* Per noctem. *76* Si noles expergiſci & vigilare ad te ſervandum, dùm vales & integer es. Alleg. eſt è continuatis Metaphoris à graviſſimâ corporis ægrotatione ad animi ægritudinem. *77* Curres ad medicum, cùm factus eris hydropicus, non ſine periculo ſanitatis nunquam recuperandæ: eodem modo, ſi animum, dùm adhùc à vitiis purum habes, ſtudio virtutis & Sapientiæ dare nolueris in tempore, reliqvum erit, ut habitu vitiorum contracto, animi medicos Philoſophos fruſtrà poſtea accedas, cùm remedio ampliùs locus non eſt. *78* Nocturno tem-

79 In-

79 Intendes animum 80 ſtudiis, & rebus honeſtis,
Invidiâ, vel amore 81 vigil torqvebere: nam cur,
Qvæ lædunt oculos, feſtinas 82 demere: ſi qvid
83 Eſt animum, differs curandi tempus in annum?
84 Dimidiũ facti, qvi cœpit, habet: 85 ſapere aude:
86 Incipe: qvi rectè vivendi prorogat 87 horam,
88 Ruſticus exſpectat 89 dum defluat 90 amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne 91 volubilis ævum.
92 Qværitur argentum, puerisqve 93 beata 94 creandis

pore librum alicujus Philoſophi legas, & ex eo medicinam vitiorum petas. 79 Adjunges, appelles. Verbum à venatoribus translatum, qvi retia intendunt ad feras capiendas; aut à ſagittariis, qvi arcum, etiam ad aliqvid aliud efficiendum. 80 Philoſophiæ præceptis. 81 Exſomnis, ſciens & prudens cruciabere. Metaph. à corpore, qvod propriè dicitur torqveri in qvæſtionibus, ad tormenta & cruciatûs animi notandum. 82 Eximere. 83 Abſumit, excruciat & erodit. 84 Principium dimidium totius eſt. Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. Heſiod. 85 Aliqvid honeſtæ rei tractare. 86 Nihil differens. 87 Tempus. Synecd. ſpec. 88 Tanqvam ruſticus, ruſticè, vel ſimilis eſt ruſtico illi ſtulto, volenti flumen tranſire. Sumtum eſt ab agricolis imperitis, qvalem ſe profitetur Corydon apud Virg. Ecl. 2. Ruſticus *es Corydon*, id eſt, ſtultus. Ita Qvintil. dicit *manus indoctas & ruſticas*: & Cic. Offic. 3. *urgent ſanè ruſticè, negant enim poſſe, & in eo perſtant.* 89 Donec totâ aqvâ elapsâ, alveus areſcat, & ſicco pede tranſire poſſit. Inſigne exemplar ignaviæ, exſpectans ruſticus dùm amnis defluat, cùm vel vado, vel ponte, vel navigio tranſire, vel etiam tranſnatare poſſit. 90 Meton. ſubj. qvòd locus, id eſt, alveus fluminis ſumatur pro aqvis volubilibus. 91 Fluens. 92 A Romanis noſtris. 93 Dives ac benè dotata, pecunioſa. Sic Sat. ult. l. 2. *Ut Naſidieni juvit te cœna* beati? 94 Pro-

Uxor, & incultæ 95 *pacantur vomere* 96 *ſylvæ,*
97 *Qvod ſatis eſt, cui contigit, hic nihil ampliùs* 98 *optet.*
99 *Non domus, &* 100 *fundus,* 101 *non æris acervus, & auri*
Ægroto 102 *domini* 103 *deduxit corpore febres,*
Non 104 *animo curas;* 105 *valeat poſſeſſor oportet,*
Si 106 *comportatis rebus benè cogitat uti.*
107 *Qvi cupit, aut metuit,* 108 *juvat illum ſic domus, aut* 109 *res,*

creandis. 95 Arantur, & ad fruges producendas præparantur, id eſt, loca priùs arboribus conſita fiunt culturâ fertiles agri, ut docet Virg. 2. Georg. Metaph. ab animatis ad inanimata. 96 Tellus, ubi ſylva priùs ſteterat. Meton. adj. 97 Homini ſecundùm naturam, non libidinem, viventi. 98 Optare & deſiderare debet. 99 Epanodos eſt, ejusdem ſoni regreſſio circa principium & medium. 100 Ager, à *fundendis* qvotannis opibus dictus, ut loqvitur Ep. 2. l. 2. Sic Tibul. *Non opibus mentes hominum, curæqve levantur, Nam fortuna ſuâ tempora lege regit.* Eandem ſententiam propemodum expreſſit Od. 1. l. 3. *Qvòd ſi dolentem nec Phrygius lapis*, &c. 101 Non ingens pecuniarum acervus. Meton. mat. pro nummis aureis & æreis. 102 Divitiarum poſſeſſoris. 103 Dimovit, profligavit ex corpore. 104 Ex animo domini. 105 Sed oportet ut divitiarum poſſeſſor ſit animo & corpore ſanus, & vacuus, ab omnibus vitiis & affectibus pravis Metaph. à corpore ad animum. 106 Opibus ac bonis hæreditariis vel acqviſitis, qvorum uſus vel ſine ſanitate miſerabilis, vel ſine virtute pernicioſus. 107 Avarus, qvi cupit opes poſſidere, aut metuit illas amittere, vel qvi deditus eſt cupiditatibus & affectibus, nihilo majorem ex fortunæ bonis & poſſeſſione divitiarum fructum percipit, qvàm lippus ex tabulis pictis, &c. 108 Delectat & recreat. 109 Res familia-

Ut

Ut 110 *lippum pictæ tabulæ*, 111 *fomenta podagram,*
Auriculas citharæ collectâ 112 *ſorde* 113 *dolentes.*
114 *Sincerum eſt niſi vas, qvodcunqve* 115 *infundis,*
116 *aceſcit.*
Sperne voluptates; nocet empta dolore 117 *voluptas.*
118 *Semper avarus eget*: 119 *certum voto pete finem.*
Invidus alterius macreſcit rebus 120 *opimis.*
121 *Invidiâ* 122 *Siculi non invenêre Tyranni*
123 *Majus tormentum. Qvi non* 124 *moderabitur iræ,*
125 *Infectum volet eſſe, dolor qvod* 126 *ſuaſerit,* 127 *&*
mens,

ris, vel pecunia. 110 Cæcutientem. 111 Fomenta podagræ dolorem ad tempus minuunt, ſed cauſam morbi funditùs non tollunt. 112 Ex ſorde. 113 Et ſurdaſtras. Qvod enim cæco ſpeculum, qvod podagræ remedia, qvod ſurdis lyræ ſonitus præſtat; hoc divitiæ avaris. Qvæ ne ipſis poſſeſſoribus noxiæ aut inutiles ſint, animus ante omnia Virtute & Sapientiâ eſt perpurgandus. 114 Defæcatum. 115 Illi. 116 Corrumpitur. Sic animus, niſi à pravis cupiditatibus purgatus ſit, virtutem capit, & qvidqvid capit, corrumpit. 117 Nam voluptas inhoneſta, qvæ dolore emitur, & pœnitentiam à tergo ſecum trahit, & plus aloës, qvàm mellis, habet, mala eſt. 118 Semper avaro deeſt aliqvid. Nec mirum, cùm nihil ei ſatis ſit, qvi divitias, non ut inſtrumenta vivendi, ſed ut finem, appetit. Lepidum ergo illud Mimographi: *Avaro tàm deeſt qvod habet, qvàm qvod non habet.* 119 Certum modum opum congerendarum tuæ cupiditati expete ac præſcribe: avaritia enim infinita & inſatiabilis eſt, qvia nec augetur copiâ, nec minuitur inopiâ. 120 Secundis & florentibus. 121 Ægritudine ex alterius rebus ſecundis ſuſceptâ. 122 Phalaris, Agathocles, & Dionyſius. 123 Crudelius ſupplicium. 124 Qvi iræ ſuæ frænum rationis non injiciet. 125 Non factum eſſe qvod factum eſt, id eſt, illum mox facti pœnitebit. 126 Irato. 127 Dolore iræ & furore perturbata, id eſt, mens irata.

Dum pœnas 128 *odio per vim* 129 *feſtinat* 130 *inulto.*
Ira 131 *furor brevis eſt;* 132 *animum rege; qvi niſi* 133 *paret,*
134 *Imperat:* 135 *hunc* 136 *frænis, hunc tu compeſce* 136 *catenâ.*
137 *Fingit eqvum* 138 *tenerâ* 139 *docilem cervice* 140 *magiſter*
141 *Ire viam, qvam monſtret eqves;* 142 *venaticus, ex qvo*
Tempore 143 *cervinam pellem* 144 *latravit in aula,*
145 *Militat in ſylvis catulus.* 146 *Nunc adbibe* 147 *puro*

128 Iræ impatientiâ. 129 Se ulciſci properè deſiderat. 130 Nondum ulto, ſed vindictam deſiderante. 131 Inſania. 132 Appetitum, τὸν θυμὸν, animiqve perturbationem guberna. Meton. ſubj. 133 Rationi. 134 Rationi, id eſt, rationem ſubvertit. 135 Iracundiæ furorem, tanqvam eqvum ferocem & indomitum, præceptis ſapientiæ, ratione, patientiâ, injuriarum contemtu, tanqvam frænis & catenis conſtringe, inhibe. Anaphora. 136 Metaph. eſt duplex. 137 Format, docet. 138 Ad domandum facili. 139 Et juniorem. 140 Eqvorum domitor, eqviſo, ἱπποδάμος. Synecd. gen. 141 Illam viam incedere, id eſt, ad illam viam ingrediendam & tenendam. Helleniſmus. 142 Catulus venaticus. 143 Cervæ ſimilem & cibo impletam. 144 Latrando appetiit, diſcerpſit. 145 Cervas ſectatur & venatur. Translatum ab hominibus, qvi ſub Imperatoribus ære & ſtipendio merent, & militarem navant operam, ad canes, qvi perſeqvuntur feras in ſylvis. 146 Percipe, hauri, animo infige Philoſophiæ præcepta. Sumtum eſt ab infantibus, qvi ſugunt ubera nutricum, ut doceat ſapientiam unà ferè cum lacte animo pueri inſtillandum eſſe, cùm adhùc ille eſt purus, nullisqve malis exemplis contaminatus, praviſqve documentis pollutus nullâqve labeculâ aſperſus. 147 Since-

Pecto-

Pectore 148 verba 149 puer, nunc te 150 melioribus offer.
QVO ſemel eſt 151 *imbuta* 152 *recens, ſervabit* 153 *odorem*
Teſta diu; 154 *qvòd ſi ceſſas,* 155 *aut ſtrenuus anteis,*
156 *Nec tardum opperior, nec præcedentibus inſto.*

ro animo. 148 Virtutis Sapientiæ præcepta & integras orationes. Synecd. part. 149 Dùm adhùc puer es. 150 Philoſophiæ magiſtris ac ſapientioribus, *vel* honeſtis & ſalutaribus diſciplinis te erudiendum trade. 151 Infecta. 152 Nova, in qvam nihil adhùc infuſum. 153 Illum odorem, ſive bonum, ſive malum retinebit. Ita etiam pueri animus, dùm adhuc recens & tener eſt, qvibuſcunqve vel virtutibus vel vitiis ſemel informatur & imbuitur, ad extremum uſqve vitæ tempus retinebit. 154 Si in Philoſophiæ ſtudio ſis ignavior. Alleg. eſt è ſtadiodromis, qvi ſpatium ſexcentûm pedum decurrere ſolebant, ſed ab hujuſmodi curſu certantibus, qvi nõ admodùm ambitiosè curabant antevertere vel anteverti à ſuis ſyndromis, ad contingendam primi metam:atq; idcircò illi ſe vinci facilè patiebantur:præſertim cùm ſummâ familiaritate & amicitiâ cum ipſis eſſent conjuncti, ad ſignificandam Philoſophici ſtudii maturitatem & æqvalitatem. 155 Aut in hoc virtutis ſtadio ſedulus & velox præcedis. 156 Nec te ignavum exſpecto, qvi me perſeqvi non potes, nec ſtrenuos & veloces antevertere ſtudeo.

Epiſt. III.
Ad JULIUM FLORUM.

Julium Florum de Claudio Nerone, ubi militet, & de qvorundam amicorum ſcriptis interrogat. Deinde ipſum Florum ad ſapientiæ ſtudium, & ad redeundum in gratiam cum fratre hortatur.

JUli Flore, 1 *qvibus terrarum* 2 *militet oris*
3 *Claudius* 4 *Auguſti privignus, ſcire laboro,*

1. In qvibus regionibus. *Ora* ſignificant extremas partes terrarum. 2 Bella gerat. 3 Claudius Tiberius Nero, Tiberii & Liviæ Druſillæ filius. 4 Cæſaris adopti-

5 *Thra-*

5 Thraca-ne 6 vos, 7 Hebrusqve 8 nivali compede vinctus,
9 An freta vicinas inter currentia 10 turres,
An 11 pingves Aſiæ campi colleſqve 12 morantur?
13 Qvid ſtudioſa 14 cohors 15 operum ſtruit? hoc qvoqve 16 curo.
17 Qvis ſibi 18 res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?
19 Bella qvis & paces 20 longum diffundit in ævum?
Qvid 21 Titius, Romana brevi venturus in ora?

vus filius, ſummus belli præfectus ab Auguſto conſtitutus, & ſub qvo tu ſtipendia meres. 5 An Thracia. Atqve ita Virg. 12 Æn. *gemit ultima pulſu* Thraca *pedum*. 6 Militantes. 7 Thraciæ mons & fluvius nobiliſſimus. 8 Glaciali compede detentus, concretus & aſtrictus, id eſt, ob nives glaciemqve tardiùs fluens. Alleg. eſt à Metaph. à captivis, in qvorum pedes inducuntur ligneæ vel ferreæ compedes vel catenæ. 9 An Helleſpontus inter arces Seſti & Abydi, vel potiùs inter Seſtum & Abydum currens & interjacens. Synecd. gen. per Enallagen numeri periphraſtica: ut in *turres*. 10 Urbes ipſas Seſton & Abydon, Helleſponti anguſtiis diviſas, Herûs & Leandri amore nobiles: de qvibus Ovid. in Epiſt. 11 Fertiles. 12 Amœnitate ſuâ detineant? Sic Cic. *Qvid te Apulia* moretur. 13 Hactenùs de caſtris Claudii Neronis, qvo loco ſita ſint: nunc de commilitonum ſtudiis, exercitiiſqve, dùm ſint in ſtatione. 14 Conventus commilitonum tuorum, virorum & Poëtarum doctiſſimorum, qvi comitantur Tiberium. Metaph. 15 Qvæ exercitia, dùm in ſtatione eſt, inter arma tractat? 16 Scire cupio. 17 Veſtram. 18 Præclara Auguſti facinora ſcribenda ſuſcipit. 19 Libros ſcriptos de rebus Auguſti in pace & in bello geſtis. Meton. ſubj. 20 Scriptis mandat & fusè deſcribit ad memoriam ſempiternam. Sumtum à liqvidis. 21 Qvid Titius Poëta rerum gerit, qvæ

22 *Pin-*

22 Pindarici fontis qvi non expalluit 23 hauſtus,
Faſtidire 24 lacus, & rivos auſus apertos,
25 Ut valet? ut meminit 26 noſtri? 27 fidibus-ne Latinis
Thebanos 28 aptare modos ſtudet, 29 auſpice Muſâ?
An Tragicâ 30 deſævit, 31 & ampullatur in arte?
Qvid mihi 32 Celſus agit? 33 monitus, multũq; monẽdꝰ,
34 Privatas ut qværat opes, & 35 tangere vitet.

ingenii monumenta meditatur, cujus nomen ipſius ſcriptis celebrabitur, & in ore omnium civium Romanorum verſabitur? 22 Qvi non timuit fluidam Pindari Poëtæ eloqventiam & ſententiarum divinam profunditatem Latinis verſibus imitari. Alleg. eſt ab aqvarum abundantiâ & paucitate, ad ſignificandam ubertatem carminis Pindarici & aliorum jejunitatem. 23 Liqvores. 24 Materias & ſcripta vulgaria & inventu facilia, tanqvam turbidos lacus & rivos à Pindaro manantes. 25 Qvomodo valet jam ille Titius? 26 Amici ſui Horatii. 27 Nùm ſtudet Latinis verſibus Lyricis Pindarum Græcum & Thebanum imitari, & ad lyram cantare? Meton. eſt ſubj. pro verſibus Lyricis & Latinis, qvi fidibus canebantur, ut *Thebanos modos* pro Pindaricis, qvorum ſcriptor Thebanus fuit. 28 Adjungere. 29 Muſâ favente. 30 An verò valdè ſævit & acer eſt in arte Tragicâ, ibiqve crudelia principum facta, & calamitoſos eventus ſcribendo atrociter depingit? 31 Et pro Tragicâ grandiloqventiâ magnificis & ſublimibus verbis inflatus eſt? Metaph. eſt ab ampullâ, vaſe ventris tumidi & oris ſtricti, pro loqvi magnificè & ſuperbè, ac velut edere ſonitum ſimilem ei, qvem reddit liqvor ex ampullâ effluens. Sic in Arte: *Projicit* ampullas, *& ſeqſqvipedalia verba.* 32 Poëta, qvi alienos verſus pro ſuis recitaret. 33 Polyptoton. 34 Ne ulteriùs aliena opera pro ſuis uſurpet, ſed ut proprios labores & opera, ſuis lucubrationibus parta, in lucem edat. Metaphora eſt à corporis bonis ad illa ingenii: qvales ſunt libri ſtrictæ vel ſolutæ orationis, & alia mentis opera, qvæ ne compilet, neqve pro ſuis venditet, Celſus hìc monetur. 35 Ne

Scripta

Scripta, Palatinus qvæcunqve recepit 36 *Apollo*;
37 *Ne, ſi fortè ſuas repetitum venerit* 38 *olim*
Grex avium plumas, 39 *moveat cornicula riſum,*
Furtivis nudata 40 *coloribus.* 41 *Ipſe qvid audes?*
42 *Qvæ circũvolitas agilis thyma? non tibi* 43 *parvũ*
Ingenium, 44 *non incultum eſt,* 45 *nec turpiter hirtũ.*
46 *Seu lingvam* 47 *cauſis acuis, ſeu* 48 *civica jura*

illa ſcripta tangat. 36 Qvibus bibliotheca in monte Palatino exſtructa, ab Auguſto Apollini ac Muſis dedicata, ut Od. 31. l. 1. diximus, referta erat, id eſt, qvæ jam evulgata ſunt. Meton. adj. ſimulacri pro æde Palatii ſacrâ Apollini, juxta qvam inſtructa fuerat bibliotheca. 37 Ne idem ipſi contingat, qvod cornici Æſopicæ, qvæ pennarum ſuarum nigredine offenſa, pulcherrimis aliarum avium plumis ſeſe exornavit, ſeqve ſuperba aliis ſpectandam exhibuit, tandemqve in conventu avium omnibus riſum commovit. 38 Poſthac. 39 Sic ille etiam aliis ridiculo ſit, ſi fortè olim Poëtarum grex ſua carmina, ſibi erepta, repetitum venerit. 40 Verſicoloribus ſuis plumis exuta. Meton. adj. 41 Tu Juli Flore, qvid legis, ſcribis, qvos ſeqveris Autores? 42 Circum qvæ optimorum Autorum monumenta tanqvam diligens apis circa flores atqve roſas volitas, ex variis doctorum virorum ſcriptis optimas ſententias decerpens? Alleg. eſt ab apibus, qvæ circumvolitando explorant ſvaviſſimos qvoſqve floſculos, & ſvaviores delibant & carpunt ad mellificium, ut ſignificet Poëta, id ſe valdè cupere, ut ſciat, qvod genus melliti & ſvavis carminis Florus meditetur. Sic Od. 2. l. 4. *ego apis Matinæ More, modoqve Grata carpentis thyma,* &c. 43 Vulgaris ingenita ſapientia. 44 Sed humanitatis literis ſtudiisqve probè excultum. 45 Nec ruſticum eſt aut rude, ſed elegans. Metaph. eſt ab aſperis, incomtis & hiſpidis corporibus ad ingenium limatum & docile. 46 Sive in judicio aut foro eloqventiam tuam exerces. 47 Dicendis expolis, præparas. Nota eſt Metaph. 48 Secundùm civilia, id eſt, ſive de

Reſpon-

Reſpondere paras, ſeu 49 *condis amabile carmen:*
Prima 50 *feres ederæ* 51 *victricis præmia: qvod ſi*
52 *Frigida curarum* 53 *fomenta relinqvere poſſes,*
Qvò te cœleſtis ſapientia duceret, ires.
54 *Hoc opus, hoc* 55 *ſtudium* 56 *parvi properemus, & ampli,*
Si 57 *patriæ volumus, ſi nobis vivere* 58 *cari.*

jure alicujus cauſæ conſultus, unicuiqve jus ſuum aſſignare paras, ſive Juriſconſultum agis. 49 Conſcribis, id eſt, ſive Poëtam agis. 50 Præcipuam coronam auferes & accipies. Simplex pro compoſito: ut Od. 8. l. 4. *neqve tu peſſima munerum* Ferres. 51 Victoriam tuam indicantis & ornantis. Poëtæ enim *ederâ* coronabantur, vel qvia Baccho ſacri ſunt: vel qvia ſemper virent ederæ. Ita Virg. Ecl. 8. *victrices lauros* per Meton. id eſt, denunciantes victoriam, *vel*, ornantes victores. 52 Qvæ tanqvam frigora te ad præclara feſtinantem retardant, & ad cœlum animum erigere non permittunt. 53 Nutrimenta, nempe divitias, ambitionem & ſimilia. Metaphora eſt à Chirurgis, qvi fomenta qvædam ad ſedandum & leniendum dolores adhibent partibus corporis malè affectis, & ad pus maturandum: attamen hæc fomenta ſunt ſæpiùs longè diverſa. Non enim avellunt malum, ſed efficiunt, ut ingraveſcant: ideòqve removenda ut minimè profutura. Sic ſtudia honorum & divitiarum vocat *fomenta curarum*, id eſt, pabula cupiditates aliis alias, mordaceſqve curas cumulatura. Sic *amoris fomenta* Od. 11. Epod. & Lucret. *amoris pabula*. 54 Qvod ſapientiæ ſtudiis debetur. 55 Qvo ſummoperè in id elaborandum eſt. 56 Cujuscunqve fortunæ ſumus, ſive pauperes, ſive divites ſimus, properè ac maturè inchoemus, idqve unum & ſolum agamus. Sic dixit Od. 12. l. 3. *Properare pecuniam indigno heredi*, & *deproperare coronas*: Od. 7. l. 2. 57 Noſtræ, id eſt, civibus & popularibus noſtris. Meton. ſubj. unà cum Anaphora. 58 Uti-

Debes

Debes hoc etiam 59 *reſcribere*, 60 *ſi tibi curæ,*
Qvanta conveniat, Munatius : 61 *an malè ſarta*
Gratia 62 *neqvicqvam coït,* & 63 *reſcinditur? at vos*
64 *Seu calidus ſangvis, ſeu rerum inſcitia* 65 *vexat,*
66 *Indomitâ cervice feros*; 67 *ubicunqve locorum*
Vivitis, 68 *indigni fraternum rumpere fœdus.*
Paſcitur in veſtrum 69 *reditum* 70 *votiva juvenca.*

les atqve ſalutares. 59 Mihi. 60 An Munatius Plancus frater tuus rurſusjam ſit tibi tātæ curæ, qvantæ conveniat, i.e. an cum fratre tuo in gratiam redieris, illeq; tibi reconciliatus ſit, nec ne? 61 An priſca illa fratrum amicitia perfidè conjuncta & inuſitata. Alleg. è Metaphoris à corporibus fruſtra compactis, cùm ſtatim diſcindantur, ad malam animorum conjunctionem indicandam: talis fuit reconciliatio Flori & Munatii. 62 Fruſtra conjungitur, diſtracta adhùc manet, non durat? 63 Simultatum reliqviæ in vobis etiamnum relinqvuntur? 64 Sive juvenilis iracundiæ fervor. Synecdochica periphraſis iræ. 65 Vos fratres. Translatio ab his, qvi alieno arbitrio vehuntur, minimè ſui potentes, ad vehementiam cruciatus, qvo imperiti rerum & irati anguntur, indicandam. 66 Qvi eſtis cervice durâ, & rerum experientiâ nondum emollitâ. Metaphora à bobus indomitis, & durarum cervicum. 67 Sive Romæ, ſive in bello. 68 Eſtis, qvi fraterni amoris vinculum diſſolvere ſtudeatis. 69 In patriam. 70 Qvam Diis immolabo vobis reducibus. Vide Od. 36. l. 1.

Epiſt. IV.

Ad ALBIUM TIBULLUM.

Albium Tibullum compellat, cui ſtudium Philoſophiæ laudare videtur, atqve id facere, ut ejus amore illum accendat. Recenſet qvibus dotibus illum Dii ornaverint: deinde ita vivendum illi eſſe dicit, ut unumqvemqve diem, extremum ſibi fore, putèt.

1 A*Lbi, noſtrorum Sermonum* 2 *candide judex,*

1 Tibulle, vates clariſſime. 2 Qvi de Satyris & Epiſtolis noſtris ſincerè & ſine odio & aſſentatione judicas. Metaph.

Qvid

Qvid 3 nunc te dicam facere in regione 4 Pedana?
5 Scribere qvod 6 Caſſi Parmenſis opuſcula 7 vincat?
An 8 tacitum 9 ſylvas inter 10 reptare ſalubres,
11 Curantem qvicqvid dignum 12 ſapiente bonoq; eſt?
Non tu 13 corpus eras ſine pectore. 14 Dî tibi 15 formã,
Dî tibi divitias dederant, 16 artemqve fruendi.
Qvid 17 voveat dulci nutricula majus alumno,
18 Qvàm ſapere, 19 & fari poſſit qvæ ſentiat, & cui
20 Gratia, 21 fama, valetudo contingat abundè,

eſt à lucidis corporibus ad integritatem & æqvitatem animi, qvâ Tibullus præſtabit in re aliqvâ integrè & incorruptè judicandâ. 3 Aporia eſt, ſive addubitatio de occupatione & ſtudio, qvod Albius Tibullus in agello Pedano abditus perſeqvatur. 4 *Pedum* eſt Italiæ oppidum: cujus incolæ *Pedani*, ager etiam *Pedanus* dictus. 5 An dicam te aliquid ſcribere & elaborare? 6 Eximii illius Poëtæ, qvi multas Tragœdias ſcripſit: dictus *Parmenſis* ab urbe *Parma*. De hoc Sat. 10. l. 1. 7 Superet? 8 Te nihil ſcribentem, ſed in aliorum ſcriptis legendis occupatum. 9 Arbores. Meton. ſubj. 10 Lentè incedere & cogitabundum reptare. Sumtum eſt à ſerpentibus, ventre ſine ſtrepitu gradientibus, ad notandam inceſsûs Poëtici tarditatem, qvam affert acerrima & attentiſſima cogitatio. 11 Illud agentem & meditantem. 12 Viro. 13 Cùm tu unà Romæ mecum ageres, non eras ſine mente, excors, ἄφρων, id eſt, ſine judicio ac prudentiâ benè res domeſticas diſpenſandi. Meton. eſt ſubj. pro animo & mente, cujus ſedem Epicurus in pectore locabat. 14 Anaphora. 15 Humanam ſtaturam, ſive formam corporis. 16 Sapientiam rectè divitiis utendi, ſine qvâ fraudi illæ potiùs, qvàm bono, futuræ erant. 17 Filio ſuo à Diis poſſit petere, & votis precibuſqve exoptare, εὔχοιτο. 18 Qvàm ut ſapientiâ & eloqventiâ inſtructus ſit. 19 Et animi ſui ſenſa eloqvi & communicare aliis poſſit. 20 Favor & benevolentia potentiorum. 21 Ex vitâ integerrimè actâ.

22 Et mundus victus, non deficiente 23 crumenâ?
24 Inter ſpem, curamqve, timores inter & iras,
25 Omnem crede diem tibi 26 diluxiſſe ſupremum.
27 Grata ſuperveniet, qvæ non ſperabitur, hora.
28 Me pingvem, 29 & nitidum benè curatâ cute 30 viſes,
Cùm ridere voles 31 Epicuri de grege 32 porcum.

22 Victus liberalis, elegans, non ſordidus. 23 Numerario ſacculo, id eſt, pecuniâ ad res neceſſarias ſufficiente, id eſt, victus non nimis amplus & luxurioſus. Metonymia ſubjecti. 24 Qvamdiu verſaris inter ſpem de rebus futuris, & non præſentia potiùs bona & gaudia occupas. 25 Qvem inter tales curas animiqve perturbationes tranſegeris. 26 Putato eſſe poſtremum, ipſiqve morti proximum, id eſt, exiſtima qvotidiè te moriturum. 27 Ita ille dies & hora, qvæ non ſperabitur, accepta tibi erit, & ſi qvid præter ſpem tibi eveniat, id in lucro deputandum eſt. 28 Exemplo ſuo, qvam dixerat, ſententiam confirmat: ideò nitidus & pinguis, qvòd ſine craſtini ſollicitudine in diem viveret. 29 Et politum, ſucci plenum, elegantem. 30 Ubi Romam veneris. 31 Summum bonum in voluptate ponentis. 32 QvemStoïci non ex ſcholâ, ſed ex harâ prodiiſſe dicerent. Alleg. à ſordidis beſtiis ad immunditiem ſcholæ Epicuréæ notandam: qvæ ſe ita in voluptates abjicit & proſternit, ut immundi ſues in volutabro.

Epiſt. V.

Ad TORQUATUM.

Torqvatum ad cœnam invitat, qvam frugalem fore dicit. Hortatur, ut curis & cupiditati divitiarum valedicens, hilaritati ſe tradat, & laudes ebrietatis addit. Tria eſſe dicit, qvorum ſtudioſus ſit in apparatu convivii: primam autem ponit munditiem.

Si

SI 1 *potes* 2 *Archaicis conviva* 3 *recumbere* 4 *lectis,*
Nec 5 *modicâ cœnare* 6 *times olus* 7 *omne patellâ,*
8 *Supremo te Sole* 9 *domi, Torqvate,* 10 *manebo.*
Vina bibes iterum Tauro 11 *diffuſa,* 12 *paluſtres*

1 Qvoddam genus eſt τῆς κοινωνίας. Deliberat enim cum Torqvato de cœnulâ certis legibus & conditionibus condicendâ. 2 Ligneis & parùm elegantibus, rudibus, antiqvo more fabricatis à majoribus antiqvitùs uſurpatis. Metaph. *Archaicis* derivatur â voce Græcâ ἀρχαικὸς, & hæc ab ἀρχαῖος, id eſt, *antiqvus, priſcus, vetuſtus*: & qvia antiqvitas artibus parùm fuit exculta, factum eſt, ut ἀρχαικὸς ſumatur pro ſimplici, rudi & imperito. 3 Accumbere domi meæ. 4 Tricliniaribus ſive diſcubitoriis, qvorum in triclinio uſus. Synecd. gen. Erant enim alii *cubiculares*, qvibus in cubiculo utebantur. Poſſet etiam Meton. adj. notari, ut nomine lecti intelligantur culcitræ & ſtragula, qvibus ſpondæ & fulcra inſternuntur. 5 Ex patellâ non copioſâ, in qvâ tenues ac viles epulas apponam. Hoc ideò dicit, qvia cives ditiores & magnificentiores grandibus utebantur patinis. 6 Nec abhorres, ſed gaudes conſumere, & frugalem cœnam æqvi boniqve conſulere. 7 Cujuslibet generis fercula, qvæ pauca tantùm apponam integra comedenda, ſi qvis famem ſedare cupiat. 8 Ultimo hoc die ſub Horizontem occidente, ſub veſperam, horâ diei undecimâ aut duodecima. Synecd. eſt periphr. ſolaris occaſus, qvòd diurnũ Solis curriculum certis qvibusdã gradibus conficiatur, ut primus ſit in ortu, ultimus in occaſu. 9 Meæ. 10 Exſpectabo. Ter. in Phorm. Manſuruſq; *patruum pater eſt, dũ hùc adveniat.* 11 Tu bibes vina apud me, qvæ è torculari, aut dolio in amphoras transfuſa ſunt, Tito Statilio Tauro iterum Conſule, id eſt, ſecundum conſulatum gerente. Notabatur vini ætas & bonitas Conſulum nominibus. Vid. Od. 3. l. 2. & Epod. 13. 12 Civitatem paludoſam. Significat vinum hoc non eſſe magni pretii, neqve generoſum, utpote in paludibus natum.

Inter 13 Minturnas, 14 Sinueſſanumq; 15 Petrinum.
Sin 16 melius qvid habes, 17 arceſſe, 18 vel imperium fer.
Iamdadum 19 ſplendet focus, & tibi 20 munda ſubpellex.
21 Mitte leves ſpes, 22 & certamina divitiarum,
Et 23 Moſchi cauſam: 24 cras nato Cæſare 25 feſtus
Dat 26 veniam ſomnumq; dies: 27 impunè licebit
Æſtivam ſermone 28 benigno tendere noctem.

13 *Minturnæ* oppidum erat Sinueſſæ oppido propinqvum in Campaniæ finibus. 14 Sinueſſæ imminentem. 15 Montem. 16 Hoc meo qvalicunqve vino aliqvid nobilius aliud habes. 17 Me ad te acceríe, aut illud tecum ad me perferri jube. 18 Vel ſi non habes, imperium qvaliscunqve convivii regis æqvo animo perfer, & mihi, te invitanti, morem gere, ut illo vino utare, qvod tibi apponam. 19 Luculento igne calet. 20 Terſa nitet. Hactenus cœnæ modum explicuit, nunc munditiem pollicetur. 21 Omitte ac relinqve vanas & fallaces de rebus futuris cogitationes. 22 Et contentiones & lites in comparandis opibus. Metaphora eſt à duris præliis ad acerrimum ſtudium in opibus qværendis notandum. 23 Clientis tui, cujus tu patronus es. Procatalepſis in occupanda Torqvati objectione, qvi dicere potuiſſet, non poſſum tibi, ô Flacce, cœnam condicere, qvia oportet me cras cauſam Moſchi defendere: reſpondet Horatius, craſtinus dies eſt nefaſtus propter natalitia Cæſaris. Itaqve potes, illâ causâ in alium diem rejectâ. 24 Idibus Julii. Svetonius. 9. Kal. Octobris natalem ejus collocat. 25 Natalis Cæſaris Auguſti. Synecd. eſt gen. ac præterea Metaph. qvia rei inanimatæ datur ſenſus & motus, id eſt, illo die licet dormire in multum diem. 26 Otium ab omnibus laboribus, ac ſomnum, ut tibi non ſit neceſſe manè ſurgere. 27 Sine ullo damno licebit hoc menſe Julio, qvo Auguſtus qvondam natus eſt. 28 Faceto ſermone & largo in

29 Quo

29 *Qvo mihi fortunas, ſi non conceditur uti?*
30 *Parcus* 31 *ob hæredis curam, nimiumq́;* 32 *ſeverus,*
33 *Aſsidet inſano.* 34 *Potare* 35 *& ſpargere flores*
Incipiam, patiarq́; vel * *inconſultus haberi.*
Qvid non 36 *ebrietas* 37 *deſignat? Operta* 38 *recludit;*
39 *Spes jubet eſſe* 40 *ratas;* 41 *in prælia* 42 *trudit inermem;*

lucem uſqve extendere, id eſt, producere. 29 Qvorſùm divitias mihi optabo, qværam, ſi illis nunqvam uti mihi licet? 30 Qvi avarus eſt. 31 Ut hæres poſt mortem diteſcat. 32 Moroſus, durus, qvi nihil ſibi indulget, propter accumulandas divitias. 33 Sedet proximus inſano, eiqve eſt ſimilis, & proximè ad inſanum accedit mentis imbecillitate, cùm ſe nec reſpiciat, nec curet, ut ſuis hæredibus ampliſſimas opes relinqvat. Hoc eſt ſumtum à ſeſſionibus ordinum, ubi qvi alteri aſſidet, videtur ferè illi dignitate æqvari. 34 Ut ab hac inſania me alienum eſſe declarem. 35 Inter bibendum. In apparatu ſplendido ſecundæ menſæ floribus inſpergi ſolebant. * Et patiar me vel prodigum aut ſtultum ab aliis vocari. Helleniſmus: ut Od. 2. l. 1 *patiens vocari Cæſaris ultor.* 36 Ebrius, qvi non eſt omninò madefactus vino, planèqve obrutus, ſed poteſt occurrentia in itinere pocula declinatione corporis devitare. Meton. adj. Enumerat ebrietatis effecta. 37 Efficit, perpetrat, molitur? Translatio eſt à choragis ludorum, & deſignatoribus funebrium pomparum, qvi populo ſemper ſtudent nova ſpectacula exhibere: qvemadmodum ſumitur apud Ter. in Adelph ubi Demea qveritur de depravatione Æſchini filii ſui: *Nam,* inqvit, *qvæ antehac facta ſunt, omitto, modò qvid* deſignavit, id eſt, qvantum facinus novum admiſit? 38 Aperit, ſecreta, mentiſqve penetralia. 39 De bonis futuris plerumqve vanas ac fallaces. 40 Certas, firmas, id eſt, qvod animo concepit, ſperat certum ac indubitatum fore. Hoc ſuperiori opponitur, *leves ſpes.* Sic Od. 21, l. 3. *Tu ſpem reducis mentibus anxiis.* 41 Qvia ſpiritibus vini calore accenſis, pellitur timor. 42 Detrudit ſine ullo periculorum me

Sollicitis animis 43 onus eximit: addocet 44 artes.
45 Fœcundi calices qvem non fecêre 46 diſertum?
47 Contractâ qvem non in paupertate 48 ſolutum?
Hæc ego procurare 49 & idoneus imperor, & 50 non
Invitus: 51 ne turpe toral, ne ſordida 52 mappa
53 Corruget nares: ne non & cantharus & lanx
54 Oſtendat tibi te: ne fidos inter amicos
Sit, qvi dicta foras 55 eliminet: 56 ut coëat par,
Jungaturqve pari, 57 Brutum tibi, Septimiumqve:
Et niſi cœna prior, potiorqve puella Sabinum

tu. 43 Curarum. 44 Scientias & diſciplinas. Ebrii enim jactitant ſe multarum artium eſſe peritos. 45 Calices pleni & copioſi, id eſt, largior copia vini hauſti ex plenis poculis & pluribus. Meton. ſubj. 46 Facundum. 47 In anguſta paupertate conſtitutum. 48 Curis & perturbationibus liberum. 49 Ego, qvi vos ad lætas convivii ſolennitates invito, illud ab ipſa natura ac ratione tanqvam idoneus jubeor, meiqve officii eſſe intelligo, ut illa procurem, qvæ gaudia noſtra promovere, illa caveantur, qvæ gaudia noſtra contaminare poſſint. 50 Libenter, meâ ſponte. 51 Ne veſtis ſtragula, qvæ lecto diſcubitorio imponitur, immunda, illota. 52 Qvâ manus convivarum inter edendum abſterguntur. 53 Offendat ita, ut convivæ inde nares in rugas contrahant: qvod in nauſea ac faſtidio contingere ſolet: contrarium *explicare frontem*, Od. 29. l. 3. 54 In menſa mea adeò ſplendeat, ut ſpeculi inſtar te tibi intuenti oſtendat, & in qva, tanqvam in ſpeculo, te ipſum contemplari poſſis. 55 Aliorum ſermones extra limen ejiciat, efferat, divulget. Notus autem Lacedæmoniorum mos ex Plutarcho: publica enim intrantibus convivia, aliqvis natu grandior fores oſtendens, *Per has*, inqvit, *verbum nullum egreditur.* 56 Ut autem æqvalis conviva cum æqvali congregetur, conjungatur & accumbat. 57 Aſſumam tibi ſodales, & ad convivium adjungam Brutum, Septimium & Sabinum, niſi illum lau-

Detinet, aſſumam: locus eſt & pluribus 58 *umbris.*
Sed nimis arcta premunt olidæ 59 *convivia* 60 *capræ.*
Tu, 61 *quotus eſſe velis, reſcribe &* 62 *rebus omiſſis,*
63 *Atria ſervantem* 64 *poſtico falle* 65 *clientem.*

tior cœna, quàm apud me, & pulchrior puella, qvàm in meo convivio remoratur, id eſt, niſi priùs condixerit cœnam puellæ pulchriori. 58 Menſa mea capax eſt plurium aliorum convivarum à me non invitatorum, qvos tecum adducere potes, ne incomitatus venias. Simili Metaphorâ uſus eſt Sat. 8. l. 2. *qvos Mæcenas adduxerat* umbras, ut ibi notatum eſt. 59 Convivæ nimis arctè & anguſtè diſcumbentes exprimunt ex hirſutis alis ob ſudorem & calorem fœdum odorem. Qvare laxiſſima debet eſſe epularis accubatio, ne tàm teter odor ſentiatur. Meton. ſubj. 60 *Fætor* ſub axillis. *Hircum* vocat Epod. 12. 61 Qvot ſodales velis vocari, ut apparatus commodiùs inſtituatur. 62 Cauſis & negotiis tuis relictis, depoſitis. 63 Domûs tuæ. 64 Per poſterius oſtium, ψευδόθυρον, id eſt, per falſam portam egredere, & latenter exi. 65 Moſchum (de qvo ſuprâ) vel qvemvis alium, qvi pro foribus tuis te patronum exſpectat.

Epiſt. VI.
Ad NUMICIUM.

Nihil admirari, rem eſſe dicit, qvæ propemodùm ſola ad vitæ beatitudinem conferat, cùm homines non ea tantùm, qvæ cupiunt, ſed etiam qvæ timent illis contraria, eodem ferè modo mirentur: verùm ex iis, qvibus admiratio cupiditatem incitat, alios aliud expetere: omnes autem fruſtrà in eo felicitatem, qvæ à ſolâ virtute pendet, collocare.

1 *NIl admirari, propè res eſt* 2 *una, Numici,*

1 Nullis animi perturbationibus affici, nihil cupere aut metuere, omnibus, qvæ fiunt, acqvieſcere. Admirationis autem cauſa eſt in rebus novis, inſolentibus, ferè vel cum dolore, vel cum gaudio conjunctis, qvibus vult Horatius ſuum, qvem fingit, beatum eſſe vacuum. 2 Præcipua & ſo-

Solaqve,qvæ poſſit facere & 3 ſervare beatum.
Hunc 4 Solem, & ſtellas, & 5 decedentia certis
6 Tempora 7 momentis, 8 ſunt qvi formidine nullâ
9 Imbuti ſpectent. Qvid cenſes 10 munera terræ?
Qvid 11 maris 12 extremos Arabas 13 ditantis, & Indos?
14 Ludicra qvid? 15 plauſus, & amici 16 dona Qviritis?
17 Qvo ſpectanda modo, 18 qvo ſenſu credis, & ore?

la. 3 Conſervare animum hominis beatum, id eſt, qvæ humanæ felicitatis cauſam efficientem & conſervantem præſtare poſſit. 4 Qvi hunc terrarum globum magnitudine ſuâ centum & ſexaginta ſex vicibus ſuperat. Synecd. eſt partium pro toto cœli ornatu, naturâqve corporum cœleſtium & aëriorum: qvæ ſunt admirabilia. 5 Tranſeuntia. 6 Anni. 7 Hyemis, Veris, Æſtatis, Autumni viciſſitudinum. 8 Vitâ fortes & animoſi. 9 Commoti ſpectent, & impavidi perſeverent, ſi vel cœleſtis orbis fractus illabatur. Metaph. eſt ab infectoribus, qvi liqvoribus imbuunt lanas. 10 Qvantâ animi magnitudine ſine ullo affectu intueantur aurum, argentum, marmor, & qvæ ex ſe terra profert. Synecd. gen. 11 Munera maris, uniones, margaritas & hujuſmodi. 12 Longo intervallo à nobis remotos. 13 Muneribus ſuis divites facientis. 14 Ludos inanes & ſpectacula varii generis, qvæ in Circo & theatro edebantur ſummâ plebeculæ admiratione. Synecd. gen. 15 Omnem læti animi ſignificationem, ſive applaudendo, ſive acclamando, ſive conſalutando aſſurgendoq; vel in Circo, vel in theatro, vel in foro à populo fieret. 16 Et dignitates, honores & magiſtratus, qvæ Qviritium, i. e. populi Rom. largitionibus, aliisqve malis artibus corrupti, faventis dona ſunt. Synecd. gen. 17 Anaphora. 18 Qvo vultu & oculis? certè non alio ſenſu, qvàm nullâ cupiditate, nullâ formidine, qviqve pro his omnibus ne manum qvidem verterint.

19 Qvi

19 Qvi timet 20 his adverſa, ferè 21 miratur eodem,
Qvo 22 cupiens, pacto: pavor eſt 23 utrobiqve moleſtus.
24 Improviſa ſimul ſpecies exterret 25 utrumqve.
Gaudeat, an doleat: 26 cupiat, metuat-ve, qvid ad 27 rem?
Si, 28 qvidqvid vidit melius, pejus-ve ſuâ ſpe,
Defixis oculis, animoqve & corpore 29 torpet?
Inſani ſapiens 30 nomen ferat, æqvus iniqvi,
Ultrà, qvàm ſatis eſt, virtutem ſi 31 petat ipſam.

19 Polyptoton. 20 Qvæ dixi, ſc. ſterilitatem terræ, naufragia in mari, exploſiones & ſibilos theatrales, repulſas petitorum honorum, tenuem cenſum & ſimilia, qvæ his bonis expetitis adverſantur. 21 Animo commovetur. 22 Ille prior, qvi cupiebat. 23 In cupiendo & metuendo: hinc ne aſſeqvatur cupita; illinc ne fugiat adverſa. 24 Simulac inſperatus & non præmeditatus ſive boni ſive mali apparentis eventus; qvalis eſt turpis repulſa conſectantibus honores, & opulentia metuentibus paupertatem. Fuit hæc opinio Cyrenaïcorum, non omni malo ægritudinem effici, ſed inſperato, nec opniato malo: qvòd omnia repentina eſſent graviora, ut refert Cic. Tuſc. 3. Contrà multùm poſſet præparatio animi ad minuendum dolorem. 25 Tàm cupidum, qvàm timidum vel gaudio, vel dolore nimio exterret 26 Epizeuxis eſt. 27 Qvid facit ad hanc rem, qvam nos agimus, id eſt, ad beatitudinem? Synecd. gen. 28 Qvicqvid præter ſpem & exſpectationem boni vel mali *defixis oculis*, id eſt, immotis oculis, id eſt, attentiſſimè, vidit. 29 Si obrigeſcit, ſtupeſcit, deficit vel gaudio vel dolore nimio. Metaph. eſt à torpedine piſce, cujus tactus obſtupefacit membra. 30 Æqvum eſt, ut cognominetur inſanus & iniqvus, qvòd vel ipſam virtutem nimiùm admiratus animi immobilem tranqvillitatem non retinuerit. 31 Appetat, nimiumqve cupiat, & vel nimio virtutis deſiderio animi tran-

32 I nunc, argentum, & 33 marmor vetus, 34 æraqve & artes
35 Suſpice: cum gemmis 36 Tyrios 37 mirare colores:
Gaude, 38 qvòd ſpectant oculi te mille loqventem:
39 Gnavus manè 40 forum, & 41 veſpertinus pete tectum:
Ne plus frumenti 42 dotalibus emetat agris
Mutius: 43 indignum, qvòd ſit pejoribus ortus:
Hic tibi ſit potiùs, qvàm tu mirabilis illi.
44 Qvidqvid ſub terra eſt, 45 in apricũ proferet ætas,

qvillitatem non retineat. 32 Ironia cum permiſſione. Rectum enim conſilium omninò ſenſum contrarium reqvirit. Sic Virg. Æn. 7. *I nunc, ingratis offer te irriſe periclis: Tyrrhenas, i, ſterne acies, rege pace Latinos.* 33 Ductos de marmore vultus, ſeu majorum effigies: indè enim marmori dignitas & pretium. Meton. mat. 34 Æreas artes, id eſt, ſtatuas æreas, vel vaſa ærea arte Polycleti, Phidiæ & Praxitelis fabricata. 35 Cum admiratione aſpice. 36 Purpureos. Synecd. gen. 37 Teqve talium rerum deſiderio perturba. 38 Qvòd maxima hominum freqventia tuam eloqventiam in foro miretur. 39 Tanqvam induſtrius. 40 Confer te in forum judiciale, δικαστήριον. Synecd. gen. 41 Veſperi ſive veſpertino tempore domum redito. 42 Ne Mucius ex agris, quos cum uxore in dotem accepit, plus frumenti, qvàm tu ex tuis avitis, metat & excipiat. 43 Minimè ferendum eſt, ut hic ignobilis Mucius, cùm natus ſit humilioribus parentibus, ſit tibi potiùs mirabilis, qvàm tu illi, magnitudine divitiarum & honorum dignitate. 44 Qvicqvid occultum atqve obſcurum eſt, qvæcunqve in terræ viſceribus abdita latent, ut aurum, argentum, æs, marmor, & ſimilia alia. Ex Sacris literis docemur, nihil ſub Sole novum; neqve aliqvid eſſe, qvod aut non fuerit, aut non poſteà etiam futurum ſit. 45 In apertum, in lucem ex tenebris

Deſo-

Defodiet, 46 condetq́; nitentia. 47 cùm benè notũ
48 Porticus Agrippa, & 48 via te conſpexerit Appî,
49 Ire tamen reſtat, 50 Numa qvò devenit & Ancus.
51 Si latus 52 aut renes morbo 53 tentantur 54 acuto,
Qvære 55 fugam morbi. 56 Vis rectè vivere? qvis non?
Si virtus 57 hoc 58 una poteſt 59 dare, 60 fortis omiſſis
Hoc age deliciis. 61 Virtutem verba putas, ut

tempus eruet. Metaph. à Sole. 46 Et ſub terrâ abſcondet omnia magnifica & illuſtria, ut ſummas opes, & ampliſſimos honores. 47 Cùm porticus ab Agrippa conſtructa, ubi cauſæ aguntur, & cùm via Appii, id eſt, ab Appio conſtructa conſpexerit te famâ celebrem, id eſt, cùm in totâ urbe Româ ſatis illuſtris & nobilis fueris, mortis tamen conditionem evitare nullâ ratione poteris. 48 Hæc dicuntur per Synecd. ſpec. pro celeberrimis qvibusqve locis. 49 Sc. *eò*, id eſt, ad mortem. 50 Numa Pompilius, & Ancus Martius Romanorum reges, id eſt, ſapientiſſimi & fortiſſimi qviqve reges & domini. Synecd. ſpec. De Numâ Romanorum rege ſecundo lege Liv. l. 1. & Flor. l. 1. ſicut de Anco eorundem rege qvarto, qvi fuit Pompilii ex filiâ nepos. Spectant hùc nonnulla, qvæ notavi. Od. 28. l. 1. & Od. 7. l. 4. *Qvò pius Æneas, qvò Tullus dives, & Ancus. Numa* dictus eſt, ἀπὸ τῶν νόμων, id eſt, *à legibus*; Ancus ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id eſt, *ab incurvo cubito* 51 Pleuritide. 52 Nephritide aut calculo. 53 Excrucientur. 54 Periculoſo. 55 Remedium, ut dolorem & mortem effugias. 56 Dialogiſmus eſt, ac brevis Proſopopœia cujuſdam reſpondentis ipſi Poëtæ, *qvis non?* vel, ſi mavis, Epanorthoſis ipſius Poëtæ ſuam interrogationem & dubitationem corrigentis. 57 Rectè & beatè vivere. 58 Sola. 59 Tibi. 60 Hoc unum fortiter & gnaviter exerce, in illius adeptionem incumbe, voluptatibus relictis. 61 An putas virtutem in inanibus verbis, & otioſis Philoſophorum ſermonibus, non in actione conſiſtere, neqve qvicqvam ad beatam vitam conferre, qvemad-

Lucum ligna? 62 cave ne portus occupet alter,
Ne 63 Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas.
Mille talenta 64 rotundentur, 65 totidē altera; porrò
66 Tertia ſuccedāt, & qvæ pars 67 qvadret acervū.
68 Scilicet uxorem cum dote, 69 fidemq́, & amicos,
70 Et genus, & 71 formam 72 regina pecunia donat;

modùm homines ſtolidi & profani lucum tantùm ligna & arbores, qvas vident, eſſe cenſent, non autem rem ſacram aut numini alicui conſecratam ſancti qvippiam in ſe continere? Qvod Trojani, qvi oleaſtrum, Fauno ſacrum, ſuſtulerant è luco, nullâ religionis habitâ ratione, experti ſunt: cùm illic fixa Æneæ haſta evelli neqviret ad Turnum transverberandum. Virg. 12. Æn. 62 Si id putas, tunc opes tuas accumula, & cave ne alter qviſpiam mercator ſuis navibus te præveniat. Producitur hæc altera Ironia uſqve ad ultimum Epiſtolæ, ubi Poëta ſtudet contrarium perſvadere, ac Pleonecten avocare à cogitatione rerum caducarum ad ſtudium ſapientiæ ac tranqvillitatem vitæ. 63 Ne optimas merces in urbe Ciliciæ Cibyri, & in Bythyniâ urbe Ponti & opes indè provenientes, intermittas. Synecd. ſpec. 64 In acervum conſtructa à te accumulentur. Permiſſio eſt Ironica, ac prætereà Metaph. à Geometris, qvibus hæc, ſphæra & qvadrum, ſunt figuræ omnium perfectiſſimæ. 65 Hiſce mox alia adhùc mille talenta à te addantur. Sic. Virg. Ecl. 3. *cras* altera *mittam.* Synecd. finitorum pro infinitis nummis. 66 Alia mille talenta his accedant. 67 Qvin etiam ſuccedat illa talentorum pars, qvæ nummorum acervum qvadruplicem reddat, id eſt, qvarta mille, qvæ qvatuor millia efficiunt, ut ita porrò decies, vicies, centies, millies opes tuæ geminentur. *Qvadrare* enim per Metaph. eſt perficere. 68 Enumerat divitiarum commoda, ut Sat. 3. l. 2. *Omnis enim res, Virtus, fama, decus, divina humanaqve pulchris Divitiis parent.* 69 Fideles amicos, ἓν διὰ δυοῖν id eſt, *unum per duo.* 70 Nobilitatem. 71 Pulchritudinem. 72 Re-

Ac

Ac 73 *benè nummatum decorat* 74 *Suadela, Venuſq;*
Mancipiis 75 *locuples, eget æris* 76 *Cappadocum rex.*
77 *Ne fueris hic tu.* 78 *Chlamydes* 79 *Lucullus (ut*
80 *ajunt)*
81 *Si poſſet centum* 82 *ſcenæ* 83 *præbere* 84 *rogatus,*
85 *Qvi poſſum tot?* 86 *ait; tamen &* 87 *qværam, &*
88 *qvot habebo,*

bus humanis imperans. Nota eſt Metaph. valdè viribus pecuniæ accommodata. 73 Valdè nummatum ac divitem honoratiſſimum efficit. 74 Eloqventia & venuſtas. Ego Alleg. hic eſſe exiſtimo ex Metonymiis effic. pro eloqventibus patronis & mulieribus, qvi clientes & amatores, ſi benè nummati fuerint, plurimùm commendant, & ipſis ſe prorsùs deditos pollicentur. *Suada* ſive *Suadela*, Græcis πειθὼ dicta, unà cum Venere, & Jove, & Junone, & Dianâ, inter nuptiales Deos à Plutarcho enumerantur. 75 Sc. *eſt* id eſt, abundat, verùm pecuniæ inops eſt. 76 Synecd. ſpec. pro qvolibet domino & divite ſtipato qvotidiè magno famulitio, ſed parùm nummato. 77 Nolo ego ut tu ſis talis, qvalis fuit rex Cappadociæ, qvi unâ re abundans, cæteris egebat, ſed Lucullo potiùs, qvi non unâ re, ſed omnibus abundabat. 78 Purpureas. 79 Hic ille Lucullus *Xerxes togatus* appellatus ob occupatum ædificiis mare, & coæqvatos montes. De cujus luxu vide Plut. in ipſius vitâ, ubi nominatim appellat Flaccum Poëtam. 80 Hiſtoriæ. 81 An. 82 Spectaculis exhibendis. 83 Suppeditare, commodatò dare, πορίζειν 84 Obſecratus à Prætore qvodam, qvi magnificos ludos populo Rom. exhibere volebat. 85 Qvomodo tot purpureas chlamydas tibi ſuppeditare potero, cùm fortè tot non habeam. Brevis eſt Proſopopœia Luculli, qvi inducitur ignorans ſuas facultates: qvalis ignoratio prædivitem arguit. 86 Lucullus Prætori. 87 Inqviram domi meæ. 88 Chlamydas invenero.

89 *Mit-*

89 Mittam: poſt paulò 90 ſcribit, ſibi 91 millia qvinq;
Eſſe domi chlamydum: 92 partem, vel 93 tolleret omnes.
94 Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſunt,
95 Et dominum fallunt, & proſunt furibus. Ergò
96 Si res ſola poteſt 97 facere & ſervare beatum,
98 Hoc primus repetas opus, hoc poſtremus 99 omittas.
Si fortunatum 100 ſpecies, & 101 gratia præſtat,
102 Mercemur 103 ſervum, qvi 104 dictet 105 nomina, lævum

89 Tibi. 90 Lucull. Prætori. 91 Diſcrepat ab Horatio Plutarchus, qvi Lucullum ducentas Chlamydes duntaxat domi reperiſſe ſcribit, id eſt, duplo plures, qvàm ab ipſo eſſent petitæ. 92 Illarum. 93 Ut ſumeret ſibi omnes utendas. 94 Inops viliſqve illa domus eſt, ubi non etiam multa abundant, qvæ à vetuſtate, carie, & tineis abſumantur. Epiphonematica eſt Poëtæ acclamatio de qvantitate opum Lucullanarum. 95 Et dominum latent, id eſt, qvorum numerus à domino ignoratur. 96 Si pecunia, divitiæ. 97 Ex opinione avarorum. 98 Hoc negotium divitias ſc. accumulandi. Symploce eſt initiò & clauſulâ membrorum in ſimilitudine ſoni. 99 Miſſum facias, id eſt, tibi divitias in principio & fine omnium tuorum negotiorum proponas. 100 Decus externum, magnificentia ampliſſimorum honorum. 101 Favor popularis. 102 Emamus. Ἀνακοίνωσις eſt, qvâ fingit deliberationem cum aliis. 103 Nomenclatorem. Synecd. periphraſtica. Habebant Romani, magiſtratum petituri, ſervos nomenclatores, à qvibus docebantur, ac monebantur, qvo qvisqve civis, qvi in ſuffragiis aliqvid valeret, nomine appellaretur, ut candidati à ſervo nomenclatore admoniti, unumqvemqve nominatim ſalutare poſſent. Vid. Cic. pro Mur. 104 Nobis candidatis magiſtratum petentibus in aurem inſuſurret. 105 Potiorum civium Rom. obviam factorum, illos ſuis nominibus compellare, illis blandiri qveamus, atqve ita nobis obſeqventes red-

Qvi

Qui 106 *fodiat latus, & cogat* 107 *trans pondera dextram* [*le Velinâ;*
Porrigere; 108 *Hic multùm* 109 *in Fabia valet,* 110 *il-*
111 *Cuilibet hic faſces dabit,* 112 *eripietqve curule*
Cui volet, 113 *importunus* 114 *ebur;* 115 *frater, pater, adde,*
116 *Ut cuiq; eſt ætas, ita qvemq;* 117 *facetus adopta.* 55

dere poſſimus. 106 Qvi domino ſuo aſtans ſiniſtrum latus vellicet, & extremis digitis pungat, ipſumqve moneat, ut civem illum & illum ſalutet. Metaphora eſt ab agricolis, qvi propriè, dum terram vertunt, dicuntur *arva* & *humum fodere*. Simili Tropo Phidippus apud Ter. in Hecyr. reſpondit Lacheti ſuum latus fodienti, ut diceret ſe Philumenam arceſſi juſſiſſe: *Noli fodere, juſſi.* Imperfecta autem eſt Proſopopœia nomenclatoris de gratioſis ſuffragatoribus herum admonentis. 107 Per ponderoſa ſaxa, lapides, trabes, in viis publicis pontis loco proſtratas, ipſi civi tranſeunti dextram porrigere, & nullum non officii genus deferre, vel benevolentiæ ineundæ, vel auxilii gratiâ. 108 Civis Romanus. Verba ſunt nomenclatoris hortantis dominum, ut gratioſis apud tribûs ſuas hominibus blandiatur, eoſqve ſalutet comiter. 109 Tribu. 110 Qvem vides tibi obviam venientem, in tribu Velinâ gratiâ & autoritate multùm pollet. 111 Hic, qvem ibi vides procedere, cuicunqve ipſi lubet, imperium atqve magiſtratum dabit. 112 Omni dignitate qvemcunqve volet, exuet. 113 In eo, qvod ſibi propoſuerit, obſirmato animo perſeverans & non qvieſcens, cùm voti compos fiat. 114 Curulem ſellam, qvæ eburnea in curru, qvo magiſtratus majores in forum & curiam vehebantur, id eſt, Ædilitatem majorem, &c. Meton. primùm materiæ pro ſella Ædilitia ex ebore facta, deinde adj. pro ſubjecto magiſtratu: qvi ornabatur hujuſmodi throno creatus, & qvo movebatur, repulſam paſſus. 115 Blandientium verba. 116 Prout qviſqve eſt ætate vel minori, vel grandiori. 117 Facetè & comiter alloqvere,

Si

Si 118 *benè qvi cœnat*, 119 *benè vivit*; 120 *lucet, eamus,*
Qvò ducit gula: piſcemur, venemur: ut olim
Gargilius, qvi manè 121 *plagas, venabula, ſervos,*
122 *Diſſertum tranſire* 123 *forum populumq́; jubebat,*
124 *Unus ut è multis populo ſpectante* 125 *referret*
126 *Emptum mulus aprum: crudi,* 127 *tumidiqve lavemur,*
Qvid deceat, qvid non, obliti: 128 *Cerite cerâ*
Digni, 129 *remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſeî:*
130 *Cui potior* 131 *patriâ fuit* 132 *interdicta voluptas.*

& blandis verbis in patrem, vel fratrem elige, tibiqve adjungere ſtude. Cic. in Ver. *Qvem ſibi illa defenſorem ſui juris, ultorem injuriarum, actorem totius cauſa* adoptavit. 118 Magnificè ac luxurioſè. Verba ſunt Poëtæ εἰρωνικῶς conſulentis, qvaſi ſocius eſſe velit tantæ ſtultitiæ. 119 Beatè. 120 Cùm dies incipit, ſurgamus, conqviramus opſonia palato gratiſſima. 121 Retia. Virg. 4. Æn. *Retia rara,* plagæ, *lato venabula ferro* Aſyndeton. 122 Hominibus plenum, freqventiſſimum. Sic Sat. 5. l. 1. *inde forum Appî Diſſertum nautis,* &c. 123 Per forum Romanum, ut ita ab omnibus venatum ire crederetur. 124 Ut inſignis mulus & præaltus. 125 In civitatem dorſo portaret. 126 Non inter venandum captum. 127 Propter cibi viniqve varietatem turgidi deſcendamus in balnea. 128 Sine lege viventes, id eſt, qvi tali tabulâ ceratâ digni ſumus, qvalis illa fuit, qvâ Cerites, Ceres civitatis populi, à Romanis infamiâ notati ſunt, dum ſuffragiorum jus illis denegabatur, eò qvòd Romanos unà cum hoſtibus oppugnaſſent. Gellius l. 16. c. 13. Meton. ergò eſt adj. pro tabulâ, in qva notata eſt Ceritum populorum ignominia. 129 Tales exiſtentes, qvales remiges & ſocii navales Ulyſſis, vitiis & voluptatibus addicti. Meton. eſſe. 130 Qvibus remigibus. 131 Qvæ omni viro honeſto debet eſſe longè gratiſſima, cùm non defuerint Gryllus & alii, qvi porci apud Circen æterno ſervitio mancipati manere, qvàm hominis formæ reſtitui, inqve patriam reverti maluerint. 132 Ab Ulyſſe.

Si(133 Mimnermus uti cenſet)ſine amore jociſqve
Nil eſt jucundum: 134 vivas in amore jocisq;.
Vive, vale: ſi qvid noviſti rectius 135 iſtis,
136 Candidus imperti: 137 ſi non, his utere mecum.

133 Poëta Græcus voluptuarius, elegiarum ſcriptor. 134 Licet ut vivas, ô Numici 135 Qvæ dixi de ſummo bono & animi beatitudine, nempe illam in perpetuâ animi tranqvillitate ſitam eſſe, qvi nihil timeat, nihil cupiat, nihil ſperet, neqve gaudeat & doleat; non autem in divitiis, honoribus aut voluptatibus. 136 Tanqvam amicus ſincerus mihi imperti. 137 Si verò non rectius noſti, illis, qvæ ego dixi, & qvibus tu meliora non noviſti, mecum fruere.

Epiſt. VII.
Ad MÆCENATEM.

Mæcenati ſe excuſat, qvòd promiſſis non ſteterit, ejus in ſe liberalitatem commemorat, & laudat: ſed libertatem, & animi tranqvillitatem omnibus amicorum donis, & qvibuslibet divitiis anteponendam eſſe, atqve adeò eum, qvi paucis contentus vivere didicit, incommoda, qvæ vitam ambitioſam comitantur, non poſſe ferre innuit.

QVinqve dies tibi 1 pollicitus me 2 rure futurum,
3 Sextilem totum mendax deſideror: atqvi

1 Sc. *ſum*, cùm rus abirem. Exorditur à remotione culpæ in morbi timorem, propter æſtum canicularem. 2 In Sabinâ regione, ubi villam habuit Horatius amœniſſimam. 3 Per totum menſem Auguſtum, id eſt, per integras qvatuor hebdomadas parùm ſtans meis promiſſis, ſed falſus illinc, id eſt, Româ, abſum, & à te exſpector: deſideramus enim, qvæ abſunt. Hic menſis ſextus à Martio, qvi annum apud veteres inchoabat, *Auguſtus* poſteà dictus eſt; ut Qvintilis

Si me vivere vis ſanum, rectèqve valentem,
4 *Qvam mihi* 5 *das ægro,* 6 *dabis ægrotare timenti,*
Mæcenas, veniam, 7 *dum ficus prima, calorqve*
7 *Deſignatorem decorat* 8 *lictoribus atris;*
9 *Dum* 10 *pueris omnis pater, & matercula* 11 *pallet;*
12 *Officioſaqve ſedulitas, &* 13 *opella forenſis*
14 *Adducit febres, &* 15 *teſtamenta reſignat.*

Julius. 4 Dabis mihi illam veniam abſentiæ meæ, *Vel,* ut ego poſſim abeſſe, timenti ægrotare, qvam mihi ægroto dares. 5 Polyptoton. 6 Donec fervet Canicula, qvo tempore ficus primùm matureſcunt. Synecdochica eſt periphraſis autumni primi, qvo morbidus aër corporibus offunditur. 7 Eum, qvi conſtituendæ funebri pompæ præeſt, & qvo modo, qvo ordine, qvibus ornamentis qvidqve agendum ſit, præſcribit & deſignat. 8 Libitinariis miniſtris atratis, id eſt, lugubri pullâqve veſte indutis tanqvam perpetuo comitatu exornat, id eſt, dùm multi Romæ è vitâ decedunt propter autumnum morb[illegible]am, dùmqve ille deſignator cum comitibus ſuis libitinariis in curandis funeribus perpetuò occupatus eſt. Catachreſtica & faceta eſt Synecdoche: qvalis eſſet, ſi ſpectatores puniendorum damnatorum diceremus ipſorum eſſe comites & ſtipatores. Facetè enim libitinarium ſuum, tanqvam curulem honorem gereret, lictoribus ornat, qvi in funebri miniſterio fuêre veſpillones, ſandapilarii, uſtores, pollinctores, præficæ, & alii id genus homines. 9 Anaphora. 10 Liberis ſuis, ne ægrotare incipiant, & moriantur. 11 Timet. 12 Nimia diligentia advocatorum ſive patronorum in officio præſtando ſuis clientibus. 13 Opera in foro, & in cauſis levibus & minimi ſæpè momenti præſtanda. 14 Affert, id eſt, dùm patroni nimiâ contentione agendi cauſas ſuorum clientũ & circumcurſandi, ſummo æſtu facilè incidant in morbos, & vitam cum morte commutant. 15 Teſtamenta aperit poſt mortem teſtatoris ſigillis re-

Qvod

Qvòd ſi 16 *bruma nives* 17 *Albanis* 18 *illinet agris,*
19 *Ad mare* 20 *deſcendet* 21 *vates tuus, &* 22 *ſibi parcet,*
23 *Contractúſqve* 24 *leget: te, dulcis amice,* 25 *reviſet*
Cum 26 *Zephyris (ſi concedes)* 27 *& hirundine primâ.*
28 *Non, qvo more pyris veſci Calaber* 29 *jubet hoſpes,*
Tu me feciſti locupletem: 30 *Veſcere ſodes:*
31 *Iam ſatis eſt.* 32 *At tu qvantum vis,* 33 *tolle.*
34 *Benignè.*
35 *Non inviſa* 36 *feres* 37 *pueris munuſcula parvis,*

motis, & ſuum cuiqve hæredi ex teſtatoris voluntate aſſignat: contrarium eſt *obſignare teſtamenta.* Reſignatio autem teſtamentorum indicat mortem teſtatorum. 16 Hyems. Synecd. part. 17 In qvos hoc calidiſſimo tempore refrigerandi gratiâ ſeceſſi. 18 Aſperget. Metaph. à pipictoribus, qvi colores; vel à chirurgis, qvi ungventa corporibus inducunt. 19 Ad civitatem maritimam, ubi per hyemem major calor. 20 Ex Albanis his montibus. 21 Horatius. Loqvitur de ſe in tertiâ perſonâ, id eſt, ego Horatius ad mare deſcendam. Synecd. gen. 22 Valetudinem ſuam curabit. Meton. ſubj. 23 Velut in muſæolum & villæ angulum frigore abditus. 24 Aliqvid. Hîc verba qvinqvè ſimiliter ſonant circa clauſulas tot membrorum per Epiſtrophen: ubi cernuntur partim ὁμοιοτέλευτα, partim ἰσόκωλα. 25 Romæ. 26 Verno tempore flantibus. Synecdochica periphraſis veris. 27 Vere ineunte, cujus eſt hirundo nuntia. De qvâ ſic Ovid. 2. Faſt. *Veris prænuntia venit hirundo, Et metuit, ne qvâ verſa recurrat hyems.* 28 Apparatus eſt ad Proſopopœiam hoſpitis Calabri ἄνευ Προκαταλήψεως. 29 Advenam amicum aut viatorem hoſpitio exceptum. 30 Hiſce pyris. Jam inducitur hîc Calaber cum viatore loqvens per Dialogiſmum. 31 Pyrorum, qvod accepi. Verba ſunt viatoris. Nulla eſt hîc depoſitæ Proſopopœiæ nota. 32 Verba ſunt Calabri hoſpitis. 33 Sume tecum tantum pyrorum 34 Liberaliter mecum agis, ait viator. 35 Grata. Verba Calabri: 36 Domum tecum. 37 Qvi pyris impensè delectantur.

38 Tàm teneor dono, qvàm ſi dimittar onuſtus.
39 Ut libet: 40 hæc porcis hodiè comedenda 41 relinqves.
Prodigus & ſtultus 42 donat, qvæ ſpernit & odit.
43 Hæc 44 ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis.
Vir bonus, & ſapiens 45 dignis ait eſſe paratum,
Nec tamen ignorat, 46 qvid diſtent 47 æra lupinis.
48 Dignum præſtabo me etiam pro laude merentis.
49 Qvod ſi me noles uſqvam 50 diſcedere, 51 reddes

38 Tàm delector tuis pyris, qvæ mihi donas, eoq; munere æqvè tibi devincior, qvàm ſi eis oneratus diſcedam abs te, & omnia pyra mecum auferam. Verba viatoris. 39 Facito ut libet (inqvit Calaber) vel tolle, vel relinqve ille pyra, non poſſum te cogere. 40 Pyra. 41 Si tecum auferre nolueris. 42 Talia munera. 43 Anaphora. 44 Inconſiderata & præpoſtera rerum vilium & ſuperfluorum donatio. Metaph. eſt ab agricolis ad uberrimam materiam, ex qvâ fit aliqvid, ſignificandam. 45 Viris probis ſe paratum ac promtum eſſe dicit. 46 Qvid diſcriminis ſit inter bonos & malos ſeu projectitios nummos ex lupino factos, qvibus in Comœdiis utuntur, id eſt, inter bonos & malos homines. 47 Alleg. eſt è Synecdochicis ſpecierum generibus, id eſt, pro pretioſiſſimis ac viliſſimis qvibuſqve rebus, qvarum novit ſapiens diſcrimen, ac pretium muneris, qvod alicui præſtat pro ipſius merito ac dignitate, expendit diligenter. 48 Ego [inqvit Horatius] me gratum præſtabo, & viciſſim operam dabo, ut tuis veris laudibus, & ampliſſimis tuis muneribus dignus fuiſſe videar pro tua tàm præclarè de me merentis laude. Hic verſus opponitur illi ſuperiori, *Hæc ſeges ingratos tulit*, &c. 49 Mira eſt hic Poëtæ licentia, Græcis παῤῥησία, loqvendi apud eum, qvem aut vereri aut metuere deberet, ab eoqve repoſcendi, qvod non eſt in poteſtate cujusqvam ſitum: cujus affectum auget alia ſeqventis dictionis figura. 50 A te, id eſt, ſemper lateri tuo adhærere. 51 Red-

Fortè

Fortè latus, 52 nigros anguſtâ 53 fronte capillos;
54 Reddes dulce 55 loqvi; reddes ridere decorum, &
56 Inter vina fugam Cynaræ 57 mœrere protervæ:
58 Fortè per 59 anguſtam 60 tenuis vulpecula rimâ
61 Repſerat in cumeram frumenti; 62 paſtaqve, 63 rurſus
Ire foras 64 pleno 65 tendebat corpore 66 fruſtrà.
67 Cui muſtela procul, ſi vis [ait] 68 effugere 69 iſtinc,
70 Macra 71 cavum repetes arctum, 72 qvem macra ſubiſti.

des juvenile robur & meliores annos, qvos tecum conſumſi. 52 Nunc canos in fronte. 53 Qvæ jam mihi ſeni calvitie dilatata & magna eſt, ſed olim nulla calvitie deformis erat, id eſt, reddes mihi juventutem. 54 Anaphora. 55 Hæc verba infinita ſunt loco nominum per Antimeriam, ut Grammatici loqvuntur, dulcem orationem, ſcitum riſum, &c. 56 Reddes ætatem ad levitates amatorias aptam. 57 Mœrorem ob Cynaræ, amicæ petulantis, clandeſtinam fugam è convivio, cùm impensè dolerem, qvòd illa clàm me ſeſe è convivio ſubduxiſſet: qvòd juvenem, non ſenem, decet. 58 Προκατάληψις eſt objiciendi apologi. 59 Tenue foramen. 60 Inani & famelico ventre, diuturnâ inediâ attenuata, macilenta. 61 Irrepſerat, introiverat in vas aliqvod vimineum frumenti plenum. 62 Jam ſatura & benè ſaginata frumento. 63 Redire per idem foramen, per qvod paulò antè inani ventre penetrârat, πάλιν ἰέναι. 64 Diſtento. 65 Conabatur, contendebat, tentabat. 66 Foraminis anguſtiâ pleno & diſtento ventri obſtante. 67 Vulpeculæ in exeundo ita fruſtrà laboranti. Acceſſus eſt ad Proſopopœiam muſtelæ vulpeculam incluſam ſic alloqventis, *Si vis*, &c. ubi fictio perſonæ deponitur ſine admonitione. 68 Te ex iſto carcere liberatam priſtinæ libertati reſtituere. 69 E frumenti vaſe. 70 Tenui ventre; à Græco μακρὸς, qvia ferè qvi ſunt longi, iidem ſolent eſſe tenues ac macilenti. 71 Illum locum excavatum, illud foramen anguſtum. 72 Qvem gracilis ingreſſa es.

73 Hâc ego ſi compellar imagine, 74 cuncta reſigno:
75 Nec ſomnum plebis laudo, ſatur 76 altilium, nec
Otia 77 divitiis Arabum 78 liberrima muto.
Sæpè 79 verecundum laudaſti: 80 rexq́; 81 paterq́;
82 Audiſti coràm, nec verbo parciùs abſens.
83 Inſpice, ſi poſſum 84 donata reponere lætus.
85 Haud malè 86 Telemachus, 87 proles patientis Ulyſſeî
88 Non eſt aptus equis 89 Ithacæ locus: ut neq́; planis

73 Hâc vulpeculæ ſimilitudine & conditione à te, ô Mæcenas, compellar, qvòd ſc. aliâ ratione ab hac ſervitute mihi diſcedere non liceat, niſi vulpis exemplo. 74 Omnia munera, qvæ accepi, reddo ac relinqvo: ut Od. 29. l. 3. de Fortuna, *Laudo manentem, ſi celeres qvatit Pennas, reſigno, qva dedit.* 75 Neqve ob id qvietem privatorum hominum & tranqvillam vitam malo, & Mæcenatis ædes relinqvere, qvòd me delitiarum ſumtuoſarumqve epularum ſatietas ceperit, aliter ſenſurus, ſi egerem. 76 Beſtiarum, in uſum hominum & eſcam ſaginatarum, ſive ſint qvadrupedes, ſive piſces, ſive aves. Od. 29. l. 1. 77 Cum divitiis. 78 Securam privatorum qvietem. 79 Meticuloſum, & ab omni aſperitate alienum ingenium meum. 80 Ob ſingularem munificentiam. 81 Ob paternum tuum erga me amorem. 82 Appellatus es à me ſive præſens tecum fui, ſive abſens. 83 Periculum fac, tecum conſidera. 84 Reddere, qvæ mihi donaſti. Sic Od. 5. l. 3. *Nec vera virtus, cùm ſemel excidit Curat* reponi *deterioribus.* 85 Reſpondit Menelao, cùm ipſi egregios eqvos dono offerret. 86 Hoc exemplo Menelai & Telemachi dilucidè docet, fuiſſe honeſtius, nec Mæcenatem dare, nec ſe munera accipere, qvàm nunc reddere. Locus ex Odyſſ. δ. 87 Filius laborioſi Ulyſſis ex Penelope. 88 Proſopopœia Telemachi Menelaum alloqventis. 89 Inſulæ patriæ meæ.

90 Par-

90 Porrectus ſpatiis, 91 neqve multæ prodigus herbæ,
92 Atreide, magis apta 93 tibi tua dona relinqvam.
94 Parvum parva decent: mihi jam non 95 regia Roma,
Sed 96 vacuum Tibur placet, aut 97 imbelle Tarentum.
98 Strenuus & fortis, cauſiſq; 99 Philippus agendis
Clarus, 100 ab officiis octavam circiter 101 horam
Dùm 102 redit, atqve 103 foro nimium diſtare 104 Carinas
Iam grãdis natu 105 qveritur; 106 conſpexit [ut ajunt]
107 Adraſum qvendam 108 vacuâ tonſoris 109 in umbrâ,
Cultello proprios 110 purgantem leniter ungves.

90 Ut qvi neqve extenſus ſit in longitudinem ſpatiis, ubi eqvi pro libitu ſuo currere poſſint, id eſt, ut qvi ſit anguſtus, & ſalebroſus. 91 Nec copioſi graminis abundans. 92 O Menelae, Atrei fili. 93 Tibi Atridæ aptiora, qvàm Telemacho. 94 Me exiguum. Polyptoton. 95 Splendida, magnifica. 96 Non populoſum, minimè freqvens. 97 Molle, voluptuarium, qvietum, à bello vacuum. Sumtum eſt ab ignaviâ & mollitie hominum ad militiam ineptorum. 98 Orator validus & animoſus, & advocatus excellens. 99 *L. Philippus eloqventiâ gravitate, florentiſſimus civitatis*, ut ait Cic. Hic dicebat, ſe tùm, cùm brachium concalefeciſſet, ſolere pugnare, ut ſcribit Cic. 2. de Orat. 100 Forenſibus, id eſt, à cauſis dicendis abſolutus. 101 Diei. 102 Domum è curiâ. 103 A foro. 104 Viam Romæ, ſic dictam, ab ædificiis factis, inſtar carinarum navalium: in qva viâ domus erat Philippi. 105 Cùm ſenibus longiùs ire gravius ſit. 106 Philippus. 107 Detonſum hominem. 108 Nugatoribus & otioſis hominibus. 109 In officinâ, in pergulâ, vel in tonſtrinâ. 110 Præſcindentem, reſecan-

111 *Demetri*(112 *puer hic* 113 *non lævè juſſa* 114 *Philippi*
115 *Accipiebat*) *abi*, 116 *qvære*, 117 *& refer*; 118 *Unde domo*, 119 *qvis*,
120 *Cujus fortunæ, qvo ſit patre*, 121 *qvo-ve patrono.*
122 *It*, 123 *redit*, *&* 124 *narrat*, 125 *Vultejum nomine Menam*,
126 *Præconem*, 127 *tenui cenſu*, *ſine crimine notum*,
128 *Et properare loco*, 129 *& ceſſare*, 130 *& qværere*, *& uti*,
Gaudentem 131 *parviſq́ ſodalibus*, *&* 132 *Lare certo*,
Et 133 *ludis*, *&* 134 *poſt deciſa negotia*, 135 *campo.*
136 *Scitari libet* 137 *ex ipſo*, *qvæcunqve* 138 *refers*: *dic*,

tem. 111 Proſopopœia eſt cum Demetrio ſervo ſuo primùm, deinde ipſius cum Vultejo Menâ loqventis per Dialogismum. 112 Miniſter Demetrius. Sic Od. 38. l. 1. *Perſicos odi*, puer, *apparatus*. 113 Non ſtultè, non negligenter, *ὐ σκαιῶς*, ſed gnaviter. Virg. Ecl. 1. *ſi mens non* læva *fuiſſet*. 114 Domini ſui. 115 Exeqvebatur. 116 Ex illo homine. 117 Et, qvæ audieris, mihi renuntia. 118 Ex qvâ familiâ ſit. Sic Virg. Æn. 7. *Aut genus*? Undè domo? *pacemne huc, fertis an arma*? 119 Sc. *ſit*. 120 Cujus conditionis ſit, dives, an pauper. 121 In cujus clientela ſit. 122 Demetrius ſervus hominem adit. 123 Ab illo è tonſtrina ad dominum. 124 Domino ſuo, qvæ ab illo audierat. 125 Illum appellari. 126 Ille. 127 Pauperem eſſe. 128 Et in loco, id eſt, opportuno tempore opus agere. 129 Et rursùs feriari. 130 Et divitias acqvirere, iisqve uti, qvod non facit avarus. 131 Mediocribus. 132 Proprio ac privato domicilio, non vitâ vagâ. Meton. adj. pro ædibus Menæ. 133 Circenſibus & gladiatoriis. 134 Poſt confecta, expedita præconis negotia. Svet. *Veſpaſianus* poſt deciſa, *qvacunqve obveniſſent*, negotia, *geſtationi & inde qvieti vacabat*. 135 Marito, ubi valetudinis causâ corpus exercebat. Synecd. gen. 136 Scrutando cognoſcere. Verba ſunt Philippi. 137 Menâ. 138 Mihi narras.

Ad

Ad cœnam 139 *veniat. Non ſanè* 140 *credere Mena:*
141 *Mirari ſecum tacitus: qvid multa?* 142 *benignè*
Reſpondet. 143 *Negat ille mihi?* 144 *Negat improbus, & te*
145 *Negligit, aut* 146 *horret,* 147 *Vultejum manè* 148 *Philippus*
Vilia vendentem 149 *tunicato* 150 *ſcruta* 151 *popello*
152 *Occupat, & ſalvere jubet prior:* 153 *ille Philippo*
154 *Excuſare laborem, &* 155 *mercenaria vincla,*
156 *Qvòd non manè domum veniſſet: deniq; qvòd non*
157 *Providiſſet eum.* 158 *Sic ignoviſſe putato*
Me tibi, ſi cœnas hodiè mecum. 159 *Ut libet.* 160 *Ergò*

139 'Ad me. 140 Sc. *poterat*, vel, non credebat ſe ſeriò ab ignoto hero, & tanto patrono ad cœnam vocari. 141 Sed mirabitur, qvid tanti viri tàm ultronea & benevola invitatio ſibi vellet. 142 Gratias agit tibi ingentes, ſeqve excuſat, qvòd venire non poſſit. 143 Se in cœna mihi adfuturum? Verba ſunt Philippi 144 Se venturum. Verba ſunt ſervi. 145 Contemnit, non curat. 146 Formidat, & præ verecundia venire non audet. 147 Menam. 148 Orator. 149 Ob paupertatem tunicis, non togis, utenti. 150 Merces viles, vetera ferramenta, vaſa dimidiata, veſtes pannis obſitas. 151 Vili plebeculæ. Digna emtore merx. 152 Prævenit, antevertit. 153 Mena. 154 Prætendebat ſuum laborem, in qvo tanqvam præco occupatus eſſet. 155 Præconias & mercenarias occupationes, qvæ, tanqvam vincula, ipſum detinuiſſent. Synecd. gen. 156 Qvòd pro clientum more matutino tempore domum ſuam, tanqvam patroni, non veniſſet, illumqve ſalutâſſet. 157 Antè, priùs vidiſſet. 158 Hâc lege & conditione. Verba ſunt Philippi. 159 Sit ita, inqvit Mena. 160 Ergò poſt horam nonam (inqvit Philippus) venies domum meam, id eſt, tribus horis ante Solis occaſum.

Poſt nonam venies. Nunc i: 161 *rem ſtrenuus auge.*
162 *Ut ventum ad cœnam eſt,* 163 *dicenda, tacenda locutus,*
164 *Tandem dormitum dimittitur:* 165 *hùc ubi ſæpè*
Occultum 166 *viſus decurrere piſcis ad hamum.*
167 *Manè* 168 *cliens, & jam* 169 *certus conviva, jubetur*
170 *Rura ſuburbana* 171 *indictis comes ire Latinis.*
Impoſitus 172 *mannis, arvùm* 173 *cœlumq; Sabinum*
174 *Non ceſſat laudare:* 175 *videt ridetq; Philippus,*
Et ſibi 176 *dùm* 177 *reqviem, dum* 178 *riſus undiqve* 179 *qværit,*
Dum 180 *ſeptem donat ſeſtertia, mutua* 181 *ſeptem*
Promittit, perſvadet uti 182 *mercetur agellum.*

161 Nunc abi, & opes facultatesq; tuas fortiter auge. 162 Poſtqvam. 163 Vultejus locutus liberè, qvidvis locutus, ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα, fanda, nefanda. Hæc autem ſic accipienda ſunt, ſc. Vultejum, fretum amicitiâ Philippi, ſua negotia inconſideratè effutiviſſe. Paronomaſia. 164 Tandem jubetur ire domum. 166 Ad ædes Philippi Oratoris. 167 Viſus eſt. 4. Poſtridiè. 168 Patroni Philippi, ut & ſalutandi & comitandi (ſi opus eſſet) officium perageret. 169 Qvotidianus, qvi etiam non vocatus adeſſe poſſet. 170 In rura. 171 Cùm Latinæ feriæ, qvibus Romæ nihil operis facere licebat, à Conſule imperatæ eſſent. Qvo tempore fiebat Jovi Latiali in monte Albano ſacrificium. Lege Macrob. Sat. 1. c. 16. 172 Eqvis puſillis. 173 Aërem Sabinum, in qvo Philippus ſuburbana prædia habebat. 174 Vultejus. 175 Hominem ſtultum. 176 Anaphora. 177 Locum, in qvo interdum reqvieſceret. 178 Ludum jocumqve. 179 Philippus. 180 Septem millia Seſtertiûm nummûm, id eſt, centum & ſeptuaginta qvinqve aureos. Ad hanc autem gratuitam ſummam accedat mutua, tùm reddet additio treſentos & qvinqvaginta aureos. 181 Alia. 182 Emat ſibi.

183 *Mer-*

183 *Mercatur, Ne te longis* 184 *ambagibus ultrà,*
Qvàm ſatis eſt, 185 *morer:* 186 *ex nitido fit ruſticus, atqve*
Sulcos,& 187 *vineta crepat mera: præparat* 188 *ulmos:*
189 *Immoritur ſtudiis,* 190 *& amore ſeneſcit habēdi.*
Verùm ubi oves furto, morbo periêre capellæ,
191 *Spem mentita ſeges, bos eſt* 192 *enectus arando:*
Offenſus damnis, 193 *media de nocte* 194 *caballum*
Arripit, 195 *iratusq́;* 196 *Philippi* 197 *tendit ad ædes.*
Qvem 198 *ſimul aſpexit* 199 *ſcabrum intonſumqve Philippus,*
200 *Durus,(ait) Vultei, nimis,* 201 *attentusq́; videris*

183 Vultejus agellum emit. 184 Sermonum. 185 Detineam te, ô Mæcenas. 186 Ex urbano & benè habito fit incultus, ſcaber & intonſus. 187 Loca vitibus conſita ſolùm habet in ore. Vide Od. 18. l. 1. 188 Qvibus maritantur vites. 189 Vitam ſuam impendit curis agriculturæ. 190 Et tabeſcit, conſumitur lucri ſtudio. Ut *ſenium* veteres pro odio, tædio, ac moleſtiâ dixêre; ſic etiam *ſeneſcere* pro cruciari ac macerari. Cic. *Otio, & tranqvillitate reip.* conſeneſcebat. 191 Et poſtqvam ager ſatus, qvi dominum ſuum Vultejum de maximo anni proventu ſperare juſſerat, fefellit, & minùs reddidit, qvàm ſperaverat agricola. *Seges* autem à *ſerendo* dicta, & fructus ipſos, & terram fundumqve undè naſcuntur, ſignificat. 192 Ita fractus & debilitatus arandi labore, ut mortuus videretur. 193 Paulò poſt mediam noctem. Sic ſuprà Ep. 2. *ſurgunt* de nocte *latrones.* 194 Sibi à Philippo datum. 195 Ob agriculturæ damna. 196 Patroni ſui. 197 Contendit. 198 Simulac. 199 Sqvalidum, incomtum, & impexum, qvi anteà erat nitidus, pexus, comtus. 200 Homo ferreus & laborioſus, i. e. non te reſpicis, nimis te labore excrucias, Vultei. 201 Ad rem, id eſt, avarus.

Eſſe

Eſſe mihi 202 *Pol,me* 203 *miſerum patrone vocares,*
Si velles(inqvit)verum mihi 204 *ponere nomen,*
205 *Qvod te per* 206 *Genium,* 207 *dextramqve, Deoſqve* 208 *Penates,*
Obſecro, & obteſtor, 209 *vitæ me redde priori.*
210 *Qvi ſimul aſpexit, qvantum dimiſſa petitis*
Præſtent, maturè redeat, repetatqve 211 *relicta.*
212 *METIRI ſe qvemqve* 213 *ſuo modulo, ac pede,* 214 *verum eſt.*

202 Ædepol, certè. Exclamatio eſt Vulteji affirmantis ſuas qverelas per Pollucem. 203 Calamitoſum, non durum & attentum. 204 Dare, imponere. Al. *dicere.* 205 Qvamobrem, vel propter qvod, vel, qvam rem te obſecro. Sic Virg. 6. Æn. Qvod *per cæli jucundum lumen, & auras, Per genitorem oro, per ſpem ſurgentis Juli, Eripe me his invicte malis.* 206 Naturæ Deum. Exclamatio obteſtantis ad affectum patrono movendum. 207 Qvæ membrum eſt fidei ac fœderis. Similis orandi modus eſt in Andr. Ter. *Qvod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum*: iſqve antiqvis perfamiliaris & peruſitatus in rebus graviter afflictis. 208 Domeſticos. 209 In priſtinum ſtatum & officium præconis me reſtitue, meqve ex his calamitatibus eripe. Synecd. gen. 210 Qvi Philippus poſtqvam conſideravit, & ſecum reputavit, qvantum relicta in urbe præſtent illis rure qvæſitis, id eſt. qvantò melior fuerit urbana prior vita Vultei libera & tranqvilla, qvàm poſterior ruſticana ſervilis & ærumnoſa; petitioni ejus locum relinqvit, jubet, ut Vultejus qvàmprimùm, deſertâ agriculturâ, ad urbem redeat, & relictam præconis conditionem repetat. 211 Studia. 212 Alleg. eſt è Metaph. ab his, qvi ſtaturam corporis humani numero pedum metiuntur. Monet autem Alleg. ut intra ſuam qvisqve conditionem & fortunam ſe contineat, & ſe ſuis facultatibus tàm animi, qvàm corporis, æſtimet, nec ex aliorum judicio pendeat. 213 Suâ menſuâ ac modulo pedis. 214 Æqvum & honeſtum

neſtum eſt, decet: ut Sat. 3. l. 2. *An, qvodcunqve facit Mæcenas, te qvoqve verum eſt, tanto diſſimilem, & tanto certare minorem?*

Epiſt. VIII.

Ad CELSUM ALBINOVANUM.

Ad Celſum ſcribens, ſe minùs animo, qvàm corpore, valere dicit, in ſe ipſo cùm alia qvædam vitia, tùm inconſtantjam reprehendens: ſed ita ut illum in perſonâ ſuâ taxare videri poſſit. A Muſâ autem, de non ferendâ immoderatè & inſolenter fortunâ, eum vult admoneri.

** CElſo gaudere, & benè rem gerere, Albinovano,*
1 Muſa rogata refer, 2 comiti 3 ſcribæqve 4 Neronis.
Si qværet, 5 qvid agam; dic, multa, & pulchra 6 minantem,
7 Vivere nec rectè, nec ſvaviter: haud qvià grando

* Ordo eſt: O Muſa *à me* rogata, refer Celſo Albinovano, comiti & ſcribæ Neronis χαίρειν καὶ εὐπράττειν, ut gaudeat & benè rem gerat, id eſt, nuntia meo nomine Celſo, qvi literis ſuis priùs me compellavit, ſalutem, *vel*, ſaluta illum meis verbis. Sunt autem in hoc Helleniſmo infinita verba pro nominibus, id eſt, ſignifica me optare Celſo gaudium, & proſperos rerum ſucceſſus. 1. Jovis & Mnemoſynes filia. Synecd. eſt gen. pro unâ è novem: fortaſſe pro Clio hiſtoriarum peritâ, vel pro Calliope carminis Heroïci præſide. 2 Qvi tanqvam inferior amicus Neronem comitatur 3 Notario, qvi eſt Neroni à literis & mandatis. Belg. *een Secretaris.* 4 Claudii Tiberii Neronis, Auguſti Cæſaris privigni. Synecd. gen. 5 Qvibus in ſtudiis hactenùs occupet. 6 Non ſine jactantiâ præ me ferentem, promittentem, jactantem. Sic Sat. 3. l. 1. *Atqvi vultus erat pulchra & præclara* minantis, id eſt, de te promittentis. Vide locum. 7 Nun-

8 *Con-*

8 Contuderit vites, oleamq; 9 momorderit æſtus;
Nec qvia longinqvis armentum ægrotet in 10 arvis;
11 Sed qvia mente minùs validus, qvàm corpore toto,
12 Nil audire velim, nil diſcere, 13 qvod levet ægrum:
14 Fidis offendar 15 medicis, iraſcar amicis,
16 Cur me funeſto properent arcere 17 veterno:
Qvæ nocuêre 18 ſeqvar; fugiam, qvæ 19 profore credã;
20 Romæ Tibur amem ventoſus, 21 Tibure Romam.
22 Poſt hæc, ut 23 valeat, qvo pacto rem gerat, & ſe;
Ut placeat 24 juveni, percontare, utqve cohorti.

cia Celſo me non rectè ex animi ſententiâ & qvaſi cum vitæ tædio vivere. 8 Fregerit vites meas, id eſt, qvòd rei familiaris damna perpeſſus ſim. 9 Nimio calore exuſſerit, corruperitqve, unde inaruerint. 10 Agris aratis. 11 Sed qvia animo æger magis, qvàm corpore, velim nil, &c. 12 Anaphora. 13 Qvod animi morbum imminuat ac relevet. 14 Qvia fidelibus meis medicis, conſilio & alloqvio ſalutari hujus mali remedium mihi exhibituris, offendar. 15 Epiſtrophe. 16 Propterea qvòd. Cic. *Qvid me accuſas, cur hunc meum caſum tàm graviter feram, debes ignoſcere.* 17 A me propulſare lethargum, qvi inexpugnabilis eſt dormiendi neceſſitas. Metaphoricè hîc pro arrogantiâ, inconſtantiâ, in propoſito pertinaciâ. 18 Qvia ſeqvar, qvæ, &c. Epanodos. 19 Mihi profutura. 20 Qvia cùm Romæ ſum, amem Tibur, & rus optem tanqvam homo mobilis & vento popularis auræ plenus. Metaph. eſt ab aëre, & regionibus, & mari, qvæ vento agitantur: qvo tropo poſtremâ libri hujus Ep. *plebs ventoſa* dicetur. Geminum inſuper eſt Polyptoton. 21 Cùm autem Tiburi aut rure ſum, Romam amem. 22 Poſt hæc omnia, ô Muſa, poſtqvam illi de meis rebus, meâqve perversâ & infelici conditione renuntiaſti, ex illo Celſo Albinovano percunctare, qvæ ſit ejus valetudo, qvo pacto negotia ſua gerat, & ſe, rectè, an ſecùs. 23 Symploce. 24 In

Si

Si dicet, Rectè: 25 primum gaudere; 26 ſubinde
Præceptum 27 auriculis hoc 28 inſtillare memento,
29 Ut tu fortunam, ſic nos te, Celſe, feremus.

qvâ gratiâ ſit apud Caudium Tiberium Neronem Imperatorem, inqve toto exercitu: Synecd. gen. 25 Primùm dicito me ejus nomine gaudere, eiqve de illâ felicitate gratulari. 26 Deinde: ut Sat. 5. l. 2. *Sparge ſubinde.* 27 Ejus, ſc. Celſi. 28 Leviter infundere. Metaph. eſt à rebus liqvidis, qvæ guttatim in vaſa infundi ſolent, id eſt, tu Muſa, deinde admoneto Celſum de conſtantiâ & animi moderatione ſervandâ in omni re. 29 Qvemadmodum tu ſecundam fortunam feres, ita ut non ſuperbias, ſic nos tuam amicitiam feremus, & ſervabimus continuò.

Epiſt. IX.

Ad CLAUDIUM NERONEM.

Claudio Neroni Septimium commendat, & rogat, ut in amicitiam ſuam eum recipiat. Sed hoc verecundè facit, & ita, ut ab ipſo Nerone id tanqvàm pro ſuo jure petere videri non poſſit.

1 SEptimius, 2 Claudi, 3 nimirum intelligit unus,
Qvanti me facias; nam cùm rogat, 4 & prece cogit
Scilicet, ut tibi ſe 5 laudare, & 6 tradere coner,
7 Dignum mente, domoq́; legentis honeſta Neronis,

1 Eqves Romanus, de qvo Od. 6. l. 2. 2 Nero, Auguſti privigne. 3 Sine dubio ſolus è multis ſcit Septimius. 4 Et precando me cogit propter inſignem amicitiam, cui nihil negari debeat. 5 Commendare, & tanqvam virum probum laudare. 6 In amicitiam. 7 Virum dignum tuâ amicitiâ, tuo animo, & convictu, honeſtoqve loco in familia Neronis, qvi non niſi res honeſtas & viros probos eligit, inqve

8 Mu-

8 *Munere cùm fungi propioris cenſet amici,*
9 *Qvid poſſim videt ac novit me* 10 *valdiùs ipſo.*
11 *Multa qvidem dixi, cur excuſatus abirem:*
Sed timui, 12 *mea ne finxiſſe minora putarer,*
Diſſimulator 13 *opis propriæ,* 14 *mihi commodus uni.*
Sic ego, majoris fugiens 15 *opprobria* 16 *culpæ,*
17 *Frontis ad urbanæ deſcendi præmia: qvod ſi*
18 *Depoſitum laudas* 19 *ob amici juſſa pudorem;*

amicitiam ſuam recipit. 8 Et cùm Septimius exiſtimat me officio interioris amici apud te fungi, & aliis familiariorem eſſe. 9 Qvid apud te poſſim, intelligit. 10 Validiùs & meliùs. Syncope eſt, ſicut *valdè* pro validè. Sic de Arte: Valdiùs *oblectant populum demiſſa per aurem,* &c. 11 Multas qvidem cauſas attuli, & dixi Septimio, qvibus hoc commendandi munus, mihi ab eo impoſitum, declinarem. 12 Ne judicarer à Septimio & aliis, qvi hoc intellecturi eſſent, meam apud te gratiam, & meam commendandi facultatem minorem eſſe, qvàm reverà ſit. 13 Ne dicerer meæ potentiæ & gratiæ diſſimulator eſſe, meqve nolle, qvâ me benevolentiâ amplectaris, illi oſtendere. 14 Ne dicerer in tua amicitia meam ſolius utilitatem, ſine reliqvorum amicorum cura ſpectare. 15 Crimina. 16 Diſſimulationis & invidiæ, animiqve in officio tribuendo maligni. 17 Deſcendi ad fructum minùs verecundæ commendationis, id eſt, ad impudentiam, qvæ frontis perfrictæ eſt præmium, more urbanorum & impudentium, & audacior factus ſum amici causâ, ut ſc. hâc meâ audaci commendatione impudentiæ præmia impetrarem, & hunc Septimium meliori notâ tibi commendatum in amicitiam tuam inſinuarem. Meton. ergò ſubj. eſt pro adjuncta impudentia urbana, qvæ potiſſimùm reſidet in fronte: deinde Meton. adj. pro urbanis impudentibus, qvorum perſonam lege amicitiæ coactus eſt Poëta ſuſtinere in hac commendatione. 18 Hanc meam impudentiam, qvâ tibi ſatis importunè Septimium commendo. 19 Ob Septimii preces.

20 *Scri-*

20 *Scribe tui gregis hunc,& 21 fortem crede bonumq;.*

20 Adſcribe hunc Septimium tui gregis numero, tuorumqve amicorum albo ipſum annumera. Metaphora â pecoribus. Ter. *Verùm etiam hoc vos oro, ut me in veſtrum* gregem *recipiatis.* 21 Ipſum eſſe virum ad omnia pericula ſubeunda promtum & paratum.

Epiſt. X.

Ad FUSCUM ARISTIUM.

Fuſco Ariſtio, urbis amatori, vitam ruſticam, qvâ ipſe delectabatur, laudat, & varia ejus commoda recenſet. Simul autem ab ambitione (qvæ vitam urbanam, non ruſticam, comitatur) eum deterret.

URbis amatorem 1 *Fuſcum 2 ſalvere jubemus*
3 Ruris amatores: 4 hac in re 5 ſcilicet unâ
Multùm diſſimiles, 6 ad cætera penè 7 gemelli;
8 Fraternis animis, qvicqvid negat alter, & 9 alter,

1 Ariſtium, in urbe commorantem. 2 Salutari opto, volo. Nam in τῷ *jubemus* non tàm eſt juſſionis & imperii, qvàm voluntatis & optationis. Ter. *Jubeo Chremetem,* ſc. *ſalvere*, id eſt, volo Chremetem ſalutari. 3 Nos. 4 Qvòd ego rure, tu urbe delecteris. 5 Hîc τὸ *ſcilicet* confirmantis eſt. 6 Cæteris in rebus, *vel*, qvantum ad reliqva, qvoad cætera. 7 Adeò ſumus inter nos moribus ſimiles, ut pænè gemelli videri poſſimus, qvi uno tempore concepti, iiſdem parentibus orti, eodem tempore nati, iiſdem voluntatibus maximè ducuntur, Metaph. ergo ſumta à fœturâ & prole gravidarum geminâ, ubi ſolet apparere maxima ſimilitudo. 8 Tanqvam fratres, idem nolumus, idem volumus. 9 Epizeuxis. 10 In hoc æqvaliter nos gerimus & agimus tanqvam veterani & inter ſe noti columbi, qvorum magnus & mutuus amor &

10 *Annuimus pariter vetuli, notiqve columbi,*
Tu 11 *nidum ſervas, ego laudo ruris amœni*
Rivos, & muſco 12 *circumlita ſaxa, nemusqve.*
13 *Qvid qværis? vivo, &* 15 *regno,* 16 *ſimul iſta reliqvi,*
Qvæ vos ad 17 *cœlum effertis* 18 *rumore ſecundo.*
19 *Utqve ſacerdotis fugitivus,* 20 *liba recuſo:*
21 *Pane egeo, jam mellitis* 22 *potiore* 23 *placentis.*
Vivere naturæ 24 *ſi convenienter oportet,*
25 *Ponendæqve domo qværenda eſt area primùm;*

& concordia ſatis nota eſt. 11 At uno hoc inter nos diſtamus, qvòd tu urbem Romam ſervas, illamqve urbem, tanqvam columbus nidum, inhabitas. Metaph. eſt ab avibus, pro loco anguſto præ ruris amplitudine. 12 Saxa fontium muſcoſa, lanugine illâ viridi obducta. Metaph. à Chirurgis ſumta, & qvi plagas, & ulcera, & tumores cataplaſmatis & fomentis ſolent ungere & lenire. 13 Qvid multis verbis te detineo? Sic loqvuntur boni ſcriptores, cùm paucis rem expedire volunt. 14 Qvi antè in urbe mortuus fui. 15 Qvovis rege beatiorem me deputo. Sumtum qvoq; eſt à felicitate regum ad beatitudinem vitæ ruſticæ indicandam. 16 Simulac urbem vitamqve urbanum, pompam & ſtrepitum deſerui ac ſprevi. 17 Laudibus attollitis, tanti facitis, tantoperè laudatis. Hyperbolica eſt Alleg. 18 Magno populi applauſu, & univerſæ plebis ſuffragio conſentiente. 19 Ut improbus ſacerdotis ſervus, qvi ex delitiarum ſatietate dominum deſerit, & qvi liba edere conſuevit, tandem deſiderat panem: ſic ego, urbem faſtidiens, rure delector. 20 Mellitas placentas, & delicatiſſimos qvoſqve cibos, urbanaſqve delitias. E Synecd. eſt Alleg. 21 Δέομαι ἄρτου, deſidero panem. 22 Qvi mihi dulcior eſt. 23 Libis ſacrificiorum. 24 Qvoniam unumqvemqve hominem oportet juxta naturam ſive congruenter naturæ, id eſt, virtute adhibitâ donis frui à naturâ datis. 25 Et qvoniam area, id eſt, ſolum primùm qværendum

Novi-

Noviſti-ne locum potiorem rure 26 beato ?
27 Eſt, ubi plus tepeant hyemes ? ubi gratior 28 aura
Leniat & 29 rabiem Canis, & 30 momenta Leonis,
Cùm ſemel accepit Solem 31 furibundus acutum ?
32 Eſt, ubi 33 divellat ſomnos minùs 34 invida cura?
35 Deteriùs Libycis olet aut nitet herba 36 lapillis ?
37 Purior in vicis aqva tendit rumpere plumbum,
Qvàm qvæ per pronum 38 trepidat cum murmure rivum ?

& locus deligendus ad domum ædificandam. Hîc *domo* eſt dat. caſus contra Grammaticos, qvi tantùm *domui* agnoſcunt. 26 Opulento, & omni rerum copiâ abundante? 27 Eſt-ne locus ullus, ubi hyemes minus frigidæ ſint ? Anaphora. 28 Ventus. 29 Sideris cœleſtis intolerabilem æſtum atqve calorem temperet? Metaph. eſt à febre ardente canis terreſtris ad vehementiam æſtûs ſolaris indicandam. 30 Tempora, qvibus Sol circiter Idus Qvintiles Leonis ſignum tranſit. 31 Cùm Leo rabioſus & vehementer furens ingreditur Solem vehementem, æſtuſqve maximos concitat. Metaph. à Leone terreſtri. 32 Eſt-ne alter in mundo locus, ubi, &c. 33 Minùs auferat & avertat ſoporem, aut magis qvietam hominibus indulgeat reqviem? Al. *depellat*: ut *pellere ſomnum* dixit Od. 11. l. 2. 34 Qvæ ſoporem hominibus qvaſi invidet, id eſt, homines curâ & ſollicitudine preſſi, qvi ſibi invident animi tranqvillitatem & ſomni libertatem. Met. adj. 35 Nunqvid herba, qvam nos ruſtici pedibus calcamus, minùs gratum naribus odorem afflat, aut minùs nitida eſt, qvàm lapilli, id eſt, marmora è Numidiâ advecta, ex qvibus Romæ fiunt pavimenta? 36 Synecd. gen. 37 Purior-ne ea eſt aqva, qvæ in vicis urbis Romæ è tubis & canalibus plumbeis erumpit, tantoqve impetu deſcendit, ut tubos plumbeos rumpere contendat & nitatur, &c. 38 Naturaliter delabitur per declivum aliqvem rivum, cum leni ſtrepitu & ſu-

39 Nempe inter 40 varias nutritur ſylva columnas,
Laudaturq́ domus, longos qvæ 41 proſpicit agros.
42 Naturam expellas furcâ, tamen uſqve recurret,
43 Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.
44 Non, qvi 45 Sidonio contendere 46 callidus oſtro

ſurro? 39 Nimirum apparet vitam ruſticam ſvaviorem eſſe. qvàm urbanam, qvi divites, qvaſi naturâ duce, in ſuis ædificiis urbem ruri ſimilem reddere ſtudent. Nam arbores multas in hortis ſpatioſis conſerunt, &c. 40 Ex marmore verſicolori factas. 41 Undè longè diſſiti campi & nemora ſpectari poſſint. Sumtum eſt ab animatis ad ſenſus & animi expertia, ut hîc ad domum. 42 Ut vel maximè ipſi naturæ vim inferas, adeoqve illud, qvod eſt naturâ rei alicui inſitum ac ingeneratum, ignominiosè vi maximâ ejicere tentes, tamen illa ſe ſemper præſentem ſiſtet. Metaph. eſt à corporibus naturâ depravatis, qvæ vix corrigi poſſunt, & ad id, qvod nata ſunt: ut videre eſt in arboribus pravis, qvas ubi diu multùmqve in rectum excitâris, fulcro & furcâ, ſi longo poſt tempore fulcrum & fuſtem ſuſtuleris, cernas eaſdem ad priſtinam formam reverti. 43 Et tanqvam rerum humanarum domina iſtam vitioſam hominum luxuriem, rerumqve parabilium faſtidioſum contemtum clanculùm denuò vincet. 44 Is non accipiet certius damnum, qvi neſcit diſcernere purpuras, qvàm qvi, &c. Hactenùs ab adjunctis commodis, nullum rure locum naturæ magis convenientem eſſe declaravit: nunc contrà, ab incommodis damniſqve certiſſimis indicat urbem, reſqve urbanas eſſe naturæ peſtilentiſſimas; ubi pro libertate ſervitus, pro ſecuritate ſollicitudo, pro tranqvillitate dominatur perturbatio. 45 Cum purpurâ Sidoniâ comparare, *vel* certare, & ita ad veram purpuram accedere, ut difficile ſit internoſcere lanas, qvæ fucatum & non genuinum purpuræ colorem, qvi prope Aqvinum, Italiæ oppidum, provenit, purpuram imitantem, habent, id eſt, qvi inter veſtem verâ purpurâ & fucatâ tinctam neqvit diſcernere. 46 Tan-

Neſcit

Neſcit Aqvinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propius-ve 47 *medullis,*
Qvàm, qvi non poterit 48 *vero diſtinguere falſum.*
Qvem res plus nimio 49 *delectavêre ſecundæ,*
50 *Mutatæ qvatient.* 51 *Si qvid mirabere,* 52 *pones*
Invitus: fuge 53 *magna: licet ſub paupere* 54 *tecto*
55 *Reges, & regum vitâ* 56 *præcurrere amicos.*
Cervus eqvum pugnâ 57 *melior* 58 *communibus herbis*
Pellebat, donec 59 *minor in certamine longo*
60 *Imploravit opes hominis,* 61 *frenumq́; recepit:*
Sed poſtqvam 62 *victor* 63 *violens diſceſſit* 64 *ab hoſte,*
Non eqvitem dorſo, non frenum 65 *depulit ore.*
Sic, qvi pauperiem veritus potiore 66 *metallis*

qvam homo ingenioſus. 47 Vel qvod propiùs ad medullas & ſpiritum animalem accedat & pertingat. Meton. ſubj. 48 A vero. 49 Nimiâ lætitiâ extulerunt. 50 Illum eædem res converſæ perturbabunt, commovebunt. 51 Si qvid in urbe magni facies. 52 Illud nolens depones & amittes rurſus. 53 Summas opes, ampliſſimos honores. 54 Domo, id eſt, ſub vitâ victuqve privato atqve tenui. Synecd. part. 55 Polyptoton. 56 Anteire, ſuperare amicos Regum, id eſt, gratioſos homines apud Reges. Metaph. eſt à curſoribus & viatoribus, qvorum viæ ſimilis eſt vita hominum, id eſt, ſic traducitur, ut iter à viatoribus conficitur. 57 Superior, κρείττων, validior in pugnâ. 58 E communi utriqve prato eqvum ſuis cornibus depellebat, ejiciebat. Hæc fabula tribuitur Steſichoro. 59 Eqvus ἥττων, inferior, imbecillior, pratoqve expulſus & victus. 60 Cum ploratu rogavit auxilia animalis ratione & prudentiâ præditi. Virg. 10. Æn. *Tarchon Jungit* opes, *fœduſqve ferit.* 61 Ephippium ſubiit, hominem dorſo portavit, eiqve parêre incepit, cervumqve ope hominis ſuperavit. 62 Eqvus Synecd. gen. 63 Superbus & victoriâ elatus. 64 A cervo victo. Synecd. gen. 65 Excuſſit; ſed hominis ſervus perpetuò manſit. 66 Qvæ omni ære, omni ar-

Libertate caret, 65 dominum vehet improbus, atq;
Serviet æternùm, qvia parvo neſciet uti.
68 Cui non conveniet ſua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, 69 ſubvertet; 70 ſi minor, 71 uret.
72 Lætus ſorte tuâ vives ſapienter, Ariſti:
73 Nec me dimittes incaſtigatum, ubi plura
74 Cogere, qvàm ſatis eſt, ac non 75 ceſſare videbor.
76 Imperat aut 77 ſervit collecta 78 pecunia cuiqve,
79 Tortum digna ſeqvi potiùs, qvâm ducere, funem.
Hæc tibi 80 dictabam 81 poſt fanum putre Vacunæ,

gento & auro potior eſt. 67 Pecuniæ cupiditatem, cui perpetuò in æternum ſerviet. 68 Qvi plus minus-ve habebit, qvàm ſatis eſt, ille nunqvam bonis ſuis rectè fruetur. 69 Pedem aliqvando ejiciet. 70 Erit. 71 Pedem lædet, dolore afficiet, conſtringet: ita etiam, qvi plus, qvàm ſat eſt, divitiarum habet, ille de ſtatu ſuo deturbatur; qvi autem opinione ſuâ minus habet, qvàm ſat eſt, illum inopia affligit. Sumſum ab igne, cujus proprium eſt urere. 72 Contentus tuâ conditione. Hortatur Fuſcum ad mediocritatem, & amicè reqviri ab eo caſtigari, ſi in congerendo ipſo modum excedat. 73 Sed me ſeverè reprehendes. 74 Coacervare, congerere. 75 In coacervandâ pecuniâ. 76 Unicuiqve domino ſuo, ut avaro & luxurioſo. 77 Ut liberali. 78 Locuples & pecunioſus homo. Meton. adj. 79 Qvæ tamen pecunia à poſſeſſore potiùs trahi debet, qvàm eundem trahere, qvæqve dominum ſuum ſeqvi, non ducere, debet, & eidem ſervire, non imperare. Alleg. eſt à Comicis ſaltantibus, qvorum præſultor præſcribit numerum ac modum reliqvo choro, qvi obſeqvitur præſultori, ut pecunia & res partæ poſſeſſori debent ſervire, non imperare. Qvidam putant hoc natum ab illo fune, qvo eqvus Durius à Trojanis in urbem inductus eſt manibus chori ſaltantis implicato. 80 Hæc dictabam puero meo ſcribenti, ut ab eo excepta & ſcripta tibi mitterem. 81 Ponè ædem Vacunæ Deæ vetu-

Excepto.

Excepto, qvod non ſimul eſſes,82 cætera lætus.

ſtate corruptam & conſumtam. *Vacuna* Dea à *vacando* dicta, qvæ præerat vacantibus & otioſis, ac præterea abſolutis crimine & calumniâ. Ingenioſè igitur ibi rus ſuum collocat Poëta facetiſſimus, ut qvi otioſus hæc, occupato Romæ Ariſtio, ſcripſerit. 82 Qvoad cætera omnia, τ' ἄλλα id eſt, κατὰ τ' ἄλλα, vel, in cæteris omnibus ſum hilaris, excepto illo uno, id eſt, tantùm triſtis, qvòd mihi non adeſſes. Helleniſmus: ut Od. 2. l. 4. *Qva notam duxit, niveus videri*, Cætera *fulvus.* Sic Virg. Georg. 3. Cætera *nec ſectura habilis, nec fortis aratris.*

Epiſt. XI.

Ad BULLATIUM reverſum ex Aſiâ.

Ad vitæ beatitudinem nihil intereſſe dicit, qvo qviſqve loco habitet, cùm hæc ab animi tranqvillitate pendeat. Docet etiam, de qvopiam loco aut aliqvo vitæ genere non debere à nobis judicium fieri ex commodis, aut incommodis, qvæ in eis ſenſerimus.

1 *QVid tibi viſa Chios, Bullati, 2 notaq; Lesbos?*

1 Qvalis tibi viſa eſt Chios, inſula in mari Ægæo? Hæc enumeratio locorum variorum indicio eſt, Bullatium fuiſſe πολύτροπον, id eſt, hominem verſatilis ingenii ad omnia perluſtranda. Anaphora eſt in *qvid* multoties repetito initiis membrorũ, ac præterea Α'νακοίνωσις ſive *Deliberatio* cum Bullatio de variâ peregrinatione, ubi octies hic interrogatur, ac pro eo Poëta tandem ad qvatuor qvæſtiones tantùm de Lebedo, Samo, Chio, & Rhodo reſpondet. 2 Inſula in mari Ægæo nota, id eſt, nobilis propter Alcæum, & Sappho Poëtas celebratiſſimos.

Qvid concinna 3 *Samos? qvid Crœſi regia* 4 *Sardis?*
5 *Smyrna qvid,* & 6 *Colophon?* 7 *majora minora-ne famâ?*
8 *Cuncta-ne præ* 9 *campo, & Tiberino flumine ſordent?*
10 *An venit in votum Attalicis ex urbibus unà?*
11 *An Lebedum laudas, odio maris atqve viarum?*
Scis, Lebedus 12 *qvàm ſit* 13 *Gabiis* 14 *deſertior, atq;*

3 Inſula, qvæ è regione Epheſi Joniæ adjacet, Pythagoræ patria, ac vaſis olim fictilibus, qvæ *Samia* dicebantur, celebrata, & Junoni ſacra; qvæ ibi & nata & educata, & Jovi nupta ſcribitur. Qvam *concinnam* vocat Poëta ob loci elegantiam & amœnitatem, propter pulchra ædificia. 4 Urbs Lydiæ, in qvâ Crœſus, Halyattis filius, Lydorum Rex qvondam ditiſſimus, commorabatur ac conſidebat. 5 Civitas Joniæ, Homeri patria. 6 Joniæ urbs, Apollinis oraculo qvondam clariſſima. 7 Sunt-ne hæc majora, vel minora, qvàm communis hominum fama de illis divulgavit? 8 An omnes hæ urbes & loca tibi vilia & nihil eſſe videntur, ſi cum Româ comparentur? 9 Comparatione factâ cum campo Martio. Synecd. gen. Poſſet etiam dici totum hoc *campo & Tiberino & flumine* Synecdochicam periphraſin Romæ, præ qvâ urbes aliæ & regiones contemnēdæ & parvipendendæ videntur. Id enim ſonat verbū *ſordere* ab immundis rebus ſumtum & translatum: qvo tropo uſus eſt Corydon apud Virg. Ecl. 2. *qvoniam* ſordent *tibi munera noſtra.* 10 An non expetis & exoptas, ſi Græcia minùs tibi placet, aliqvam ex Aſiaticis urbibus, qvibus Attalus olim, Rex Pergami ditiſſimus, imperavit? Sic Ovid. loqvitur 11. Metam. *ſuccedere in votum alicujus,* id eſt, idem velle & optare, qvod ille vult & optat. Anaphora. 11 *Lebedus* eſt Joniæ oppidum deſertum juxta mare, undè nullus incola audet mare tranſire. 12 Qvanto. Reſpondet Bullatius. 13 *Gabii, iorum* & *Fidenæ* ſunt civitates Sabinorum. 14 Nullisqve ſæpè hominibus freqventatus.

Fidenis

Fidenis vicus: tamen illic vivere 15 vellem,
Oblitusqve 16 meorum, 17 obliviſcendus & illis,
18 Neptunum procul è terra 19 ſpectare furentem.
Sed 20 neqve 21 qvi 22 Capuâ Romam petit, imbre, lutoqve
Aſperſus, volet in 23 caupona 24 vivere; nec, qvi
Frigus 25 collegit, 26 furnos & 27 balnea laudat,
28 Ut fortunatam plenè præſtantia vitam.
Nec, ſi te validus jactaverit Auſter 29 in alto,
Idcircò navem trans Ægæum mare 30 vendas.
31 Incolumi Rhodos, & Mitylene 32 pulchra facit, qvod

15 Non recuſarem, qvàm ulteriùs itineris moleſtias in me ſuſcipere. 16 Amicorum & patriæ. 17 Et viciſſim ab aliis obliviſcendus. Polyptoton. 18 Mare furioſum, tumultuoſum & inſanum, cujus Rex & dominus eſt Neptunus è partitione regni Saturni inter fratres & ſorores. Meton. ſubj. 19 Ut proſpiciam. 20 Anaphora. Verba ſunt Horatii refutantis Bullatii ſententiam à ſimili. 21 Viator qvisqvam, qvi, &c. 22 Hæc urbs Campaniæ Italicæ caput olim fuit, & magnitudine Romæ & Carthagini non ceſſit. 23 Tabernâ meritoriâ, in qva ſe aliqvandiu refecit & collegit. 24 Semper ac perpetuò manere. 25 Contraxit, ſc. hyemis tempore. 26 Clibanum vel focum, ad qvem ſe calefecit. 27 In qvibus totum corpus calidâ refocillavit. 28 Tanqvam ea, qvæ omninò felicem vitam præſtant, ſummumqve bonum efficiunt & conſervant. 29 In mari variis tempeſtatibus exercuerit & diſjecerit. Sic Virg. Æn. 1. *multùm ille & terris* jactatus *& alto.* 30 Non continuò vendere debes navem in regione transmarina, & illic habitare, qvòd aliqvam navigationis incommoditatem perceperis. 31 Homini ſanæ mentis, viro prudenti hoc præſtat. Metaphora eſt ab integris ac firmis corporibus ad animum. 32 Rhodus eſt inſula, ſic etiam Mitylene rebus omnibus pulchrè inſtructa.

33 Pænula ſolſtitio, 34 campeſtre nivalibus 35 auris,
36 Per brumam Tiberis, 37 Sextili menſe caminus.
Dùm 38 licet & vultum ſervat fortuna benignum,
39 Roma laudetur Samos, & Chios, & Rhodos 40 abſes.
Tu, 41 qvamcunqve Deus tibi fortunaverit horam
Gratâ ſume 42 manu: 43 nec dulcia differ in annũ:
Ut, qvocunqve loco fueris, vixiſſe 44 libenter
Te dicas. Nam 45 ſi ratio & prudentia curas,
48 Non locus effuſi latè maris 47 arbiter aufert:

33 Veſtis denſa, qvæ tunicæ ad arcendum frigus vel pluviam ſuperinduitur, ſolſtitio æſtivo, id eſt, mediâ æſtate inutilis, qvâ nullum frigus eſt. Synecd. gen. in *ſolſtitio*. Præterea *ſolſtitium, aura nivales, bruma, menſis Sextilis*, videntur mihi modificata verba pro hominibus in tali cœlo verſantibus. 34 Qvod veſtis tenuis, qvâ juvenes, qvi in campo Martio ſe exercent, obſcœna corporis tegunt, præſtare poteſt. 35 Ventis hybernis. 36 Qvod natatio per Tiberim hyemali tempore (qvo aqva frigida nudis corporibus noxia eſt) prodeſt. 37 Qvod facit fornax vel ignis ad conclave calefaciendum menſe Auguſto æſtate ferè mediâ, id eſt, ut hæc inutilia ſunt illis temporibus; ita nec ſapienti ad vitam tranqvillam locus aut peregrinatio aliqvid confert, ſed planè inutilis eſt & ſupervacanea. 38 Per fortunam ac valetudinem, id eſt, dum res integræ ſunt, & fortuna tibi æqva eſt. 39 A te Romæ habitante, &c. id eſt, noli peregrinari, & in illas inſulas proficiſci, neqve te Româ commoveto. 40 Ab illis, non autem præſens, ita ut ad illas inſulas proficiſcaris. 41 Qvodcunqve tempus lætum tibi reddiderit Deus. 42 Grato & memori animo, id eſt, illo æqvo animo acqvieſce. Metaphora eſt à corpore ad animum. 43 Et voluptatis commodis ſtatim utere. Metaphora à ſaporibus. 44 Lætum te vixiſſe. Qvia ubiqve licet benè vivere. 45 Qvia. 46 Non urbs, neqve tota terra (qvæ ſuo ſitu ex arbitrio maris longè effuſi undas [illegible]ect) neqve peregrinatio, ſed ſola animi tranqvillitas beatum efficit. 47 Sumtum eſt

48 Ce-

48 *Cœlũ non animũ mutant, qvi trans mare currunt.*
49 *Strenua nos exercet inertia :* 50 *navibus atqve*
51 *Qvadrigis petimus* 52 *benè vivere :* 53 *qvod petis,* 55 *hîc eſt :*
55 *Eſt Ulubris, animus ſi te non deficit* 56 *æqvus.*

à judice, qvi totius rei habet arbitrium & facultatem, ad ſignicandum, nullum eſſe locum, qvi procul è terra ſpectet vaſtitatem procelloſi maris, tàm ab illius caſibus tutum, ut poſſit animo dare tranqvillitatem. 48 Qvi, tanqvam aliis in locis beatiùs victuri, peregrinantur, illi mutant clima cœli & rerrarum regiones, non autem animum, & ſecum peregrinantur, ſuoſqve pravos affectus comites ſecum ducunt. Meton. eſt ambientis aëris pro ſubjecta regione, qvam ſolùm mutavit, non mores & naturam. Sic in Demoſthenem Æſchines: Οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξας, id eſt, *Non enim mores, ſed locum ſolùm mutâſti.* 49 Magna & vehemens ſtultitia nos vexat, dum peregrinatione animi morbos excutere volumus. 50 Terrâ mariqve, id eſt, ſummâ feſtinatione ſummoqve ſtudio mare & terras peragramus, ubi beatè vivere poſſimus. 51 Eqvis. 52 Vitam beatam. Antimeria. 53 Benè beatèqve vivere domi eſt & in patria. 54 Anadiploſis. 55 Eſt qvovis in loco, qvantumvis ignobili, ut Ulubris vico deſerto in Campaniâ. 56 Si animus tranqvillus, nullâqve cupiditate perturbatus tibi non deeſt.

Epiſt. XII.

Ad ICCIUM.

Iccio eas eſſe facultates dicit, qvibus ſi rectè fruatur, ne ab ipſo qvidem Jove ditiorem effici poſſe : innuens nimirum, tantum eſſe divitem unumqvemqve, qvantum rebus utitur. Ejus exemplo mirum debere videri, qvod de Democrito narratur. Svadet illi, ut Groſphum in familiaritatem ſuam recipiat. Qvo in ſtatu ſint res Romanæ, certiorem facit.

Fructi-

FRuctibus Agrippæ Siculis, qvos colligis, Icci,
Si rectè frueris, † non eſt ut copia major
Ab Jove donari poſſit tibi: 1 tolle qverelas.
Pauper enim non eſt, 2 cui rerum ſuppetit uſus.
3 Si ventri benè, ſi lateri eſt, pedibusq́ tuis, nil
Divitiæ poterunt 4 regales addere majus,
Si fortè in medio poſitorum 5 abſtemius herbis
Vivis, & 6 urticâ; ſic vives 7 protinùs, ut te

* Si opibus illis, qvas ex fundis, paſcuis, agris & vectigalibus M. Viſpanii Agrippæ, cujus coactor & procurator in Sicilia conſtitutus es qvotannis colligis, verè & liberaliter frueris. † Fieri nullo modo poteſt, ut majorem rerum copiam à Diis immortalibus optare poſſis. 1 Itaqve deſine conqveri de paupertate tua. 2 Cui nihil ad vitam deeſt, qvi ad uſum rerum humanarum nullâ re indiget. 3 Qvòd ſi ad hanc felicitatem firma corporis tui valetudo accedat, ita ut cibum & potum habeas, & ventri benè ſit, ſine ullo morbo, neqve deſint ſtramina dormienti, atqve benè ſit pedibus, ut neqve calceamenta deſint, nec eqvus, qvo veharis, certè huic tuæ felicitati vel Regum opes nihil melius & excellentius adjungere poterunt, neqve ullâ in re te reddere fortunatiorem. Anaphora: prætereà ſi has corporis partes τροπικῶς placet accipere, Meton. erit ſubjectorum pro rebus ad ea ſuſtentanda idoneis. 4 Magnæ & immenſæ. Metaph. 5 Abſtinens à rebus promtis & expoſitis voluntari noſtræ, id eſt, fortunæ bonis, qvibus ſine diſcrimine licet omnibus uti, & ſobrius vivis. Metaph. eſt ab his, qvi vino abſtinent, ad temperantiam in qvovis genere eſculentorum & poculentorum ſignificandam. 6 Qvolibet victu parco & tenui. Synecd. ſpec. 7 Porrò, deinceps, ſinè intermiſſione. Vox enim eſt continuationis & ordinis Virg. 4. Georg. Protinùs *aerii mellis cæleſtia dona Exſeqvar*, id eſt, exponam deinceps rationem mellificii. Vult igitur Horatius Iccium, cui tam parùm ſufficiat, & alioqvi jam nihil deſit, plura appetere non

8 *Con-*

8 Confeſtim liqvidus 9 Fortunæ 10 rivus 11 inauret:
Vel qvia 12 naturam mutare pecunia 13 neſcit,
Vel qvia cuncta putas unâ virtute 14 minora.
Miramur, ſi Democriti 15 pecus edit agellos,
Cultaqve, 16 dùm peregrè eſt animus ſine corpore 17 velox?
Cùm tu inter 18 ſcabiem tantam, & 19 contagia lucri,
Nil 20 parvum ſapias, & adhuc 21 ſublimia cures:

debere. 8 Celeriter. 9 Meton. cauſæ, pro auro & argento, reliqviſqve bonis, qvæ mox ſignificantur Synecdochicῶς nomine *pecuniæ.* 10 Synecd. gen. pro Pactolo, tanqvam cæteris fluminibus aurifluis celebriori, pro inexhauſtâ copiâ divitiarum. 11 Te ditiſſimum reddat. Cic. *moriar, niſi (qvæ tua gloria eſt) puto te malle à Cæſare conſuli, qvàm* inaurari. 12 Avari hominis. 13 Non poteſt, nullaqve opum acceſſio avarum liberaliorem reddere. 14 Inferiora eſſe frugalitate & continentiâ, omniaqve mediocritati eſſe poſthabenda, nihilqve ſobrietati eſſe anteponendum. 15 Qvòd vicinum alienum pecus conſumpſit agellos, & ſata Democriti rura, id eſt, qvòd Democritus ob ſapientiæ ſtudium rem familiarem neglexit. 16 Dùm ejus animus à corpore ſejunctus in rerum magnarum & divinarum atqve cœleſtium contemplatione occupatus eſt. Metaph. eſt à verſantibus alibi, atqve domi ſuæ. 17 Celer, acutus. Nihil enim eſt cogitatione velocius. 18 Divitiarum, id eſt, inter pecuniæ ſtudium, qvod animum tuum mordet atqve urit, perpetuâqve habendi cupiditate afficit. Alleg. eſt è continuatis Metaphoris à corpore, qvod acuto vitioſi humoris morſu & urenti prurigine qvieſcere non poteſt, nec contagione malâ cum aliis hominibus ſalubriter verſari, ad inqvietum Pleonectæ animum, & ad inſociabilem, inhumanitatem hominis avari indicandam. 19 Qvæ latiùs indies ſerpunt. 20 Humile, ac terreſtre mediteris. 21 Res arduas & cœleſtes, μετέωρα

Qva

Quæ 22 mare compeſcant cauſæ : 23 qvid temperet annum :
Stellæ ſponte ſuâ, 24 juſſæ-ne vagentur & errent :
25 Qvid premat obſcurum Lunæ, qvid proferat orbẽ :
26 Qvid velit, & poſſit rerum 27 concordia diſcors :
28 Empedocles, an 29 Stertinii 30 deliret 31 acumẽ?

contempleris & inveſtiges. 22 Vaſtum maris æſtum, tumidoſque motus & agitationes fluctuum marinorum inhibeant, ne ſupra littora effundantur in terram. Meton. ſubj. Hanc qvæſtionem tractat Lucret. l. 6. Hæc Virg. 2. Georg. ſcire cupit: *Me verò primum dulces ante omnia Muſæ, Qvarum ſacra fero ingenti percuſſus amore, Accipiant, cœliqve vias, & ſidera monſtrent, Defectus Solis varios, Lunæqve labores, Unde tremor terris, qvâ vi maria alta tumeſcant.* 23 Qvæ res annum gubernet, ut per qvatuor temporum commutationes certò fluat. 24 Alicujus juſſu, & ad alterius ſuperioris mandatum in cœlo errare atqve vagari videantur. 25 Qvæ cauſa Lunam tegat & abſcondat, inqve aſpectum hominum venire non ſinat, vel claram faciat & plenam. Anaphora. 26 Ob qvam cauſam condita ſit. 27 Concors totius mundi diſcordia, cùm totum ex elementis, & qvalitatibus inter ſe contrariis conſtitutum inter ſeſe amicè conſpirare videatur. Hanc qvoqve concordiam diſcordem ſic Ovid. Met. 1. expreſſit: *Qvippe ubi temperiem ſumſere humorqve, calorqve, Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus: Cumqve ſit ignis aqvæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.* 28 Cùm tu ſcire cures, an Empedocles, qvi qvatuor elemẽta, ignem, aëra, aqvam, terram & amicitiam, qvâ illa contrahãtur, & litem, qvâ diſſipentur, omnium rerum principia ſtatuit, an Stertinii, illius Philoſophi Stoïci, ingenioſa diſputatio in aſſignandis rerum naturalium principiis & cauſis erret. 29 Hic ille Stertinius ſapientum octavus, de qvo Sat. 3. l. 2. 30 Metaph. ab imperito aratore, qvi neqve ſulcos ducere rectos, neqve cultello & vomere tellurem probè proſcindere novit. 31 Ster-

Verùm, ſeu 32 piſces, 33 ſeu porrum, & cepe trucidas.
34 Utere 35 Pompejo Groſpho, & ſi qvid 36 petet,
37 ultrò
Defer: nil Groſphus, niſi 38 verum orabit, & æqvū.
39 Vilis amicorum eſt 40 annona, bonis ubi qvid deeſt.
41 Ne tamen ignores, 42 qvo ſit Romana 42 loco res;
43 Cantaber Agrippæ, Claudî 44 virtute Neronis

tinius ſolers & acutus. Meton. adj. 32 Sive ſumtuosè, ſive tenuiter & parcè vivis. Eſt ergo hîc primùm periphraſis Synecdochica victûs lautioris ac ſplendidioris nomine *piſcium*, deinde tenuioris & parcioris, per *porrum* & *cepe* ſignificati. 33 Sive nihil aliud comedendo dentibus tuis comminuis, niſi porrum & cepe. 34 In familiaritatem tuam recipe Pompejum Groſphum. 35 Qvi fuit Horatii amicus. Ad hunc exſtat Oda 16. l. 2. 36 A te. 37 Non rogatus, ſed ſponte tuâ ipſi offer. 38 Juſtum. 39 Facilè comparabilis eſt, qvæ aliàs magni conſtat, magno emitur, id eſt, facilè ac nullo penè impendio comparantur amici, ubi bonis viris deeſſe aliqvid cernitur. 40 Metaph. ab eſculentis & poculentis, vilibus ac copioſis, ad facilitatem conciliandi amicos indicandam: nam tales ferè verecundi ſunt ac minimè petaces; & (qvod de Groſpho dixit) nil niſi æqvum poſtulant. 41 Ut tamen certus ſis. Epilogus epiſtolæ de ſtatu Romano, qvem ſcribit indies amplificari, adjectis imperio hinc Cantabris, Agrippæ virtute, qvod dicit in gratiam Iccii, illinc fortitudine Claudii Neronis, Auguſti privigni, Armenio Phraate ſubjugato. 42 In qvo ſtatu & conditione ſit fortuna imperii urbis Romanæ. Metaph. eſt à ſitu & ſede ſubjecta pro ſtatu rerum adjunctarum. Ter. *Conveni hodiè ad veniens qvendam mei* loci *atqve ordinis.* Cic. *Vos videte, qvid aliæ faciant iſto* loco *fœminæ*, id eſt, iſtâ dignitate, veſtriqve ſimiles. 43 Cantabri, Hiſpaniæ populi, Marci Agrippæ fortitudine devicti ſunt, & Armeni, populi Aſiæ, magnanimitate Claudii Tiberii Neronis, Auguſti Imperatoris privigni, domiti ſunt. Alleg. è continuatis Synecdochis. 44 For-

43 *Armenius cecidit:* 45 *jus imperiumqve Phraates Cæſaris accepit* 46 *genibus minor:* 47 *aurea fruges Italiæ pleno* 48 *diffudit copia cornu.*

titudine. Synecd. gen. 45 Phraates, Perſarum & Parthorum rex, populi Romani legibus & imperio parére ſe velle dixit. 46 Supplex & ad genua Auguſti Cæſaris devolutus: eſt enim ſupplicantis & genua ſua inflectere, & ejus, cui ſupplicat, genua tangere. 47 Omnium rerum exoptata copia & ubertas. 48 Fudit tanqvam è pleno Herculis cornu, qvod, ut Poëtæ narrant, Acheloo, in taurum mutato, ab Hercule avulſum, Najades Nymphæ omnium frugum feraciſſimâ copiâ abundè impleverunt. Vide Od. 17. l. 1.

Epiſt. XIII.

Ad VINNIUM ASELLAM.

1 UT 2 *proficiſcentem* 3 *docui te ſæpè, diuqve,*
4 *Auguſto reddes ſignata volumina, Vinni,*
5 *Si validus, ſi* 6 *lætus erit, ſi deniqve* 7 *poſcet:*
8 *Ne ſtudio noſtri pecces, odiumqve libellis*

1 Qvemadmodum. 2 Hinc ad Cæſarem diſcedentem. 3 Admonui. 4 Ita jam abſens per literas te admoneo, reddes Cæſari libros carminum meorum, ne à qvoqvam legantur priùs, qvàm ab Auguſto, obſignatos & ſigillo impreſſos. 5 Si non ægrotet. Anaphora. 6 Hilaris animo. 7 Repetet à te carminum meorum libros, qvos apud te eſſe ſcit. Hæc tria ſunt opportunè reddendi Auguſto libellos ſigna: recta ipſius valetudo, hilaritas & poſcentis nutus Eadem Ciceronis fuit cautio reddendæ Dec. Bruto Epiſtolæ 16. l. 11. ad fam. cujus initium eſt, *Permagni intereſt, qvo tibi hæc tempore Epiſtola reddita ſit*, &c. 8 Ne nimio in nos amore ac favore pecces, dùm mei nimis ſtudioſus mihi gratificari ſtudes.

9 *Se-*

9 *Sedulus importes, operâ* 10 *vehemente* 11 *miniſter.*
12 *Si te fortè meæ gravis* 13 *uret ſarcina* 14 *chartæ,*
15 *Abjicito potiùs,* 16 *qvàm qvò perferre juberis*
17 *Clitellas ferus impingas,* 18 *Aſinæqve paternum*
Cognomen vertas in riſum, 19 *fabula fias.*
20 *Viribus utêris* 21 *per clivos, flumina,* 22 *lamas,*
23 *Victor propoſiti ſimulac perveneris* 24 *illùc,*
25 *Sic poſitum ſervabis onus,* 26 *ne fortè ſub alâ*

9 Nimiam diligentiam adhibens. 10 Qvæ modum non ſervet. Ter. Heaut. Vehemens *in utramqve partem Menedeme es nimis*: qvales qvi ſunt, non tam agere id, qvod agunt, qvàm ſatagere videntur. 11 Qvaſi miniſter, id eſt, ne intempeſtivâ ſedulitate in libellis offerendis eos Auguſto inviſos reddas. 12 Προκατάληψις eſt, objiciendorum occupatio jocoſa. 13 Premet ac lædet, tibiqve gravior ac moleſtior fuerit. Metaph. 14 Librorum meorum ſive verſuum in chartâ ſcriptorum moles ac faſciculus. Meton. continentis. *Sarcina* à *ſarciendo*, id eſt, conſuendo dicta eſt. 15 Illam in itinere. 16 Qvàm illud facias eo in loco, &c. 17 Ut tanqvam aſinus clitellas, qvarum pondere premitur, in terram ferus ac ſtolidus abjicit, cùm illas geſtare non poteſt; ita tu qvoqve librorum ſarcinam in terram elidas, & me teqve ipſum ludibrio exponas. Metaph. eſt à jumentis dorſuariis, ad qvæ facetè Poëta alludit cognomine Aſinæ libros perlaturi. 18 Qvo Vinnius Aſella diceris. 19 In ora hominum pro ludibrio venias. 20 Sin verò abjicere nolueris, viribus tuis in illo onere perferendo utêris. 21 Aſcendendo per colles. 22 Lacunas lutuloſas continentes aqvam pluviam, vel fluviorum foſſas. 23 Poſtqvam voti tui compos fueris, illudqve, qvod tibi propoſueras, ſuperaveris. 24 Ad ædes Auguſti. Translatio ab hoſtibus ſuperatis. 25 Hoc modo, id eſt, decoro geſtu librorum meorum onus in manibus tuis tenebis. 26 Ne fortè ſub axilla libros meos

Faſciculum portes librorum, ut 27 ruſticus agnum,
Ut 28 vinoſa 29 glomos furtivæ 30 Pyrrhia lanæ,
31 Ut cum pileolo ſoleas conviva tribulis.
Ne vulgo narres te ſudaviſſe ferendo
Carmina, qvæ poſſunt oculos aureſqve 32 morari
33 Cæſaris; 34 oratus multâ prece, 35 nitere porrò.
Vade, vale, cave 36 ne titubes, mandataq; 37 frangas.

geſtans omnium oculis exponas. 27 Sub ala portat. 28 Temulenta, bibax. 29 Portat ſub axilla ſphærulas ex filo lanæ clanculum furto ablatæ. 30 Ancilla. Synecd. ſpec. prô gen. 31 Vel, ut conviva, qvi in certa tribu cum ſuis contubernalibus habitans, è convivio benè potus domum rediens, calceos cum pileo ſub brachio geſtat. 32 Remorari ac delectare ſuâ ſvavitate. 33 Auguſti. 34 A me exoratus hoc, qvod dixi. 35 Da deinceps operam, ut opportuno tempore & cum decoro carmina illa offerantur. 36 Ne in libellis meis offerendis pecces. Alleg. eſt ab ebriis, ad inſtructionem benè obeundi munus, & mandatum exſeqvendi. 37 Violes, atqve imprudenter transgrediaris.

Epiſt. XIV.

Ad VILLICUM SUUM.

Villici ſui deſiderium reprehendit, cupientis ob lupanaria & popinas in urbe vivere, & inconſtanter faſtidientis rura, qvæ anteà tacitâ prece petiiſſet. Cur autem vitam ruſticam urbanæ præferat, exponit. Sed illum more hominum facere dicit, ut alienam ſortem ſuæ præferat.

1 V*Illice ſylvarum, & 2 mihi me 3 reddentis agelli,*

1. Qvi ſylvarum & agelli mei præfectus es. *Villicus* is dicitur, cui reliqvi ſervi in agris colendis obſeqvuntur. 2 Polyptoton. 3 Reſtituentis ac recreantis animum meum. Sy-

4 *Qvem*

4 Qvem tu faſtidis, habitatum 5 qvinqve focis, &
Qvinqve bonos ſolitum 6 Bariam 7 dimittere 8 patres,
9 Certemus, 10 ſpinas animo-ne ego fortiùs, an tu
11 Evellas agro, &, melior ſit 12 Horatius, 13 an res.
Me qvamvis 14 Lamiæ pietas & 15 cura moretur
16 Fratrem 17 mœrentis, 18 rapto de fratre dolentis
19 Inſolabiliter: tamen 20 iſtuc mens animuſqve
21 Fert, 22 & amat ſpatiis obſtantia rumpere 23 clauſtra.
Rure ego viventem, tu dicis in Urbe, beatum.

necd. integ. pro mem. 4 Qvem agellum tu cum faſtu contemnis. 5 A qvinqve patribus-familias. Synecd. eſt primùm partis pro toto, id eſt, pro ædibus qvinqve: deinde Meton. ſubj. pro hominibus in qvinqve familias diſtinctis. 6 Sabinorum oppidum. 7 Ad lites in Bariâ diſcernendas. 8 Romanos Senatores, vel homines grandes natu. 9 Ego & tu viciſſim experiamur. 10 Curas, qvæ animum cruciant. 11 Exſtirpes & eruas ex agro meo. Alleg. eſt è Metaphoris ab agricolis ad mordaces animi ſolicitudines indicandas. Sic loqvitur Od. 18. l. 1. 12 Conditio & ſtatus Horatii. Meton. ſubj. 13 An agellus ejus. Synec. gen. Al. *an rus.* 14 Ælii Lamiæ. De qvo Od. 26. l. 1. & Od. 17. l. 3. 15 Solicitudo de illo, qvâ in ipſo conſolando ſolitus ſum, Romæ jam detineat, qvò minùs me rus recipiam. 16 Suum mortuum. 17 *Mœrentis* & *dolentis* ſimiliter ſonant in clauſulis ſententiarum κατὰ τὴν ἐπιστροφήν. 18 Ob fratrem ſibi immaturâ morte ereptum. 19 Ut nullum admittat ſolatium. 20 In agrum. 21 Aufert, ducit, abſtrahit me 22 Et deſiderat impedimenta & obſtacula, qvò minùs rure eſſe poſſim, qvæ loci intercapedine mihi obſtant, qvò minùs rus mihi adſit, præcidere, omnibuſqve modis rure vivere. Alleg. eſt à captivis, qvi omni ratione & curâ in id incumbunt, ut è cuſtodiâ emittantur, & vinculis leventur. 23 Repagula,

24 Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio, ſors.
Stultus 25 uterqve locum 26 immeritum 27 cauſatur iniqvè.
In culpa eſt animus, 28 qvi ſe non effugit unqvam.
29 Tu mediaſtinus tacitâ prece rura 30 petebas,
Nunc 31 Urbem, & 32 ludos, & 33 balnea 34 villicus optas.
35 Me conſtare mihi ſcis, & 36 diſcedere triſtem,
Qvandocunq; 37 trahunt inviſa 38 negotia Romam.
39 Non eadem miramur: 40 eò diſconvenit inter
Meq; & te: nam 41 qvæ deſerta & inhoſpita 42 teſqva
Credis, 43 amœna vocat, 44 mecũ qvi ſentit; & odit,

carceres. 24 Qvi alterius vitæ genus & conditionem amat, ſuũ vitæ genus & conditionem certè ſolet odiſſe. 25 Noſtrum. Et ſe & villicum ſtultitiæ reum facit: qvoniam loco tribueret, qvod ab animo petendum ſit. 26 Non merentem, cur in ipſum culpa conferatur. 27 Accuſat injuſtè, cùm locus in cauſâ non ſit. 28 Qvi loci commutatione curam non depellit, ſed eam ſecum fert perpetuò. 29 Tu enim antè, in mediâ Urbe tanqvam mediaſtinus, id eſt, ſervus laborioſiſſimus & abjectiſſimus cùm tenuiter victitares, vitam ruſticam tacitus expetebas & laudabas. Servi decorum ſervat tacitè optantis, qvòd ſi palam petat, fortaſsè vapulet. 30 *Petebas* & *optas* ſimiliter ſonant in clauſulis membrorum κατὰ τὴν ἐπιστροφήν. 31 Romam. 32 Circenſes, Theatrales, Campi Martii. 33 Publica, Romæ freqventata. 34 A me conſtitutus. 35 Me in ſententiâ meâ, vitam ruſticam urbanæ eſſe præferendam, perſeverare. 36 Rure, id eſt, agrum meum relinqvere invitum. 37 Me nolentem abducunt, revocant. 38 Civiles occupationes odioſæ & ingratæ. 39 Non eadem amamus, iiſdemqve delectamur. 40 Ideò inter me & te non convenit, qvòd tu rus vituperas, ego verò laudo. 41 In *qva* & *qvi*, item in *vocas* & *vocat* Polyptoton eſt. 42 Loca aſpera, inculta & ſenticoſa eſſe credis. 43 Amabilia. 44 Qvicunqve ſo-

Qva

Qvæ tu pulchra vocas, 45 *Fornix tibi,* & 46 *uncta popina* 21
47 *Incutiunt urbis deſiderium, video;* 48 & *qvòd*
49 *Angulus iſte feret piper,* & *thus,* 50 *ocyùs uvâ:*
Nec vicina 51 *ſubeſt vinum* 52 *præbere* 53 *taberna*
Qvæ poſſit 54 *tibi; nec meretrix* 55 *tibicina, cujus* 25
56 *Ad ſtrepitum ſalias terræ gravis:* & *tamen* 57 *urges*
Iampridem 58 *non tacta ligonibus arva, bovemqve*
59 *Disjunctum curas,* & 60 *ſtrictis frondibus* 61 *exples,*

litudinem amat, ut ego. 45 Ganeum, lupanar. Synecd. gen. Deinde Meton. ſubj. pro meretricibus, ut *popina* pro compotoribus. 46 Variis opſoniis repleta, omnibuſqve deliciis redolens. 47 Injiciunt tibi Romæ cupiditatem, Urbis deſiderio te afficiunt. Metaph. eſt ab animatis ad inanimatum. 48 Hæc verba ſunt accipienda, qvaſi à villico propter agri ſterilitatem pronunciata. 49 Agellus meus in Sabinis, qvi tibi per contemtum *angulus* dicitur. Synecd. gen. eſt enim qvivis anguſtus locus & abditus, & à freqventiâ hominum remotus. 50 Citiùs proferet qvàm vinum, id eſt, nunqvam producet vinum iſte ager. 51 In agro meo. 52 Suppeditare. 53 Vinaria. 54 Sitienti. 55 Pſaltria, qvæ doctè cantare poſſit, ſc. *tibi praſtò eſt.* 56 Ad cujus canentis tibiâ ſtrepitum, tu, Villice, ſaltare poſſis inſcienter, mole corporis tantùm terræ inutile pondus. Synecd. eſt & Meton. in *tu terræ gravis,* totius & materiæ, pro corpore ex eâ facto, qvod terram gravat. 57 Studiosè fodis & aras. Ironia, qvâ Poëta uſus eſt ad illudendam villici commemorationem de ſuâ in agro laboriosè colendo diligentiâ, cùm nihil horum factum ſit. 58 Nullis ligonibus foſſa, nullo aratro ſubacta. 59 Bovem ab altero ſeparatum & otioſum paſcis. 60 Ab arboribus decerptis & divulſis. Virg. Ecl. 9. *hic, ubi denſas Agricolæ ſtringunt frondes.* 61 Satias, & ad futuram agriculturam paſcis. Virg. Georg. 2. *hic piſcibus atram*

62 Addit opus pigro rivus, 63 ſi decidit imber,
64 Multâ mole 65 docendus aprico parcere prato
Nunc, age, qvid noſtrum 66 concentum dividat;
67 audi.
68 Qvem tenues decuére togæ, 69 nitidiqve capilli;
Qvem ſcis 70 immunem Cynaræ placuiſſe 71 rapaci;
72 Qvem bibulum liqvidi mediâ de luce Falerni;
73 Cœna brevis juvat, & prope rivũ ſomnus in herba;

Improbus ingluviem, raniſqve loqvacibus explet. 62 Exundatio rivi qvotidianum laborem tibi pigro exhibet. 63 Et auctiorem rivum fecit. 64 Multâ aggerum mole ſibi objectâ coërcendus eſt, inqve aliam partem derivandus & avertendus, & qvaſi docendus eſt, ut prato aprico parcat, id eſt, ne vicino meo prato aëri & Soli latè expoſito nocere poſſit, nec aqvæ copiâ ipſum inundet & obruat. 65 Metaph. eſt à præditis ratione ad ejuſdem expertia. Sic de Art. *Seu curſum mutavit iniqvum frugibus. omnis* Doctus *iter melius.* 66 Qvid noſtram concordiam diſcordem faciat, nosqve diſcordes reddat. Sumtum eſt hoc à Symphoniacis ad conſenſionem conſiliorum & voluntatem ſignificandam. 67 Ex hiſce enumeratis. 68 Me, qvem tenues & molles togæ è tenui filio confectæ in juventute ornaverunt, &c. ſeqvitur infrà verbum *juvat*, Symploce eſt in initiis & clauſulis trium membrorum. 69 Ungvento delibuti & nitentes. 70 Sine muneribus, gratis: ut Od. 12. l. 4. *non ego te meis* Immunem *meditor tingere poculis.* 71 Avaræ & inexplebili amicæ, qvales ſunt meretrices, amatum fuiſſe. 72 Me, qvem ſcis fuiſſe bibacem & ſtrenuum, potorem vini Falerni liqvidi à medio die. Sic infrà Ep. 18. *Potores* bibuli *mediâ de nocte Falerni Oderunt porrecta negantem pocula.* 73 Nunc me ſeniorem factum frugalis cœna juvat.

74 *Nec*

74 Nec luſiſſe pudet, 75 ſed non 76 incidere 77 ludũ.
Non 78 iſthic 79 obliqvo oculo 80 mea commoda qvisqvam
81 Limat, non odio 82 obſcuro 83 morſuqve venenat.
84 Rident vicini glebas, & ſaxa moventem.
85 Cum ſervis urbana diaria 86 rodere mavis:
87 Horum tu in numerum 88 voto ruis: invidet uſum
Lignorum & pecoris tibi 89 calo argutus, & horti.

74 Nec me pudet potâſſe, amâſſe, & juvenilia tractâſſe. 75 Sed illud me pudet, qvòd non in tempore abrumpere volui vitam intemperatam, omniumqve voluptatum juvenilium finem facere. 76 A corporibus eſt translatum, qvæ propriè inciduntur, ut *incidere nervos, venas, vites*; ſed hîc pro finire ludum, vel ab eo diſcedere. 77 *Ludere* & *ludus* ſυνεκδοχικῶς videntur intelligenda, & ad hæc præcedentia referenda, elegantiam ornatûs, amores, compotationes, exqviſitas epulas, jocos. 78 Rure. 79 Transverſo, maligno & invido. Alleg. eſt à magicis & veneficis, qvi ſolo aſpectu faſcinant, atterunt ac imminunt bona eorum, qvibus malè cupiunt, ad demonſtrandam invidorum naturam, qvi clanculum alios mordent. 80 Meas felicitates. 81 Atterit, imminuit. Sumtum eſt à fabris, qvi lima atterendo materiam qvamlibet informandam attenuant ac imminuunt. 82 Occulto, tacito. 83 Dente invido & maledicentiâ res meas corrumpit & effaſcinat 84 Vicini mei in agro gaudent, mihiqve congratulantur, dum glebas & ſaxa moveo. 85 At tu contrà ruſticus mavis cum ſervis diurnum ſive unius diei victum, & inſtar muris alienum cibum rodere, tenuiterqve vivere, qvàm ruri te explere, & honeſtè vivere. 86 Metaph. eſt à muribus ad duritiem victûs notandam. 87 Servorum urbanorum. 88 Cum impetu & ſine ratione. 89 Servus militis urbanus, qvi lignatum it foràs, callidus.

Optat 90 ephippia 91 bos piger, optat arare caballus.
Qvam ſcit, uterqve libens, 92 cenſebo, exerceat arté.

90 Eqvorum ornamenta, vel ſellas eqvis ad inſidendum impoſitas. Alleg. eſt è continuatis Metaphoris à beſtiis ad homines, qvi, qvod probè ſciunt, illud tractare ſemper recuſant: contrà, qvod neſciunt, id unum aggredi cupiunt maximè. 91 Qvi ad arandum natus eſt, non ad vehendum aut currendum, ut eqvus. 92 Judicabo, ut uterque noſtrûm, & ego & tu, illam artem, qvam qviſqve noſtrũ novit & didicit, in hac ſeſe exerceat, ſuâqve ſorte contentus vivat.

Epiſt. XV.
Ad VALAM.

Qvòd Veliam & Salernum proficiſci cogitet, qvæ ibi ſit hyems & qvale cœlum, percontatur: ſed ſe non ita ſalubritatis rationem habere innuit, ut non etiam aliqvam voluptatis habere velit.

1 *QVæ ſit hyems Veliæ, 2 qvod cœlũ, Vala, 3 Salerni;*
4 Qvorum hominum regio, & 5 qvalis via;
[nam mihi 6 Bajas
7 Muſa ſupervacuas Antonius, & tamen 8 illis

1 Hic longum eſt Hyperbaton uſqve ad verſum 25. ut ſit ordo: *Par eſt te ſcribere nobis, ac nos credere tibi, qva hyems*, id eſt, qvæ aëris qvalitas hyemali tempore, *ſit Veliæ*. 2 Purum, id eſt, an ſerenus aër ſit: an nubiloſus & pluvioſus: qvalis ſolet eſſe in locis paludoſis. In *qva, qvod*, & *qvorum* eſt Polyptoton. 3 *Velia* & *Salernum* ſunt oppida in Lucaniâ. 4 Qvi illorum, qvi illic vivunt, vita & mores ſint. 5 Amœna an ingrata. 6 Ubi hactenus vivo. 7 Antonius Muſa (Auguſti medicus clariſſimus) dixit aqvas calidas Bajanas ad morbum meum profligandum non eſſe utiles, & ad voluptaté tantùm, non auté ad valetudinem pertinere. 8 Baijs.

9 *Me*

9 *Me facit inviſum, gelidâ cum perluor* 10 *undâ*
11 *Per medium frigus: ſanè* 12 *myrteta relinqvi,*
13 *Dictaqve ceſſantem nervis* 14 *elidere morbum*
15 *Sulfura contemni,*16 *vicus gemit,*17 *invidus ægris,*
Qvi caput, & ſtomachū 18 *ſupponere fontibus audent*
19 *Cluſinis,*20 *Gabioſq́,* 21 *petunt, & frigida rura.*
Mutandus 22 *locus eſt, & diverſoria* 23 *nota*
24 *Præteragendus eqvus.* 25 *Qvò tendis? Non mihi Cumas*

9 Me odioſum reddit, cùm non ego eo nomine, ſed medicus potiùs incuſandus eſſet. 10 Aliorum locorum potiùs, qvàm calidâ Bajanarum thermarum undâ perluor ad retundendum pituitæ fluxum. 11 Vehementiſſimo hyemis frigore. 12 Loca ſua myrtis conſita aqvis ſulphureis abundantia, id eſt, totum Bajarum tractum, Synecd. part. 13 Ordo eſt: Et vicus gemit, myrteta relinqvi, & ſulfura dicta, id eſt, qvæ dicta & credita ſunt elidere ceſſantem morbum nervis, contemni. 14 Magnâ vi extrudere & per ſudorem ejicere morbum articularem ſive arthritidem pigram & difficulter profligandam è nervoſis partibus corporis. Translatum eſt à duris corporibus. 15 Aqvas ſuas calidas & ſulphuratas præteriri, ac pro nihilo putari. Meton. mat. 16 Vicus Bajanus, id eſt, cives & incolæ Bajarum moleſtè ferunt. Meton. ſubj. 17 Infenſus & odioſus. 18 Objicere. 19 Aqvis frigidis in Etruria, ſic nominatis à *Cluſio*, Etruriæ oppido, cujus rex olim fuit Porſena, qvi Tarqvinii Superbi filium Tarqvinium ſecundum voluit reſtituere. 20 Volſcorum urbem. 21 Valetudinis causâ. 22 Ex conſilio medicorum locus alius, qvàm Bajanus, mihi petendus eſt. Brevis eſt deliberatio Poëtæ per Apoſtrophen & communicationem cum eqvo ſuo: ubi interjicitur qvædam Epanorthoſis ad hæc verba: *ſed eqvi frenato eſt auris in ore* 23 Mihi, vel eqvo. 24 Eqvus meus, qvo hactenus Bajas vectus ſum, ultra nota hoſpitia, qvæ Bajas ferunt, agendus, id eſt, ducendus eſt. 25 Verba ſunt Horatii aut alius eqvitis ad eqvum

Eſt iter, aut Bajas, 26 lævâ ſtomachoſus habenâ
Dicet eqves; (27 ſed eqvi frænato eſt auris in ore.)
28 Major utrum 29 populum frumenti copia paſcat,
30 Collectos-ne bibant imbres, 31 puteoſ-ne perennes
Iugis aqvæ: (32 nam vina nihil moror illius oræ;
33 Rure meo poſſum 34 qvidvis perferre patiqve;
35 Ad mare cùm veni, 36 generoſum & lene reqviro,
Qvod curas 37 abigat, qvod cum ſpe 38 divite 39 mânet
In venas, 40 animumqve meum, qvod 41 verba miniſtret,
Qvod me Lucanæ 42 juvenem 43 commendet amicæ.)
44 Tractus 45 uter plures lepores, uter 46 educet apros;

ſuum, nota diverſoria petentem revocantis. 26 A lævâ parte dextrorſum iracundus flagello illum circumducet & retorqvebit. 27 Sed eqvus non aure, ſed ore, in qvo ineſt frænum, ſentit, qvò ſit eundum. 28 Repete verſum 25. *Par eſt ſcribere, utrum*, &c. 29 Velienſes, an Salernates. 30 Aqvas pluvias per imbres decidentes, inqve ciſternis collectas. Synecdochica enim periphraſis eſt aqvæ pluviæ & ciſternariæ. 31 An verò aqvas fontanas jugiter promanantes, ſemperqve fluentes. 32 Nam non deſidero, nihil curo vina aqvoſa & acerba, qvæ in Veliâ & Salerno naſcuntur. 33 Cùm rure ſum. Rationem addit, cur illius oræ vina non magni faciat. 34 Qvemvis cibum ac potionem. 35 In Campaniam aut Lucaniam prope mare. 36 Nobile & mite vinum deſidero. 37 A me. Sumtum eſt ab agitatione pecudum. 38 Locupletante ipſâ affectos. Meton. effe. 39 Dimanet, diffundatur. 40 Vinum ſpiritus concalefaciens animi motus excitat. 41 Mihi copiam verborum ſuppeditet, & fœcundo calice diſertum reddat. 42 Perinde ac juvenem. 43 Amorem mihi benevolentiamqve apud eam conciliet. 44 Repete verſum 25. *Par eſt te ſcribere*, uter tractus, id eſt, utra regio, Velienſis an Salernitana, &c. 45 Anaphora eſt, & Polyptoton. 46 Nutriat.

47 U.

47 *Utra magis piſces, & 48 echinos æqvora 49 celent,*
Pinguis ut inde domum poſſim, 50 Phæaxq́ reverti:
51 *Scribere te nobis, tibi nos 52 accredere par eſt.*
Mænius, 53 ut rebus maternis atqve paternis
54 *Fortiter abſumptis, 55 urbanus cœpit haberi,*
56 *Scurra vagus, non qvi certum 57 præſepe teneret;*
58 *Impranſus 59 non qvi civem dignoſceret 60 hoſte:*
Qvalibet 61 in qvemvis opprobria fingere 62 ſævus:
Pernicies, & tempeſtas, 63 barathrumqve macelli,
64 *Qvidqvid qvæſierat, ventri 65 donabat 66 avaro.*

47 Velienſia an Salernitana. 48 Piſces marinos hirſutos. 49 Suo profundo abſcondant. 50 Nitidus ſplendiduſqve, qvales erant Phæaces, populi luxurioſi & voluptarii. 51 Epanodos eſt, idem ſonus initio & medio, & duplex Polyptoton in *in te, tibi*, & in *nos, nobis.* 52 Credere, Lucret. l. 3. *facilè hoc* accredere *poſſis.* De ordine hujus verſus jam monuimus. 53 Poſtqvam. 54 Planè, omninò, ſtrenuè. 55 Jocoſus, facetus, ad divitum menſas riſum movens. 56 Qvi per totam urbem vagaretur, modò hujus, modò illius divitis menſam conſectans. 57 Domum ſtatam aut menſam, ſed ſemper alias atqve alias menſas ſectaretur. Metaph. Exponit enim qvod dixerat *ſcurra vagus.* 58 Qvi exiſtens jejunus & famelicus, in omnes erat æqvè maledicus. 59 Anaphora. 60 Ab hoſte, id eſt, perduelle, vel peregrino. 61 Sive amicum, ſive inimicum. 62 Sævus in confingendis & cogitandis maledictis. Al. *certus*, id eſt, promtus, & paratus fingere. 63 Inexplebilis vorago ſive devorator omnium, qvæ in macello venderentur. Duplex eſt hîc Tropus: prior eſt Metaph. à vaſto maris hiatu & profundâ voragine ad ingluviem Mænii decoctoris notandam. Alter eſt Meton. ſubj. pro omnibus cupediis ac dapibus, qvæ in macello emtæ ab hoc gurgite & helluone exhauriuntur & devorantur. 64 Qvicqvid lucrifecerat, & labore ſuo pepererat. 65 Abſumendum & ingurgitandum. 66 Inexplebili, multa cu-

67 *Hic*

67 *Hic, ubi neqvitiæ* 68 *fautoribus,* & 69 *timidis nil*
Aut paulum abſtulerat, patinas 70 *cœnabat* 71 *omaſi*
Vilis & 72 *agnini, tribus* 73 *urſis qvod ſatis eſſet.*
74 *Scilicet ut* 75 *ventres* 76 *lamnâ candente* 77 *nepotum*
Diceret 78 *urendos correctus. Mænius idem*
79 *Qvidqvid erat nactus prædæ majoris, ubi* 80 *omne*
81 *Verterat in fumum* & *cinerem: Non* 82 *herculè miror*
(Ajebat) ſi qvi 83 *comedunt bona: cùm ſit* 84 *obeſo*
85 *Nil melius turdo, nil* 86 *vulvâ* 87 *pulchrius amplâ.*
88 *Nimirum hic ego ſum; nam* 89 *tuta* & 90 *parvula laudo,*

pienti. Sumtum eſt ab inſatiabili cupiditate divitiarum ad inexplebilem ventrem. *67* Mænius, tantus & talis nepos, cùm à divitibus luxurioſisqve ſui ſimillimus, qvi gratificantur ſcurris, ne figantur eorum maledictis, &c. *68* Synecd. gen. *69* Avaris. *70* Devorabat, abſumebat. *71* Viliſſimi cibi. *72* Sc. *carnis.* *73* Animalibus edaciſſimis. *74* Ita ut Mænius inopiâ & egeſtate correctus diceret, &c. *75* Helluónes illos. Synecd. memb. pro integ. *76* Laminâ, id eſt, ferro candefacto, genere cruciatûs. Syncope. *77* Luxurioſorum. *78* Gravibus tormentis eſſe excruciandos. *79* Qvicqvid præcipuè in opibus habebat. *80* Patrimonium. *81* Conſumſerat. Metaph. à ſacrificiis: ubi ſic tota victima exurebatur, ut omninò cinefieret. *82* Me Hercule. Viri jurabant Romæ per Herculem, nunqvam mulieres. *73* Prodigè conſumunt & decoqvunt patrimonium ſuum. Synecd. gen. *84* Pingvi. *85* Anaphora. *86* Vulvâ ejectitiâ ſuis primiparæ. *87* Delicatius. *88* Nimirum talis & tantus nepos, qvalis Mænius fuit, ego Horatius etiam ſum. Plaut. hic *ſomnus eſt mihi,* id eſt, ſic ego dormio. *89* Secura. *90* Frugalia commendo, id eſt, cùm multa non ſuppetunt, contentus ſum

Cùm

Cùm 91 res deficiunt; 92 ſatis inter vilia fortis.
Verùm, ubi qvid melius 93 contingit, & 94 unctius, 95 idem
96 Vos ſapere, & ſolos ajo 97 benè vivere, qvorum
Conſpicitur 98 nitidis fundata pecunia villis.

paucis, etiam non optimis. 91 Facultates meæ, unde luxuriosè poſſim vivere. 92 Satis fortiter vilibus cibis famem explens. 93 Mihi. 94 Delicatius, ſumtuoſius. Plaut. *pulmento utor* unctiuſculo, id eſt, lautiuſculo. 95 Idem ego, qvi antè frugalitatem & parſimoniam laudabam, ajo. 96 Vos eſſe verè ſapientes. Epanalepſis eſt, initio & clauſulâ ſimilitudo ſoni. Eſt ſimul Apoſtrophe ad delicatos, in qvibus Vala numerari videtur. 97 Beatè. 98 In fructuoſis villis, agris, paſcuis, non in rebus, qvarum qvæſtus eſt incertus, collocata.

Epiſt. XVI.

Ad QVINTIUM.

Poſtqvam agri ſui formam, & ſitum Qvintio deſcripſit, in eoqve jucundè ſe vivere dixit, in ejus vitam inqvirit, monetqve ne ex rumore vulgi pendeat, ſed vir bonus eſſe, qvàm videri, malit. Deinde, qvis demum viri boni nomine dignus ſit, oſtendit.

NE 1 *percuncteris, 2 fundus meus, 3 optime Qvinti,*

1 Inqviras. Hoc verbo deſignat Qvintium πολυπράγμονα τῶν ἀλλοτρίων κακῶν, id eſt, nimis in aliena mala curioſum indagatorem, qvales ſunt ferè præpotentes, qvi nimiâ ſibi φιλαυτίᾳ pulchrè placentes in foro verſantur, otioſi ab animo, ecqvid agant, qvid meditentur, &c. Metaphora eſt ab exploratione naturarum, qvi conto pertentant altitudinem maris & locum navibus opportunum, vel ſtationem carinis benè fidam. 2 Ecqvid ager meus in Sabinis. 3 Εἰρωνικῶς hoc accipien-

4 *Ar-*

4 Arvo 5 paſcat herum, an baccis 6 opulentet olivæ,
Pomis-ne, & 7 pratis, an amictâ 8 vitibus ulmo:
9 Scribetur tibi forma 10 loqvaciter, & ſitus 11 agri.
12 Continui montes, niſi diſſocientur opacâ
Valle: 13 ſed ut veniens dextrum latus aſpiciat Sol,
Lævum diſcedens curru 14 fugiente vaporet.
15 Temperiem laudes: qvid, 16 ſi rubicunda 17 benignè
Corna 18 vepres & pruna 19 ferant? ſi 20 qvercus & ilex

dum de eo, qvi malit vir bonus haberi, qvàm talis eſſe. Itaqve probitas ipſius ficta erat atqve ſimulata. Tale eſt illud Comicum, *ſalve bone vir.* 4 Frumento, legumine, herbis, fructibusqve aliis in arvo naſcentibus, ac inde perceptis. Meton. ſubj. 5 Hîc primum eſt translatio à beſtiis ad homines: qvalis l. 6. ad Attic. *oluſculis nos ſoles* paſcere, id eſt, tractare cibis hortenſibus; atqve inde etiam pro delectare, ut in Phorm. *Reſtabat aliud nihil, niſi oculos* paſcere: deinde Synecd. ſpec. pro nutrire me Horatium dominum ſuum. 9 Me divitem faciat. *opulenti* (inqvit Feſtus) *dicuntur terreſtribus rebus copioſi*; & ſanè Horatius non niſi terreſtres hîc opes enumerat. 7 Fœno & herba. Meton. ſubj. è loco enim ſignificantur res adjunctæ. Ovid. 1. Faſt. *paſcit ovis* prata, id eſt, gramen & fœnum. 8 Ulmo arbore cum vitibus veſtita & maritata, id eſt, an ſit vini ferax. Meton. ſubj. vitis qvidem pro uvis illic ſuſpenſis, & hæc rursùs pro vino inde expreſſo. 9 A me. 10 Amplè, verboſè. 11 Mei. 12 Ager meus ſunt montes conjuncti, niſi qvòd ſeparentur, & continuitas illorum dirimatur planitie interjectâ, in qva fundus meus. 13 Sed ita hæc eſt vallis opaca, ut ſol matutino tempore exoriens aſpiciat latus dextrum vallis, occidens verò ſiniſtrum veſpertino tempore tepefaciat. 14 Ad occaſum inclinante. 15 Cœli & agri temperiem meritò laudaveris. 16 Anaphora. 17 Abundanter, copioſè. 18 Spineta, dumi; qvibus hortorum ſpatia ſeparabantur. 19 Proferant. 20 Arbores glandiferæ.

21 *Mul-*

21 *Multâ fruge 22 pecus, multâ 23 dominum juvet umbrâ?*
24 *Dicas adductum propiùs frondere Tarentum.*
25 *Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec*
Frigidior 26 Thracã, nec purior 27 ambiat 28 Hebrus;
Infirmo capiti 29 fluit 30 utilis, utilis alvo.
31 *Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ*
32 *Incolumem tibi me præſtant 33 Septembribus horis.*
34 *Tu rectè 35 vivis, ſi curas eſſe, 36 qvod audis.*
Iactamus jampridem omnis te 37 Roma beatum.

21 Copioſâ glande. Synecd. gen. 22 Porcos. 23 Me Horatium beet? 24 Tum demùm dicere potes amœnitatem urbis Tarenti translatam in agrum meum, agrum meum i.e. tàm eſſe amœnum, qvàm eſt Tarentum. 25 Fons etiam, nomine Blanduſia, per medium agrum permeat tantâ aqvarum copiâ, ut dignus ſit, tàmqve magnus, qvi fluvius appelletur. Helleniſmus eſt. Ipſe rivum nomine *Digentiam* appellat Ep. 18. 26 Thraciam. 27 Lambat. 28 *Hebrus* eſt magnus fluvius in Thracia. 29 In agro meo Sabino. 30 Salubris. Anadiploſis. 31 Hic ager meus, in hac valle latens, tanqvam receſſus qvidam. Synecd. gen. 32 Salvum rectèqve valentem exhibent amœnitate & ſalubritate ſuâ. 33 Diebus Septembribus, id eſt, Autumno, cùm pleraqve in Italia loca peſte, morbis atqve morte infeſtantur. Synecdochica periphraſis eſt autumni. 34 Laudato rure & animi ſui ſecuritate, amicum monere incipit, ut, cùm Romæ beatus ab omnibus audiat, ipſe aliorum de ſe opinionem cum ſuâ conferat, nec beatitudinem à virtute ſeparet: & Socrates compendiariâ qvâdam viâ eos ad gloriam pervenire dicebat, *qvi id agerent, ut qvales videri vellent, tales etiam eſſent*: refertur à Valer. Max. l. 7. c. 2. 35 Epiſtrophe eſt, ejuſdem ſoni circa clauſulas ſententiarum iteratio. 36 De te, id eſt, qvod diceris eſſe, nempe ſi talis ſis, qvalem te fama teſtatur. 37 Omnis Roma, id

38 *Sed*

38 Sed vereor, 39 ne cui de te plus, qvàm 40 tibi credas,
Ne-ve putes 41 alium ſapiente bonoq; 42 beatũ.
Neu, ſe te populus 43 ſanum rectèq; valentem
Dictitet, occultam febrem 44 ſub tempus edendi
Diſſimules, 45 donec manibꝰ tremor incidat 46 unctis.
STULTORUM *47 incurata pudor 48 malus ulcera celat.*
Si qvis bella 49 tibi terrâ pugnata mariqve
50 Dicat & 51 his verbis 52 vacuas 53 permulceat aures:
54 Te-ne magis ſalvum populus velit, an populũ tu,

eſt, omnes nos cives Romani prædicamus te felicem eſſe. Anomalia eſt numeri & perſonæ: & prætereà Meton. ſubj. 38 Procatalepſis eſt, qvâ credulitatem Qvintii occupat. 39 Ne plus credas alicui multa de felicitate tuâ prædicanti. 40 Qvàm conſcientiæ tuæ. 41 Diverſum à; ſapiente, id eſt, inſipientem. Sic *alius Lyſippo*, id eſt, qvàm Lyſippus. 42 Divitem qvempiam, inqve honoribus conſtitutum. 43 Hominem frugi & qvantivis pretii, nulloqve animi morbo affectum. 44 Circiter. 45 Donec ipſa febris manuum trepidatione ſeſe prodat, ſicqve vanitatem tuam omnibus ridendam exponas. 46 Cibo delicato atqve potu. 47 Vitia virtuti & honeſtati contraria, nec à virtute perpurgata. 48 Vitioſus pudor, qvo pleriqve imbecillitatem ſuam fateri, & ab aliis emendari erubeſcunt. 49 Abs te geſta. Antiptoſis. 50 Enumeret. 51 Seqvêtibus. 52 Aſſentationi patentes. 53 Molliat, leniat. Sumtum eſt ab aſperis corporibus, & ad animum leniendum translatum. 54 Polyptoton eſt in *te, tibi, tu.* Prætereà in duobus verſibus *Te-ne magis*, &c. & *Servet in ambiguo*, perfecta eſt Proſopopœia cujuſdam adulatoris, ſic Qvintio adulantis: ut aliqvis Poëta vel ipſe Varus dicitur Auguſto adulatus his verſibus olim fuiſſe, ad qvam acceſſus jam inde ab eo loco, *ſi qvis bella*, & receſſus ab ea in his verbis, *Auguſti laudes.*

55 Ser-

55 Servet in ambiguo, 56 qvi conſulit & tibi, & urbi,
Jupiter : 57 Auguſti laudes agnoſcere poſſis.
Cùm pateris 58 ſapiens 59 emendatusq́, vocari,
60 Reſpondes-ne tuo, dic ſodes, nomine? 61 Nempe
Vir bonus & prudens 62 dici 63 delector 64 ego, ac tu.
65 Qvi dedit hoc hodiè, cras, ſi volet, 66 auferet; ut ſi
67 Detulerit 68 faſces indigno, 69 detrahet idem.
70 Pone, meum eſt, 71 inqvit: 72 pono, triſtisqve recedo.
73 Idem ſi clamet furem, neget eſſe 74 pudicum,

55 Utinam Jupiter ſervet in ambiguo, id eſt, in æqvilibrio, ut ſit ſemper incertum, utrùm populus te, ô Auguſte, velit magis ſalvum eſſe, an tu populum. 56 A qvo urbis proſperitas dependet. 57 Ad Auguſtum, non ad te pertinere. 58 Te virum ſapientem, & ab omni vitio integrum vocari. Helleniſmus. Sic Od. 2. l. 1. *patiens vocari Cæſaris ultor.* Et Od. 27. l. 3. *Uxor invicti Jovis eſſe neſcis?* 59 Nullis vitiis contaminatus. Sic *ad unguem factus homo* Lucilio. 60 Ita-ne reſpondes, qvaſi nominatim ſis appellatus? 61 Certè. Proſopopœia eſt Qvintii, qvâ Horatio reſpondet. 62 A vulgo. 63 Gaudeo. 64 Sc. *æqvè, perinde.* 65 Sed populus inconſtans, qvi te hodiè virum bonum & prudentem appellavit. 66 Eadem à te, id eſt, te malum atqve ſtultum appellabit. 67 Populus Romanus hodiè indulſerit. 68 Magiſtratum & conſularem vel prætoriam dignitatem & auctoritatem. Sic Virg. Georg. 2. *Illum non populi faſces, non purpura regum Flexit.* Meton. adj. 69 Idem populo paulò pòſt eoſdem honores rurſus adimet. 70 Depone faſces & magiſtratum. Imperfecta eſt Proſopopœia populi, atqve unà Dialogiſmus utriusqve honorantis & honorati. 71 Populus. 72 Depono illa, & honores relinqvo. 73 Si idem populus me furem eſſe criminetur. 74 Et ſi neget me eſſe honeſtum, & à fœdâ libidine alienum.

75 Contendat laqveo collum preſſiſſe paternum:
76 Mordear opprobriis falſis, 77 mutemq; 78 colores?
Falſus honor juvat, & mendax infamia 79 terret.
Qvem? niſi mendoſum, & 80 mendacem? 81 vir bonus eſt qvis?
Qvi 82 conſulta 83 patrum 84 qvi leges, juraq; ſervat:
Qvo multæ magnæq; 85 ſecantur judice lites:
86 Qvo reſponſore, & qvo cauſæ teſte tenentur.
Sed videt hunc omnis 87 domus, & vicinia tota
88 Introrſum turpē, 89 ſpecioſum 90 pelle decorâ.

75 Si pertinaciter & conſtanter affirmet me parricidam eſſe. id eſt, patrem ſtrangulâſſe. 76 Num illis falſis contumeliis commovear? Metaph. eſt. Ter. Adelph. *Principio ſi id te mordet, ſumtum filii qvem faciunt,* &c. 77 Et expalleſcam, ut ſolent malè ſibi conſcii? Q. d. minimè. 78 Synecd. gen. pro pallore, qvi metum conſeqvi ſolet. 79 Terrere poteſt. 80 Al. *medicandum*, id eſt, medicamentis egentem, ſc. præceptis Philoſophicis imbuendum. 81 Qvis eſt vir bonus ex opinione vulgi? 82 Senatusconſulta, vel Senatus decreta, id eſt, qvi vitam & mores ſuos videtur conformare ad normam Senatuſconſultorum & legum. 83 Senatorum. Synecdoche gen. periphraſtica. 84 Polyptoton & Anaphora. 85 Deciduntur, finiuntur, componuntur graves controverſiæ, id eſt, qvi aliorum patrocinium ſuſcipit. Metaph. à rebus corporeis: qvalis fuit Sat. 10. l. 1. *Ridiculum acri Fortius & melius magnas plerumqve ſecat res.* 86 Qvo Juriſconſulto conſilium dante, & qvo teſte, id eſt, de re incertâ teſtimonium perhibente actores causâ non cadunt, ſed cauſæ obtinentur. 87 Familia, id eſt, omnes domeſtici & vicini hunc vident. Meton. ſubj. 88 Intus & in cute, inqve interiore animo vitioſum & malum. 89 Et externo habitu corporis, & vitâ exteriore bonum virtutis ſimulantem. 90 Qvâ multa vitia deteguntur.

Nec

Nec furtum feci, 91 *nec fugi,* 92 *ſi mihi dicat*
93 *Servus:* 94 *Habes pretium, loris non* 95 *ureris,* 96 *ajo.*
97 *Non hominē occidi: Non* 98 *paſces in cruce corvos.*
99 *Sum bonus, & frugi. Renuit, negat atq;* 100 *Sabellus.*
Cautus enim 101 *metuit foveam lupus, accipiterq;*
Suſpectos 102 *laqveos, &* 103 *opertum milvius hamum.*
104 *Oderunt peccare boni* 105 *virtutis amore.*
106 *Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ.*
107 *Sit ſpes fallendi,* 108 *miſcebis ſacra profanis.*
Nam de mille fabæ modiis cum 109 *ſurripis* 110 *unū:*

91 Fugam non adornavi, non deſerui dominum meum. 92 Hero ſuo Horatio. Apparatus eſt ad Proſopopœiam ſervi & Dialogiſmum cum domino. 93 Meus. 94 Conſecutus es mercedem, qvare te probum ſervum geſſeris. 95 Non cæderis virgis. Sic Od. 4. Epod. *Ibericis* peruſte *funibus latus:* & Sat. 7. l. 2. *Qvid refert* uri *virgis?* 96 Reſpondeo ipſi. 97 Si idem meus ſervus indicat mihi, Non, &c. 98 Reſpondeo ipſi, Non ſuffigêris in crucem ob homicidium, ibiqve tuâ carne atqve cadavere corvos non paſces. Metaph. eſt, ubi datur motus & ſenſus cadaveri rei inanimatæ. 99 Sum vir honeſtus. Reſpondet ſervus. 100 Horatius dominus agri ſui in Sabinis negat te eſſe bonum, qvod pœnæ metu, non virtutis amore, abſtinueris à maleficio, Synecd. gen. 101 Devitat foveam, ne in eam incidat. 102 Qvi ibi tenduntur. 103 In eſcâ tectum & occultum metuit, ne illum unà cum eſcâ deglutiat: non deſinunt tamen hæ feræ rapaces eſſe, ſic tu. 104 Verentur ſcelera in ſe admittere. 105 Qvæ per ſe expetitur. 106 Tu contra, qvantum video, nihil mali committes pœnæ metu. 107 Si ſperes fore, ut ſcelera tua nemini innoteſcant, ſed alios lateant. 108 Sacra cum profanis confundes, id eſt, bonorum & malorum diſcrimen tolles. 109 Furto & clam auſers. 110 Modium.

111 *Damnum eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto.*
112 *Vir bonus, omne* 113 *forum cùm* 114 *ſpectat, & omne tribunal,*
Qvandocunq́; Deos vel porco, vel bove 115 *placat,*
116 *Iane pater, clarè, clarè cùm dixit, Apollo,*
117 *Labra movet, metuens audiri: pulchra* 118 *Laverna*
119 *Da mihi fallere, da* 120 *juſtum ſanctumqve videri;*
121 *Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.*
122 *Qvî melior ſervo, qvî liberior ſit avarus,*

111 HOC qvidẽ damnum iſto pacto levius mihi eſt, qvàm tùm eſſet, ſi totum abſtuliſſes: at verò ipſum peccatum per ſe ſuâ naturâ levius non eſt, cùm unum modium abſtuliſti, qvàm ſi mille modios & totum furto ſurripuiſſes. 112 Non verè, ſed opinione vulgi. 113 Qvem omnis populus in foro & curiâ Romanâ, tanqvam vitæ probatæ ſingulare aliqvod exemplar, obſervat & miratur. Meton. eſt, vel potius Alleg. ſubjectorum. 114 Metaph. eſt à corpore ad vim mentis & judicii. 115 Sibi conciliare ſtudet. 116 Poſtqvam hæc clarâ voce pronunciavit, O Jane pater, ô Apollo, &c. Proſopopœia eſt illius hypocritæ precantis. 117 Non vocem edit, ſed ſubmiſsâ voce loqvitur, nolens ea audiri ab aſſiſtentibus, qvæ ſecum precatur, ſic, ô pulchra Laverna, &c. 118 Dea furum: *à qvâ laverniones, fures, antiqvi dixerunt*, inqvit Feſtus, *qvòd ſub ejus tutelâ eſſent.* 119 Concede mihi, ut mea injuſta facta alios lateant. 120 Al. *da juſto ſanctoqve videri*, ſc. *mihi.* 121 Noctem nubiloſam, id eſt, tenebras offunde peccatis meis & impoſturis, ne qvis ea audire & videre poſſit. 122 Non video, qvâ ratione, qvo-ve modo avarus ſit melior ſervo. Depoſitâ perſonâ precantis, Poëta loqvitur, ubi eſt Anaphora.

123 *Nec*

123 In triviis 124 fixum cùm ſe 125 demittit ob aſſem,
Non video: nam qvi cupiet, 126 metuet qvoqve 127 porrò:
Qvi metuens vivit, 128 liber mihi non erit unqvam.
129 Perdidit 130 arma, 131 locum virtutis deſeruit, qvi
Semper in augenda feſtinat & 132 obruitur 133 re.
Vendere cùm poſſis 134 captivum, 135 occidere noli:
Serviet utiliter: 136 ſine paſcat durus, aretq́;
Naviget, ac mediis hyemet 137 mercator in undis:
138 Annona proſit. 139 Portet frumenta, 140 penusqve.

123 Hoc ſumtum eſt è ludicris puerorum fallaciis, qvas nummo potiùs adulterino & humi defixo in prætereuntes intendunt, ad qvem tollendum illi fruſtra dimiſſi poſteà illuduntur & cupiditatis redarguuntur. 124 Defixum à pueris. 125 Incurvat ſe ad humum ob vilem aliqvem nummum. 126 Ne amittat, qvod habet. 127 Poſteà & in poſterum. 128 Sed pro ſervo habebitur: nam illud, qvod metuit, tanqvam ſe ſuperius pro domino agnoſcit. Syllogiſmus ex Enthymemate: Qvi cupit & metuit, non eſt liber: Avarus cupit & metuit: Ergo avarus non eſt liber. 129 Alleg. eſt è continuatis Metaph. à transfugis & deſertoribus ducum ſuorum, qvi metu perculſi clypeum & arma abjiciunt, qvod capitale erat crimen in diſciplinâ militari. 130 Conſtantiæ libertatisqve. 131 Locum non tenuit. 132 Opprimitur, ut nulli alii rei vacare poſſit. 133 Pecuniâ. 134 Hunc avarum, tanqvam fugitivum ſervum. Perſiſtit in translatione à militiâ. 135 Sed vende. 136 Permitte, ut paſcat greges & armenta tanqvam homo laborioſus. 137 Pro aliis calamitoſam mercaturam exerceat. 138 Annonam viliorem efficiat. 139 Navigio advehat. Synecd. gen. 140 Omne illud, qvocunqve homines veſcuntur. *Hoc penus oris*, dicimus, & *hæc penus, us.*

141 *Vir bonus, & ſapiens audebit* 142 *dicere,*143 *Pentheu,*
Rector Thebarum, qvid me perferre patiqve
*Indignum coges?*144 *Adimā bona. Nempe pecus, rē,*
*Lectos, argentum.*145 *Tollas licet.*146 *In manicis &* 76
Compedibus ſævo te ſub 147 *cuſtode tenebo.*
148 *Ipſe Deus, ſimulatqve volam, me ſolvet.*149 *Opinor,*
Hoc ſentit, moriar. Mors ultima 150 *linea rerum eſt.*

141 Vir verè bonus, & ſapiens audebit cum Baccho ſic alloqvi Penthea, Echionis & Agavæ filium, qvi Orgia Bacchi admittere nolebat, & ob id à matre ac materteris, Bacchi furore exagitatis, diſcerptus fuit. Hic autem locus ſumtus eſt è Tragœdiâ Euripidis Bacchis: ubi Bacchus, diſſimulatâ deitate, captivus ad Penthea perductus, ſub perſonâ viri boni & conſtantis ad minas Penthei reſpondit. 142 Acceſſus eſt ad aliam Proſopopœiam atqve Dialogiſmum, ubi vir verè bonus ac ſapiens liberè profitetur, omnes ærumnas, cruciatus, vel mortem ipſam eſſe ſuâ virtute & conſtantiâ longè inferiorem. 143 O Pentheu, rector Thebarum, qvid me pati coges, qvod perſonâ meâ, & animi conſtantiâ indignum ſit? 144 Penthei eſt comminatio. 145 *Sc. *ut*. Reſpondet Bacchus, liberum eſt tibi, ut me omnibus bonis ſpolies. 146 In duris vinculis (inqvit Pentheus) vinctum te continebo, ubi calamitoſam vitam ages. 147 Carceris. Synecd. gen. 148 Pater meus Jupiter (inqvit Bacchus) ſtatim ubi voluero, me ex vinculis & carceribus, qvibus me conſtringes, liberabit, atqve immortalem faciet: *Vel*, Deus cùm ſim, ubi volureo, me ipſum ſolvam. 149 Exiſtimo (inqvit Poëta) vir bonus Bacchus hoc ſignificat his verbis, *Ipſe Deus me ſolvet*, ſe moriturum. 150 Finis ſeu extremum. Metaph. ſumta vel à Geometricis figuris, qvarum ſuperficies lineis terminantur; vel à ſtadiodromis, qvi carceres ac metam ſui cursûs lineâ deſignant.

Epiſt.

Epiſt. XVII.
Ad SCÆVAM.

Scævam monet, ne potentiorum amicitias ſpernat, atqve ut in ſuo vitæ genere Ariſtippum potiùs, qvàm Diogenem, imitetur. Ad Principum amicitias pervenire, & illorum favorem ac liberalitatem emereri non cujusvis eſſe: & qvantâ ſit arte opus hac in re, docet.

1 *QVamvis Scæva ſatis* 2 *per te tibi conſulis, & ſcis,*
Qvo tandem pacto deceat 3 *majoribus uti;*
Diſce, docendus adhuc, qvæ cenſet 4 *amiculus:* 5 *ut ſi*
Cæcus iter monſtrare velit, tamen 6 *aſpice,* 7 *ſiqvid*
Et nos, 8 *qvod cures proprium feciſſe,* 9 *loqvamur.* 5
Si te 10 *grata qvies,* 11 *& primam ſomnus in horam*
Delectat, ſi te 12 *pulvis* 13 *ſtrepitusqve rotarum,*

1 Procatalep. hîc duplex eſt; prior eſt. qvâ Poëta Scævæ præcipit prudentiæ opinionem, qvò meliùs omiſsâ confidentiâ, audiat benè conſulentem; poſterior, qvâ extenuat ſuam præcipiendi facultatem. 2 Sine alterius conſilio tibi ſapias. Sic Cic. dicit pro Sextio, per ſe *ſplendere virtutem ſemper*, id eſt, ſine externa cujusqvam opera & auxilio. 3 Cum amicis, dignitate vel opibus præſtantibus, familiariter vivere & verſari. 4 Ego Horatius, amicus tuus. Εἰρωνικῶς videtur hæc ſui extenuatio adhiberi. 5 Etiamſi cæcus aliis viæ ducem ſeſe velit præbere. Sunt qvi hoc referant ad ſtatuas in triviis indices viarum cæcas, viatoribus tamen non inutiles, qvas ἑρμαῖα nominamus. 6 Conſidera. Formula qvædam attentionis ad firmiorem vim perſvaſionis. Sic Ep. 1. l. 2. aſpice, *Plautus Qvo pacto partes tutetur amantis ephebi.* 7 An aliqvid. 8 Qvod in rem tuam convertere, & in rebus tuis uti velis. 9 Vel monendo, vel conſulendo. 10 Vita tranqvilla. 11 Et ſomnus uſqve ad Solis ortum. 12 Freqventiâ hominum, qvi ſunt in urbe Româ, concitatus. 13 Propter vehicula, mul-

14 Si lædit caupona, 15 Ferentinum ire jubebo.
Nam neqve divitibus contingunt gaudia 16 ſolis:
17 Nec vixit malè, qvi natus morienſqve fefellit.
Si prodeſſe tuis, 18 paulòqve benigniùs ipſum
Te tractare voles; accedes 19 ſiccus ad unctum.
20 Si pranderet 21 olus patienter, 22 regibus uti
Nollet Ariſtippus: 23 Si ſciret regibus uti,
Faſtidiret 24 olus, 25 qvi me notat. 26 Utrius horum

torumqve in via plauſtrorum concurſus. 14 Si immenſus in cauponâ compotantium clamor te offendit. 15 Hetruriæ oppidum infreqvens & minùs celebre, ubi ob paucitatem hominum vitæ tuæ tranqvillitatem nemo magnoperè perturbabit. 16 Habent enim pauperes ſuas etiam voluptates. 17 Et feliciter vixiſſe exiſtimandus eſt, qvi adeò ignotus vixit, ut vivens & moriens alios latuerit, id eſt, qvem neqve natum, neqve viventem, neqve mortuum qviſqvam mortalium cognovit. Reſpexit illud Epicuri dictum, *Λάθε βιώσας*, id eſt, *vive latens & ignotus.* Qvod & Ovid. approbaſſe videtur: *Crede mihi, benè qvi latuit, benè vixit, & intra Fortunam debet qviſqve manere ſuam.* 18 Paulò liberaliùs. 19. Tunc tu tanqvam pauper accedes ad divitem unguento delibutum, teqve in amicitiam potentioris amici inſinuabis. Alleg. translata à corporibus aridis & exſuccis ad obeſa & paulò habitiora. 20 Imperfecta eſt Proſopopœia cum Dialogiſmo, ubi Diogenes inducitur irridens lautitias & exqviſitas epulas Ariſtippi. 21 Victum tenuem ac parcum. Synecd. ſpec. 22 Divitibus. Synecd. ſpec. Climax ſive gradatio qvædam in *regibus uti*, & *ſi ſciret regibus uti.* 23 Eſt hoc Ariſtippi reſponſum ad Diogenem. 24 Qvo ſe tantoperè commendat. 25 Diogenes ille Cynicus, qvi mihi turpem notam inurit. 26 Duorum ſcilicet, Diogenisne, qvi ſordidam vitam ſibi elegerat, an Ariſtippi, qvi ſplendidè apud reges vivebat. Hæc Poëtæ ſunt verba ad Scævam.

27 Verba probes, & facta, doce; vel, 28 junior, audi
Cur ſit Ariſtippi 29 potior ſententia; namqve
31 Mordacem Cynicum ſic 32 eludebat (ut ajunt)
33 Scurror ego ipſe mihi, 34 populo tu; rectiùs 35 hoc, &
36 Splendidiùs multò eſt, eqvus ut me portet, 36 alat rex,
38 Officium facio: tu poſcis 39 vilia; verùm es
40 Dante minor, qvamvis 41 fers te nullius egentē.
42 Omnis Ariſtippum decuit 43 color, & ſtatus, & res,

27 Dicta approbes & laudes. 28 Qvia junior adhùc es. 29 Præferenda. 30 Apparatus ad intermiſſam Ariſtippi Proſopopœiam. 31 Diogenem Cynicum. Cynicus deflectitur à *κύων, κυνὸς, κυνὶ, κυνικὸς*, id eſt, *caninus*. Hinc diſcipuli Antiſthenis & Diogenis Cynici ſunt nominati à cavillationibus & ſalsè dictis: qvod ipſemet Diogenes apud Laërtium confirmat, qvi rogatus, cur caninus diceretur, reſpondit: *Eqvidem dantibus blandior, nihil largientibus allatro & improbos mordeo.* 32 His verbis irridebat, Metaph. à gladiatoribus, qvi victores, inſultant ſuis Antagoniſtis victis. Ter. Eun. Eludet, *ubi te victum ſenſerit.* 33 Ego ſcurram ago, & regibus ac principibus riſum moveo, ut mihi proſim, & ſplendidè vivam. Qvatuor verſus ſeqventes ſunt Ariſtippi Diogenem alloqventis. 34 Tu verò ſcurrando ludum & voluptatem populo tantùm excitas ſine ullo tuo commodo. 35 Sibi ſcurrari. 36 Magnificentius. 37 Ut rex alat. 38 Nihil in me admitto, qvod ſit contra officium viri boni. 39 Tu Cynice res viles à qvibuſvis obviis poſcis, non ſplendidas ac regias. 40 Pauperior & inferior eo, qvi tibi dat. 41 Dicis, jactas. Virg. Æn. 5. *qvi ſe Bebrycia veniens Amyci de gente* ferebat. 42 Depoſitâ Ariſtippi perſonâ Poëta loqvitur. 43 Veſtitus, vitæ genus & conditio ornavit; qvi ad omnem locum, tempus, perſonam, conditionem ſeſe decenter poterat accommodare.

44 Tentantem majora, ferè præſentibus 45 aqvum:
Contrà, 46 qvem duplici panno patientia velat,
47 Mirabor, vita 48 via ſi converſa decebit.
49 Alter purpureum non exſpectabit amictum,
50 Qvidlibet indutus 51 celeberrima per loca vadet,
Perſonamqve feret 52 non inconcinnus utramqve:
53 Alter Mileti textam cane pejùs & angve
Vitabit chlamydem: morietur frigore, ſi non
54 Rettuleris 55 pannū. 56 Refer, & ſine vivat ineptus.
57 Res gerere, & captos oſtendere civibus hoſtes,

44 Ad illuſtriora & magnifica aſpirantem. 45 Contentum. 46 Diogenum Cynicum, qvi patienter pallio ex duplici panno, hyemi & æſtati accomodato, veſtitur. Periphraſis Diogenis ex adjuncto veſtitu: deinde in *panno* eſt Meton. mat. 47 Mirum mihi erit. 48 Si contrarium & novum vitæ genus eum decebit. Metaph. eſt ab iter facientibus. 49 Ariſtippus. 50 Sed qvamlibet veſtem indutus, ſive purpuream, ſive duplex pallium. 51 Per medium forum urbis Athenarum. 52 Non indecorè, ſed cum ſingulari qvadam venuſtate utroqve veſtitu, nunc ſordido, nunc ornatiore. 53 Diogenes Cynicus, qvi duplex pallium geſtabat, veſtem pretioſam, ex optima lana factam in Mileto Aſiæ inſula, qvali utebatur Ariſtippus, acerrimè rejiciet, exiſtimans ſe unà cum duplici pallio, ſanctitatem, temperantiam & ſapientiam exuere. 54 Ipſi. 55 Pallium vile & ſordidum. Synecd. gen. 56 Redde, Ariſtippe, Diogeni ſuum pallium, qvod tu indueras, & permitte, ut vivat ineptus ad omnem fortunæ habitum, qvi regibus uti neſciat, ut illi Ariſtippus objiciebat, qvod ajunt contigiſſe in balneis, ubi Ariſtippus dicitur conſultò induiſſe vile pallium Diogenis, & ſuum purpureum reliqviſſe, ut hoc ſe indueret Diogenes: qvod cùm repudiâſſet, & frigore mori, qvàm eo armari & purpuratus videri maluiſſet, Ariſtippus ſervilem ipſius conditionem ſic, ut hìc videmus, criminatus eſt. 57 Res ad

58 *At-*

58 Attingit ſolium Jovis, & cœleſtia 59 tentat.
60 Principibus placuiſſe viris 61 non ultima laus eſt.
62 Non cuivis homini contingit adire Corinthum. 36
63 Sedit, qvi timuit, ne non ſuccederet: 64 eſto.
Qvid? 65 qvi pervenit, fecit-ne 66 viriliter? atqvi

Remp. pertinentes tractare, id eſt, Remp. benè adminiſtrare, & hoſtes captos in triumphum ducere: hîc oratio infinita ponitur loco nominativi. 58 Ipſum cœlum ſcandit, proximè ad deitatem accedit, & ſecundum à Jove honoris gradum meretur. Alleg. eſt Hyperbolica è continuatis Metaph. 59 Molitur, conatur magnum opus & arduum, divinâ & immortali gloriâ dignum. 60 Ob beneficia in Remp. collata. 61 Maxima & ſumma. Litotes. 62 Non cuivis ad tantos honores & dignitates patet, non omnes gratioſi eſſe poſſunt apud principes & divites: qvod ſi qvi fortè ſunt conſecuti, ex his pauci illorum gratiam diu poſſunt retinere. Alleg. eſt ex continuatis Metaph. Hujus ſententiæ origo variè tractatur. Suidas putat eam duci è difficultate portus Corinthiaci, qvi geminus eſt propter Iſthmum, alter Aſiam, alter Italiam ſpectans. Strabo cenſet illam natam è luxu atqve divitiis Corinthiorum. Agel. l. 1. c. 8. refert acceptam Laïdi, ſcorto nobiliſſimo, ad qvam propter formæ venuſtatem ditiſſimi qviqve è tota Græcia adnavigabant: nemo tamen admittebatur, niſi qvi ſolveret eam pecuniæ ſummam & pretium, qvod copiæ ſui faciendæ ſtatuiſſet. Itaqve Demoſthenes, qvem ferunt eò clàm adnavigâſſe, magnitudine pretii perterritus rediit domum, dixitqve: *Non emo tanti pœnitere.* 63 Qvievit; ac ceſſavit ad amicitiam regum & potentiorum, nec auſus eſt aggredi tantum honorem. *Sedere* propriè verbum eſt ignaviæ, ut apud Virg. Æn. 12. ubi Turnus parat ſe jactanter ad committendum cum Trojanis prælium: ſedeant, *ſpectentqve Latini.* 64 Conceſſione difficultas conciliandi potentes amicos firmatur. 65 Qvi, qvod voluit, conſecutus eſt. 66 Animosè.

67 Hîc eſt, aut nuſqvam, qvod qværimus. 68 Hic onus horret,
Ut parvis animis & parvo corpore majus:
69 Hic ſubit, & perfert: 70 aut virtus 71 nomen inane eſt,
72 Aut decus, & pretium rectè petit experiens vir.
73 Coram rege ſuo de paupertate 74 tacentes,
75 Plus poſcente ferent. 76 Diſtat, ſumaſ-ne pudenter,
An rapias: atqvi rerum 77 caput hoc erat, hic 78 fons.
79 Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater,
Et fundus 80 nec vendibilis, 81 nec paſcere firmus,

67 In hoc, qvod ſeqvitur, verſatur qvæſtio, utrùm magnitudini animi, & fortitudini tribuenda ſit conciliatio benevolentiæ regiæ. 68 Alius, qvi metu à magnis rebus abſtinet, Reip. onus in ſe ſuſcipere, & ad Principum amicitiam aſpirare non audet, dum veretur, ne magnarum rerum onus parvo ſuo animo & corpore majus ſit, cui ſc. non ſit ferendo. Anaphora. 69 Alius, nempe vir fortis & animoſus, omnes pro Rep. labores ſubit. 70 Secundum Epicuréos. 71 Mera verba, & nihil ad vitam beatam pertinet. 72 Aut vir multarum rerum peritus periculorum atqve laborum, qvos Reip. causâ ſuſcipit, præmia, ſc. honorem & divitias meritò ſibi expetit à potentioribus ſuis amicis. 73 Coram amico potentiore. 74 Non conqverentes. 75 Plus accipient à potentiore amico, qvàm is, qvi poſcit. 76 Multum enim differt, intereſt, utrùm illa, qvæ à magnis viris offeruntur, modeſtè & verecundè ſumas, an verò impudentur petendo extorqveas. 77 Principium & ſumma rei, id eſt, in hoc cardo qvaſi vertitur amicitiæ tenuiorum cum potentioribus, ut modeſtè atqve verecundè nos geramus. Metaph. 78 Hæc origo erat. 79 Proſopopœia eſt importuni ac moleſti flagitatoris. 80 Qvem propter ſterilitatem vendere non poſſum. 81 Nec ſatis validus ad me paſcendum, ita ut ſumtus

82 Qvi

82 Qvi dicit; 83 clamat. Victum date: 84 ſuccinit alter,
Et mihi dividuo 85 findetur munere 86 qvadra.
Sed tacitus paſci ſi poſſet 87 corvus, haberet
Plus dapis, 88 & rixæ multò minùs invidiæqve.
89 Brunduſium 90 comes aut 91 Surrentum 92 ductus amœnum,
Qvi qveritur 93 ſalebras & acerbum frigus, & imbres,
Aut 94 ciſtam 95 effractam, & 96 ſubducta viatica plorat;
97 Nota refert meretricis 98 acumina, ſæpè 99 catellam,

ac victus neceſſarios mihi ſuppeditare poſſit. 82 Qvi ita apud patronum ſuum conqveritur. 83 Perinde facit, ac ſi clamaret, Date mihi alimentum. 84 Alter ſocius, illi priori impudenti ſuccedens, ſucclamat. Altera eſt Proſopopœia ſervi priori ſuccedentis, 85 Ille cibus & victus, qvem illi ſoli deſtinaveras, in duas partes partito munere mihi qvoqve dividetur. 86 In hac voce triplex eſt eſt tropus: primùm eſt Metaph. à paraſitis, qvi vivunt alienâ qvadrâ: deinde Meton. pro ipſis opſoniis: poſtremò Synecd. ſpec. pro qvovis genere muneris, cujus ſemiſſem competitor efflagitat. 87 Qvi prædam nactus alios corvos ad cibi ſocietatem qvaſi ſollicitat. 88 Cum cæteris avibus. Ita etiam tenuior amicus, ſi non impudenter flagitaret, ſed verecundè potius taceret, illud ſolus obtineret. 89 Oppidum in Calabriâ. 90 Itineris comes cum amico potentiore. 91 Oppidum in Campaniâ 92 Perductus. 93 Viæ aſperitatem. 94 Qvam ſecum vexit. 95 A fure. 96 Indè furto ſibi ablata. 97 Ille notas aſtutias meretricis, qvæ variarum rerum damna apud amatores ſuos, ut illos pecuniâ emungat, imitatur. 98 Technas. Sumtum eſt à mucrone ferri cote attenuato, id eſt, à corpore ad animum. 99 Monile ſive ornamentum muliebre, parvam catenam. Alii ad catellam aliqvam, qvæ in deliciis ſit, qvales olim Militææ, proverbio celebratæ, referre

Sæpe.

Sæpè 100 *periſcelidem raptam ſibi* 101 *flentis,* 102 *uti mox*
103 *Nulla fides* 104 *damnis verisq; doloribus* 105 *adſit,*
Nec ſemel irriſus, triviis 106 *attollere curet*
Fracto crure 107 *planum*; 108 *licet illi plurima* 109 *manet*
Lachryma; 110 *per ſanctam juratus dicat Oſirim,* 111
112 *Credite,* 113 *non ludo; crudeles* 114 *tollite claudū.*
115 *Qvære peregrinum, vicinia rauca reclamat.*

malunt. 100 Cruris vinculum, qvo crus alligatur, ſibi furto ereptum eſſe. 101 Conquerentis. 102 Adeò ut. 103 Hoc mendacibus præmium, ut ne vera qvidem dicentibus credatur. 104 Simulatis. 105 Adhibeatur. 106 Nec is, qvi ſemel deceptus eſt tali ſimulatione, curet in triviis deceptorem verè lapſum pòſt ſublevare & erigere in pedes. 107 Impoſtorem ſive deceptorem, qvi in trivio ſibi crus fractum eſſe mentiebatur. 108 Qvamvis. Apparatus eſt ad aliam Proſopopœiam impoſtoris, dicentis, *Credite*, &c. cui inducitur vicinia ſic reſpondens: *Qvare peregrinum.* 109 Per genas defluat, id eſt, qvamvis ille planus affatim lachrymetur. 110 Et qvamvis per Oſirin, Ægyptiorum Deum maximum, juret. 111 Ubi juravit. Hunc unà cum Iſide ſua, magnâ etiam Romæ religione cultum, ideò præ aliis nominat Horatius; qvod ægris tanqvam alter Æſculapius mederi crederetur. 112 Mihi. 113 Non jocor, non jam, ut antè, vos decipio. 114 O vos immiſericordes, erigite me claudum fracto crure. Sic de Art. *non ſis, qvi tollere curet.* 115 Vicini, multo clamore rauci, reclamant illi plano, cujus fallacias habent cognitas, Qvære tibi peregrinum aliqvem, qvi fraudes tuas non nôrit, & illi fucum facito: nam nos ampliùs fallere non potes. Sic etiam potentior amicus à tenuiore, fictis damnis conqverente, ſemel deceptus, ipſi ampliùs etiam in veris damnis non vult ſubvenire.

Epiſt. XIIX.
Ad LOLLIUM.

Qvæ ad amicitiam conſervandam facienda ſint, qvæ item vitanda, ac præſertim qvomodo qvis erga potentiorem amicum gerere ſe debeat, Lollium docet. Initium autem ſumit ab iis, qvi, dum tenere modum non nôrunt, vel ſcurrarum potiùs, qvàm amicorum, fungi officio videntur, vel aſperitate agreſti (qvam libertatem meram & virtutem veram haberi volunt) utuntur. Poſtremò eum, ad qværenda illa, ex qvibus tranqvillitatem vitæ conſeqvi poſſit, hortatur.

SIbenè te novi, 1 metues, liberrime Lolli,
2 Scurrantis ſpeciem præbere, 3 profeſſus amicum.
Ut matrona meretrici 4 diſpar erit, atqve
5 Diſcolor, 6 infido ſcurræ diſtabit amicus.
Eſt huic diverſum 7 vitio vitium propè 8 majus, 5
9 Aſperitas agreſtis, & 10 inconcinna, gravisq́,
11 Qvæ ſe commendat tonſâ cute, dentibus atris,

1 Cavebis, noles. 2 Hominis, cibi gratiâ, turpiter adulantis ſpeciem præ te ferre, id eſt, adulatoris nomen vitabis. 3 Cùm te alteri amico fidelem futurum profeſſus es. 4 Moribus atqve ingenio. 5 Diſſimilis vultu, veſtitu & geſtu. Sumtum eſt à corporibus diversè coloratis ad animi mobilitatem. Perelegans comparatio ſcurræ cum meretrice, & amici cum matrona, ut qvantum matrona à meretrice, tantum amicus à ſcurra differat. 6 Ita etiam amicus diſtabit à ſcurra infideli. Honeſta enim matrona, & fidelis amicus maritum & amicum amat vero amore ob virtutem & honeſtatem: meretrix verò & adulator ſcurra amat tantum propter lucrum. 7 Adulationis. Polyptoton. 8 Gravius illo priore. 9 Fera qvædam duritia & moroſitas. 10 Inſvavis & moleſta. 11 Qvæ aſperitas laudari cupit, qvòd amicum tondet uſqve ad cutem, duriter & inhumanè eum caſtigat, qvem cum benevolentiâ

12 Dum

12 *Dum vult libertas mera dici, veraqve virtus.*
13 VIRTUS *eſt medium vitiorum*, *&* 14 *utrimqve reductum.*

15 *Alter in obſeqvium plus æqvo pronus, & imi*
Deriſor 16 *lecti, ſic* 17 *nutum divitis horret,*
18 *Sic iterat voces, & verba* 19 *cadentia tollit,*
Ut 20 *puerum* 21 *ſævo credas dictata magiſtro*
22 *Reddere,* 23 *vel partes mimum tractare ſecundas.*

admonere debebat, agreſtiqve mordacitate eum ſecat & qvaſi lancinat. 12 Dum illa aſperitas vult nominari ingenuitas, ab omni adulatione remota. 13 Civilitas & jucunda hilaritas eſt medium horum duorum vitiorum, ſcurrilitatis & aſperæ moroſitatis. Sic Ariſtot. virtutes omnes dicit eſſe μεσότητας, id eſt, mediocritates, & [ut ita dicam] medietates. 14 Ab utroqve extremo, id eſt, exceſſu & defectu remotum eſt ac diſtat. 15 Blandiens ſcurra, qvi nimis officioſus eſt patrono ſuo, & indulgens peccatis amici potentioris. 16 Qvi ſe deridet, & ejuſdem ordinis homines in infima parte convivalis lecti ſecum accumbentes, qvi locus eſt inferioribus amicis deſtinatus. Meton. ſubj. Vide Sat. 7. l. 2. 17 Ille annuentem divitem amicum patronum ſuum ſic, ne qvid contra ipſum dicat, aut faciat, tantâ cum formidine obſervare ſe fingit. Meton. eſſe pro effic. 18 Sic repetit voces domini ſui qvaſi admirans: ut ſc. qvod rex ait & ipſe ajat, negetque qvod negat. 19 Tantâ cum obſervantiâ verba ex ore divitis elapſa pro mirandis excipit, & qvaſi de terrâ tollit. Metaph. eſt à corporibus ad ſonos vocis infuſos in aures ac receptos. Sic Sat. 4. l. 1. *Cùm flueret lutulentus, erat qvod tollere velles.* 20 Diſcipulus aliqvem meticuloſum. 21 Severo. 22 Recitare, & præceptoris ſui docentis & legentis vocem ore ſuo diligenter ſubſeqvi. 23 Vel ut credas hiſtrionem aliqvem ſecundas partes Comœdiæ agere cum voce ſubmiſſiore, vultuqve humiliore, qvàm qvi agit primas, id eſt, ut credas hiſtrionem

23 Al-

24 Alter rixatur de 25 lanâ ſæpè caprinâ,
26 Propugnat nugis armatus: Scilicet, 27 ut non
*Sit mihi prima fides, & verè qvod *placet, ut non*
Acriter 28 elatrem, 29 pretium ætas altera ſordet.
30 Ambigitur qvid enim? 31 Caſtor ſciat, an Docilis plus:
32 Brunduſium Numicî meliùs via ducat, an Appî.

principem actorem, qvi primas partes egerit, diligenter imitari. 24 Aſper ille & inconcinnus reprehenſor litem movet, altercatur. 25 Qvæ penè nulla eſt, cùm capra lanam non habeat, ſed pilos, id eſt, de re nihili & viliſſimâ. Sumtum eſt à paſtoribus, de leviſſimis gregis ſui particulis, ut ſunt flocculi, altercantibus, ad vanitatem hominis notandam. 26. Et pugnat pro nugis, id eſt, res viliſſimas defendit, armatus perindè, ac ſi pro aris ac focis pugnandum ſit. Sumtum eſt à belligerantibus, qvorũ alter oppugnat, alter propugnat, & reſiſtit oppugnanti. 27 Ut non mihi meiſq; verbis indubitata fides habeatur, inqvit agreſtis ille. *Cenſeo. 28 Acerrimè & liberè eloqvar & defendam. Metaph. à canibus ad importunam hominis garrulitatem notandam. 29 Si pretii & ſilentii loco altera vita, vel ætas longior mihi detur, ut non acriter defendam, qvod mihi reverà placet, certè ea pro re viliſſimâ mihi habetur ac nihili facio. Sic Virg. *qvoniam* ſordent *tibi munera noſtra*, id eſt, nihili facis. 30 Qvâ enim de re controvertitur, lis vel certamen eſt? nempe de nugis ac rebus viliſſimis. 31 Utrùm Caſtor gladiator, an verò Docilis ſcientior ac melior ſit. 32 Contentio eſt, utrùm via Numica, an via Appia compendioſiùs Româ ducat Brunduſium. *Numicî* & *Appî* dicuntur per Apocopen pro Numicii & Appii.

33 Qvem damnoſa 34 Venus, qvem 35 præceps alea 36 nudat,
37 Gloria 38 qvem 39 ſupra vires & 40 veſtit, & 41 ungit,
Qvem 42 tenet argenti 43 ſitis importuna famesqve,
44 Qvem paupertatis pudor, & fuga; dives amicus,
Sæpè 45 decem vitiis inſtructior, odit, & 46 horret;
Aut, ſi non 47 odit, 48 tegit; ac, veluti 49 pia mater,
Plus, qvàm ſe, 50 ſapere, & virtutibus eſſe 51 priorem

33 Poſtqvam de ſcurrilitate eiqve oppoſitâ aſperitate, qvam æqvaliter fugere opportet, jam ſatis dictum eſt, monere pergit Lollium de aliis qvoqve, præſertim ne fiduciâ majoris amici, qvem obſervandum ſumſerit, ſi vitio aliqvo laborare eum perſpexerit, ipſe qvoqve liberiùs peccet. Ordo eſt: Dives amicus, ſæpè inſtructior decem vitiis, odit, & horret *eum*, qvem damnoſa Venus, &c. 34 Libido, ſcortatio, amor à Venere ingeneratus. Meton. effic. 35 Qvia vel momento depauperat luſorem. 36 Depauperat, ad mendicitatem adigit. 37 Gloriæ amor. Meton. ſubj. & Metaph. à præditis ſenſu & motu ad eorundem expertia. 38 Anaphora. 39 Supra facultates ſuas. 40 Veſtitu ſumtuoſiore exornat. 41 Ungvento largiore imbuit. 42 Conſtrictum. 43 Pecuniæ cupiditas ſive avaritia, qvæ deſiderantem qvieſcere non ſinit. Sunt hæc translata à corporibus ad ſummam pecuniæ cupiditatem indicandam, quæ incendit animos avorum. 44 Qvi omne officium præſtat diviti pudore paupertatis, ut eam fugiat. 45 Multis peccatis cumulatior, id eſt, multò pejor inferiori amico. Synecd. finiti pro infinito. 46 Averſatur talem amicum, uno atqve altero vitio laborantem. 47 Ipſum. 48 Moderatur, reprehendit ac vult emendare. 49 Cui debetur pietas, vel qvæ magis diligit filium, qvàm à filio diligitur, cujus eſt piè colere parentes. 50 Filium ſuum. 51 Meliorem, temperantiorem & modeſtiorem eſſe, qvàm ſe: ſic ille qvoqve inferio-

Vult

Vult,& 52 ait 53 prope vera: meæ [54 contendere noli]
55 Stultitiam patiuntur opes: 56 tibi parvula res eſt.
57 Arcta decet 58 ſanũ comitem toga: deſine mecum,
Certare. 59 Eutrapelus, 60 cuicunqve nocere volebat,
Veſtimenta 61 dabat pretioſa: 62 beatus enim jam
Cum pulchris tunicis 63 ſumet nova conſilia 64 & ſpes:
Dormiet 65 in lucem: 66 ſcorto poſtponet honeſtum
Officium; nummos alienos 67 paſcet; 68 ad imum

rem amicum ſuum vult plus, qvàm ſe, ſapere. 52 Proſopopœia eſt potentioris amici inferiorem admonentis. 53 A veritate non multùm diſcrepantia, veris propinqva. 54 Noli mecum litigare, qvòd ego à te reqviram, qvod ipſe tibi non præſtem. 55 Adigunt me ad ſtultitiam, eamqve opibus meis compenſo: qvæ in me divite tolerari poteſt, in te paupere non poteſt. 56 Qvare neceſſe eſt ut ſapias. 57 Auguſta, non ampla, id eſt, exigui pretii toga decet amicum inferiorem & pauperem. 58 Prudentem. Metaph. eſt à corpore ſano ad prudentiam comitis arguendam. 59 Vox Græca eſt, ſignificans facetum, dicacem, & adeò callidum, ut ſciret ſtultorum animos cum habitu mutare. Hactenus dives: nunc Poëta loqvitur, Eutrapelo autore docens, non modò verum eſſe illud dictum, *Stultitiam patiuntur opes*: ſed cohærere ſtultitiam ac divitias. 60 Qvemcunqve in extremas calamitates conjicere volebat. 61 Dari volebat, aut danda ſentiebat. 62 Ita enim apud ſe ratiocinabatur: ille jam hoſtis meus, opinione ſuâ jam dives factus, unà cum habitu animum mutabit. 63 Aſſumet nova vitæ conſilia, id eſt, novum vitæ genus ingredietur. 64 Et meliora ſperabit. 65 Totam noctem & uſqve ad diem ſeqventem, more inertis ac otioſi. Mart. in lucem *ſemper Acerra bibit.* 66 Pluris faciet meretricem, qvàm honeſtatem. 67 Pecuniam alienam, in fœnus ſumtam, augebit & multiplicabit. Metaph. ab agricolis, qvi cum fœnore greges majores paſcunt. 68 Ad extremum,

69 Thrax erit, aut 70 olitoris 71 aget mercede caballũ.
72 Arcanum neqve tu ſcrutaberis 73 ullius unqvam,
74 Commiſſumqve teges, & vino 75 tortus & irâ.
Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena 76 reprendes:
Nec, cùm 77 venari volet 78 ille, poëmata 79 panges.
80 Gratia ſic fratrum 81 geminorum, 82 Amphionis
Zethi 83 diſſiluit; donec 84 ſuſpecta ſevero (atqve

tandem, cùm omnia turpiter decoxit. 69 Viliſſimus gladiator erit, *vel*, ad cædem faciendam immani Thracum more conduci mercede ſeſe patietur, urgente rerum inopiâ. Gens enim illa cæteris ſemper omnibus truculentior habita: ut Epod. 5. *qvale poſſet impia mollire Thracum pectora.* Metaph. ab ignobili & mercenariâ gente ad ſtatum hominis miſerum notandum. 70 Olerum venditoris. 71 Pro certâ mercede circumducet, id eſt, agitator erit vilis eqvi. Periphraſis agaſonis. 72 Secretum. Horatius dat Lollio præcepta, qvibus in amicitiâ & vitâ communi eſt opus. 73 Amici patroni. 74 Aut ſi arcanum hujuſmodi tibi ſub ſilentii fiduciâ creditum ſit, illud aliis non revelabis. Sic infrà: *Nec retinent patula commiſſa fideliter aures.* 75 Sive ebrietate, ſive etiam indignatione irritatus ad ſecreta revelanda torqvearis. Sumtum eſt à reis, è quibus vi tormentorum & quæſtionum confeſſio criminis exprimitur. Ita vinolentia ſuavis eſt quædam animo quæſtio; cujus vi arcana animi recluduntur. 76 Reprehendes aliena exercitia. 77 Animi gratiâ. 78 Superior amicus. 79 Scribes, compones verſus. Metaph. ab agricolis, qui plantas & taleolas in ſcrobem defigunt, id eſt in terram, ad illas depangendas & conſerendas effoſſam. Sic de Art. *Ego mira Poëmata* pango. 80 Amicitia, fraternus amor. 81 Duorum. 82 Jovis ex Antiopâ filiorum. 83 Diſtractus, diſſolutus eſt propter ſtudiorum diverſitatem: cùm Zethus tanqvam paſtor, ruſticus & inurbanus, laboribus & ærumnis ruſticanis aſſvetus delectaretur; Amphion verò Philoſophus, Muſicus, & Orator eſſet longè præſtantiſſimus. Sumtum eſt ab his, qvæ vi ac impreſſione præfacta, hùc atq; illùc ſua fruſta disjiciũt. 84 Qvæ

85 Con-

85 Conticuit 86 lyra; 87 fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion; tu cede 88 potentis amici
89 Lenibus imperiis; 90 qvotiesq; educet in agros
91 Ætolis onerata plagis 92 jumenta 93 caneſqve,
Surge, & inhumanæ 94 ſenium depone Camœnæ,
Cœnes ut 95 pariter 96 pulmenta 97 laboribus empta.
98 Romanis ſolenne viris opus, 99 utile famæ,
100 Vitæq; & membris; præſertim cùm 101 valeas, &
102 Vel curſu ſuperare canem, vel viribus aprum
Poſſis: 103 adde, 104 virilia qvòd 105 ſpecioſiùs arma
*Non eſt qvi 106 tractet; ſcis 107 qvo clamore *coronæ*

fratri Zetho agreſti, & à Muſica abhorrenti, & duro, invidioſa ſive odioſa fuit. 85 Deſiit ſonare, id eſt, donec Amphion cum fratre in gratiam redire cupiens, à Muſicâ abſtinuit, deſiitqve pulſare lyram. 86 Qvâ Amphion canebat. 87 Fratris ſui, id eſt, duris & ruſticis. 88 Patroni tui. 89 Placidis. 90 Et qvoties venatum vult prodire. 91 Retibus Ætoliis, vel Ætolicis, id eſt, optimis ac præſtantiſſimis, qvalibus Meleager in Ætoliâ olim uſus eſt, apris capiendis aptis. Solenne eſt huic Poëtæ primigeniis nominibus uti pro derivativis. 92 Eqvos, mulos. 93 Venaticos. 94 Et depone tædium & moleſtiam ſenilem Muſæ, qvæ venatoribus videtur eſſe aſpera & inhumana, cùm nimis importunum ſit tùm carmina componere, cùm potentiori amico debes gratificari. Meton. adj. pro ſene Camœnâ, triſti & moleſtâ. 95 Unà cum patrono tuo. 96 E pulpis & lumbis leporinis confecta. 97 Venationis. 98 Qvod venationis exercitium opus eſt uſitatum & maximo in uſu Romanis. 99 Qvia inde apparent ſigna fortitudinis. 100 Qvia exercitatio conſervat corporis valetudinem. 101 Toto corpore. 102 Anaphora. 103 Accedit his. 104 Militaria. 105 Fortiùs, aptiùs & decentius, qvàm tu, ô Lolli. 106 Vibret, torqveat. 107 Qvo aſſenſu; qvâ approbatione & lætâ acclamatione. * Circumſtantis multitudinis civium Romanorum, ſpectan-

108 *Prælia ſuſtineas campeſtria : deniqve* 109 *ſævam*
Militiam 110 *puer,&* 111 *Cantabrica bella* 112 *tuliſti*
113 *Sub duce, qvi* 114 *templis Parthorum* 115 *ſigna refixit,*
Et nunc, ſiqvid 116 *abeſt, Italis* 117 *adjudicat armis.*
Ac, 118 *ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis:*
Qvamvis nil 119 *extra numerum feciſſe modumqve*
Curas: 120 *interdum nugaris rure paterno:*
121 *Partitur lintres exercitus:* 122 *Actia pugna*

tium certamina in campo Martio ludicra. Metaph. à choris ſaltantium ad conventum hominum, velut in orbem coactum, indicandum. 108 Exercitationes & ludicra certamina in campo Martio perferas, ineas, & ſemper victoriam obtineas. Synecd. gen. Sic de Art. *Ludere qvi neſcit*, campeſtribus *abſtinet* armis. 109 Laborioſam & difficilem. 101 Cùm puer adhuc eſſes. 111 In Hiſpaniâ. 112 Pertuliſti. 113 Sub Auguſto. 114 E templis. 115 Vexilla militaria, qvæ olim M. Craſſi & Antonii militibus, ad internecionem trucidatis, erepta ſunt, ſuſpendit. 116 Ab imperio Romano, qvod nondum domitum & ſubjugatum eſt. 117 Adjungit, acqvirit populo Romano. 118 Ut ne à militaribus rebus & exercitationibus hâc tuâ privatâ vitâ te abducas, & longè abſis ſine juſtâ excuſatione. 119 Ineptè, extra legem. Metaph. ducta à ſaltatoribus, qvorum motus & ſaltatio certis legibus ac numeris conſtabat: ex qvo moveri dicuntur in numerum, qvi aptè & compoſitè moventur. 120 Interdum ludicra & nugacia puerorum prælia inſtruis in villâ patris tui. 121 Exercitus tuus, è pueris in agro paterno collectus, parvas naviculas in duas claſſes adverſarias dividit, qvarum una ſimilitudinem claſſis Antonianæ, altera Cæſarianæ referat. 122 Pugna commiſſa apud Actium, promontorium Epiri, in-

123 Te

23 *Te duce per* 124 *pueros hoſtili more* 125 *refertur.*
126. *Adverſarius eſt frater*; 127 *lacus, Adria*; *donec*
128 *Alterutrum* 129 *velox victoria* 130 *fronde coronet.*
Conſentire ſuis ſtudiis 131 *qvi crediderit te,*
Fautor utroqve tuum laudabit * *pollice ludum.*
132 *Protinus ut moneam* (*ſi qvid monitoris eges tu*)

ter Antonium & Auguſtum, cui interfuiſti, qvâ Antonius cum Cleopatrâ, Ægypti reginâ, ad Actium profligatus fuit. 123 Te ſummo imperatore, Auguſti perſonam referente. 134 In agro tuo collectos. 125 Repræſentatur, ut ejus memoriam gratam faceres Auguſto. 126 Frater tuus eſt loco hoſtis, & M. Antonii perſonam repræſentans, hoſtilis exercitûs copias ducit. 127 Lacus, qvi eſt in fundo patris tui, eſt tibi Adria, id eſt, habetur loco maris Adriatici, in qvo navale prælium inter Auguſtum & Antonium fuit commiſſum. 128 E vobis duobus, te aut fratrem: 129 Qvòd alatæ virginis habitu Victoria pingebatur, coronam manu tenens. 130 Laureâ, qvæ triumphantibus dari ſolet. 131 Auguſtus, potentior ille amicus tuus, ubi intellexerit te ſuis rebus militaribus, qvibus ille delectatur, obſeqvi & delectari, tibi favebit. * Utriuſqve manus in medium digitum preſſo, inqve indicem relapſo, qvod ſignum apud nos favoris, id eſt, ſummopere comprobabit. Alleg. eſt è Metaph. ab arena gladiatorum, qvi ſalutem & favorem ſpectatorum è compreſſu, ſed ex ejuſdem verſatione odium & interitum perſpiciebant. Sic Juven. Sat. 3. *& verſo pollice vulgi Qvemlibet occidunt populariter.* Alii tamen *utroqve pollice* volunt dictum eſſe Synecdochicè pro utraq; manu ſublatâ, crebròqve motâ. *Premere* ergò *pollicem*, geſtus erat faventis. Plin. l. 28. c. 2. & contrà *vertere pollicem*, dicebantur, qvi infeſti erant. 132 Verùm ut conſeqventer, deinceps te admoneam, id eſt, monere pergam. Hæc vox notat hîc continuationem inſtitutæ monitionis: ut apud Virg. 4. Georg. Protinus *aërii mellis cœle-*

Qvid de qvoq; viro, & cui 133 *dicas, ſæpè* 134 *videto,*
135 *Percunctatorem fugito:* 136 *nam garrulus idē eſt,*
Nec 137 *retinent* 138 *patulæ* 139 *commiſſa fideliter* 140 *aures,*
Et ſemel emiſſum 141 *volat irrevocabile verbum.*
Non ancilla tuum jecur 142 *ulceret ulla, puer-ve,*
143 *Intra marmoreum venerandi limen amici:*
Ne dominus pueri pulchri, charæ-ve puellæ,
144 *Munere te parvo* 145 *beet,* 146 *aut incommodus angat.*
147 *Qvalem* 148 *commendes,* 149 *etiam atqve etiam aſpice:* 150 *ne mox*

ſtia donà Exſeqvar. 133 Loqvaris. 134 In amicitiâ cum ſuperiori conſidera. Translatio à corporis ſenſu ad mentis aciem, qvâ conſideramus, qvid ſit de qvoqve viro ſentiendum. Prætereà Epiſtrophe eſt in ſimilitudine ſoni ad clauſulas ſententiarum. 135 Tuorum ſecretorum. 136 Nam qvi percunctator eſt, idem etiam eſt garrulus: qvia ſecreta eâdem libidine prodit, qvâ audit. 137 Tegunt, ſed temerè effutiunt. 138 Rebus novis patentes. 139 Secreta, qvæ illis commiſſa ſunt. 140 Percunctatoria. 141 Nunqvam revocatur, neſcit reverti. Metaphora ab avibus ad celeritatem verborum indicandam: qvalis eſt in deſcriptione famæ Æn. 4. Rectè igitur Homerus ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, verba veluti pennata ſeu allata eſſe ait, qvæ teli inſtar per aures ad animum celerrimè perferantur. 142 Amore perurat, id eſt, vide ne ames puellam puerum-ve. Alleg. eſt Metaphorica ab eſculentis & poculentis acribus. 143 In domo magnificâ potentioris amici. Synecd. mem. 144 Dans tibi, qvod amas, ſc. ancillam puerum-ve, qvo contentus eſſe cogereris. 145 Gratificetur. 146 Aut ſaltem ſi illiberalis ſit, dùm tibi ſeſe commodum & gratioſum exhibere non vult, teqve repulſam pati coget, te contriſtet & excruciet, denegans tibi puerum puellam-ve à te amatam. 147 Virum. 148 Amico tuo potentiori. 149 Diligenter. 150 Ne, cùm ille, qvem

Incu-

Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
151 *Fallimur*, 152 *& qvondam non dignum tradimus. Ergo*
153 *Qvē ſua culpa premet*, 154 *deceptus omitte tueri,*
Ut penitùs notum: 155 *ſi tentent crimina, ſerves,*
Tuteriſqve tuo fidentem præſidio: 156 *qvi*
157 *Dente Theonino cùm circumroditur, ecqvid*
Ad te pòſt paulò ventura pericula ſentis?
Nam tua res 158 *agitur*, 159 *paries cū proximus ardet,*
Et neglecta ſolent incendia 160 *ſumere vires.*
Dulcis 161 *inexpertis* 162 *cultura potentis amici*:

tantoperè commendâſti, peccaverit, ſeqve aliter geſſerit, qvàm tu de illo amico ſis pollicitus, tu ob id coram amico tuo erubeſcas. 151 In amicitiâ, dùm viros bonos exiſtimamus, aliiſqve commendamus, qvi mali ſunt. 152 Et aliqvando amicitiâ amici indignum commendamus, qvem qvantivis pretii arbitrati ſumus. 153 Si acciderit, ut is, qvem tanqvam virum bonum commendâſti, peccet, ita ut illum ſuum peccatum in periculum adducat. 154 Tu deceptus ab illo, qvem virum bonum ratus es, noli eum defendere, utpote omnibus planè cognitum, qvòd peccato admiſſo aliorum amicitiâ indignus ſit. 155 Si homines invidi & malevoli ipſi ficta crimina intentent, falsòq; eum culpent, eum, qvi tuâ tutelâ confidit, ſervare debes, ejuſqve famam defendere. 156 Amicus. 157 Invidis detrectatoribus. Fuit Theon Poëta maledicentiſſimus. 158 In periculo verſatur, id eſt, tuæ etiam domui periculum imminet. 159 Vicina domus. Synecd. mem. 160 Ad proximorum ædes tranſire, & omnia depopulari. Sic etiam cùm amicus tuus calumniis opprimitur, tua etiam res & fama periclitatur, & calumniæ amico tuo proximo illatæ ulteriùs graſſantur, & te cum reliqvis omnibus amicis petunt & invadunt. 161 Hominibus, qvi nondum periculum fecerunt. 162 Cultus, amicitia & obſervantia. Metaph. ab a-

163 *Expertus metuit: tu, dũ tua* 164 *navis in alto eſt,*
165 *Hoc age,* 166 *ne mutata retrorſùm te ferat aura.*
167 *Oderunt hilarem triſtes, triſtemqve jocoſi:*
168 *Sedatum* 169 *celeres,* 170 *agilem gnavùmqve remiſſi.*
171 *Potores bibuli media de nocte Falerni*
Oderunt 172 *porrecta* 173 *negantẽ pocula:* 174 *qvãvis*
175 *Nocturnos jures te formidare* 176 *vapores.*
Deme ſupercilio 177 *nubem: plerumqve modeſtus*

gricolis, qvorum eſt propriè cultus agri. 163 Qvi eandem expertus eſt cum infinitis periculis conjunctam, ille eandem non magnoperè deſiderat. 164 Dum in altâ & ſplendidâ amicitiâ es. Alleg. à nautis, qvi nihil non, dum ſunt in alto, curant & cogitant, ut commodam, tutam & ſecundam navigationem conficiant. Ita Lollius monetur, ut omni ratione & curâ incumbat in obſervantiam potentioris amici, id eſt, Auguſti, ne animum hujus ſentiat aſperitate ſuâ mutari, & à ſe alienari. 165 In hac re ſtudium tuum pone. *Hoc agere* ſignificat attentum eſſe in re aliqvâ, totum ſuum ſtudium & cogitationem in eâ ponere. Ter. in Andr. *Hoccine agis, annon?* D. *Ego verò iſthuc.* ibid. *ipſum adeò præſtò video cum Davo: hoc agam.* Vide Sat. 3. l. 2. 166 Ne amicitia potentioris amici, tanqvam ventus mobilis & incertus, te ad relictum portum, id eſt, ad priorem vitam tenuem & obſcuram, referat. 167 Morum ſimilitudo neceſſaria eſt in amicitiâ. 168 Tardum, ignavum. 169 Qvi ſunt vegeti. 170 Hominem ad agendum promtum oderunt ignavi. 171 Qvi potores bibaces & acres ſunt optimi vini Falerni. 172 Sibi à patronis. 173 Recuſantem vini pocula, id eſt, oderunt aliqvem ſobrium. 174 Brevis eſt procatalepſis ad diluendum Lollio objectum. 175 nocturno tempore in caput è ſtomacho aſcendentes. 176 Vini vapores, capitis dolorem excitantes. Al. *tepores.* 177 Triſtitiam è vultu aufer, qvæ contracto ſupercilio ſignificatur, id eſt, præbe te hilarẽ. Metaph. à cœlo nubibus

178 *Oc-*

178 *Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus* 179 *acerbi.*
Inter cuncta leges, & percunctabere 180 *doctos,*
Qvâ ratione qveas traducere 181 *leniter* 182 *ævum:*
Ne te ſemper 183 *inops agitet vexetqve* 184 *Cupido,*
185 *Ne* 186 *pavor, &* 187 *rerum mediocriter utilium ſpes:*
188 *Virtutem doctrina* 189 *paret, natura-ne donet:*
190 *Qvid* 191 *minuat curas:* 192 *qvid te tibi reddat amicum:*
193 *Qvid purè tranqvillet;* 194 *honos, an dulce lucellum,*

obducto, qvod eſt corporibus grave & moleſtum. Sic Cic. in Piſon. dixit *frontis nubeculam.* 178 Præ ſe fert ſimilitudinem hominis minimè aperti, ſuamqve ſententiam ſubdolè occultantis. 179 Moroſi, inhumani. 180 Philoſophos, qvi de vita humana ſecundùm virtutem rectè adminiſtranda præceperunt. 181 Sine moleſtia, tranqvillè. 182 Vitæ humanæ. 183 Semper egens, *vel*, qvæ avaros ſemper egentes facit. Meton. effe. 184 Cupiditas opum, id eſt, avaritia. Meton. cauſæ. 185 Anaphora. 186 Metus paupertatis, id eſt, ne opes amittas. 187 Externorum bonorum ſive bonorum fortunæ utcunqve utilium, & qvæ (ut ait Ter. Heaut) *perinde ſunt ut illius animus, qvi ea poſſidet: Qvi uti ſcit, ei bona: illi, qvi non utitur rectè, mala,* te ſemper ſollicitet & diſcruciet. 188 Deinde illud à doctis & Philoſophis percunctaberis, utrùm doctrina, an verò natura virtutem homini comparet. 189 *Paret & donet* ſimiliter ſonant in clauſulis membrorum per Epiſtrophen. 190 Anaphora. 191 Tollat, pellat. 192 Qvid faciat te jucundè vivere. 193 Qvid hominis vitam & animum verè & ſincerè tranqvillum reddat. Metaphora eſt à ſedatione tempeſtatis marinæ; unde ſæpè mare, flumen, tempus, cœlum tranqvillum, pro placido, qvieto, ſereno. 194 Officia politica, an parvum lucrum, id eſt, divitiæ.

195 *An*

195 *An ſecretum iter*, & 196 *fallentis ſemita vitæ.*
Me qvoties 197 *reficit gelidus* 198 *Digentia rivus,*
Qvem 199 *Mandela bibit, rugoſus frigore pagus,*
Qvid 200 *ſentire putas? qvid credis* 201 *amice* 202 *precari?*
203 *Sit mihi, qvod nunc eſt,* 204 *etiam minus;* 205 *ut mihi vivam*
Qvod ſupereſt ævi, 206 *ſiqvid ſupereſſe volunt Dî:*
207 *Sit bona* 208 *librorum* & 209 *proviſæ frugis in annum*
Copia: ne 210 *fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ.*
211 *Sed ſatis eſt orare Iovem, qvi* 212 *donat, & aufert,*

195 An privata vita. Alleg. eſt à viatoribus, qvi ſæpè clam ingrediuntur viam paucis cognitam, ut fallant latrones, ut tutò perveniant, qvò animus petebat, ad ſignificandum occultum genus vitæ, & paucis notum, ideòqve ab omni injuria magis liberum. 196 Obſcuræ & incognitæ, id eſt, illud vitæ humanæ genus à ſtrepitu populari, & aulis principum remotum. 197 Animum meum recreat. 198 *Digentia* rivus eſt per agrum Horatii fluens. 199 Cujus Digentiæ aqvam ruſtici viventes in Mandela, pago in Sabinis, frigore contracti, bibunt. 200 Me judicare, exiſtimare. 201 Lolli. 202 Me optare, εὔχεσθαι, ſive Deos orare. 203 Sc. ut illud, qvod nunc habeo, ſervem. 204 Qvàm jam eſt, mihi ſit. 205 Et ut vivam meo, non potentiorum, arbitratu. 206 Si qvid mihi vivendum reſtat. 207 Ut ſit mihi. 208 Qvibus ſapientiæ ſtudiis invigilare poſſim. 209 Collectæ frugis, unde vitam ſuſtentare poſſim. 210 Ne tanqvam incertus horæ incertæ (qvâ nihil incertius, mortis ſc.) pendeam, qvi futura non ſperet, ſed præſentibus utatur. Metaphora eſt à navi tempeſtate agitatâ. 211 Epanorthoſis ſive correctio tot votorum. 212 Omnia.

213 Det vitam, det opes : 214 æqvum mî animum ipſe parabo.

213 Ut mihi vitam largiatur, & bona externa. Anaphora. 214 Animum moderatum & præſentibus contentum ipſe mihi comparabo. Qvaſi verò id qviſqvam ſine divino beneficio facere poſſit. Sed ex Stoicorum ſententia loqvitur.

Epiſt. XIX.

Ad MÆCENATEM.

Pravum qvorundam in imitandis Poëtarum vitiis potiùs, qvàm virtutibus, ſtudium reprehendit. Imitatores vocans ſervum pecus, ſe contrà veſtigiis aliorum inſiſtere voluiſſe negat: Deinde rationem reddit, cur ii, qvi librorum ejus lectione domi delectarentur, eoſqve laudarent, foris eos vituperarent.

1 PRiſco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino,
Nulla 2 placere diu, nec 3 vivere carmina poſſunt,
Qvæ ſcribuntur 4 aqvæ potoribus : 5 ut malè 6 ſanos
7 Adſcripſit Liber Satyris Fauniſqve Poetas.
8 Vina ferè dulces oluerunt manè Camœnæ :

1. Veteri illi priſcæ Comœdiæ auctori, qvi adeò temulentus fuit, ut pelles, qvibus indormiebat, plerumq; perminxerit. 2 Probare hominibus præſentibus. 3 Diu ad poſteros durare, oculis hominum in manibus hominum verſari. Metaphora ab animatis ad inanimata. Sic Od. 2. l. 2. Vivet *extento Proculejus ævo*, id eſt, liberalitas Proculeji ſemper erit in ore hominum. 4 Qvæ conſcribuntur à ſobriis Poëtis, vinum non bibentibus: ut Od. 6. l. 1. *Scriberis Vario fortis*, &c. 5 Poſtqvàm ipſe Bacchus ebrioſorum & ruſticorum numinum numero, qvæ vino impensè delectantur, addidit & inſeruit. 6 Ebrietate furentes, intemperantes. Metaphora à corpore ad animum malè affectū & intemperantem. 7 Translatio vel à militia, vel à more civitatum, ubi novi vel milites vel cives propriè dicuntur adſcribi; unde *adſcriptitii cives* vocantur. 8 Dulces illorum

9 Lau-

9 Laudibus arguitur 10 vini vinoſus Homerus.
Ennius ipſe 11 pater nunqvam, niſi 12 potus, ad 13 arma
14 Proſiluit 15 dicenda; 16 Forum, 17 Putealqve Libonis
18 Mandabo ſiccis, 19 adimam cantare ſeveris.
Hoc ſimul 20 edixi, 21 non ceſſavêre Poetæ

Muſæ etiam matutino tempore ſobriæ non fuerunt. 9 Homerus convincitur ac declaratur ad vinum propenſus fuiſſe propter laudationem vini; vel eo, qvòd crebrò in operibus ſuis vinum laudavit. 10 Paronomaſia eſt, ubi vox, commutatis aliqvot litteris vel ſyllabis, commutatur qvoqve ſignificatione. 11 Primus Poëta Latinus, qvi bella verſibus egregia ſcripſit. 12 Ebrius, & vino calefactus. 13 Romanorum, id eſt, ad libros annalium de armis Romanorum ſcribendos. 14 Cum impetu ferebatur. Alleg. eſt è Metaphoris ab indictâ pugnâ, vel ab improvisâ hoſtium excurſione, contra qvos raptim & turbatè concurritur ad arma. 15 Carmine. 16 Res forenſes ſive cauſas & lites in foro tractari ſolitas, id eſt, ut ſe ſe ad cauſas agendas conferant, ut in tribunalibus verſentur. Eſt hîc primùm Proſopopœia, ubi Cratinus & Ennius, vel potiùs ipſe Horatius inducitur in ſuis verſibus tanqvam Poetarum prætor promulgans edictum, ne ſobrii Poeſin attingant: deinde Alleg. è duplici Metonymia ſubjectorum pro rebus ibi tractatis, litibus ac judiciis. 17 Locum ſive ſedem Prætoris â Libone in foro Romano collocatam. Vide Sat. 6. l. 2. 18 Committam ſobriis hominibus manè freqventandum. 19 Non concedam cantus ſive facultatem componendi carminis hominibus moroſis & ſeria ſtudia colentibus. 20 Poſtqvam, ſimulac Ennius vel Cratinus, tanqvam Prætor, verbis Prætoriis, qvaſi præcepit & clarè dixit, â Poëtica ad cauſas & judicia ſobrios eſſe abſtrahendos. Sumtum eſt â judicibus & magiſtratu. Alleg. *edixi* legunt, & ab Horatio illud edictum volunt, non autem à Cratino, multò minùs ab Ennio, qvippe cui edictum non conveniat, qvi jam ut teſtis auditus ſit. Al. *edixti*, & ad Mæcenatem illa omnia referunt, *Laudibus arguitur vini*, &c. 21 Ex eo tempore nunqvam

22 Ne-

22 *Nocturno certare mero*, 23 *putere diurno:*
Qvid? 24 *ſi qvis vultu torvo ferus*, & 25 *pede nudo*,
Exiguæqve togæ ſimulet 26 *textore Catonem*,
Virtutem-ne repræſentet moreſqve Catonis?
27 *Rupit Hyarbitam* 28 *Timagenis æmula* 29 *lingua*,
Dum 30 *ſtudet urbanus, tenditqve diſertus haberi.*
* *Decipit exemplar vitiis imitabile. Qvòd ſi*

ſobrii fuerunt Poëtæ noſtrates. 22 Certatim cum æqvalibus totam noctem potare. 23 Et diurno tempore è nocturnâ crapulâ vina olere, & vinolentum halitum ſpirare. 24 Si qvis imitetur torvum Catonis Uticenſis vultum, (id eſt, gravis & ſeverus incederet) & nuditatem pedum, & anguſtæ togæ texturam, ille-ne ob id vitam ſanctiſſimam Catonis illiuſqve mores imitabitur? De hoc lege Plutar. in ipſius vitâ. 25 Cato in publicum ſine calceis prodibat. 26 Textâ togâ, vel texturâ togæ. Meton. effic. pro effe. ut ſuprà Ep. 1. *Si curtatus inæqvali* tonſore *capillos Occurri*, id eſt, tonſurâ. 27 Lingva Hyarbitæ Mauri, qvæ æmula fuit Timagenis, id eſt, dùm Timagenis Rhetoris eloqventiam, inter pocula poſt convivia declamantis, imitari conatur, dirupit, id eſt, exitio dedit, perdidit Hyarbitam, dùm nimium clamando Timagenis eloqventiam æmulatur. Cic. Epiſt. ad Marium l. 7: *His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, ne fortè videar tibi non modò beatus, ſed nec liber omninò fuiſſe*, dirupi *panè me in judicio Galli Caninii familiaris tui*: ex qvo *dirupti* appellantur. 28 Timagenis eloqventiæ. Meton. ſubj. 29 Vox vehementiſſimæ contentionis, qvâ ipſe Hyarbitas uſus eſt in exprimendâ Timagenis eloqventiâ. Meton. effic. 30 Et dum conatur, & contendit Timagenis ſimilis & facundus haberi. * Plerumqve magni viri exemplar, qvod omnibus debet eſſe imitabile, in qvo virtutes cum qvibuſdam vitiis conjunctæ ſunt, vitiis decipit, inqve illo ſe citiùs vitia, qvàm virtutes ad imitationem offerunt, & ſic imi-

31 Pal-

31 Pallerem caſu,biberent 32 exſangue cuminum.
33 O imitatores,34 ſervum pecus, 35 ut mihi 36 ſæpè
37 Bilem,ſæpè 38 jocum veſtri movére 39 tumultus!
40 Libera per vacuum poſui 41 veſtigia 42 Princeps,
Non aliena meo preſſi pede: 43 qvi ſibi fidet,

tator plerumq; inducitur, ut, virtutibus omiſſis, vitia ſectetur. 31 Si ego (inqvit Horatius) moribus exemplum imitabile me exhiberem, & interim præter ſolitum pallerem morbo vel ſtudio, mei imitatores ſtulti biberent cuminum, qvod eos redderet exangues, id eſt, pallidos, id eſt, vitium mei corporis pallorem imitarentur. 32 Meton. eſſe. 33 O potulentos Poëtas, vitiorum potiùs, qvàm virtutis Poeticæ imitatores, aliorum vile mancipium, ventri ſervientes tanqvam beſtiæ ſerviles. Exclamatio ſuccenſentis hujuſmodi ingeniis. 34 Metaph. Sic loqvitur Lucan. l. 6. *O famuli turpes*, ſervum pecus! utrobiqve *ſervum* adjectivum eſt: ut apud Cic. Agr. 2. *prœlia ſerva*, qvibus *libera* opponuntur. 35 Qvàm ſæpè. Sic Epiſt. 2. *Ut gaudet!* 36 Anadiploſis. 37 Iracundiam. 38 Riſum, id eſt, dum ab aliorum exemplis, ne in vitiis qvidem, vultis diſcedere, mox indignor, mox rideo. 39 Veſtri timores, veſtræ conturbationes. *Tumultus* enim eſt timor multus: ut ait Cic. Philip. 8. *Qvid eſt aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen dictum eſt tumultus.* 40 Ego Horatius neminem Latinorum imitatus ſum, ſed veſtigia mea nullius ſervitio devota per locum, à nemine antè occupatum, fixi, præcedentem non ſum ſecutus. 41 Alleg. eſt è Metaphoris à viatoribus, qvi primi per devia faciunt iter, & illic viam aliis dicuntur parare & monſtrare: ſic Horatius Princeps fuit, qvi ad Lyricam Poëſin aliis Latinis aditum munivit. 42 Primus. Sic Od. ult. l. 3. Princeps *Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.* Oſtendit ergò deinceps, qvantùm à ſervili illâ imitatione differat. 43 Qvi ſuo ingenio & virtuti confidit, non dubitabit aliis præeſſe ſeu præire.

Dux,

Dux reget 44 *examen.* 45 *Parios ego primus* 46 *Iambos*
Oſtendi 47 *Latio,* 48 *numeros animoſqve ſecutus*
Archilochi, non 49 *res & * 50 *agentia verba Lycamben.*
Ac, ne me 51 *foliis ideò brevioribus ornes,*
Qvòd timui mutare 52 *modos & carminis artem;*
53 *Temperat Archilochi Muſam pede* 54 *maſcula* 55 *Sappho,*

44 Metaph. à ſobole novarum apum, qvæ ſibi deligunt reges & ductores, ut è 4. Georg. cognoſci poteſt. Itaqve inter apes, qvæ magis, qvàm aliæ, viribus ſuis confidunt, cæteras regunt: qvàm fiduciam Horatius ſibi ſumit in Lyricis. 45 Inventos ab Archilocho, qvi fuit ex Paro inſulâ maris Ægæi. Meton. ſubj. loci pro indigenâ Archilocho. 46 Verſus Jambicos. Synecd. mem. pro integro. 47 Latinis hominibus, id eſt, primus inter Latinos Lyrica conſcripſi, Met. ſubj 48 Rhythmum vel metrum, elationemqve animi, vim & ſpiritus. 49 Materiam & res hoſtiles, qvales ille maledicentiſſimè tractavit. 50 Qvibus Lycamben ſocerum cum filiâ ad ſuſpendium adegit. 51 Laureæ coronæ, id eſt, ne mihi ideò minorem debito laudem tribuas, ô Mæcenas, vel parciùs laudes. *Laurus* enim & *hedera* Poëtarum præmia ſunt, pro laudis magnitudine largiùs benigniùsqve donanda. Duplex eſt tropus, prior eſt Synecd. gen. pro laureâ, id eſt, ramo lauri: poſterior eſt Meton. ſigni pro ſignatâ laude & honore. 52 Archilochii carminis. Synecd. gen. pro Jambicis & eorum compoſitione. 53 Metrum Archilochi (qvod nos imitamur) verſibus Alcæi & Sapphûs temperamus in carminum meorum libris. 54 Qvæ fuit animo forti & virili. Metaph. eſt à fortitudine virorum, qvæ hîc tribuitur mulieri, qvia ſe præſtitit virilem in ſtudiis virorum tractandis, magnisqve rebus ſuſcipiendis ac perficiendis. 55 Hæc vox, ut *Muſam* & *Alcæus*, Meton. continuatam habet effic. pro effectis verſibus

Temperat Alcæus; 56 ſed rebus & ordine diſpar;
Nec 57 ſocerum qværit, qvem verſibus 58 oblinat atris,
Nec ſponſæ laqveum 59 famoſo carmine nectit.
60 Hunc ego 61 non alio dictum prius ore, Latinis
62 Vulgavi fidicen; 63 juvat immemorata ferentem
Ingenuis oculisqve legi, manibusqve teneri.
64 Scire velis, mea cur 65 ingratus opuſcula lector

phicis, qvi mixti cum Jambicis faciunt genus carminis temperatum. 56 Sed argumento, materiâ & verſuum diſpoſitione apud me diſſimilis eſt, dum varia in Lyricis tracto, alioqve pedum ordine utor, variiſqve carminum generibus. 57 Nec Alcæus meus, ut Archilochus ille, qværit Lycamben verſibus maledicentiſſimis excarnificandum, patrem Neobules, qvæ fuit deſponſata Archilocho, & poſteà denegata: unde hic juſtâ incenſus irâ diros evomuit Jambos in utrumqve. Synecd. gen. 58 Verſibus maledicis & infauſtis polluat & dedecoret. Metaph. à liqvidis & humidis, qvibus corpora polluuntur, ad notam infamiæ alteri inurendam. 59 Nec ille carmine maledico atqve infamante aliqvem ſponſæ alicui laqveum collo adnectit, ut ille Neobulen, Lycambes filiam, ſibi deſponſatam uxorem, & dein à patre negatam carmine ad laqveum compulit. Meton. effe. 60 Archilochum, id eſt, verſus ab Archilocho tactos, qvos nemo ante Horatiũ fecerat Latinos. Meton. effic. 61 Non ab alio ore Latini Poëtæ ante me dictum. 62 Ego divulgavi & Latinis verſibus expreſſi, exiſtens fidicen, id eſt, Poëta Lyricus. 63 Juvat me Horatium, dum nunqvam ante me ab alio ex Latinis dicta profero, carmina mea ingenuorum hominum oculis legi & manibus teri, 64 Si ſcire velis. προκατάληψις, cùm non ſcribat carmen maledicum, cur in publicum non laudetur, nec populi manibus teratur. 65 Malevolus, dum meritam laudem mihi non retribuit.

Laudet

Laudet ametqve 66 domi, 67 premat 68 extra limen iniqvus?
69 Non ego 70 ventoſæ plebis 71 ſuffragia 72 venor,
73 Impenſis cœnarum, & tritæ munere veſtis:
Non ego, nobilium ſcriptorum 74 auditor & ultor,
Grammaticas 75 ãbire tribus & 76 pulpita dignor
77 Hinc illæ lachrymæ. 78 Spiſſis indigna 79 theatris

66 Privatim. 67 Sed foris in publico, & in cœtu hominum tanqvam inimicus (dum ſine præmio laudanda laudare non vult) vituperet, ſeqve illis delectari diſſimulet. 68 Extra domum. Synecd.part. 69 Ut ſolent indocti Poëtæ. 70 Inconſtantis & mobilis. Hic tropus Ep. 8. notatus eſt: *Romæ Tibur amem* ventoſus, *Tibure Romam.* 71 Favorem aut laudem. 72 Comparare ſtudeo, capto. Metaph. à venatoribus, qvi laborem ſub dio ferunt, pernoctant in nive. 73 Sumtuoſis conviviis. 74 Qvi audio ſcripta nobilium Poëtarum & caſtigo & emendo, dum mea illis recito. 75 Grammaticorum multitudinem in ſcholis ſollicitare ac prenſare, ut in ſcholis carmina mea laudent, pueriſqve prælegant: Alleg. eſt è continuatis Metaph. à petentibus magiſtratum, qvi vicatim & viritim gratiam à laturis ſuffragia captant ambitioſè, & aucupantur multitudinis favorem diligenti prenſatione. 76 Auditoria, in qvibus recitentur à Grammaticis mea ſcripta. Pars pro toto. *Pulpitum* enim propriè ſuggeſtum ſignificat, id eſt, locum editum; unde autorum ſcripta recitabantur. Al. pro magiſtris exponunt, qvi in ſublimi præſident cæteris. 77 Ex hac cauſâ indignatio apud Grammaticos exoritur, meaqve carmina contemnunt, qvòd illos nullis muneribus ornare ſoleam. 78 Ordo eſt: Si dixi, pudet *me* recitare ſcripta *mea*, qvæ indigna ſunt theatris ſpiſſis, id eſt, hominum multitudine plenis, & addere nugis *meis* pondus: rides, ait *aliqvis invidus.* 79 Meton. è ſubj. pro freqventi conventu ſpectatorum & doctorum virorum audientium.

Scripta pudet recitare , & nugis addere 80 *pondus,*
Si dixi: 81 *Rides , ait ,* & 82 *Iovis auribus iſta*
Servas: 83 *fidis e im manare Poetica* 84 *mella*
Te ſolum. 85 *tibi pulcher.* 86 *Ad hæc ego naribus uti*
Formido: &, 87 *luctantis acuto ne ſecer ungui,*
Diſplicet iſte 88 *locus, clamo,* & 89 *diludia poſco.*
90 *Ludus enim genuit* 91 *trepidum certamen* & 92 *irã,*

80 Et nugas meas tanqvam res qvantivis pretii venditare. Sumtum à libripendibus, qvi dum pecuniam, vel res alias venales penſant tacito motu trutinæ, levibus gravitatem, contrà gravibus levitatem ex ipſorum uſu inducere ſolent. 81 O Horati, tu nos irrides, cùm ais ſcripta tua indigna theatris eſſe, reſpondet aliqvis mihi. Brevis acceſſus ad Proſopopœiam cujuſdam, qvem Poëta facit loqventem. 82 Auguſti, Jovis noſtri, id eſt, tua ſcripta vis ab uno Auguſto legi atqve audiri, ac proinde nos ſcriptis tuis audiendis indignos judicas. Metaph. eſt, qvâ nomen maximi Deorum tribuitur homini. Virg. Ecl. 1. Deus *nobis hac otia fecit* , ad Auguſtum indicandum, qvi pro Deo ubiqve habetur. 83 Confidis enim te ſolum Poëtica mella inſtillare & infundere auribus Auguſti, id eſt, de te ſolo verſus qvovis melle dulciores profluere. 84 Metaph. eſt ad bonitatem carminis Horatiani commendandam. 85 Tuo judicio bonus Poëta es de nobis aliis nihil laboras. 86 Ad hæc verba reprehenſoris mei ſuperbiam mihi exprobrantia vereor irridere qvæ dixit. Narium inflexio irridentium geſtus eſt. 87 Mecum contendentis ungvibus dilacerer. Sumtum hoc eſt à lucta, ubi luctatores ſeſe unguibus lacerant, ad eos, qvi invicem ſua ſcripta recitant, aut inter ſe committuntur. 88 Iſtud theatrum, in qvo carmina mea palàm recitentur, mihi diſplicet. Synecd. gen. 89 Intermiſſionem digladiandi, id eſt, ſpatium emendandi carmina, & reſpondendi dilationem peto. Metaph. a ludorum dilatione gladiatoribus conceſsâ. 90 Poëtarum contentio. 91 In qvo trepidant ii, qvi certamen ineunt. Meton. effe. 92 Du-

Ira

Ira 93 truces inimicitias, & 94 funebre bellum.

plex eſt hîc dictionis figura, Polyptoton & Climax. 93 Horribiles & lævas. 94 Lamentabile, efficiens multas cædes, & dans funera. Meton. eſſe. Sic Od. 21. l. 1. dixit *bellum lachrymoſum*, id eſt, qvod lachrymas exprimit.

Epiſt. XX.

Ad LIBRUM SUUM.

Librum ſuum compellat in lucem prodire cupientem, à qvo eum, propoſitis, qvæ impendent, periculis, deterrere conatur. De ſuo genere, vita & moribus, nec non de corporis ſtatura & ætate qvædam refert, qvæ ab eo narrari velit.

1 *Vertumnum Ianumqve, liber, ſpectare videris:*
Scilicet 2 ut proſtes 3 Soſiorum 4 pumice mundus.

1 O Liber, tu videris mihi oculos tuos torqvere ad Vertumni Janiqve templa & fora, id eſt, tu geſtis in publicum prodire. *Vertumnus* & *Janus* Dii ſunt, qvi præſunt rebus vendentium & ementium, ante qvorum templa vel ſtatuas erant loca, in qvibus cum cæteris rebus, libri etiam venales erant librariorum columnis affixi. Tota Epiſtola eſt è perpetuis Metaphoris cum interjectu paſſim aliorum troporum, ideòqve Allegorica. Nam primùm libro, qvi eſt res inanimata, tribuitur motus, ſenſus, judicium, voluntas, &c. Deinde nomina Deorum per Meton. & templorum adjunctorum ſignificant ſubjectos vicos, ubi libri & aliæ merces vendebantur. 2 Ut ibi venum exponaris. Metaphora à proſtitutis mulieribus, qvæ meretricio qvæſtu primis qvibusqve ſcortatoribus ſui faciunt copiam impudicè. 3 Fratrum bibliopolarum, id eſt, bibliopolarum & mercatorum, qvi libros venales expolire ſolent. Synecd. ſpec. *Soſii* fuerunt duo fratres Romæ bibliopolæ, & librarii ſcriptores. 4 Lapide cavernoſo, qvo libri læ-

Odiſti 5 claves, & grata 6 ſigilla 7 pudico:
Paucis oſtendi 8 gemis, & 9 communia laudas.
10 Non ita nutritus: 11 fuge, qvò diſcedere 12 geſtis.
Non erit 13 emiſſo reditus tibi. Qvid 14 miſer egi?
Qvid volui? dices, ubi qvis te 15 læſerit: & ſcis
16 In breve te cogi, 17 cùm plenus langvet amator.
Qvòd ſi non 18 odio peccantis deſipit 19 augur,
Charus eris 20 Romæ, 21 donec te deſerat 22 ætas.

vigantur, ornatus. 5 Qvibus arcis includaris, id eſt, non vis domi contineri, ſed in publicum prodire. Meton. cauſæ inſtrumentalis pro incluſione. Hæc qvoqve ab hominibus ſumta ſunt, *odium*, *gemitus*, *laus*, *gaudium*, & ad librum translata. 6 Qvibus conſignatus ad certos tantùm mittaris. 7 Libro verecundo. 8 Doles & qvereris te à paucis lectoribus legi. 9 Conventûs theatri publicos. 10 Qvi tamen non eum in finem elaboratus & à me conſcriptus, vel expolitus, ut in omnium manus pervenire poſſis. Metaph. eſt à nutricibus infantum. 11 Illum locum devita. Permiſſio eſt invidioſa. 12 Cupis. Sic de Art. geſtit *paribus colludere*. 13 Cùm ſemel emiſſus & in lucem editus fueris, non licebit tibi ad me reverti. Sic de Art. *Qvis tamen exiguos Elegos emiſerit auctor*. Sumtum videtur à captivis, qvi propriè dicuntur emitti è carcere 14 Brevis eſt Proſopopœia, qvæ inducit librum editionis jam factæ pœnitentem, & qværelas κατὰ τὴν συμπλοκὴν effundentem. 15 Reprehenderit. 16 Complicari, id eſt, contemni & abjici. Volumina, qvibus utebantur veteres, niſi explicarentur atqve evolverentur, legi non poterant. 17 Cùm lector tui videndi anteà cupidus, eſt langvidus & legendo defeſſus. 18 Dum nimiâ irâ ob peccatum tuum impeditus vera fortè vaticinari neqvit. 19 Horatius, ut vates, futura prædicturus, non oberrat. Synecd. gen. 20 Tamdiu placebis Romanis civibus lectoribus. Meton. ſubj. 21 Dum novus eris: nova enim vulgò placere ſolent, vetera non item. 22 Juventus. Synecd. gen.

Con-

Contrectatus ubi manibus ſordeſcere vulgi
Cœperis; aut 23 *tineas paſces* 24 *taciturnus inertes,*
Aut 25 *fugies Vticam, aut* 26 *vinctus mitteris* 27 *Ilerdam:*
Ridebit 28 *monitor non exauditus:* 29 *ut ille,*
Qvi 30 *malè parentem in rupes protruſit aſellum*
Iratus. 31 *Qvis enim* 32 *invitum ſervare laboret?*
33 *Hoc qvoqve te manet, ut pueros* 34 *elementa docentem*
Occupet extremis in 35 *vicis balba* 36 *ſenectus.*
37 *Cùm tibi Sol tepidus plures admoverit* 38 *aures,*
39 *Me libertino natum patre, &* 40 *in tenui re*
Majores 41 *pennas nido extendiſſe loqvêris,*

23 Qvæ te corrodent. 24 Qvia à nemine legêris. 25 Exulabis. Eſt *Utica* urbs Africæ. 26 Fient ex te epiſtolarum integumenta. Solebant veteres aliâ chartâ ſuas epiſtolas operire. 27 Hiſpaniæ civitatem. 28 Horatius tuus, qvi, ne prodires, fideliter monuit, à te non exauditus, te ridebit, nec tecum dolebit. Synecd. gen. 29 Periphraſis eſt agaſonis. 30 Benè ducenti ſibi non obtemperantem præcipitem dedit, deturbavit: ita te qvoqve abjiciet. 31 Nam: *Invitum qvi ſervat, idem facit occidenti.* 32 Librum ſuæ ſaluti infenſum. 33 Hoc qvoqve periculum te exſpectat, tibiqve eventurum eſt. 34 Qvi pueros literas docebis. 35 Urbis. 36 Ut ſenes pædagogi ætate balbutientes tractent te, tuoſqve verſus pueris proponant. Meton. adj. 37 Cùm meridies, qvo tempore Solis calor invaleſcit, plures auditores calore ſuo tibi attribuerit, ut ita à multis audiaris. 38 Auditorum. 39 Loqvêris, id eſt, dices me ex obſcurâ familiâ ortum eſſe: ut Sat. 6. l. 1. *Nunc ad me redeo libertino patre natum.* 40 In anguſtâ & parvâ re familiari. 41 Pennas meas majores, qvàm nidus meus fuit, extendiſſe, id eſt, vitam fortunaſqve meas ultra familiam genuſqve ſuſtuliſſe, ita ut virtu-

Ut qvantum 42 generi 43 demas, virtutibus addas.
Me 44 primis Urbis belli placuiſſe domiqve,
45 Corporis exigui, 46 præcanum, 47 Solibus aptum,
48 Iraſci celerem, tamen ut placabilis eſſem.
Fortè meum ſi qvis te percunctabitur 49 ævum,
Me qvater undenos ſciat impleviſſe 50 Decembres,
Collegam Lepidum qvo 51 duxit Lollius 52 anno.

te & ingenio humilitatem generis mei illuſtrârim. Alleg. ab avibus, qvæ ſolent adeò excreſcere, ut eas nidus, à parentibus exſtructus, capere non poſſit, ad oſtendendum, qvantam Horatius ad natales ſuos attulerit dignitatis acceſſionem. 42 Natalibus meis. 43 Epiſtrophe. 44 Dicet me principibus urbis Romæ, Auguſto, Mæcenati, Pollioni, &c. in militiâ & in pace placuiſſe. 45 Staturæ brevis. 46 Canum ante tempus. 47 Solis calore gaudentem, illumqve facilè ſvaviterqve ferentem. Meton. cauſæ. 48 Ad iraſcendum, id eſt, iracundum, ita tamen ut ſim facilè placandus. 49 Meos ætatis annos. 50 Annos qvater undenos, id eſt, efficientes qvatuor & qvadraginta. Synecd. part. 51 In conſulatu habuit. 52 Eo anno.

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARUM LIBER SECUNDUS.

Epiſt. I.

Ad AUGUSTUM.

Qveritur de pravo Romanorum ſuæ ætatis judicio, poëmata è vetuſtate æſtimantium, & nova, non ob aliud, qvàm qvòd nova eſſent, faſtidientium: cùm tamen multa ſint in vete-

veteribus Poëtis reprehenſione digna. Poëticæ ſtudium non multis antè ſeculis Romæ coli cœptum eſſe dicit: & fatetur qvidem, non minùs indoctos, qvā doctos poëmata ſcribere: ſed aliqva commoda hunc illorum errorem conſeqvi, atqve adeò, qvaleſcunq; ſint, illo ſuo Poëticæ ſtudio ipſi Reipublicæ utiles eſſe oſtendit. Poëſin initio rudem, non niſi ſerò ex Græcorum lectione expoliri cœpiſſe ait, cùm Græcia capta cæteras etiam artes agreſti Latio intulit. Vulgi de Comœdiâ, tanqvam opere minimè laborioſo, judicium reprehendit: & qvæ à ſcribendis fabulis multos deterreant, exponit. Poſtremò de Poëtis illis agit, qvi non ſpectatoribus ſcribunt, ſed lectoribus: & Auguſtum, ad calcar illis addendum, hortatur, ejus de Virgilio & Vario judicium laudans.

1 *Cum tot* 2 *ſuſtineas & tanta negotia* 3 *ſolus;*
4 Res Italas armis 5 *tuteris; moribus ornes;*
7 *Legibus emendes;* 8 *in publica commoda peccem,*
9 *Si longo ſermone morer* 10 *tua tempora,* 11 *Cæſar.*

1 Cùm tantam imperii molem in terrarum orbis adminiſtratione ſuſtineas. Exorditur à deprecatione brevitatis epiſtolæ, captans Auguſti benevolentiam à negotiorum magnitudine, qvæ non patitur eum prolixis ſcriptis legendis operam dare. 2 Sumtum à gerulis, vel adminiculis rerum caducarum; ut apud Cic. humeris Remp. ſuſtinere, ad magnitudinem muneris Auguſti indicandam. 3 Per partes enim, id eſt, per diverſas factiones, eò jam ventum erat, ut neceſſe eſſet Reip. per unum conſuli. Mortuo igitur Lepido, & victo apud Actium Antonio, conſtituto Auguſti Cæſaris principatu, hæc ſcripſit Horatius. 4 Imperium & dignitatem Romanam. 5 Defendas. 6 Bonis inſtitutis decores. 7 Metu pœnæ corrigas, qvæ ex legibus infertur. 8 Contra Reip. utilitatem delinqvam. 9 Si verboſâ aliqvâ epiſtola diu detineam. 10 Tuas res atqve negotia certo tempore adminiſtranda & conficienda. Meton. adj. 11 Auguſte. Synecd. gen.

12 *Romulus, & 13 Liber pater, & cum 14 Caſtore 15 Pollux,*
16 *Poſt ingentia facta, Deorum in templa recepti,*
17 *Dum terras hominumq; colunt genus, aſpera bella*
18 *Componunt, 19 agros aſſignant: oppida condunt,*
20 *Ploravêre ſuis 21 non reſpondere favorem*
Speratum meritis: diram 22 qvi contudit hydram,
23 *Notaqve 24 fatali 25 portenta labore 26 ſubegit,*
27 *Comperit invidiam 28 ſupremo fine domari.*
29 *Urit enim fulgore ſuo, qvi prægravat 30 artes*
Infra ſe poſitas: 31 exſtinctus amabitur idem.

12 Romani nominis pater, & urbis fundator, qvi poſt mortem demùm Qvirinus dictus & Deus habitus eſt. 13 Bacchus, qvi animum curis liberat, Jovis Semeleſqve filius. 14 Fratre. 15 Jovis Lædæqve filius, optimè de mortalibus meritus. 16 Poſt res fortiſſimè geſtas, id eſt, poſt finem vitæ inter Deos in cœlum relati ſunt. 17 Dum in terrâ vivunt inter homines. 18 Inter homines finiunt, ſedant, id eſt, dum pacem inter homines conciliant. 19 Dum ſuum cuiqve aſſignant. 20 Qveſti ſunt. 21 Eum favorem, qvem à populo ſperaverant, non eſſe ſuis in eum meritis parem. Virg. Georg. I. *Illa ſeges demum votis* reſpondet *avari Agricolæ*, id eſt, convenit & par eſt votis agricolæ. 22 Hercules, Jovis & Alcmenæ filius, qvi diram hydram in Lernâ palude clavâ ſuâ interemit. Synecd. periphraſis. 23 In mundo. 24 A Deâ Junone imperato, cui deſtinatus erat fatis Deorum. 25 Monſtra. 26 Profligavit. 27 Cognovit. 28 Morte ipsâ ſive poſt fata qvieſcere. Ovid. *Paſcitur in vivis livor, poſt fata qvieſcit.* Synecd. gen. In rebus enim humanis varii ſunt fines ſupremi. 29 Ille enim, qvi artifices ſe inferiores præclarioribus artibus onerat & opprimit, alios ſuâ virtute ad invidiam accendit & dolore afficit, ut nimius Solis æſtus ſubjecta corpora. Hinc livor in viventibus. Alleg. è Metaphoris. 30 Artifices minùs peritos. Meto. adj. 31 Verùm idem, ubi

32 *Præ-*

32 Præſenti tibi 33 maturos largimur honores,
34 Iurandasqve tuum per nomen ponimus aras,
35 Nil oriturum aliàs, 36 nil ortum tale fatentes.
Sed 37 tuus hic populus, ſapiens & 38 juſtus in uno,
Te 39 noſtris ducibus, 40 te Grajis anteferendo,
41 Cætera neqvaqvam ſimili ratione modoqve
Æſtimat; &, 42 niſi qvæ terris ſemota, 43 ſuiſqve
Temporibus defuncta videt, 44 faſtidit & odit.
45 Sic fautor veterum, ut 46 tabulas peccare vetantes,
47 Qvas bis qvinq; viri ſanxerunt: fœdera 48 regũ
49 Vel Gabiis, vel cum rigidis æqvata Sabinis;

mortuus fuerit, tùm demùm ab omnibus coletur. Metaph. 32 Tibi verò Auguſte Cæſar, viventi. Sic Od. 5. l. 3. *præſens Divus habebitur Auguſtus, adjectis Britannis imperio, gravibusqve Perſis.* 33 Tempeſtivos Deorum honores, qvos alii poſt mortem demùm conſecuti ſunt te vivo, ante mortem tuam, qvâ illi honores tui qvaſi matureſcerent, decernimus. Metaph. à fructibus, qvi tempeſtivè percipiuntur & conduntur: nec eorum carpturâ differtur, dùm flacceſcant. 34 Araſq; in honorem nominis tui erigimus, ad qvas per tuum tanqvam Dei nomen juraturi ſumus. 35 Nullum talem, qvalis tu es. 36 Anaphora. 37 Romanus. 38 Juſtus eſt in hac re æſtimator. 39 Romulo, Numæ, aliisqve regibus. 40 Dum te Herculi, Caſtori, Polluci, Baccho, aliiſqve Græcis ducibus præponit, dum tibi viventi digna perſolvit, qvæ aliis demum poſt mortem. Anaphora. 41 De cæteris rebus non rectè judicat: nam veteres Poëtas ob ſolam vetuſtatem novis anteponi. 42 Niſi mortua & à terris abſtracta, id eſt, Poëtas mortuos. 43 Et qvæ præterierunt. 44 Aſpernatur & averſatur. 45 Ita favens veterum ſcriptis, ut dictitet Albano, &c. 46 Leges, jus Romanum continentes, inſcriptas in 12. tabulis. Meton. ſubj. 47 Qvas Decemviri confirmârunt. 48 Romanorum. 49 Qvæ vel Tarqvinio Superbo Rege

50 *Pon-*

50 Pontificum libros: 51 annoſa volumina vatum,
Dictitet Albano 52 Muſas in monte locutas.
53 Si, qvia Græcorum ſunt antiqviſſima qvæqve
Scripta, vel optima, Romani 54 penſantur eâdem
Scriptores trutinâ: non eſt, 55 qvòd multa loqvamur;
56 Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.
57 Venimus ad ſummum fortunæ; 58 pingimus, atq;
59 Pſallimus, & luctamur Achivis doctiùs 60 unctis.
*Si meliora * dies, ut vina, Poëmata reddit,*

cum Gabiis, vel cum duris & pertinacibus Sabinis, diuturna bella cum Romanis gerentibus, juſtis conditionibus icta & compoſita ſunt. 50 A Numa de ſacrificiis ſcriptos, id eſt, jura Pontificia. Meton. ſubj. 51 Antiqviſſima Poëtarum carmina. 52 A Muſarum ore fluxiſſe, ac proinde non hominum opera eſſe. 53 Si, qvia inter ſcripta Græcorum antiqviſſima qvæqve etiam ſunt optima, idcircò Romani Scriptores, qvò antiqviores erunt, eò meliores habebuntur, &c. 54 Eâdem ratione æſtimandi & judicandi ſint. Metaph. à rebus, qvæ ponderantur, ad earum valorem pernoſcendum. 55 Cur hiſce abſurdiſſimis refellendis multum verborum inſumamus. Virg. Ecl. 3. *nihil eſt*, qvòd *pocula laudes.* 56 Idem enim eſt ac ſi dicerem; Intra oleam arborem ſub cortice nihil eſt duri, neqve nucis putamen ligneum eſt durum: tùm enim perſpicuè vera negarem, & perſpicuè falſa aſſererem. Nihil enim certius, qvàm intra oleam os eſſe, nihil apertius, qvàm extra in nuce putamen durum eſſe. 57 Qvod perinde etiam eſſet, ac ſi dicerem; Nos Romani in ſummum fortunæ evaſimus, ut illa ampliùs qvidqvam nobis addere non poſſit. 58 Nos Romani. 59 Citharâ canimus, fidibus ſcimus. 60 Multò meliùs, qvàm ipſi Græci, qvi luctantes ungi ſolebant: quod non minùs abſurdum eſt illis ſuperioribus. Nos enim Romani ut in his artibus & certaminibus, ita in lingvis potiſſimùm à Græcis ſuperamur. * Vetuſtas temporis.

61 Sci-

61 Scire velim, 62 pretium chartis 63 quotus arroget annus.
Scriptor 64 abhinc annos centum qvi 65 decidit, inter
Perfectos veteresqve referri debet? an inter
66 Viles atqve novos? 67 excludat jurgia finis.
68 Eſt vetus atq́; probus, centum qvi perficit annos.
Qvid? 69 qvi deperiit minor uno menſe, vel anno,
Inter qvos referendus erit? veteres-ne Poetas?
70 An qvos & præſens & poſtera 71 reſpuet ætas?
72 Iſte qvidem veteres 73 interponetur honeſtè,
Qvi vel menſe brevi, vel toto eſt 74 junior anno.
75 Utor permiſſo, 76 caudæqve pilos ut eqvinæ

61 Ἀνακοίνωσις eſt & communicatio deliberantis de tempore neceſſario ad vetuſtatem Poëmatis aſſignandam. 62 Qvot anni autoritatem Poëtarum carminibus, id eſt, qvanto tempore carmen vetus laudabile & pretioſum ſit habendum, & hanc antiqvitatis laudem titulumqve conſeqvatur. 93 Vigeſimus, ſeptuageſimus, aut centeſimus. 64 Ante. 95 Deceſſit è vita, mortuus eſt. Hæc Metaphora à deciduis plantarum floribus ac foliis notata eſt Od. 7. l. 4. ad hunc verſiculum, *Nos ubi decidimus.* 66 Contemtos. 67 Definitio temporis & conſtitutus terminus omnem controverſiam de carminis antiqvitate & nobilitate dirimat. Reſponſio eſt. 68 Sc. hîc dices: Ille Poëta, qvem poſt mortem ſuam centum anni perficiunt & probatum reddunt, eſt vetus atqve laudabilis. 69 Qvi Poëta mortuus eſt minor, id eſt, junior uno menſe, id eſt, cui unus menſis, vel annus deeſt, qvò minùs ante centum annos mortuus ſit. 70 An inter novos, &c. 71 Ob novitatem rejiciet. 72 Poëta. Brevis Proſopopœia alterius reſpondentis ad ſecundam qvæſtionem. 73 Ponetur, refertur rectè inter probatos Poëtas. Apoſtrophe. 74 Centum annis. 75 Utor eo (inqvit Horatius) qvod mihi permittis, id eſt, hâc conceſſione, qvòd unus vel alter annus ad hanc antiqvitatem nihil momenti habeat. 76 Et ſicut ſi qvis eqvinæ caudæ

Pan-

Paulatim vello, 77 demo unum, 78 demo etiam unũ,
79 Dum cadat 80 eluſus ratione ruentis acervi,
Qvi redit 81 ad faſtos, & 82 virtutem æſtimat 83 annis,
84 Miraturqve nihil, niſi qvod 85 Libitina ſacravit.
86 Ennius, & 87 ſapiens, & 88 fortis, & alter 89 Homerus,

ſetas ſingulas paulatim extrahat, paulò pòſt totam caudam extrahet, ut nullus pilus ampliùs reſtet: ita etiam ego illum centum annorum numerum ſingulos annos paulatim ſubtrahendo, ſubduco. Alleg eſt è perpetuis Metaphoris, ſumtis ab apologo, qvo ſuos Sertorius milites docuit, ingenium in bello plus poſſe, qvàm vires, propoſitis binis eqvis habitus omninò contrarii, & binis hominibus planè etiam diſſimilis conſtitutionis, uter citiùs evulſiſſet pilos caudæ ſibi propoſitæ: homo macer & imbecillus arte & ingenii acumine caudam piloſam habitioris eqvi reddidit priùs glabram & depilem, qvàm alter homo obeſus & robuſtus caudam eqvi malè habiti: qvòd hic unâ vulſurâ id facere tentâſſet; ille verò variâ & multiplici paulatim & ſingulatim. 77 De toto aufero unum annum. 78 Donec nullus ampliùs annus remaneat. 79 Donec is, qvi Poëmatum bonitatem vetuſtate & annis metitur, ſe victum fateatur, &c. 80 Deceptus ratione, qvâ continuâ unitatis ſubductione acervus centum annorum paulatim ruit & ad nihilum redigitur. Cùm *acervum* dicit, manifeſtè alludit ad Syllogiſmi genus, qvod *Sorites* dicitur â Dialecticis: cùm aliqvid minutatim & gradatim additur aut demitur. 81 Ad libros annales, in qvibus Conſulum nomina ſingulorumqve annorum res geſtæ perſcribuntur. 82 Dignitatem & bonitatem carminis. 83 Annorum multitudine; non qvomodo, ſed qvando qvid ſcriptum ſit, curans. 84 Magni æſtimat, laudat. 85 Dea mortis morti addixit, id eſt, qvod mortuum eſt, id eſt, mortuos Poëtas. Meton. eſt effic. Deæ pro effecta morte. 86 Enumerat veteres Poëtas: qvorum Romæ familiam duxit Ennius. 87 Ob ingenii acumen. 88 Ob ingenii robur animoſus. 89 Qvippe cujus animam

Ut 90 Critici dicunt, 91 leviter curare videtur,
92 Qvò promiſſa cadant, & 93 ſomnia Pythagorea.
94 Nævius in manibus non eſt, & mentibus hæret
Penè recens: adeò 95 ſanctum eſt vetus omne Poëma:
96 Ambigitur qvoties 97 uter utro ſit prior: 98 aufert
Pacuvius docti famam ſenis: Accius 99 alti:
Dicitur Afranî 100 toga conveniſſe Menandro:
Plautus ad exemplar Siculi 101 properare Epicharmi:

ſeſe in ſomnis accepiſſe per Pythagoricam Metempſychoſin ſeu animarum traductionem videri volebat. 90 Grammatici, qvi de ſcriptoribus & ſcriptis judicant, ἀπὸ τοῦ κρίνειν, id eſt, *à judicando.* Talis fuit Ariſtarchus inter Græcos. 91 Parùm. 92 Qvorsùm magnæ ſuæ pollicitationes tendant, id eſt, tàm negligenter ſcribit, ut videatur oblitus eſſe, an aliud præſtet qvod promiſit, an verò non: ſc. nùm verè Poëmatis Homerici dignitatem ſuo carmine exprimat, an verò ab Homero ſuperetur. 93 Qvem ſucceſſum habeant Pythagorica illa ſomnia, qvibus ex opinione Pythagoræ videri voluit in ſomnis Homeri animam accepiſſe: ex qvo ſe optimum Poëtam extitiſſe, verſusqve Homericis ſimiles conſcribere: qvæ peramarè ridentur à Perſio Sat. 6. *Cur jubet hoc Ennî, poſtqvam deſtertuit eſſe Mæonides Qvintus pavone ex Pythagoreo.* Plus itaqve promittit, qvàm præſtat, *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* 94 Nævii, Poëtæ Campani, Ennio antiqvioris, opera non teruntur manibus hominum, ſed tota ediſcuntur, & in animo hominum & memoria hærent, qvaſi nova eſſe videantur. Meton. effic. 95 Honoratum eſt, & unicè amatur. 96 Inter homines doctos controverſia oritur. 97 Uter Poeta alteri Poetæ dignitate & excellentiâ carminis præferendus ſit. Polyptoton. 98 Obtinet, conſeqvitur laudem. 99 Sublimis & elati Poetæ. 100 Togata Comœdia Afranii Menandro Comico, ejuſqve Græcis palliatis fabulis ſimilis fuiſſe dicitur. Meton. adj. 101 Dicitur currere ad imitatio-

102 *Vim*

102 Vincere Cæcilius 103 gravitate, Terentius 104 arte.
105 Hos ediſcit, & hos 106 arcto ſtipata theatro
Spectat 107 Roma potens: habet hos numeratqve Poetas,
Ad noſtrum tempus 108 Livî ſcriptoris ab ævo.
Interdum vulgus 109 rectum videt, eſt, ubi peccat.
Si veteres ita miratur, laudatqve Poetas,
Ut 111 nihil anteferat, nihil illis comparet; 112 errat.
113 Si qvædam nimis 114 antiqvè, ſi pleraqve 115 durè
Dicere credat 116 eos, 117 ignavè multa fatetur:
Et 118 ſapit, & 119 mecum facit, & Jove judicat 120 æqvo.

nem & appropinqvare laudi Epicharmi Poëtæ Sicilienſis: *Vel*, dicitur non laboriosè, nec graviter, ſed humili ſtylo, jocoſo nugaciqve ſcribere ſuas Comœdias. Metaph. à viatoribus. 102 Dicitur alios Comicos vincere. 103 Rerum & verborum. 104 Carminis elegantiâ. 105 Vetuſtiſſimos Poetas, ſc. Nævium, Ennium, Pacuvium, Accium, Afranium, Plautum, Cæcilium, Terentium, id eſt, libros & Comœdias illorum memoriæ mandat. Meton. effic. 106 Clauſa & circumdata denſâ ſpectatorum freqventiâ. 107 Cives Romani. Meton. ſubj. loci. 108 Ab ætate Livii Andronici, Poetæ antiqviſſimi, qvi primus Comœdias ſcripſit. 109 Verum videt, & rectè judicat. 110 Eſt etiam interdum aliqvid, ubi erret. 111 Anaphora. 112 Non enim ſtatim qvod antiqvum eſt, bonum eſt. 113 Anaphora. 114 Imperitè, obſoletè, ἀρχαϊκῶς. 115 Nimis impolitè. Metaphora ab aſperitate corporum, & horrido lædenteqve illorum contactu, ad aures offenſas aſperitate compoſitionis 116 Veteres. 117 Si fatetur eos in carminibus ſuis multa minùs accuratè dicere. 118 Populus Romanus. 119 Idem, qvod ego, ſentit, & verè judicat. 120 Propitio, adprobante, id eſt, veriſſimè, æqviſſimè & integerrimè judicat.

121 *Non eqvidem inſector, 122 delendaqve carmina Livî*
Eſſe reor, memini 123 qvæ 124 plagoſum mihi parvo
125 *Orbilium 126 dictare: ſed 127 emendata videri,*
128 *Pulchraqve, & 129 exactis minimùm diſtantia, miror.*
130 *Inter qvæ verbum 131 emicuit ſi fortè 132 decorũ, &*
Si verſus paulò 133 concinnior unus & alter,
Injuſtè totum 134 ducit 135 venditqve poëma.
136 *Indignor qvidqvam reprehendi, non qvia 137 craſsè*
Compoſitum, 138 illepidè-ve 139 putetur, ſed qvia 140 nuper:

121 Certè ego Livii verſus non hoſtili more inſector. Procatalepſis objiciendæ invidiæ, qvâ commotus credebatur inſectari veteres Poëtas. 122 Abolenda. 123 Livii carmina. 124 Nimis ſævum in diſcipulos & durum, plagas ſuis diſcipulis infligere gaudentem. 125 Magiſtrum meum. 126 Explicare. 127 Sed hoc miror, illa pleriſqve videri abſoluta. 128 Et expolita. 129 Ab accuratiſſimis & perfectiſſimis poëmatibus minimùm differentia, & propemodùm his æqvalia. 130 Livii Andronici carmina. 131 Excelluit, eminuit. Ductum eſt ab aſtris: ſtellæ enim propriè dicuntur micare, & per intervalla reſplendere. 132 Venuſtè poſitum. 133 Elegantior & venuſtior emicuit. 134 Auditori ſeu ſpectatori producit, oſtentat & jactat. 135 Laudat, qvaſi vendere vellet. Alleg. eſt à mercatoribus, qvi ſuis mercibus ſtatuunt pretium, eaſqve doloſè vendunt, aſſerentes eſſe probas, cùm non ſint tales & integræ. 136 Indignè ſeu ægrè fero. 137 Ruſticè, craſsâ Minervâ. 138 Sine lepôre 139 Sumtum eſt à purgatoribus arborum ad judicii puritatem. 140 Paulò ante compoſitum, id eſt, non doleo carmina contemni, qvia mala & indocta ſunt, ſed qvia nova.

141 Nec veniam antiqvis, ſed 142 honorem & præmia poſci.
143 Rectè, nec-ne, crocum floresq; perambulet Attæ
144 Fabula, ſi dubitem; clament 145 periiſſe pudorē
Cuncti penè 146 patres, ea cùm reprehendere coner,
Qvæ gravis 147 Æſopus, qvæ doctus 148 Roſcius 149 egit:
150 Vel qvia nil rectum, 151 niſi qvod placuit ſibi, 152 ducunt:
Vel qvia turpe putant 153 parêre minoribus, &, qvæ
154 Imberbes didicêre, 155 ſenes perdenda fateri.
Iam 156 Saliare Numæ carmē qvi laudat, & 157 illud,

141 Et indignor non ob vitia ſua veniam vetuſtiſſimis Poëtis dari, ſed, &c. 142 Tanqvam pro exactiſſimis poëmatibus. 143 Si dubitarem, utrùm meritò & cum laude, an verò non, fabula. Attæ, Poëtæ Comici, recitetur in ſcenâ croco & floribus conſperſâ. 144 Meton. ſubj. ad ſignificandos ipſius fabulæ actores & hiſtriones, qvi in eâ agendâ occupantur, & in ſcenâ, floribus ſtratâ, inambulant. 145 Me impudentem eſſe, qvi Attæ carmina in dubium vocare auſim. 146 Romani, qvi adeſſent. 147 Tragœdiarum actor. 148 Comœdiarum actor. 149 Populo Romano in theatris recitavit, exhibuit: undè dicuntur actores comœdi & tragœdi. 150 Anaphora. 151 Ut pleriqve ſenes ſolent, & ii, qvi malè judicant. Terentium enim hoc loco imitari videtur Horatius; *Homine imperito nunqvam qvidqvam injuſtius; Qvi, niſi qvod ipſe facit, nil rectum putat.* 152 Exiſtimant. 153 Concedere junioribus rectiùs ſentientibus. 154 Cùm adoleſcentes vel pueri adhùc eſſent. 155 Illa fateri, cùm jam ſenes ſint, eſſe negligenda & abjicienda. 156 Qvod Salii, Martis ſacerdotes, à Numâ Pompilio inſtitutum & factum, ſaliendo canebant. 157 Poëma vetuſtiſſimum & obſcuriſſimum,

158 Qvod

158 Qvod mecum ignorat, ſolus vult ſcire videri:
Ingeniis non ille favet plauditqve 159 ſepultis,
160 Noſtra ſed impugnat: nos 161 noſtraqve 162 lividus odit.
Qvòd ſi tàm 163 Græcis 164 novitas inviſa fuiſſet,
Qvã 165 nobis, qvid nunc eſſet vet9? aut qvid haberet,
Qvòd legeret 166 tereretq́; viritim publicus uſus?
Ut primùm 167 poſitis 168 nugari 169 Græcia bellis
Cœpit, & in vitium fortunâ 170 labier æqvâ:
171 Nunc 172 athletarum ſtudiis, nunc arſit eqvorum:
Marmoris, aut eboris 173 fabros, aut æris amavit:
174 Suſpendit pictâ vultum mentemqve tabellâ:
Nunc 175 tibicinibus, nunc eſt gaviſa Tragœdis:
176 Sub nutrice puella velut ſi luderet infans,

ſc. carmen Saliare. 158 Qvod mecum non intelligit. 159 Ante multos annos mortuis. 160 Sed ſcripta novorum Poëtarum oppugnat, nobiſq; adverſatur. 161 Carmina. 162 Tanqvam invidus adverſatur, eò, qvòd nova ſint. 163 Apud qvos tamen meritò novis præponuntur. 164 Nova viventium ſcripta odioſa fuiſſent. 165 Romanis. 166 Qvod per ſingulos viros legeret & in manibus verſaret? Certè nihil eſſet publicum: qvippe nihil vetus eſt, qvod non aliqvando fuerit. 167 Finitis. Oſtendit bonarum artium, qvæ oblectandi causâ inventæ ſunt, originem atqve incrementum: undè ſeqvitur, per ſe, non ab annis, illas cenſeri oportere. 168 Rebus ludicris & levibus operam dare. Translatio à loqventibus vana, & nihil agentibus. 169 Græci cœperunt. Meton. ſubj. 170 Prolabi per fortunam ſecundam. 171 Anaphora. 172 Palæſtritarum. 173 Artifices. 174 Tabulas pictas attentiſſimè ſpectavit in eaſqve ſtudium & cogitationem ſuam contulit. 175 Tibiâ canentibus, id eſt, comœdiis, ubi illi tibicines adhibentur. Meton. adj. 176 Veluti

Qvod cupidè petiit, 177 maturè plena reliqvit,
Qvid 178 placet, 179 aut odio eſt, 180 qvod non mutabile credas?
181 Hoc paces habuêre bonæ, 182 ventiqve ſecundi.
183 Romæ 184 dulce diu fuit, & 185 ſolenne, 186 recluſâ
187 Manè domo vigilare: clienti 188 promere jura:
189 Cautos nominibus certis expendere nummos:
190 Majores audire: 191 minori dicere, per qvæ
192 Creſcere res poſſet, minui 193 damnoſa libido.

ſi puella infans ſub nutrice varia puerilia tractaret. 177 Citò ſatiata reliqvit, & pueri inſtar ab uno ludo ad alium brevi temporis momento tranſiit. 178 Homini. 179 Aut diſplicet. 180 Nam jucundum nihil eſt, niſi qvod reficit varietas. 181 Talia, qvæ dixi, omnis generis exercitia, ludos & delitias. 182 Et proſperi fortunæ venti ſecum tulêre, id eſt, ex pace & rebus ſecundis nata eſt hæc in Græciâ artium varietas. Metaph. à proſperè navigantibus. 183 Hactenus de Græcis. Nunc Romanos qvidem ſeriùs ad res ludicras & ſcribendum appuliſſe animos ait: ut tamen, poſtqvam cœpiſſent, aliis non cederent. 184 Gratum. 185 Uſitatum. 186 Apertâ. 187 Matutino tempore forenſibus negotiis incumbere. Vide Sat. I. l. I. *Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.* 188 Conſulenti jura depromere, id eſt, proferre ex legibus & ſtatutis. Sumtum eſt à cellariis ac promis, qvi è cellis & arcis eſculenta & poculenta proferunt in uſum domeſticum, ad theſaurum animi eruditi, qvi ſemper aliqvid promit ſeu profert, qvod alios juvet. 189 Nummos per chirographum datos & creditos viris bonis & fide dignis, & locupletibus debitoribus exponere atqve elocare, & elocatæ pecuniæ acceptis pignoribus cavere. 190 Majorum & prudentium conſilia ſeqvi. 191 Minori conſilium dare, ac talia dicere, vel facienda vel omittenda. 192 Augeri poſſit res familiaris ſive facultates. 193 Exſecrabilis avaritia, qvâ nihil in

194 Mutavit mentem populus levis, & 195 calet uno
Scribendi ſtudio: pueri patreſqve ſeveri
196 Fronde comas vincti 197 cœnant, & 198 carmina
197 dictant.
199 Ipſe ego, qvi nullos me affirmo ſcribere verſus,
Invenior 200 Parthis mendacior, & 201 priùs orto
Sole, 202 vigil 203 calamum, & chartas, & 204 ſcrinia 205 poſco.
Navem 206 agere ignarus 207 navis timet: 208 abrotonum ægro
Non 209 audet, niſi qvi 210 didicit, dare. Qvod medicorum eſt,
Promittunt Medici: tractant 211 fabrilia fabri.
212 Scribimus 213 indocti doctiq́; 214 Poëmata paſſim.

Repub. damnoſius. 194 Priorem illam vitæ conſvetudinem populus Romanus inconſtans mutavit. 195 Fervet, flagrat uno carminis ſcribendi, id eſt, Poëticæ ſtudio. Similis eſt translatio illi, *Fervet avaritiâ pectus*. Ep. 1. l. 1. 196 Lauro vel hederâ, tanqvam Poëtæ, vinctas comas habentes & coronati Synecd. gen. 197 In conviviis. Epiſtrophe. 198 Miniſtris ſcribendi peritis. 199 Horatius. 200 Nam ſicut Parthi fingunt ſeſe fugere, & nolle pugnare, cùm vel maximè pugnant: ita ego qvoqve, qvando nullos verſus me ſcribere affirmo, ante lucem tamen, lumen, calamum & chartam poſco. 201 Priuſqvam Sol oriatur. 202 Animum carminibus ſcribendis intendens. 230 Ut verſus ſcribam. 204 In qvibus, qvæ ſcripſi, recondam. 205 Per miniſtros meos. 206 Gubernare. 207 Navigationis. Meton. ſubj. vel ſi mavis, ignarus navis agendæ, διὰ πολυπτώτου intelligere. 208 Medicinam ex herbis confectam. Synecd. ſpec. 209 In *timet* & *audet* eſt Epiſtrophe. 210 Artem medicandi. 211 Fabrilia opera. 212 Sc. qvam qvisqve novit artem, in hac ſeſe exercet. At nos ſcribimus, &c. 213 Paronomaſia. 214 Car-

215 Hic error tamen, & levis hæc 216 inſania quantas
217 Virtutes habeat, 218 ſic collige: 219 Vatis avarus
Non temerè eſt animus: verſûs amat, 220 hoc ſtudet unum:
221 Detrimenta, fugas ſervorum, incendia 222 ridet:
Non fraudem ſocio, puero-ve 223 incogitat ullam
Pupillo: vivit 224 ſiliqvis & pane ſecundo:
225 Militiæ qvanqvam 226 piger & malus, 227 utilis Urbi.
228 Si das hoc, parvis qvoq; rebus magna juvari:
229 Os tenerum 230 pueri balbumq; Poëta 231 figurat:
232 Torqvet ab obſcœnis jam nunc ſermonibus 233 aurem:
Mox etiam 234 pectus præceptis format amicis,
235 Aſperitatis, & invidiæ 236 corrector, & iræ:

mina. 215 Hoc immoderatum ſcribendorum verſuum ſtudium. 216 Qvâ multi ſcribunt, qvæ non poſſunt. 217 Utilitates. 218 Sic ratiocinare. Notatus eſt hic tropus Sat. 1. l. 1. *utqve imperet hoc natura potens, ſic collige mecum.* 219 Poëtæ animus non facilè, non ſine magna aliqva cauſa injuſtus eſt. 220 Huic uni ſe totum tradit. 221 Damna. 222 Contemnit, parvi facit. 223 Molitur, machinatur 224 Leguminibus & pane diſpenſatorio & furfuraceo, qvi magnam partem ex furfure conſtat, & non multo polline. Ut autem *ſecundarius*, ſic & *tertiarius* fuit: familia velut in claſſes diviſa, ut pro cujusqve conditione alii alio pane paſcerentur: nam qvò plus furfuris ineſt, eò deterior. 225 Procatalepſis. 226 Poëta ſegnis & inutilis eſt. 227 Tamen civilibus negotiis plurimùm prodeſt. 228 Si hoc mihi concedis, ô Cæſar, à Poëtica Remp. adjuvari. 229 Docet hîc, Poëtam eſſe utilem Urbi. 230 Diſcipuli ſui. 231 Conformat & fingit, ut rectè loqvatur. 232 Detorqvet, avertit. 233 Diſcipuli ſui. 134 Animum ejus documentis utilibus, honeſtis ac jucundis inſtituit. 235 Sævitiæ, χαλεπότητος. 236 Ca-

237 *Re-*

237 *Rectè facta refert;* 238 *orientia tempora notis*
Inſtruit exemplis: inopem 239 *ſolatur & ægrum.*
240 *Caſtis cum pueris* * *ignara puella mariti*
Diſceret unde 241 *preces,* 242 *vatē ni Muſa dediſſet?*
Poſcit 243 *opem* 244 *chorus, &* 245 *præſentia Numina ſentit;*
246 *Cœleſtes implorat aqvas, doctâ prece* 247 *blandus;*
248 *Avertit morbos* 249 *metuēda pericula* 250 *pellit;*
Impetrat & pacem, & 251 *locupletem frugibus annū:*
252 *Carmine Dî ſuperi* 253 *placantur, carmine* 254 *Manes.*

ſtigator. 237 Honeſtè facta majorum commemorat, laudat, & verſibus illuſtrat. 238 Præſentia tempora præteritorum temporum exemplis evidentibus inſtruit, id eſt, homines, qvi hodiè vivunt, & qvi pòſt naſcentur, de futuris commonefacit. 239 Conſolatur dulciſſimis verſibus. 240 Qvæ ſeqvuntur, ſpectant ad religionem, cujus cultu Reſpub. continetur. * Puella innupta, ἄγαμος. 241 Unde diſceret carmina ſecularia, qvæ apud antiqvos diebus feſtis & ſecularibus virgines & pueri in Deorum honorē canebant. 242 Poëtam aliqvem excitâſſet, qvi hujuſmodi preces & Deorum hymnos compoſuiſſet. 243 Deorum. 244 Puerorum & virginum. 245 Deos auxiliantes & faventes experitur. 246 Pluvias, ſc. cum tellus ariditate exuritur. 247 Carmine aliqvo à docto Poeta conſcripto Diis blandè ſupplicans. 248 Carminibus amovet. 249 Impendentia & formidabilia. 250 Precibus ſuis propulſat. 251 Abundantem. Sic. Ep. 6. l. 1. *Mancipiis locuples.* 252 Poetarum. Epiphonema ſive Acclamatio eſt poſt commendationem Poeticæ virtutis unà cum Anaphora. 253 Hominibus reconciliantur. 254 Dii inferi placantur, ne ſc. noceant.

255 *Agricolæ priſci*, 256 *fortes*, *parvoq; beati*,
257 *Condita poſt frumenta*, 258 *levantes tempore feſto*
Corpus, *& ipſum animum* 259 *ſpe finis dura ferentem*,
260 *Cum ſociis operum*, *& pueris*, *& conjuge* 261 *fidâ*,
Tellurem 262 *porco*, 263 *Sylvanum lacte piabant*,
Floribus & vino 264 *Genium*, *memorem brevis ævi.*
265 *Feſcennina per hunc inventa licentia morem*
266 *Verſibus alternis* 267 *opprobria ruſtica fudit*,
268 *Libertaſque recurrentes accepta per annos*
269 *Luſit amabiliter*; *donec jam* 270 *ſævus apertã*

255 Priſci Romani, qvi potiſſimùm agricolæ erant. Tranſit ab urbanis ad agricolas priſci temporis, qvi & ruris labores carmine ſolabantur, & nunc perceptis frugibus læti, ludendo, canendo, Diis ſacra faciebant: hæc autem digreſſio pertinet ad originem antiqvæ Comœdiæ altiùs repetendam. 256 Viri robuſti, & paucis contenti. Sic Virg. *At patiens operum, parvoqve aſſveta juventus.* 257 Poſt meſſem. 258 Relevantes, reficientes die feſto corpus ſuum, meſſis laboribus defatigatum. 259 Qvi ſpe finis omnium laborum & ærumnarum dura omnia in militia perferebat. 260 Cum miniſtris ac famulis. 261 Fideli. 262 Sue, qvæ telluri immolabatur propter ejus fœcunditatem. Alleg. *porcâ*. 263 Paſtorum ſive ruſticorum Deum lacte placabant: unde *piaculum*, id eſt, ſacrificium, qvo Dii offenſi placantur. 264 Naturæ Deum placabant, qvi facit homines vitæ brevitatis eſſe memores. Meton. eff. 265 Feſcennini verſus, qvi magnâ verborum licentiâ conſtabant, inventi per hunc morem & conſvetudinem veterum agricolarum (ſc. dies feſtos poſt finitam meſſem celebrandi) habebant locum in qvoslibet. 266 Ita ut unus alteri maledicta jocoſa ingereret. 267 Ruſtica convitia & jocos profudit & jocosè notavit. 268 Et hæc libertas verſuum Feſcenninorum qvotannis uſurpata ſive anniverſaria. 269 Jocata eſt facetè, & verſus amabiles fecit, neminem dicteriis offendentes. Synecd. gen. 270 Serius &

271*In*

271 In rabiem verti cœpit 272 jocus, & per honeſtas
273 Ire domos impunè minax. 274 Doluêre cruento
275 Dente laceſſiti: fuit 276 intactis qvoq; cura
Conditione ſuper communi: qvin etiam lex
Pœnaqve 277 lata, 278 malo qvæ 279 nollet carmine qvenqvam
Deſcribi: 280 vertêre modum, formidine 281 fuſtis
282 Ad benè dicendum delectandumq; redacti.
283 Græcia capta ferum victorẽ cepit, & artes
Intulit 284 agreſti Latio. Sic horridus ille

ſeverus. 271 In aperta convitia & contumelias converti. 272 In Feſcenninis. 273 Et donec jocus jam iracundus honeſtas qvoqve familias & viros honeſtos calumniari impunè cœpit. 274 Qvi viri honeſti ſævis contumeliis vexati hanc criminandi licentiam moleſtè tulerunt. 275 Maledico carmine. Metaph. 276 Nec ſolùm illi, qvi jam tacti erant, maledictis, ſed etiam ii, qvos maledicentia non attigerat, ſolliciti fuerunt de ſorte & periculo communi, qvod paulò pòſt ab aliis ad ſe qvoqve perventurum metuebant. 277 Lege conſtituta fuit. Al. *nata*. 278 Maledico. 279 Prohiberet. 280 Ob id Romani hunc morem aliis maledicendi mutaverunt. 281 Fuſtigationis ſive fuſtuarii, & coërcitione, qvâ maledicorum hominum latratûs cohiberentur. Sumtum à canibus, qvi metu baculi arcentur à morſu. 282 Non ad maledicendum. 283 Tandem verò Græci, à Romanis bello ſubacti, viciſſim ipſos Romanos victores indoctos & nondum literis & humanitate expolitos ceperunt, id eſt, artibus ſuis, qvibus mores corrumpi cœpêre, delectârunt: ut victorem Annibalem vicit Capua. Meton. ſubj. & Polyptoton. 284 Et Græci docuerunt Italiam incultam, id eſt, Italos feros, nullisqve literis politos, artes. Meton. ſubj.

185 Defluxit numerus 286 Saturnius, & grave virus
287 Munditiæ pepulêre; 288 ſed in longum tamen ævum
Manſerunt, 289 hodièq; manent veſtigia 290 ruris:
291 Serùs enim Græcis admovit 292 acumina 293 chartis; 161
Et poſt Punica bella 294 qvietus, 295 qværere cœpit,
Qvid 296 Sophocles, & Theſpis, & Æſchylus 297 utile ferrent.
298 Tentavit qvoqve, rem ſi dignè vertere poſſet;

285 Hoc modo inconditus & impolitus ille numerus Poëticus, qvi ætate Saturni floruerat, id eſt, verſus antiqviſſimi, perinde ac ſi unà cum Saturno in Italiam, ab ejus Dei tutela olim *Saturniam* appellatam, veniſſent, obſoleverunt, inqve uſu eſſe deſierunt. Metaph. eſt à liqvidis. 286 Synecd. ſpec. pro aſperrimo qvoqve numero & inculto: qvem per Metaph. à ſerpentibus, vel à tetro odore vocat *Virus*. 287 Et nitor atqve elegantia artium Græcarum hoſtilem & feram carminum virulentiam, qvæ tanqvam virus aures doctas enecat, expulerunt, profligârunt. 288 Longo tempore, ad bellum uſqve Punicum ferè tertium. 289 Et etiamnùm. 290 Sermonis illepidi, & antiqvæ ruſticitatis in Romanis Poëtis. Meton. ſubj. 291 Romanus ſcriptor, id eſt, Latini ſcriptores ſerò admodûm ingenii ſui vim Græcis carminibus & ſcriptis cognoſcendis adhibuerunt. Synecd. num. ſing. 292 Metaph. à figura Mathematica, qvæ penetrabilior aliis eſt, ad ſubtilitatem ingenii notandam. 293 Poematibus in chartis ſcriptis. Meton. ſubj. 294 Qvietem nactus, pace potiens, *εἰρήνη ἄγων*. 295 Inveſtigare. 296 Horum Græcorum Poëtarum ſcripta, factæqve Tragœdiæ. Alleg. è continuatis Metonymiis efficientium. 297 Qvid ad communem vitam commodi conferrent. 298 Periculum qvoq; fecit Romanus ſcriptor, an Græca in Latinum ſermonem aptè atq; convenienter convertere ſive

Et

Et 299 placuit ſibi, naturâ 300 ſublimis & acer.
Nam 301 ſpirat Tragicum ſatis, 302 & feliciter audet;
303 Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq́; 304 liturā.
305 Creditur, ex medio qvia res arceſſit, habere
Sudoris minimum; ſed habet Comœdia tantò
Plus 306 oneris, 307 qvantò veniæ minùs. 307 Aſpice, 309 Plautus
310 Qvo pacto partes tutetur amantis ephebi,
Ut patris 311 attenti, lenonis ut 312 inſidioſi;
313 Qvantus ſit Doſſennus edacibus in paraſitis;

transferre poſſet. 299 In ſuis verſionibus. 300 Magno animo præditus atqve ingenioſus. 301 Romanus ſcriptor Tragicum ſtylum ſatis convenienter ſpirat, id eſt, habet ingenium ad Tragœdias Latino ſermone explicandas & exprimendas natum, & valdè accommodatum. Hoc ſumtum eſt ab aurâ tenui, vel à plantis odoriferis, qvæ fragrantes produnt ferè vim ſuam. 302 Et, qvod incipit, perficit. 303 Sed turpe eſſe putat ſua ſcripta emendare. 304 Qvâ verſus non ſatis culti, & vocabula non ſatis lecta in-ducuntur, aliiqve verſus cultiores, alia vocabula aptiora ſubſtituuntur. 305 Comœdia, qvia ſumit argumentum & materiam è medio populo, id eſt, ex vitâ communi, non ut Tragœdia ex longinqvo, Heroïco & divino ſæpè vitæ genere, idcircò creditur non eſſe laborioſa, & longè facilior, qvàm Tragœdia. 306 Laboris. 307 Sc. *habet*, id eſt, qvantò minùs ei ignoſcitur, qvi in eâ ſcribendâ alicubi titubaverit aut peccaverit. 308 Repræſentantur mores & facta Plauti & Doſſenni per obliqvam Proſopopœiam. 309 Nobilis ille Comicus. 310 Qvàm accuratè, qvàm ſollicitè adoleſcentis meretricem amantis decorum ſervet ac tueatur. 311 Qvo pacto patris ad rem attenti, id eſt, avari. 312 Aliorum loculis inſidias ſtruentis. 313 Vide, qvantum ſtudium Doſſennus (Poëta ille Comicus) in deſcribendis paraſitis helluonibus poſuerit.

Qvàm

Qvàm non 314 *adſtricto percurrat pulpita* 315 *ſocco,*
316 *Geſtit enim nummum in loculos demittere,*
317 *poſt hoc*
318 *Securus, cadat, an* 319 *rectè ſtet fabula* 320 *talo.*
321 *Qvem tulit ad ſcenam* 322 *ventoſo gloria curru,*
323 *Exanimat lentus ſpectator,* 324 *ſedulus inflat.*
325 *Sic leve, ſic parvum eſt, animum qvod laudis*
326 *avarum*

314 Qvàm laxo & diſſoluto ſocco aut calceo Comico per ſcenã incedat & fabulam peragat, id eſt, qvàm negligens & diſſolutus ſit in aliis perſonis exhibendis: parùm enim accuratas, ſi paraſitos excipias, Doſſenni fabulas fuiſſe ſignificat. Alleg. eſt è Metaph. à viatoribus malè ſuccinctis, & ad iter expeditè conficiendum malè etiam comparatis; ut negligentia Doſſenni in ſcribendo notetur. 315 Soccus convenit Comœdiæ, ut Tragœdiæ cothurnus. 316 Qværit enim lucrum potiùs, qvàm laudem: in ludis enim publicis Ædiles ſæpè ingenti pecuniâ Comœdias à Poëtis redimebant. 317 Ubi lucrum cepit. 318 Parùm curat, parùmqve ſollicitus eſt, an fabula ſua intercidat & explodatur, an verò placeat, & attentè audiatur. *Stare* enim dicitur fabula, qvæ placet; *cadere*, qvæ exigitur. Ter. in prolog. Hecyr. *In his, qvas primùm Cæcilii didici novas, Partim ſum earum* exactus, *partim vix* ſteti. 319 Sumtum eſt ab his, qvi firmiſſimis nituntur talis, ad deſignandam hujus incuriam de approbatione vel improbatione ſui poëmatis, modò rem indè præclaram faciat. 320 Pede. 321 Qvem Poëtam vana gloria inani curru vectum ad Comœdias ſcribendas perduxit. 322 Alluſio eſt Metaphorica ad currus triumphantium. 323 Ignavus parùmqve attentus ſpectator ipſum triſtitiâ afficit. Sic Od. 17. l. 2. *Cur me qverelis* exanimas *tuis?* 324 Contrà ſpectator diligens, & ad audiendum promtus illum tumidum & ſuperbum reddit. 325 Adeò levis, adeò nihili res eſt, qvæ, &c. 326 Ambitioſum & gloriæ cupidum: ut de Art. *præter lau-*

327 *Sub-*

327 Subruit aut 328 reficit, 329 Valeat 330 res ludicra, ſi me
331 Palma negata 332 macrum, 333 donata reducit 334 opimum.
335 Sæpè etiam 336 audacem fugat 337 hoc 338 terretqve Poëtam,
Qvòd numero plures, virtute & honore 339 minores,
Indocti, 340 ſtolidiqve, & 341 depugnare parati,
Si 342 diſcordet eqves, 343 media inter carmina 344 poſcunt

dem, nullius avaris, ſc. Grajis. Anaphora & Epiphonema. 327 Dejicit, mœrore afficit. Metaph. à re militari, cùm mœnia & propugnacula, cuniculis actis, ſubvertuntur: Ita animus talis Poëtæ dejicitur, contemto ipſius poëmate. 328 Recreat, erigit. 329 Vox eſt contemnentis: ut apud Ter. in Andr. valeant, *qvi inter nos diſſidium volunt.* 330 Pereat res ſcenica, diſcedat à me Comœdia & Tragœdia, nihilqve mihi cum iis negotii ſit. Synecd. gen. 331 Victoria, cùm non placui, mihi negata. 332 Triſtem. 333 Mihi à ſpectatoribus. 334 Lætum è theatro domum reducit. 335 Alias incommoditates refert, qvibus cum Comicis luctandum eſt, qvòd ſc. populus libentiùs ſpectet certamina, & rerum in bello captarum ſimulacra, qvàm poëmata audire, & eorum actores ſpectare. 336 Qvi audacter multa & egregia ſcriberet. 337 Qvod dicam. 338 A ſcribendis Comœdiis deterret. 339 Nempe plebeji 340 Rudes Poëmatum & Comœdiarum. Sumtum eſt hoc à pecudibus, ad hominem ingenii craſſioris hebetioriſqve indicandum. 341 Et, ſi eqvites Romani doctiores aliud, qvàm plebeji, velint, id eſt, Comœdiam audire, qvàm alia ſpectacula malint, parati armis certare cum illis. 342 A plebejis diſſentiat. 343 In mediis fabulis. 344 Alia ſibi ſpectacula exhiberi.

Aut

Aut 345 urſum, aut 346 pugiles: 347 his nam plebecula 348 gaudet.
349 Verùm eqvitis qvoqve jam migravit ab aure voluptas
Omnis 350 ad incertos oculos, & 351 gaudia vana.
Qvattuor aut plures aulæa premuntur in horas,*
352 Dũ fugiunt eqvitũ 353 turmæ, peditumq; catervæ;
Mox trahitur manibus regum 354 fortuna 355 retortis; [*359 naves;*
356 Eſſeda feſtinant, 357 pilenta, 358 petorrita,

345 Venationes, ferarum decurſus. 346 Athletas. 347 Vanis ſpectaculis potiùs, qvàm egregiis carminibus. 348 Delectatur. 349 Non ſolùm vulgus, verùm, etiam eqvites & honeſti viri ab aurium voluptate, qvam erant ex ingenio artificioqve Poëtæ percepturi, toti ſe ad oculorum oblectationem contulerunt, id eſt, eqvites jam qvoqve paulatim carmina incipiunt faſtidire. 350 Ad incertas & varias res oculis perceptas: *Vel*, ad oculos, qvi variis rerum ſpectaculis capiuntur, & hoc & illud avidè intuentur, & voti ſui incerti ſunt, neqve conſtanter unam aliqvam ſpeciem, qvâ fruantur, probant: ſed multiplici varietate rerum diverſarum delectantur. 351 Spectaculorum. ✱ Tapetes, qvibus ſcena obtendebatur, complicantur & reponuntur: qvæ, dum agitur fabula, explicantur ad contegendam actorum commutationem. 352 Dum ſimulacra pugnantium & fugientium eqvitum ac peditum, & mox reges captivi devictiqve in triumphum ducti repræſentantur ac ſpectantur. 353 Epiſtrophe. 354 Conditio miſera & ſtatus, vel potiùs, reges miſeri & infortunati in triumphum vincti trahuntur. Meton. cau. 355 Poſt terga revinctis. 356 Vehicula Gallica velociter in triumpho prætervehuntur. Cic. Eſſedum *aliqvod ſi adeo rapias; & ad nos qvamprimùm recurras.* 357 Matronarum vehicula. 358 Vehicula famularum captivarum, qvæ omnia ad ſpectaculum adducebantur in Theatrum. De Petorritorum origine vide Gell. l. 15. c. 30. 359 Cùm ſimu-

Capti-

Captivum portatur 360 ebur, 361 captiva Corinthus.
362 Si foret in terris, rideret 363 Democritus: ſeu
Diverſum confuſa 364 genus panthera camelo,
Sive elephas 365 alvus vulgi 366 converteret ora:
Spectaret populum ludis attentiùs ipſis,
367 Ut ſibi præbentem mimo ſpectacula plura.
368 Scriptores autem narrare 369 putaret 370 aſello
Fabellam ſurdo: nam 371 qvæ pervincere voces
Evaluêre ſonum, 372 referunt qvem noſtra 373 theatra?
374 Garganum mugire putes 375 nemus, aut mare 376 Tuſcum;

lacrum navalis pugnæ editur. 360 Signa, imagines ex ebore factæ, hoſtibus ereptæ, deportantur. Meton. mat. 361 Simulacrum urbis Corinthi, qvam L. Mummius cepit, ac demolitus eſt. In *captivum* & *captiva* eſt Polyptoton. 362 Si Democritus in vitam revocatus, has vanitates videret. 363 Philoſophus Abderites, qvi omnia hominum ſtudia tanqvam vana ridebat: ut contrà Heraclitus ea deflebat. Vide Laërt. 364 Animalium ſc., qvale eſt panthera cum camelo confuſa, id eſt, camelopardalis. Primus autem Cæſar Dictator ludis ſuis Circenſibus Romæ camelopardalin oſtendit. 367 Inventu rarus. 366 Ad ſe ab ipſo hiſtrione. 367 Utpote qvi ſibi præbeat multò plures ridendi materias, qvàm mimus aliquis aut hiſtrio. 368 Poëtas. 369 Democritus. 370 Oleum & operam perdere, qvippe qvos populos non magis audiat, non magis intelligat, qvàm ſurdus aſinus. Proverbialis eſt Alleg. è Metaph. Ter. in Heaut. *Na ille haud ſcit, qvam mihi nunc* ſurdo narret fabulam. Nota, Horatium duo ridicula conjunxiſſe, aſinum, eumqve ſurdum. 371 Qvæ voces Comœdorum ſive hiſtrionum potuerunt ſuperare populi clamorem & ſtrepitum in theatris? 372 Reddunt. 373 Spectatores, qvi ſunt in theatro. Meton. ſubj. 374 Gargani montis in Apuliâ. 375 Vento concitatum. 376 Tyr-

Tan-

Tanto cum ſtrepitu 377 *ludi ſpectantur* 378 *& artes,*
Divitiæqve peregrinæ: qvibus 379 *oblitus* 380 *actor*
Cùm 381 *ſtetit in ſcena,* 382 *concurrit dextera læva.*
383 *Dixit adhuc aliqvid?* 384 *Nil ſanè. Qvid*
385 *placet ergo?*
386 *Lana Tarentino violas imitata* 387 *veneno.*
388 *Ac ne fortè putes me,* 389 *qvæ facere ipſe recuſem,*
Cùm 390 *rectè tractent alii, laudare* 391 *malignè;*
Ille 392 *per extentum funem mihi poſſe videtur*
Ire 393 *Poëta,* 394 *meum qvi pectus inaniter angit,*

rhenum, vento, fluctibus & procellis turbatum, reboare. 377 Mimorum. 378 Et artificioſæ illæ & exoticæ illæ pretioſæ hiſtrionum veſtes. 379 Commaculatus, non autem ornatus, tàm ſplendido apparatu ſcenæ & ludorum. *Oblitus* eſt à verbo *oblino, evi, itum,* inungo, καταχεῖν; item polluo & maculo. 380 Comœdiæ. 381 Adhùc. 382 Dextera cum lævâ ſonitu concurrit, id eſt, plauſus à populo datur manuum conflictu, ſtrepituſqve editur propter elegantem actoris veſtitum, non propter orationem ejus, qvi nihil propter ſtrepitum adhùc dixerat. 383 Cur ſcil. ipſi plauſerint? Proſopopœia & Dialogiſmus eſt, ubi inducitur alter reſpondēs Poëtæ. 384 Propter ſtrepitum dicere potuit. 385 Populo ſive ſpectatoribus, qvare plaudant. 386 Sc. Sola veſtis actoris ex lanâ Tarentinâ violacei coloris. Meton. mat. 387 Colore & purpurâ, qvâ pannus inficitur. Metaph. ſic Virg. *Alba nec Aſſyrio fucatur lana* veneno. 388 O Auguſte Cæſar. Procatalepſis eſt. 389 Comœdias ſcribere. 390 Laudabiliter. 391 Parcè, anguſtè. 392 Poſſe facere aliqvid rarum, admirandum & vulgo negatum, atqve rem difficilem aggredi, ut funambulus, σχοινοβατεῖν, & ob id magnam ſui admirationem excitare. Synecd. ſpe. 393 Comicus. 394 Qvi animum meum rebus fictis & ſine causâ perturbat.

395 *Irri-*

395 Irritat, 396 mulcet, falſis terroribus 397 implet,
Ut 398 magus: 399 & 400 modò me Thebis, modò ponit Athenis.
401 Verùm age, & 402 his, 403 qvi ſe lectori credere malunt,
404 Qvàm ſpectatoris 405 faſtidia ferre ſuperbi,
406 Curam redde brevem, ſi munus 407 Apolline dignum
Vis complere libris, & vatibus addere 408 calcar,
409 Ut ſtudio majore petant 410 Helicona virentem.
Multa qvidem nobis facimus mala ſæpè 411 Poëtæ,
[412 Ut vineta egomet cædam mea] 413 cùm 414 tibi librum

395 Ad iram impellit, ὀργίζει. 396 Ad lenitatem flectit, delectat. 397 Me. 398 Præſtigiator animum meum movet & impellit. 399 Et adeò aptè res alibi geſtas deſcribit, ut tanqvam in iis locis, ubi res geſtæ ſunt, præſens jam adſim. 400 Symploce. 401 O Cæſar. 402 Poëtis. 403 Qvi privatis lectoribus malunt ſcribere. 404 Qvàm audiri & ſpectari. 405 Contemtum. 406 Redde aliqvantum curæ, illorumqve rationem habe, nec illos omninò neglige. 407 Si vis Bibliothecam tuam, Apollini à te conſecratam & ædificatam elegantioribus libris inſtructam habere. Synecd. gen. 408 Et Poëtas incitare, iiſqve incitamentum aliqvod addere. Sumtum eſt ab eqvitibus eqvos fodientibus calcaribus ad celerem itionem. 409 Ut alacriores & attentiores ſint ad ſcribenda carmina. 410 Scholam Poëticam in hoc monte Bœotiæ Apollini & Muſis ſacro. Meton. ſubj. 411 Qvi non ſpectatori, ſed lectori ſcribimus. 412 Ut ipſe ex vinetis meis amputem, qvæ mala & inutilia ſunt, id eſt, ut me ipſum omnium primum reprehendam, & carmina mea emendem, & demonſtrem qvid in ipſis vitioſum ſit. Alleg. eſt à vinitoribus. 413 Primum Poëtarum peccatum eſt importunitas oblationis. Anaphora. 414 Auguſte Cæſar.

415 Sollicito damus, aut 416 feſſo: 417 cùm lædimur, unum
Si qvis amicorum eſt auſus reprehendere verſum:
418 Cùm loca jam recitata revolvimus irrevocati:
419 Cùm lamentamur, non apparere labores
Noſtros, & 420 tenui deducta Poëmata filo:
421 Cùm ſperamus eò rem venturam, ut, ſimul atq;
Carmina reſcieris nos 422 fingere, 423 commodus ultro
424 Accerſas, & 425 egere vetes, & ſcribere cogas.
426 Sed tamen eſt operæ pretium cognoſcere, qvales
427 Æedituos habeat 428 belli ſpectata domiq;

415 De rebus benè gerendis, inqve negotiis occupato perlegendum offerimus. 416 Rerum civilium adminiſtratione. 417 Alterum peccatum eſt, cùm graviter offendimur, & moleſtè ferimus. 418 Tertium, cùm partes atqve loca carminis noſtri, qvæ jam aliqvoties recitata ac ſatis jam intellecta ſunt, non ſinè tædio amicorum repetimus, qvamvis ab amicis non revocati ſimus ad illa denuò legenda. 419 Qvartum, cùm conqverimur noſtra ſcripta, & noſtra Poëmata, ſubtili & acri ingenio elaborata, non vulgari, non in omnium manibus verſari, non ab omnibus laudari. 420 Alleg. ex Metaph. eſt à tenuiter nentibus, ad notandam ingenii ſubtilitatem, & ſtudii vehementiam. Vide Sat. 1. l. 2. 421 Qvintum, cùm ſperamus, &c. 422 Verſus ſcribere. 423 Liberalis & munificus. 424 Nos. 425 Ab egeſtate nos vindices, immenſis muneribus nos afficiendo. 426 Sed qvamvis hæc noſtra vanitas reprehenſione digna ſit, tamen, &c. Verba hæc pendent à ſuperioribus, nempe à verſu 219. *Multa qvidem nobis.* 427 Cuſtodes, Poëtas & Hiſtoricos, & ſui nominis præcones ac prædicatores, qvorum verſibus rerum à te geſtarum memoria à te conſervari & poſteritati etiam commendari poteſt: ſive qvorum verſus, tanqvam ſacraria; virtutem tuam reconditam ſervare poſſunt. Metaph. ab Ædituis ſacrarum ædium cuſtodibus, tutoribus & inſtauratoribus. Vide Gell. l. 12. c. 10. 428 In bello & in pace ſatis ſuperqve pro-

429 *Vir-*

429 Virtus, 430 indigno non committenda Poëtæ.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
431 Chœrilus, 432 incultis qvi verſibus & 433 malè natis
434 Rettulit acceptos, regale numiſma, 435 Philippos.
Sed veluti 436 tractata 437 notam labemqve remittunt
Atramenta, 438 ferè ſcriptores carmine 439 fœdo
Splendida facta 440 linunt. 441 Idem rex ille, 442 poëma
Qvi tàm ridiculum, 443 tàm carè prodigus emit,
444 Edicto vetuit, ne qvis ſe, præter 445 Apellem,

bata. Ep. ult. l. 1. *Me primis urbis* belli *placuiſſe* domiqve. 429 Virtus tua, ô Auguſte. 430 Qvi fœdo carmine illam deturparet potiùs, qvàm illuſtraret. 431 Poëta ineptiſſimus. 432 Ineptis, ingratis. Ordo eſt: Qvi Philippos, regale numiſma, retulit acceptos verſibus incultis & malè natis, id eſt, qvi gloriatus eſt ſe ab Alexandro aureos Philippos nummos beneficio ſuorum verſuum accepiſſe. Eſt ergo *Verſibus* Dativi caſus. 433 Malè compoſitis, invitâ Minervâ, id eſt, repugnante naturâ. 434 *Referre acceptum alicui*, eſt fateri ſe ab eo accepiſſe, idqve in codicem accepti referre: ut, *acceptam tibi refero meam ſalutem.* 435 Nummos aureos Philippi regis, patris Alexandri Magni, imagine ſignatos. 436 Manibus contrectata. 437 Atram maculã manibus reddunt ſive in manibus relinqvunt. 438 Sic ferè Poëtæ mali, &c. 439 Inſulſo. 440 Res præclaras & laudabiles contaminant. Metaph. ab iis, qvi corporibus inducunt colores, ungventa, fucum, liqvores, &c. ad inqvinamenta mali carminis notanda. 441 Alexander Magnus. 442 Chœrili inepti Poëtæ. 443 Tàm caro pretio. 444 Publico. 445 Nobiliſſimum illum pi-

Pingeret, aut alius 446 *Lyſippo duceret* 447 *æra*
Fortis Alexandri vultum ſimulantia. Qvòd ſi
448 *Judicium ſubtile* 449 *videndis artibus, illud*
450 *Ad libros, & ad hæc Muſarum dona vocares,*
451 *Bœotum in craſſo jurares aëre natum.*
452 *At neq;* 453 *dedecorant tua de ſe judicia, atq;*
454 *Munera, qvæ multâ* 455 *dantis cum laude*
456 *tulerunt*
457 *Dilecti tibi* 458 *Virgilius, Variusqve Poetæ:*

ctorem. Vide Plin. l. 35. c. 10. 446 A Lyſippo, *vel* qvàm Lyſippus eximius ſtatuarius. 447 Effingeret ſtatuas ex ære, qvæ Alexandri Magni vultum exprimerent. Meton. mat. 448 Acumen Alexandri. 449 In picturis & ſculpturis perſpiciendis. 450 Ad verſus, & carmina ſive Poëſin transferres. 451 Jurares Alexandrum eſſe Bœotium ſive Bœotiâ oriundum, id eſt, ſtupidum & hebetem in dignoſcendis literatorum ingeniis, qvales ſunt in Bœotiâ nati. Synecd. ſpec. Bœoti enim, qvia in cœlo craſſo verſantur, ſolent eſſe ingenio obtuſo. Sic de Democrito, qvi natione Thrax erat, Juven. Sat. 10. *Cujus prudentia monſtrat Summos poſſe viros, & magna exempla daturos, Vervecum in patriâ craſſoqve ſub aëre naſci.* 452 Ordo eſt: At Virgilius Variuſqve Poëtæ dilecti tibi non dedecorant tua de ſe judicia. 453 Dùm illos excellentiſſimos judicas, dùmqve illi ſe excellentiſſimos gerunt, ut tu illos judicâſti, ut Chœrilus dedecorabat judicium Alexandri, qvi pravus Poëta erat, & qvem tamen Alexander egregium cenſebat, & ob id tantum pecuniæ in ipſum profundebat. 454 Tua, cùm uterqve decies ſeſtertiûm, id eſt, viginti qvinqve millia coronatorum à te acceperit. 455 Tui dantis, ô Cæſar. 456 Acceperunt à te: ut Od. 8. l. 4. *neqve tu peſſima munerum Ferres.* 457 Qvi ob ingenii præſtantiam abs te dilecti ſunt, tibi cari. Sic Virg. Ecl. 2. *Deſpectus tibi ſum*, id eſt, à te. 458 Præſtantiſſimi Poëtæ.

Nec

Nec magis expreſſi vultus 459 *per ahenea ſigna,*
Qvàm per 460 *vatis opus mores, animiqve virorum*
Clarorum apparent: nec 461 *Sermones ego mallē*
462 *Repentes per humum, qvàm res componere* 463 *geſtas,*
464 *Terrarumq́ꝫ ſitus,&* 465 *flumina dicere,& arces*
466 *Montibus impoſitas, &* 467 *barbara regna,* 468 *tuiſqve*
Auſpiciis totum 469 *confecta duella per orbem,*
470 *Clauſtraqve cuſtodem pacis* 471 *cohibentia* 472 *Ianum,*
Et formidatam 473 *Parthis te* 474 *Principe* 475 *Romam:*
476 *Si, qvantum cuperem, poſſem qvoqve; ſed neqve* 477 *parvum*

459 Per æreas ſtatuas. 460 Carmen. 461 Satyras aut Epiſtolas conſcribere. 462 Solutæ orationi ſimiles, humili ſtylo & materiâ. Metaph. à ſerpentibus. 463 Tuâ virtute res geſtas egregio carmine deſcribere. 464 In qvibus tu militâſti, qvas ſubegiſti. 465 In qvibus tu navibus pugnâſti. 466 In montibus exſtructas, & tamen à te victas atqve captas. 467 Qvæ tu Romanorum armis ſubegiſti. 468 Tuo ductu. 569 Bella finita & abſoluta. Sic Cic. Ep. 19. l. 10. *ſi hoc eſt exſpectandum, dùm totum bellum* conficiam, Qvid autem interſit inter aliqvid *confectum eſſe* & *affectum eſſe*, lege Gell. l. 3. c. 16. 470 Et templum Jani clauſum, qvod tu, bellis jam in toto mundo compoſitis, id eſt, pacis tempore, demùm clauſiſti. Sic Od. 15. l. 4. *& vacuum duellis fanum Qvirini clauſit.* 471 Qvæ continent. 472 Metō. adj. ſimulacri, pro Jani templo. 473 Nam Parthi ſigna, Craſſo ademta, ad Cæſarem Auguſtum ultrò remiſerunt. 474 Imperatore. 475 Romanos à Parthis formidatos. Meton. ſubj. 476 Si voluntati par eſſet ingenium. 477 Humile.

478 Carmen majeſtas 479 recipit tua, nec meus audet
480 Rem tentare pudor, cùm vires ferre 481 recuſent.
482 Sedulitas autem, ſtultè qvem diligit, 483 urget:
484 Præcipuè cùm ſe 485 numeris commendat, & 486 arte.
Diſcit enim citiùs, meminitqve libentiùs illud,
Qvod qvis deridet, qvàm qvod probat & 487 veneratur.
488 Nil moror officium, 489 qvod me gravat: 490 ac neqve ficto
In pejus 491 vultu proponi 492 cereus uſqvam,

478 Qvod à me proficiſcitur. 479 Capit, δέχεται. Translatio à vaſis. 480 Rem aliqvam aggredi, experiri. 481 Non poſſint. Sic de Art. *qvid ferre recuſent, Qvid valeant humeri.* 482 Sedulitas urget eum, qvem ſtultè diligit, i.e. qvi ſtultâ ſedulitate, amore inepto & intempeſtivo officium ſuum alicui obtrudit, moleſtus ei & ingratus eſt. Al. ſic: *Sedulitas ſtultis obſeqviis eum gravat, qvem diligit,* id eſt, multis contingit, ut, dùm ſeduli videri, ſive ſedulitatis ſuæ teſtimonium dare volunt, ea officia præſtent, qvibus ſtultè gravent, qvos diligunt. 483 Moleſtiâ afficit, gravat. Metaph. à ſarcinis & oneribus, qvibus gravantur bajuli, & ipſorum dorſum premitur. 484 Præcipuè cùm Poëta carmen ſcribit. 485 Poëticis, id eſt, verſibus metricis ex arte conditis ſive artificioſis laudabilis eſt. Synecd. gen. 486 Poëticâ. 487 Laudandum exiſtimat. 488 Ego verò illud amici, qvamvis ſeduli, officium nihili facio, neqve laudo. 489 Qvod mihi oneri eſt potiùs laudatione importunâ & ridiculâ, qvàm honori. 190 Et qvemadmodum nolim imaginem mei è cerâ fingi & in publico proponi, ut deformior ſit imago, qvàm naturalis mea facies, ita neqve ab indocto Poëtâ laudari velim. 491 Meo. 492 Meton. ſubj. Poëtæ, pro ipſius Poëtæ ima-

Nec

Nec pravè factis decorari verſibus opto:
493 Ne rubeam 494 pingui donatus munere, & unà
495 Cum ſcriptore meo capsâ 496 porrectus apertâ
Deferar 497 in vicum vendentem 498 thus & odores,
Et piper, & qvicqvid chartis 499 amicitur ineptis.

gine. Cereæ erant in nobilium atriis majorum imagines. Verùm hoc loco Horatius materiæ vilitatem & artificis imperitiam notat. 493 Ne erubeſcam, & pudore ſuffundar. Meton. effe. pudor enim eſt cauſa ruboris; rubor effectum ejus. 494 Inſulsô ac indocto deſcriptus poëmate. Synecd. & Metaph. 495 Cum vano meo laudatore proſtratus & venum expoſitus capsâ aliqvâ librorum omnibus patenti, id eſt, ne malo carmine chartis inſcriptus. 496 In *ego porrectus* & *ſcriptor meus* eſt Meton. ſubj. pro nominibus utriusqve noſtrum; & in *noſtra nomina* Meton. adj. pro chartis, ubi ſcripta illa videbuntur. 497 In vicum aliqvem Romanum, in qvo thus & odores venduntur, id eſt, ad mercatores, qvi vendunt in illo vico thus & odores. Meton. ſubj. 498 Thus odoriferum: ἓν διὰ δυοῖν 499 Tegitur & involvitur chartis inutilibus ac vilem ſcripturam complectentibus, ut indè thuris, piperis, & ſimilium rerum, involucra, cuculli & integumenta fiant, Sic Ep. 16. l. 1. *an* amictâ *vitibus ulmo.*

Epiſt. II.

Ad JULIUM FLORUM.

Excuſat ſe Julio Floro, qverenti, qvòd nec epiſtolam ullam, nec ea, qvæ promiſerat, carmina miſiſſet. Ac primùm ſe pigrum fatetur eſſe, atqve id illi prædixiſſe: ideòqve ſe vitioſo ſervo comparat, cujus emtor ſit Florus, à venditore de vitio præmonitus. Deinde ſe, qvod de Luculli milite narrat, imitari velle dicit. Ac cùm paupertate ad verſus faciendos impulſus fuerit, nunc eas facultates conſecutum, qvæ ſatis eſſe poſſint, malle ſomno id temporis dare, qvod

alioqvi ſcribendis verſibus daturus eſſet. Affert & alias rationes,cur non ſcribat: qvarum una convenit cum his Naſonis verbis: *Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia qværunt.* Deniqve qvamvis Poëtæ vulgò mutuis laudibus ſe ornent, multa componi ab illis, qvæ meritò riſu excipiantur. Contrà verò, ad ſcribendum legitimum poëma, plurima reqviri: rem maligni laboris eſſe,& qvæ animum etiam torqveat: at ſibi non tanti eſſe, ſapientem ſcriptorem haberi. Sibi igitur, cùm jam provectæ ætatis ſit, ad alios numeros animum eſſe appellendum: nimirùm ad numeros & artem vitæ benè inſtituendæ. Atqve adeò ſe jam in eo totum eſſe, ut fruendo modicis opibus, qvæ adſunt, diſcat majores non concupiſcere. Verùm ad benè beatèqve vivendum (qvod vocat rectè vivere) non ſatis eſſe carere avaritiâ, ſed cætera etiam omnia vitia exſtirpari debere.

1 F*Lore,bono claroq; fidelis amice* 2 *Neroni,*
3 *Si qvis fortè velit* 4 *puerum tibi vendere,* 5 *natum*
Tibure vel Gabiis, & tecum ſic 6 *agat:* 7 *Hic &*
Candidus, 8 *& talos à vertice pulcher ad* 9 *imos:*

1 Hic Julius Florus perpetuus in bello comes fuit Tib. Claudii Neronis, cùm in Pannoniam atqve Armeniam profectus eſſet. 2 Tiberio Claudio Neroni, Auguſti privigno, Druſi fratri, Liviæ Druſillæ filio: qvi ſucceſſit Auguſto. 3 Mangonum. Apparatus eſt ad Proſopopœiam Mangonis futuram de pretio venditioni pueri ſtatuendo & indicando ipſi Floro, qvæ totis 14. verſibus perficitur. 4 Servum. 5 Externum, tibi incognitum. 6 Loqvatur, contrahat & paciſcatur verbis ſeqventibus. 7 Servus meus, qvem venum tibi expono, Juli Flore, (inqvit venditor) eſt formoſus. 8 Adeòqve in toto hujus pueri corpore apta & decens omnium membrorum cum qvadam coloris ſvavitate conformatio eſt. 9 Extre-

10 *Fi-*

10 *Fiet, eritqve tuus* 11 *nummorum millibus octo:*
12 *Verna miniſteriis ad nutus aptus heriles,*
Litterulis Græcis 13 *imbutus, idoneus* 14 *arti*
Cuilibet: 15 *Argillâ qvidvis imitaberis udâ.*
Qvinetiam 16 *canet* 17 *indoctum, ſed dulce* 18 *bibenti.*
19 *Multa fidem promiſſa* 20 *levant, ubi* 21 *plenius æqvo*

mos. 10 Tuus ſervus fiet, & vendam tibi illum pretio ducentorum coronatorum, qvorum ſinguli valeant qvinqve & triginta ſolidos noſtros. 11 Seſtertiorum. 12 Servus, inqvam, ex ancilla mea natus, accommodatus omnibus ſervitiis ad heri ſui arbitrium & voluntatem. 13 Eſt enim doctrinarum Græcarum ſtudiis eruditus. Erudiri autem vernas curabant, ut tantò pluris venderent, & dominis eſſent utiliores. Metaph. ab infectoribus, ſed ab his præcipuè, qvi tincturam parant adulteratam. Nam τὸ *imbutus literis* idem eſt, qvi non planè eſt doctrinâ perfuſus, nec perfectus literis, ſed qvi ſolùm literator eſt. Ita imbuere proprium eſt aliqvid inficere primo ſucco aut levi colore. 14 Addiſcendæ. 15 In molli ingenio hujus pueri qvidvis exprimes, eumqve talem reddes, qvalem voles, ſicut ex argillâ udâ qvidvis formari poteſt. Sumtum à figulis, qvi ex argillâ udâ qvidvis effingunt, ad ſignificandum pueri venalis ingenium molle, tenerum, flexibile, ut, qvocunqve ducas, facilè ſeqvatur. 16 Puer hic ſervus. 17 Qviddam indoctum, ſinè artificio, qvale ruſtici canere ſolent: *Vel*, indoctè, ἀπαιδεύτως, ut ſit Antimeria. 18 Sed illud tamen convivanti tibi voluptati erit. 19 Procatalepſis eſt ad minuendam emtori opinionem de venditore nimis mercem æſtimante, & id ſuâ ſponte, nullâqve vi adhibitâ faciente. 20 Amplæ mercatoris pollicitationes de mercium ſuarum excellentiâ, fidem venditori derogant ac minuunt, eumqve mendacii ſuſpectum reddunt. Nam *proba merx facilè emtorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.* Plaut. 21 Plus juſto.

22 Laudat venales, 23 qvi vult extrudere, merces.
24 Res urget me nulla; 25 meo ſum pauper in 26 ære,
Nemo hoc 27 mangonum faceret tibi; 28 non temerè à me
Qvivis ferret idem; ſemel hic 29 ceſſavit; & (ut ſit)
30 In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.
31 Des nummos, 32 excepta nihil te ſi fuga lædat.
33 Ille ferat pretium, 34 pœnæ ſecurus, opinor.

22 Venditor. 23 Qvi vult qvamprimùm merces vendere, & in alios à ſe transferre. 24 Nulla neceſſitas me ad hunc ſervum tibi vendendum. 25 Nulli qvidqvam debeo. 26 Meton. mat. pro nummis indè excuſis & factis. 27 Nemo ex iis, qvi ſervos vendunt, adeò vili pretio talem ſervum tibi venderet, ut ego. *Mangones* ſunt propriè, qvi homines vendunt, ab *agendo manu* nominati: ſed alii deflectunt *παρὰ τὸ μάγγανον*, id eſt, pharmacum, præſtigiæ & fallaciæ. 28 Nec qviſqvam aliorum hominum facilè à me idem obtineret, illô, qvô tu illum à me reportabis, pretiô. 29 Hic ſervus ſemel ad heri ſui mandata exſeqvenda tardior fuit. 30 Hic ſervus delituit, metuens flagellum dependens in gradibus, qvo neqvam ſervi flagellari ſolent, id eſt, metuens verberari, loris vinciendus, qvæ pendebant in ſcalis. Ad terrorem enim in ædibus ſcuticæ, qvas *habenas* qvoqve appellabant, in gradibus dependebant: *habena* autem impuberum ferè pœna erat. 31 Tu verò, Juli Flore, nummos mihi des, & ſervi pretium octo nummorum millium mihi ſolvas, & hunc ſervum tibi emas. 32 Si modò ejus fuga, qvam ego excepi & tibi revelavi, te non offendat. 33 Mango ille pretium octo millium nummorum pro ſervo à te auferre & accipere poteſt. Deponitur perſona, & Horatius loqvitur. 34 Non metuens, ne pœna ſibi emtori ſit præſtanda per legem redhibitoriam. Sic Virg. 1. Æn. *ſecurus amorum Germanæ.*

35 *Pru-*

35 Prudens emiſti vitioſum; dicta tibi eſt 36 lex.
37 Inſeqveris tamen hunc, & lite moraris iniqvâ.
Dixi me 38 pigrum 39 proficiſcenti tibi; 40 dixi
Talibus officiis propè 41 mancum: ne mea 42 ſævus
Iurgares ad te qvòd epiſtola nulla 43 veniret.
Qvid 44 tùm profeci, 45 mecum facientia jura
Si tamen 86 attentas? qvereris 47 ſuper hoc etiam, qvòd
Exſpectata 48 tibi non mittam carmina 49 mendax.

35 Qvia tu de vitio pueri ſciens, ô Flore, nihilominus ſervum emiſti, qvē fugiſſe tibi dixi. Verba ſunt Horatii ad emtorem, per qvem Julium Florum ſignificat: ſe autem cum ſervo vitioſo, eâ lege vendito, comparat. 36 Pactum ſive conditio venditionis tibi expoſita eſt, ne illius vitio, fugâ ſc. & ignaviâ offendaris. 37 Tamen hunc venditorem mangonem, id eſt, me, judicio perſeqveris, & cum venditore iniqvè litigas. 38 Eſſe in ſcribendo ceſſatorem. Nunc totum illum ſuperiorem ſermonem ad ſe, & ad Florum accommodat. 39 In militiam unà cum Claudio. 40 Anaphora. 41 Me ad talia ſcribendi officia eſſe ineptum. Sumtum eſt ab iis, qvi manibus ſunt mutilati & privati, ac proinde inepti ad res contrectandas, ut imbecillæ ingenii Horatiani vires indicentur. 42 Iratus me objurgares. 43 A me, id eſt, mitteretur vel perferretur ad te, id eſt, qvòd nihil tibi reſcriberem. Metaphora ab animatis ad inanimata, qvibus datur motus & ſenſus. 44 Cùm vitia mea, id eſt, ſegnitiem & imbecillitatem meam tibi prædicerem. 45 In hac cauſa (ex eo qvòd mea vitia tibi faſſus ſum) pro me facientia, id eſt, me adjuvantia. Sic Ep. ſuperiori dixit: *Et ſapit, & mecum facit, & Jove judicat æqvo.* Eſt autem *facere cum aliqvo*, ei favere & à partibus illius ſtare. Cic. *cum Cæſare facit Lentulus Conſul.* 46 Oppugnas, & labefactare conaris. 47 De hoc. Sic Virg. 1. Æn. *Multa ſuper Priamo rogitans.* 48 A te diu deſiderata. 49 Tan-

50 *Lucul.*

*50 Luculli miles collecta * viatica multis*
Ærumnis, 51 laſſus dùm noctu 52 ſtertit, 53 ad aſſem
Perdiderat: 54 poſt hoc vehemens 55 lupus, & 56 ſibi & 57 hoſti
Iratus pariter, 58 jejunis dentibus acer,
59 Præſidium regale 60 loco dejecit (ut ajunt)
Summè munito, & multarum divite rerum.
61 Clarus ob id factum 62 donis ornatur honeſtis,

qvam negligens promiſſa. 50 Qvi bellum geſſit cum Mithridate, rege Ponti. Nunc ſe cum qvodam Luculli milite comparat, ſignificans, ſe paupertate coactum verſus olim facere cœpiſſe: nunc autem mediocres facultates conſecutum, videri ſibi ſatiùs eſſe dormire, qvàm verſus ſcribere. * Omnes opes longo tempore militari labore partas. *Viaticum* dicitur, qvicqvid ad iter ſeu viam conficiendam neceſſarium eſt, & *Via auxilium*, ut loqvitur Virg. ſive cibus ſit, ſive pecunia ad victum expendenda. Translatum eſt hoc à viatoribus, ad ſubſidium vitæ indicandum. 51 Laboribus militaribus defatigatus. 52 Altum dormit. 53 Uſqve ad aſſem, ita ut vix ei as unus reſtiterit. 54 Omnium opum ſuarum damnum. 55 Egeſtate acer inimicus factus. Alleg. eſt è continuatis Metaph. à belluâ acri & rapaci, ut ſignificet illum militem inopiâ factum eſſe acerrimum in hoſtem. 56 Dùm vitam ſuam contemnit. 57 Hoſti ſuo Mithridatico. 58 Et famelicis dentibus violentus factus. 59 Mithridatis, regis Ponti, milites aliqvot præſidiarios ſive in præſidio collocatos & cuſtodes. Meton. ſubj. 60 Ex vel de arce vel caſtello valdè munito, id eſt, foſſis maxime ſepto, mœnibus clauſo, cuſtodiis ac vigiliis defenſo, & opulento (ut de illo perhibetur) deturbavit, depulit. Synecd. gen 61 Miles hic in toto Luculli exercitu ob id facinus egregium, expugnationem ſc. arcis, nobilitatus. Metaph. à lumine Solis. 62 Ampliſſimis & honorificis muneribus militaribus (ut coronis, torqvibus, phaleris, qvorum nomine pecunia non continetur) à Lucullo exornatur.

Ac-

Accipit & bis dena 63 ſuper ſeſtertia nummûm.
Fortè 64 ſub hoc tempus 65 caſtellum evertere 66 Prætor
Neſcio qvod cupiens, 67 hortari cœpit 68 eundem
69 Verbis, qvæ timido qvoq; poſſent addere 70 mentē:
71 I bone, qvò virtus tua te vocat: I pede 72 fauſto,
Grandia 73 laturus 74 meritorum præmia: qvid ſtas?
Poſt hæc ille 75 catus, qvantumvis 76 ruſticus, 77 Ibit,
Ibit eò, qvò vis, qvi 78 zonam perdidit, inqvit.
Romæ 79 nutriri mihi contigit, atqve 80 doceri,

63 Et inſuper, id eſt, præter illa dona honorifica accipit viginti millia ſeſtertiûm nummûm, id eſt, qvingentos coronatos. *64* Paulò poſt hoc tempus, qvô hoc accidit. *65* Mithridatis hoſtis. *66* Imperator Lucullus. Prætores initiò conſules erant, & bella adminiſtrabant, jus dicebant. *67* Acceſſus eſt ad Proſopopœiam Prætoris & militis, de arce oppugnandâ inter ſe colloqventium. *68* Luculli militem. *69* Seqventibus. 70 Animos ſive animi confidentiam ad magnum facinus aggrediendum accendere poſſent. 71 Fortis ac ſtrenuè miles ito eò, qvò tua te fortitudo invitat, id eſt, invade arcem. Anaphora. Verba ſunt Imperatoris militem hortantis. 72 Ito bono ac felici auſpicio, & primus mecū in hoſtes irrue. 73 Relaturus, accepturus. 74 Tuorum. 75 Prudens miles, qvi antè vitæ ſuæ periculo ſatis jam dives erat factus, vitæ ſuæ non ampliùs prodigus. 76 Conditione ruſticus. Metaph. eſt ſimilis Sat. 2. l. 2. notata ſub initium. 77 Ille miles ſuum caput periculo objiciet, ibit eô, qvò tu vis, Imperator. Epizeuxis. 78 Qvi omnem pecuniam & viaticum, qvod in zonâ milites portare ſolebant, perdidit, & ad paupertatem redactus eſt. Meton. ſubj. *Zona* dicta eſt à ζώννυμι, id eſt, *cingo*. 79 Educari. 80 A præceptore inſtitui & doceri Homeri Iliadâ, in qvâ initio exponitur, qvantum Achilles iratus Agamemnoni ob ereptam ſibi Briſeida, & contra Trojanos pugna-

Iratus

Iratus Grajis 81 *qvantum nocuiſſet Achilles.*
Adjecêre bonæ 82 *paulò plus artis* 83 *Athenæ:*
Scilicet ut poſſem curvo dignoſcere 84 *rectum,*
Atq; inter 85 *ſylvas Academi qværere verum.*
Dura ſed amovêre 86 *loco me tempora grato,*
Civilisqve rudem belli tulit 87 *æſtus in arma,*
Cæſaris Auguſti non reſponſura 88 *lacertis.*
89 *Unde ſimul primùm me dimiſêre* 90 *Philippi,*
91 *Deciſis humilem pennis,* 92 *inopemqve paterni*

re nolens, reliqvis Græcis ſuâ abſentiâ nocuiſſet. 81 Synecdochica periphraſis Iliadis Homeri. 82 Paulò majores progreſſus mihi in literis addiderunt. 83 Ubi Philoſophiæ operam dedi. 84 Bonum à malo, id eſt, virtutem à vitio diſtinguere. 85 Et in portico, ab Academo Athenienſi exſtructo, qvæ poſteà Academia appellata eſt, id eſt, inter obſcuros Philoſophos Academicos. Periphraſis ergò Synecd. eſt Academiæ. 86 Sed ex hoc eodem gymnaſio, vel Athenis, turbulenta tempora civium bellorum inter Brutum & Octavium me exturbârunt. Synecd. gen. 87 Et tempeſtas ac tumultus civilium diſcordiarum me Philoſophiæ, non armorum, ſtudioſum inter milites atqve exercitum Bruti retulit, & Tribunum fecit, qvi omnibus copiis & integris viribus Auguſti nimis erat inæqvalis. Metaphora à procellis & tempeſtatibus marinis. 88 Synecd. mem. 89 Ex qvo Bruti exercitu ſtatim ut ex militia dimiſſus ſum, & bello valedixi. 90 Civitas Theſſaliæ, à Philippo condita, ubi cum duce meo Bruto ab Auguſto ſuperatus, abjectis armis, aufugi, id eſt, milites Auguſtani victores pugnæ Philippenſis. Meton. ſubj. 91 Pennis meis, qvibus anteà ſublimis ferebar, avulſis demiſſum, id eſt, me, dignitate & opibus in bello amiſſis demiſſum. Metaphora à nudatis volucribus ornatu plumarum, qvæ deplumes ubi fiunt, abire ſublimes neqveunt: ſic miles exarmatus & fortunis everſus erigere ſe non poteſt. Cic. Ep. 2. ad Attic. l. 4. *Iidem illi, qvos ne tu qvidem ignoras, qvi mihi* pennas inciderant, *nolunt eaſdem renaſci; ſed, ut ſpero, jam renaſcuntur.* 92 Per proſcriptionem, qvòd ſecutus eſſem

93 *Et*

93 Et laris & fundi; paupertas impulit 94 audax
95 Ut verſus facerem. 96 Sed, 97 qvod non deſit, habentem,
98 Qvæ poterant unqvam ſatis 99 expurgare 100 cicutæ, 53
Ni melius 101 dormire putem, qvàm ſcribere verſus?
102 Singula de nobis anni 103 prædantur 104 euntes;
105 Eripuêre jocos, 106 Venerem, convivia, ludum;
107 Tendunt 108 extorqvere Poëmata. 109 Qvid faciam vis?

partes Bruti. 93 Et domûs & agri, id eſt, totius patrimonii. Synecd. periphraſis. 94 Impudens & temeraria. Notum illud ex Od. 24. l. 3. *Magnum pauperies opprobrium, jubet Qvidvis & facere & pati.* Undè Mimographus: *Hominem experiri multa paupertas jubet.* 95 Ad acqvirendam gratiam virorum principum, Mæcenatis imprimis, ut ejus præſidio opes, in bello amiſſas, recuperaret. 96 Ordo eſt: Sed nî putem melius *eſſe* dormire, qvàm ſcribere verſus, qvæ cicutæ poterunt unqvam ſatis expurgare *me* habentem, qvod non deſit? 97 Qvod ad vitam tolerandam abundè mihi ſufficit. 98 Inſanus meritò dicar. 99 Ab inſania liberare. 100 Helleborus, aut qvæcunqve validiſſima inſaniæ remedia. Synecd. ſpec. 101 Otium agere. 102 Juvenilia, omnia amatoria, & jocoſa, qvæ anteà habui. Secunda eſt excuſatio, cur non ſcribat. 103 Auferunt, rapiunt. Metaphora eſt à re militari, qvam qvi exercent, omnium templorum, urbium, tectorum prædones ſunt: ſic ſenectus hominem ſpoliat omnibus vitæ anteactæ jucunditatibus. 104 Anni abeuntes & fugientes. Synecd. periphraſis ſenectutis. 105 Mihi hâc grandiori ætate. 106 Amorem à Venere accenſum. Meton. effic. 107 Contendunt, conantur. 108 Excutere mihi fingendi carminis propenſionem. Metaphora eſt à tormentis, qvorum vi confeſſio conſcii exprimitur: ut Phil. 13. *Macedoniam fratri tuo, qvi à vobis nihil degenerat,* extorſimus. 109 Ko-

110 *De-*

110 Deniqve non omnes eadem mirantur, amantq́;:
111 Carmine tu gaudes; hic delectatur 112 Jambis;
Ille 113 Bioneis ſermonibus, & ſale 114 nigro.
Tres mihi convivæ 115 propè diſſentire videntur,
Poſcentes 116 vario 117 multum diverſa 118 palato.
119 Qvid dem? qvid non dem? 120 renuis tu, qvod jubet alter:
Qvod petis, id ſanè eſt inviſum 121 acidũq; 122 duobus.
123 Præter cætera, me Romane Poëmata cenſes
Scribere poſſe, inter tot 124 curas, totq́; 125 labores?
126 Hic 127 ſponſum 128 vocat, hic 129 auditum ſcripta, relictis
Omnibus officiis; 130 cubat hic in colle Qvirini:
*Hic * extremo in Aventino; † viſendus uterqve.*

varia & conſilii communicatio eſt. 110 Tertia excuſatio, cur non ſcribat. 111 Tu verſu Heroico delectaris. Synecd. gen. 112 Verſibus Jambicis. Synecd. mem. 113 Satyricis & amaris verſibus, qvibus impius ille Bion Poëta uſus eſt. 114 Salibus ſive jocis mordacibus, acribus & acutis. Metaphora eſt ab hoc genere ſalis vehementioris & vi acriori præditi ad detergendum, qvàm eſt ſal candidus, ut notet morſus veteris Comœdiæ fuiſſe acriores & acutiores. 115 Propemodùm. 116 Diverſo. 117 Valdè diſcrepantia fercula, dum unus acidis, alter amaris, tertius ſaliis delectatur. 118 Guſtu. 119 Aporia & addubitatio. 120 Tu illud recuſas, illud alter ſibi apponi jubet. Horatius tanqvam ad ipſos convivas loqvitur. 121 Et ingratum. 122 Reliqvis. 123 Inſuper. Alia cauſa, cur verſus non ſcribat. 124 Occupationes. 125 Negotia & tumultus. 126 Anaphora. 127 Ad ſpondendum pro ſe. 128 Me. 129 Alter me, tanqvam carminum cenſorem, vocat ad audiendum ſuos verſus. 130 Hic amicorum ægrotus decumbit in colle Qvirino, à *Qvirino* dicto. * In extrema parte montis Aventini, ab *avibus*, vel ab *Aventino* rege Albano dicti. † Uterqve

131 *Intervalla vides humānè* 132 *commoda.* 133 *Verum* 70
134 *Puræ ſunt plateæ,* 135 *nihil ut meditantibus obſtet.*
136 *Feſtinat* 137 *calidus* 138 *mulis gerulisqve* 139 *redemptor:*
140 *Torqvet* 141 *nunc lapidem, nunc ingens* 142 *machina* 143 *tignum:*
Triſtia robuſtis 144 *luctantur* 145 *funera* 146 *plauſtris:*

à me uno die inviſendus eſt. 131 Vides, qvàm incommoda ſint hæc tanta locorum longiſſimè diſtantium interſtitia more omnium rerum humanarum, qvarum commoditates non carent ſuis incommoditatibus. 132 Ironia. 133 Sed dicet aliqvis. Procatalepſis eſt, præoccupatio objectionis, qvam Florus faceret, & qvam Poëta ſic diluit, *Feſtinat* &c. 134 Qvòd plateæ ſive viæ Romæ ſint ab hominibus cæteriſqve rebus minimè impeditæ, ſed patentes: ut *puro concurrere campo*, *dimicare puro ac patenti campo*, Virgilius Liviuſqve dixêre. Vox autem *platea* deflectitur ab adjectivo Græco πλατὺς, cujus fœmininum eſt πλατεῖα, ubi intelligitur ὁδὸς vel πύλη, id èſt, *via* vel *porta*. 135 Ita ut nulla ſint impedimenta in plateis, qvæ Poëtis carmina meditantibus obſint. 136 Reſpondet ſuperiori illi objectioni, negatq; ita eſſe. Nam calidus redemtor, &c. 317 Avidus, inq; opere faciendo impiger & laborioſus. *Calidos* enim vocamus vehementes, ſtudio ſc. ejus rei, qvam agunt, accenſos. 138 Sarcinariis & bajulis vel portatoribus, qvi portant ad fabricam neceſſaria. 139 Qvi pro certâ mercede opus faciendum conduxit. Sic. Od. 1. l. 3. *freqVens Cæmenta demittit* redemtor *Cum famulis operum ſolutis.* 140 Torqvendo attollit in plateis. 141 Anaphora. 142 Qvâ ſaxa & ligna ad murorum ſtructuram in ſublime attolluntur. Hæc vox deflectitur à Græco μηχανὴ, id eſt, artificium & adminiculum inventum ad qvidvis efficiendum. 143 Trabem. 144 Contendunt, dum unus alteri cedere non poteſt: qvando hâc funus procedit, illâc plauſtra trahuntur. 145 Homines, qvi funus deducunt & exſeqvias mortui cohoneſtant. Meton. ſubj. 146 Cum plauſtris, qvæ ſaxa & alia, ad ædifi-

147 Hâc 148 rabioſa fugit canis; hâc 149 lutulenta 150 ruit ſus.
151 I nunc, & verſus tecum 152 meditare 153 canoros.
Scriptorum 154 chorus omnis amat 155 nemus, & fugit 156 urbes,
Ritè 157 cliens Bacchi, 158 ſomno gaudentis, & umbrâ.
Tu me inter 159 ſtrepitus nocturnos atqve diurnos
160 Vis canere, & 161 contracta 162 ſeqvi veſtigia vatum?
** Ingenium, ſibi qvod vacuas deſumſit Athenas,*
Et ſtudiis annos † ſeptem dedit, 163 inſenuitqve

cia neceſſaria, portant, id eſt, cum aurigis viam intercludentibus. Meton. ſubj. 147 Parte. Anaphora. 148 Irritata. 149 Cænoſa. 150 Decurrit. 151 Ironia eſt: ſentit enim non hâc eſſe eundum verſus meditanti. 152 In plateis inter eundum. 153 Concinnos. 154 Multitudo Poëtarum, vel omnes Poëtæ & ſcriptores. Sumtum eſt à docentibus choreas. 155 Solitudinem, ſeceſſum. Ovid. *Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia qværunt.* 156 Al. *urbem*, id eſt, Romam, non Gabios, aut Ulubros, aut vacuum Tibur, & imbelle Tarentum. 157 Qvicunqve Poëta vel ſcriptor ſectator Bacchi eſt, id eſt, Bacchum patronum habet, in cujus tutelâ omnes Poëtæ ſunt conſtituti. Synecd. gen. 158 Qvi delectatur ſomno & qviete. 159 Tumultus, qvibus tota urbs plena eſt. 160 Vis verſus ſcribere? 161 Anguſta, qvæ difficile eſt perſeqvi. Al. *contacta*, id eſt, trita & divulgata. Al. *cantata*, id eſt, ab aliis priùs dicta. 162 Proximè ad alios vates accedere, & illos contingere. * Ille Poëta, qvi ad ſe excolendum ſive ſtudiis ſuis elegit Athenas urbem minùs populoſam & qvietiſſimam. Meton. adj. pro ſubj. Argumentum à Majori. In ſummo otio & qviete, qvi jam multos annos Athenis verſantur, ſi hoc non præſtiterint, ego-ne id Romæ poſſim in ſummo ſtrepitu? † Et diu ſtuduit. Synecd. fin. pro infin. 163 Et ex librorum lectione & curis ſenium contraxit.

Libris

Libris & curis, 164 *ſtatuâ taciturnius* 165 *exit*
Plerumqve, 166 *& riſu populum qvatit*: 167 *hîc ego rerum*
168 *Fluctibus in mediis, & tempeſtatibus* 169 *Urbis,*
170 *Verba lyræ motura ſonum connectere digner?*
171 *Frater erat Romæ conſulti Rhetor*, 172 *ut alter*
Alterius 173 *ſermone meros audiret* 174 *honores*:
175 *Gracchus ut hic illi foret, huic ut* 175 *Mutius ille*
176 *Qvî minùs* 177 *argutos vexat* 178 *furor iſte Poëtas?*
179 *Carmina compono*: 180 *hic Elegos, mirabile viſu,*
181 *Cælatumqve novem Muſis* 182 *opus*: 183 *aſpice primùm,*

164 In nimiis ſc. cogitationibus defixus, dum verſus meditatur. 165 Domo ſuâ. 166 Et, dein neminem ſalutat, omnibus riſum excitat maximum. 167 Romæ. 168 In ſummis occupationibus & tantis Urbis tumultibus Metaph. à mari. 169 Romæ. Synecd. gen. 170 Ego-ne dignum eſſe putem connectere verba motura ſonum lyræ, id eſt, carmina Lyrica ſive ad Lyram decantanda componere? Synecd. mem. 171 Romæ erat Orator qvidam, frater cujuſdam Juriſconſulti. 172 Qvi duo fratres adeò honorificè de ſe invicem ſentiebant, ut, &c. In *alter alterius* eſt Polyptoton. 173 Ex ſermone. 174 Meras laudes. 175 Ita ut hic Rhetor illi fratri Juriſconſulto tantus Orator diceretur, qvantus fuit Tiberius Gracchus, Corneliæ filius: contrà ut ille Juriſconſultus huic Rhetori fratri ſuo optimus Juriſconſultus, qvalis fuit Q. Mutius Scævola, appellaretur. *Gracchus* ergo & *Mutius* dicuntur per Synecd. ſpe pro eloqventiſſimo qvoqve Oratore & Juriſconſulto peritiſſimo. 176 Qvomodo minùs, qvàm illos fratres, Oratorem & Juriſconſultum. 177 Nos loqvaces Poëtas. 178 Laudandi nos invicem, id eſt, inſana ambitio. Synecd. gen. 179 Ego Horatius egregios Lyricos verſus vel Odas meâ exiſtimatione compono. Synecd. gen. 180 Alter. 181 Et artificioſiſſimum, qvaſi à novem Muſis elaboratum. Metaph. à ſculptoribus. 182 Poëma. 183 Pri-

184 *Qvanto cum faſtu,* 185 *qvanto molimine* 186 *circū-*
Spectemus 187 *vacuam Romanis vatibus* 188 *ædem,*
Mox etiam 189 *(ſi fortè vacas)* 190 *ſeqvere, & *procul audi,*
Qvid 191 *ferat, &* 192 *qvare ſibi nectat uterq; coronā.*
193 *Cædimur, & totidem plagis conſumimus* 194 *hoſtem,*

mùm enim vide. 184 Qvàm ſuperbè. Anaphora. 185 Qvanto apparatu, qvàm operosè. 186 Circumſpectemus ædem. Tmeſis. Cruqvius conjicit legendum eſſe disjunctè, & ἀσύνδετον ſic explendum : ſpectemus circum, id eſt, theatrum, & vacuam Romanis vatibus ædem : diſpiciat lector. 187 Cenſentes illam vacuam Poëtis futuram, niſi noſtra in illam carmina deferamus. Al. ſic : qvæ ſolos recipit Poëtas Romanos. 188 Templum Apollinis, cui Bibliotheca fuit adjuncta, ab Auguſto exſtructa. Synecd. gen. & Meton. ſubj. 189 Si fortè tibi otiū eſt, ſi nihil habes, qvod agas. Cic. *ſcribes aliqvid,* ſi vacabis. 190 Nos Romanos Poëtas. *E loco longinqvo, qvaſi ex inſidiis nos conſectans, ut aliud te agere cogitemus, explora. 191 Novi proferat. 192 Qvare uterqve noſtrum, & ego qvi carmen, & alter qvi Elegos compoſuit, dignos nos judicemus coronâ laureâ ſive Poëticâ, id eſt, laude. 193 Ordo eſt: *Nos tanqvam* Samnites cædimur lento duello ad prima lumina, & conſumimus hoſtem totidem plagis. *Cædimur*, id eſt, pulſamur, corrigimur alter ab altero audiendo alterius poëmata. Alleg. eſt è continuatis Metaphoris ab ignavis gladiatoribus, qvi, ut ſe mutuis ictibus petere videntur, cùm tamen nihil faciant minùs : ſic glorioſi Poëtæ ludicris reprehenſionibus ſeſe alii alios ſimulatè laceſſunt, mutuiſqve aſſentationibus admirantur, & titulis ornant. 194 Adverſarium noſtrum, cum qvo pugnamus, id eſt, aliorum poëmatum recitatione obtundimur, & noſtris viciſſim poëmatibus recitandis aliorum aures obtundimus : deinde ego ab alio laudor, & viciſſim ali-

195 Lento 196 Samnites 197 ad lumina prima duello.
198 Diſcedo Alcæus 199 puncto illius ; 200 ille meo quis?
Quis, 201 niſi Callimachus? ſe 202 plus apposcere viſus,
203 Fit Mimnermus, & 204 optivo cognomine creſcit.

um laudo. 195 Prolixo prælio. 196 Tanqvam Samnites gladiatores, qvi adverſus Romanos pugnaverunt, uſqve ad nocturnas lucernas, id eſt, veſperam. Poëtas mutuam in laudando tradentes operam gladiatorũ generi, qvos *Samnites* vocabant, aptiſſimè comparat: de qvibus Liv. l. 9. dicti autem à ſplendidiſſimâ Samnitium, cum qvibus tot olim bella geſſêre Romani, armaturâ. Ex hac gente exſtiterunt lenti & ignobiles gladiatores, qvi certamen gladiatorium in noctem producebant integri & intacti vulneribus: de qvibus Cic. 2. Tuſc. & l. 2. de Orat. Sunt qvi dicunt Romanos in privatis conviviis gladiatorum cæde ac ſangvine delectatos. 197 Ab ortu Solis uſqve ad veſperam, cùm jam fervent convivia: ut Sat. 6. l. 2. *juſſerit ad ſe Mæcenas ſerum ſub* lumina prima *venire Convivam*. 198 Ego (inqvit Horatius) diſcedo domum par Alcæo, qvia Lyricus ſum. 199 Alterius ſuffragio & judicio, qvod fiebat de ingenio ſcriptoris vel conditione petitoris. Meton. adj. Erat enim priſcis hominibus in more poſitum Romæ, ut ſuffragia populi & favor punctis notarentur, non autem ſcriberentur: de qvo ſic dicit in Art. *Omne tulit* punctum, *qvi miſcuit utile dulci*, id eſt, tulit ſuffragia populi & judicium. Itaqve Horatius dicit ſe judicio Poëtæ Elegiaci declaratum fuiſſe præſtantiſſimum Lyricum, & Elegiacum illum ſuo ſuffragio peritiſſimum Elegiæ ſcribendæ judicatum. Ita Synecdochicàs interpretor ſingulares hos tres Poëtas, Alcæum, Callimachum, Mimnermum. 200 Ille verò alter, qviſ-nam eſſe videtur viciſſim meo judicio? 201 Voco illum Callimachum, qvi princeps Elegiæ habitus fuit. 202 Laudis, vel nobilius nomen. 203 Appellatur à me Mimnermus. 204 Titulo, qvemcunqve ille à me exoptârit

205 *Multa fero, ut* 206 *placem genus* 207 *irritabile* 208 *vatum,*
Cùm 209 *ſcribo, & ſupplex populi* 210 *ſuffragia* 211 *captor.*
* *Idem, finitis ſtudiis, & mente receptâ,*
Obturem patulas impunè legentibus aures.
212 *Ridentur, mala qvi componunt carmina; verùm*
Gaudent 213 *ſcribentes, &* 214 *ſe venerantur, &* 215 *ultrò,*
Si taceas laudant, qvidqvid ſcripſère, 216 *beati.*
217 *At qvi* 218 *legitimum cupiet feciſſe poëma,*
219 *Cum tabulis* 220 *animum* 221 *cenſoris ſumet honeſti:*
222 *Audebit, qvæcunqve parùm* 223 *ſplendoris habebunt,*

clarior & nobilior per me evadit. 205 Multum moleſtiarum perfero. 206 Mitigem, id eſt, ne illos irritem aut offendam. 207 Qvod facilè ad iram impellitur. 208 Romanorum. 209 Verſus. Epiſtrophe. 210 Populi Romani benevolentiam ac laudes. 211 Aucupor, venor. Metaph. à venatoribus & aucupibus. * Ego idem Horatius, ubi finem feci ſcribendi verſus, & furore Poëtico abjecto ad me redii, obſtruere auſim & poſſim ſine ullo vindictæ aut pœnæ metu aures meas patulas aliis vatibus, ſua carmina mihi recitantibus. 212 Ab aliis. 213 Poëtæ, qvi talia mala carmina ſcribunt, lætantur, tanqvam egregia ſcripſerint. 214 Se ipſos admirantur tanqvam divinos Poëtas. 215 Non exſpectantes donec ab aliis laudentur. 216 Suâ opinione felices, ſibi placentes. 217 At verò bonus Poëta, qvi, &c. 218 Secundùm leges exactiſſimorum Poëtarum. 219 In qvibus compoſita carmina deſcribet, in manum ſumtis 220 Affectum induet. Meton. ſubj. 221 Æqviſſimi judicis & emendatoris, id eſt, ipſe ſua ſcripta, non ſecùs ac ſi alterius eſſent, examinabit. Synecd. ſpe. 222 Non dubitabit. 223 Nitoris, elegantiæ & venu-

224 *Et*

224 Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur,
Verba 225 movere loco; qvamvis 226 invita recedant,
227 Et verſentur adhuc intra 228 penetralia 229 Veſtæ.
230 Obſcurata diu populo bonus 231 eruet, atq;
Proferet in lucem 232 ſpecioſa vocabula rerum,
233 Qvæ priſcis memorata 234 Catonibus atqve Cethegis,
235 Nūc ſitus informis premit, & 236 deſerta vetuſtas.
237 Adſciſcet nova, qvæ genitor produxerit uſus

ſtatis. Metaph. à Sole, qvemadmodum ſæpè dicitur *lumen orationis*, pro ejus elegantiâ & ornatu. 224 Et humilia & levia erunt. 225 Delere, mutare, & è carmine ſuo eximere. 226 Qvamvis Poëta, qvi talia verba uſurpavit & collocavit, gravatè velit illa è loco movere, & alia meliora ſubſtituere. Metaph. eſt ab animatis ad inanimatum. 227 Qvamvis adhuc in domo propè focum penitùs abdita ſint, id eſt, nondum in lucem prolata fuerint. 228 Metaph. à ſanctitate adyti Veſtalis ad indicandos capitis humani receſſus, & facultates animi illic incluſas, in qvibus λόγοι & res reconditæ latent, qvæ, cùm tempus & locus poſtulant, indè depromuntur & in uſum transferuntur. 229 In Veſtæ templo ſervatus fuit ignis æternus Romæ. *Veſta* hic ponitur pro Lare. 230 Verba obſoleta & inuſitata. 231 Talis Poëta tanqvam homo benignus populo Romano è tenebris & ſitu extrahet. Metaph. eſt à corporibus, qvæ è terrâ effodi & extrahi poſſunt, ut aurum obrutum terrâ, ſylvas, herbas, qvercus eruere, ad ea, qvæ tantùm animo intelliguntur. 232 Egregia & ſignificantiſſima. 233 Qvæ ſpecioſa vocabula nunc ſitus informis premit. 234 In qvotidiano ſermone uſitata fuerunt. Ex his ſingularibus intelligendi ſunt per Synecd. homines vetuſtiſſimi qviqve, qvorum tempore ſpecioſa rerum vocabula erant in uſu, qvæ nunc neglecta jacent. 235 Nunc turpe ſenium in tenebris qvaſi detinet 236 Obſoleta. 237 Finget, & in communem loqvendi uſum aſſumet nova verba, qvæ uſus loqvendi (qvi qvaſi vocabulorum parens eſt) genuerit.

238 Vehemens, & liqvidus, puroqve ſimillimus amni,
Fundet 239 opes, Latiumq; 240 beabit divite lingvâ.
241 Luxuriantia compeſcet, 242 nimis aſpera ſano
243 Lævabit cultu, virtute carentia 244 tollet:
245 Ludentis ſpeciem dabit, & torqvebitur: 248 ut, qvi
Nunc 247 Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa movetur.
248 Prætulerim ſcriptor 249 delirus inerſq; videri,

238 Potens ad verborum inventionem. Anapæſtus pro Spondeo. 239 Novorum vocabulorum copiam in uſum Latini ſermonis profundet, qvi legitimum cupiet feciſſe poëma. 240 Et Italiam lingvâ latinâ copioſâ augebit. 241 Qvæ redundant ac ſuperflua ſunt, illa reprimet & amputabit. Metaph. eſt à vitio frugum, qvod eſt ſeminis abundantia, qvæ ipſas ſegetes ſuffocat. 242 Qvæ nimis inculta ſunt. 243 Poliet, lævia & qvaſi mitiora reddet exqviſito judicio. Metaph. à fabris, qvi aſperitatem rerum poliendo & lævigando tollunt. 244 Qvæ minùs bona ſunt, illa ex ſermone eximet. 245 Præbebit ſe ludenti Comœdo aut Tragœdo, id eſt, parùm laborioſè ſcribenti ſimilem, i.e, verba ipſis rebus aptè accommodabit, & pro rei qvalitate interdùm jocabitur, interdum augetur, verbisqve flebilibus utetur. 246 Velut Hiſtrio facit, qvi alio geſtu & corporis motu levės Satyros, alio corporis motu vaſtum & immanem Cyclopa repræſentat, & inter ſaliendum movetur. Sic Sat. 5. l. 1. *Paſtorem* ſaltaret *uti* Cyclopa, *rogabat*: ubi videtur Helleniſmus per Ellepſin τῦ *κατὰ*. 247 Meton. eſt cauſarum pro effectis, unde utriuſqve ſaltatio, geſtus & motus ſignificantur. 248 Nemo inter Poëtas Romanos invenitur, qvi dicat: Ego malim vanus & ineptus Poëta aliis videri. Revertitur ad id qvod ſuprà dixit: *gaudent ſcribentes, & ſe venerantur*, &c. 249 Metaph. ab imperi-

250 Dum

250 *Dum mea delectent mala me, vel deniq; fallant,*
251 *Qvàm ſapere, & 252 ringi. Fuit 253 haud ignobilis Argis,*
Qvi ſe credebat miros audire 254 Tragœdos,
255 *In vacuo lætus 256 ſeſſor plauſorq; Theatro:*
Cætera qvi 257 vitæ ſervaret 258 munia recto
259 *More, bonus ſanè vicinus, 260 amabilis hoſpes,*
*Comis in uxorem, poſſet qvi * ignoſcere ſervis,*
Et 261 ſigno læſo non inſanire lagenæ:
Poſſet qvi rupem & puteum 262 vitare 263 patentẽ.
Hic ubi cognatorum 264 opibus curiſq; 265 refectus,
Expulit elleboro 266 morbum 267 bilemqve meraco,

to aratore ad pravitatem & perverſitatem Poëticæ compoſitionis notandam. 250 Dummodò mea mala carmina mihi placeant, me etiam lateant, qvòd mala ſint. 251 Qvàm optimus Poëta reverà eſſe. 252 Mihi diſplicere, & ob id excruciari. Translatio à canibus, qvi *ringi* dicuntur, cùm irritati nares diducunt, qvaſi latraturi, aut morſuri, ad eos, qvì taciti ſtomachantur. Ter. Phor. *Dum tibi ſit, qvod placeat, ille* ringitur, *tu rideas.* 253 Vir qvidam multis ſatis cognitus. 254 Agentes. 255 Ubi nulli ſpectatores erant, tanqvam illud multis ſpectatoribus, variisqve omnis generis ſpectaculis plenùm eſſet. 256 Qvi qvotidiè ex inſania ſedebat & plaudebat. 257 Humanæ, id eſt, qvì ſatis in reliqvis rebus non demens, ſed prudens erat. 258 Officia. 259 Aliorum ſanorum hominum. 260 Advenis benignus. * Non ſævus eſſe. 261 Et non furenter iraſci, cùm lagenam, à ſe obſignatam, comperiſſet à ſervis furtim reſignatam ſive patefactam & exhauſtam eſſe, ſicut avari lagenas obſignare ſolent, ne furtim evacuentur. Synecd. part. 262 Declinare. 263 Operculo remoto. 264 Impenſis & ſtudiis. 265 Curatus, & ſanitati rationis ſive mentis reſtitutus. Sumtum eſt à rebus vitiatis, qvæ ſolent reſtaurari & reparari, ad animi recreationem. 266 Inſaniæ. 267 Atram melancholiæ bi-

Et 268 redit ad ſeſe: Pol me 269 occidiſtis, amici,
Non ſervâſtis, ait: 270 cui ſic extorta voluptas,
Et demptus 271 per vim 272 mentis gratiſſimus 273 error.
274 Nimirum ſapere eſt abjectis utile 275 nugis,
Et 276 tempeſtivum pueris concedere 277 ludum,
Ac non 278 verba ſeqvi 279 fidibus modulanda Latinis,
Sed 280 veræ 281 numeroſq; modoſq; 282 ediſcere vitæ.
283 Qvocirca mecum loqvor 284 hæc, tacituſqve recordor:
285 Si tibi nulla ſitim 286 finiret copia lymphæ,
287 Narrares medicis: qvòd, qvanto 288 plura parâſti,

lem redundantem meracis, id eſt, puris & ſolis ellebori potionibus. 268 Et ad priorem rationis ſanitatem rediit, id eſt, ſanus factus eſt. 269 Veſtrâ curâ me infelicem reddidiſtis. Exclamatio conqverentis jurejurando confirmata, & unà eſt Argivi ſanati Proſopopœia. 270 Utpotè cui veſtris potionibus jucundiſſimus ille Phantaſiæ furor excuſſus ſit. 271 Medicamenti. 272 Rationis meæ. 273 Qvo jucundiſſima ſpectacula mihi imaginabar. 274 Verba jam ſunt Poetæ, transeuntis ad Philoſophiam. Ordo eſt: Nimirum abjectis nugis, utile eſt ſapere, id eſt, noſtris malis furioſorum more non ulteriùs gaudere. 275 Carminum, id eſt, ſtudio Poetico. Metaph. 275 Opportunum, congruum. 277 Carminis ſcribendi. 278 Poëmata, carmina. Synecd. mem. 279 Decantanda verſibus Latinis & Lyricis. 280 Tranqvillæ, beatæ. 281 Doctrinam & moderationem. Metaph. à Poëtica dimenſione. 282 Cognoſcere & memoriæ mandare. 283 Apparatus eſt ad Proſopopœiam ſui ipſius, qvi ſe in deliberationem vocat. 284 Qvæ dicam. 285 Sit tibi, ô Horati. Anaphora. 286 Abundantia aqvæ non reſtingueret. 287 Exponeres morbum tuum Hydropem, remedium periturus. 288 Bona tibi comparaſti.

Tanto plura cupis, 289 nulli-ne faterier audes?
Si 290 vulnus, tibi 291 monſtratâ radice vel herbâ,
292 Non fieret levius; 293 fugeres radice vel herbâ
294 Proficiente nihil curarier: 295 audieras, cui
296 Rem Dî donarent, illi decedere 297 pravam
Stultitiam; & cùm ſis nihilo 298 ſapientior, 299 ex qvo
Plenior es, tamen utêris 300 monitoribus îſdem?
At ſi divitiæ prudentem reddere poſſent,
Si 301 cupidum timidumqve minùs 302 te; nempe 303 ruberes,
Viveret in terris te ſi qvis avarior uno.
304 Si proprium eſt, qvod qvis 305 librâ mercatus & ære eſt.
306 Qvædam (ſi credis conſultis) 307 mancipat uſus:

289 Illum avaritiæ morbum nulli animæ medico Philoſopho confiteri audes? 290 Dolor, qvem capis è vulnere. 291 A Chirurgo. 292 Non ſedaretur, ſed intumeſceret. 293 Recuſares. 294 Ad vulnus curandum inutili. 295 Ab aliis hominibus ſtultis. 296 Multa bona, opes. 297 Avaritiam & habendi cupiditatem. 298 Moderatior aut liberalior. 299 Ex illo tempore, ex qvo ditior factus es. 300 Iisdem opum laudatoribus, qvi te docuerant, dementiam profligari poſſe divitiis. 301 Ut avarorum more neqve timeres pro opibus collectis, neqve plures opes appeteres. 302 Facere poſſent. 303 Tùm erubéſceres, & turpe tibi eſſe putares. 304 Si illud noſtrum eſt. Oſtendit, nihil vel emptione, vel uſucapione cuiqvam eſſe proprium, & proinde nos in eo plus æqvo ſtulteſcere, qvando nobis id proprium ducimus, qvod alienari & alterius eſſe poteſt. 305 Ad libram appenſo emit. 306 Uſus rerum qvædam mancipat, ſi credis Juris-conſultis. 307 Efficit qvædam propria, &, tanqvam eſſent manu capta, facit ſua, & uſucapit. Metaph. à vi-

Qvi

Qvi te paſcit ager, 308 tuus eſt, & villicus 309 Orbî
Cùm ſegetes 310 occat, tibi mox frumenta 311 daturus,
312 Te dominum ſentit. Das nummos: 313 accipis uvã,
314 Pullos, ova, cadum 315 temeti: nempe modo iſto.
Paulatim 316 mercaris agrum, fortaſſe 317 trecentis
(Aut etiam 318 ſuprà) nummorum millibus 319 emptum.
320 Qvid refert, vivas numerato nuper, an olim
321 Emtor Aricini 322 qvondam, Vejentis & arvi.
Emtũ cœnat olus, 323 qvamvis aliter putat. 324 emtis

ctoribus, qvi victos in ſervitutem redigere ſolent & ſibi vindicare. 308 Utpote de qvo uſum & fructum percipis, qvamvis illius agri alius qvisqvam dominus eſſe dicatur. 309 Orbii, qvi dominus erat villici. Apocope. 310 Semen ſegetum ſparſum terrâ operit glebis fractis occâ & crate dentatâ. 311 Al. *daturas*, ſegetes ſc. 312 Agnoſcit te dominum fundi, cujus fruges emis. 313 Pro nummis datis. 314 Gallinaceos. 315 Vini. 316 Emis ipſum agrum Orbii. 317 Septem millibus & qvingentis coronatis. Nam decem millia nummûm vel ſeſtertiûm valent 250 aureos coronatos: qvi decies additi efficiunt duo millia & qvingentos coronatos: è qvorum rursùs triplici additione exſurgunt ſeptem millia & qvingenti coronati. 318 Dictam ſummam, vel dicto pretio pluris. 319 Ab ipſo Orbio, qvi etiam dominus appellatur. 320 Qvid intereſt ad agri poſſeſſionem, an vivas ex pretio ſoluto modò, an jam diu? 321 Qvi emtor eſt & dominus. Oſtendit cauſam, cur nihil interſit inter eum, qvi jam olim agrum emit, qvando ei neceſſe eſt ejus fructus redimere ad uſum vitæ, & eum, qvi numeratâ qvotidiè pecuniâ fundum paulatim ſuum facit. 322 Olim Al. *qvoniam.* Ordo eſt: Emtor arvi Aricini & Vejentis cœnat olus qvondam emtum, non tanqvam proprium, qvia agrum olim emit, in qvo illud olus natum eſt. 323 Qvamvis putet ſe proprium, non emtum cœnare olus. 324 Non propriis: nihil enim noſtrum vel pro-

Sub noctem gelidam lignis 325 calefactat ahenum.
Sed vocat 326 uſqve ſuum, 327 qvà populus adſita certis
Limitibus vicina 328 refugit jurgia: tanqvam
Sit proprium 329 cuiqvam, 330 puncto qvod mobilis horæ,
331 Nunc 332 prece, nunc pretio, nunc vi, nunc 333 ſorte ſupremâ
Permutet dominos, & 334 cedat in altera 335 jura.
Sic qvia 336 perpetuus nulli datur uſus, & hæres
337 Hæredem alterius, velut unda ſupervenit undã,
Qvid 338 vici 339 proſunt, aut horrea? qvid-ve Calabris
340 Saltibus adjecti 341 Lucani? 342 ſi metit Orcus

prium eſt, qvod emitur. 325 Calefacit. 326 Sed avarus illud eò uſqve proprium eſſe cenſet, qvouſqve termini agri ſui ſe extendunt. 327 Qva in parte populus arbor applantata & appoſita certis limitibus vicinorum jurgia vitare facit & diſcernit. Al. *aſſita*, id eſt, viti maritata. 328 Removet, tollit. Metaphora eſt à præditis ſenſu & motu, ad iisdem carentia. 329 Al. *qvidqvam*. 330 Brevi temporis momento. 331 Anaphora. 332 Donatione, emtione, vi à potentioribus illatâ, ut fit in bello, legitimâ ſucceſſione & ultimâ voluntate teſtatoris. Sunt hæc qvatuor alienationum genera. 333 Al. *morte*. 334 Ab uno ad alium continuâ ſucceſſione tranſeat. 335 In alterius poteſtatem. 336 Proprius. 337 Super alterum hæredem, qvi paulò antè alterius hæres fuit, id eſt, hæres hæredem excipit & ſubſeqvitur. Polyptoton: uti & in *unda undam*. 338 Agri ſive villæ ruſticæ. 339 Avaris. 340 Campis ſpatioſis Calabriæ, qvæ pecorum, mellis & lanæ ferax eſt, ut in Lucaniâ. 341 Campi in Lucaniâ. 342 Si mors unâ eâdemqve falce demetit, aufert. Metaph. ab agricolis, qvi ſegetes demetunt, qvas ex agris vehant in areas & indè in

343 *Gran-*

343 Grandia cum parvis, non 344 exorabilis auro?
Gemmas, 345 marmor, ebur, 346 Tyrrhena ſigilla,
347 tabellas,
Argentum, veſtes 348 Getulo murice tinctas, 181
349 Sunt qvi non habeant, eſt qvi non curat habere.
Cur alter 350 fratrum 351 ceſſare, & ludere, & 352 ungi
(356 alter
353 Præferat 354 Herodis 355 palmetis pinguibus;
Dives & 357 importunus, ad 358 umbram lucis ab ortu 185
359 Sylveſtrem 360 flammis & 361 ferro 362 mitiget 363 agrum,

horreis recondant. 343 Nobiles & ignobiles, Reges & mendicos. 344 Placabilis. 345 Statuas marmoreas, menſas eburneas. Meton. mat. 346 Parva ſigna, id eſt, parvas ſtatuas ex Etruriâ allatas. 347 Picturas. 348 Africanâ purpurâ imbutas, id eſt, purpureas. 349 Multi. Polyptoton. 350 Duorum. 351 Nihil agere. 352 Unguentis nitere. 353 Malit, qvàm opus agere. 354 Ditiſſimi hominis. Synecd. ſpe. Fuit autem hic Herodes rex Syriæ, ubi magna palmarum copia eſt. 355 In locis palmis conſitis, id eſt, ampliſſimis divitiis, qvibus anteponit homo voluptarius ſuas voluptates & delicias. Syned. ſpe. Senſus ergo eſt: Scit Genius qvid ſit, qvamobrem alter ex duobus fratribus malit eſſe otioſus, qvàm poſſidere omnia Syriæ palmeta. 366 Cur verò alter illius ceſſatoris frater ſit, &c. 357 Qvi præter modum opus facit, nunqvam qvieſcit, nullam intermittit horam, qvin rei augendæ ſtudeat. Metaph. à nautis, qvi portu carentes qvò poſſint naves appellere, intereà vehementer fluctibus agitantur, ad ſignificandam hominis avari inqvietam contentionem. 358 Ab ortu Solis uſqve ad crepuſculum veſpertinum, id eſt, toto die. Synecd. periphraſis noctis. 359 Sterilem & incultum. 360 Igne. 361 Falce vel vomere, vel cultro è ferro factis. Meton. mat. 362 Preſcindendo domet, & mitem in fertilem reddat. 363 Plantas infrugi-

Scit

Scit 364 Genius, 365 natale comes qvi temperat 366 aſtrum,
Naturæ Deus humanæ, 367 mortalis in unum-
Qvodqve 368 caput, vultu 369 mutabilis, 370 albus & ater.
371 Utar, & ex modico, qvantum 372 res poſcet, 373 acervo
374 Tollam: 375 nec metuam, qvid de me 376 judicet hæres,
Qvòd non plura 377 datis invenerit; & tamen 378 idē
Scire volam, 379 qvantum ſimplex hilarisq́; nepoti
Diſcrepet, & qvantum diſcordet parcus avaro.
380 Diſtat enim, 381 ſpargas tua prodigus, an neqve ſumptum
382 Invitus facias, neq́; 383 plura parare labores,

feras, ſpinas ac herbas ſteriles. Meton. ſubj. 364 Cur, inqvam, inter germanos fratres etiam ſit tanta diverſitas, hujus rei rationem & cauſam novit Genius, naturæ humanæ Deus, qvi ſimul cum homine naſcitur & moritur. 365 Qvi comes hominibus adjunctus influxum provenientem à ſidere natalitio, qvod nos naſcentes aſpicit, & cum qvo qvis natus eſt, regit & felicem facit. 366 Synecd. eſt periphraſis horoſcopi. 367 Qvi mortalis eſt & moritur cum ſingulis hominibus. Synecd. mem. 368 Hominis mortui. 369 Alius, atqve alius, pro varietate fortunarum humanarum. 370 Nunc benignus, nunc malignus, proſper & adverſus. 371 Moderatè bonis partis. 372 Uſus vitæ humanæ. 373 Rerum mearum. 374 Sumam ex his tantum: ut Sat. 1. l. 1. *at ſuave eſt ex magno* tollere *acervo.* 375 Nec mihi erit curæ. 376 Poſt mortem. 377 Relictis à me, vel, qvàm qvæ illi à me data ſunt. 378 Idem ego Horatius. 379 Qvantum homo liberalis à prodigo, & qvantum parcus ab avaro differat, id eſt, qvid interſit inter illos. 380 Multum enim intereſt. 381 An bona tua profundas. 382 Libenter. 383 Avarorum more.

Ac

Ac potiùs , 384 puer ut feſtis 385 Qvinqvatribus, 386 olim
Exiguo gratoqve fruaris 387 tempore 388 raptim.
389 Pauperies, immunda domus procul abſit: ego, utrũ
*390 Nave ferar magnâ an parvâ * ferar unus & idem.*
Non agimur 391 tumidis velis Aqvilone 392 ſecundo;
393 Non tamen adverſis ætatem ducimus Auſtris.
394 Viribus, ingenio, 395 ſpecie, virtute, 396, loco, re,
397 Extremi primorum , extremis uſqve priores.

384 Qvemadmodùm pueri qvinqve diebus feſtis Minervæ dicatis , toto eo tempore , qvod eis datur , ad animi remiſſionem raptim fruúntur ; ita & tu , &c. 385 *Qvinqvatrus* dictæ ſunt, qvòd qvintum poſt diem Iduum Martii Palladi celebrarentur. Nam dies poſt Idus habebatur ater, unde qvinqve ab hoc atro die numerati ſunt. Horum dierum primo die ſacra fiebant, tribus deinceps conſeqventibus ludi edebantur: qvinto populus luſtrabatur. De his Ovid Faſt. 3. *Una dies media eſt , & fiunt ſacra Minervæ : Nomina qvæ à junctis qvinqve diebus habent.* 386 Interdum, *ποτέ.* 387 Juvenilis ætatis. 388 Celeriter. 389 Intereà precor, ut paupertas, & domus ſordida & inelegans à me abſint : ut *domus* ſit Genitivi caſus. 390 Nihil enim meâ intereſt , utrùm ego magnis an parvis opibus ſive reditibus vivam. Alleg. eſt è Metaph. à nautis, qvâ ſignificat ſe mediocritate contentum. * Animum meum non mutabo, magnis non efferar, parvis non dejiciar , ſed ad omnem eventum imperturbatus ero. 391 Velis inflatis & plenis impellimur noſtrâ navi , id eſt, nimiâ felicitate, id eſt, non ſumus admodùm divites, nec ampliſſimis opibus cumulati. Alleg. eſt è Metaph. 392 Proſpero. 393 Non tamen inopes ſumus & valdè pauperes, ſed in mediâ fortunâ conſtituti ſumus. 394 Viribus animi & corporis, & animi bonis. 395 Formâ corporis. 396 Conditione, & opibus. 397 Medii ſumus inter ſummos & infimos, id eſt, neq; in ſumma rerum proſperitate, neqve in ſumma rerum ca-

398 Non

398 Non es avarus: 399 abi; qvid? 400 cætera jam ſimul iſto
401 Cum vitio fugêre? 402 caret tibi 403 pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & irâ?
Somnia, 404 terrores magicos, miracula, 405 ſagas,
406 Nocturnos Lemures, 407 portentaqve Theſſala rides?
408 Natales gratè numeras? 409 ignoſcis amicis?
410 Lenior & melior fis accedente ſenectâ?
411 Qvid te exempta juvat 412 ſpinis de pluribus 413 una?
Vivere ſi rectè neſcis, 414 decede peritis.
415 Luſiſti ſatis; ediſti ſatis, atqve bibiſti;

lamitate verſamur. 398 Si mihi dicam: tu, Horati, avarus non es, & ob id reliqvis etiam vitiis defunctus es. 399 Cum hâc abſurdâ ratiocinatione. 400 Reliqva vitia. 401 Cum avaritia aufugerunt? Minimè. 402 Anaphora. 403 Animus: qvia pectus animi ſedes eſt. Meton. ſubj. 404 Faſcinationes. 405 Mulieres magicas ſive veneficas: à *ſagiendo*, id eſt, acutè ſentiendo, dictas. 406 Falſas animarum ſpecies noctu vagantes, Dæmonum ſpectra. 407 Miracula illa rerum, qvæ Theſſali venefici incantamentis ſuis edunt, irrides & contemnis? 408 An dies tuos natales, & annos ſenectutis, vel potiùs originem tuam, & generis tui auctores non libenter ac jucundè commemoras? multos enim ſui generis pudet; hujus tamen, qvanqvā libertino patre natum, non pudebat Horatiū. 409 An indulges amicis? 410 Nunqvid fis mitior & liberalior, &c. 411 Qvid autem tibi prodeſt, qvòd de tot vitiis animi tui (qvæ te excruciant, nec ſinunt conſcientiam qvieſcere) unum avaritiæ vitium tantùm è corpore tuo propulſaveris? 412 Metaph. eſt ab iis, qvi punguntur ſpinarum aculeis, ad indicandas animi perturbationes. 413 Spina. 414 Da locum melioribus & peritioribus, qvi rectè vivere poſſunt. 415 Cùm juvenis eſſes, in carminibus amatoriis, omnibuſqve juveni-

Tempus 416 *abire tibi eſt:* 417 *ne potũ largiùs æqvo*
Rideat, & pulſet 418 *laſciva decentiùs ætas.*

libus ſatis te exercuiſti. Symploce eſt in tribus mẽbris, ac præterea è continuatis Metaph. alleg. à conſvetudine convivatorum, qvi cibo, potione & ludo expleti & ſatiati diſcedunt è convivio libenter, qvali alacritate animi debet optare exitum è vitâ, qvi non didicit rectè vivere. 416 Ut hac ſenili ætate juvenilia relinqvas, & ab illis abeas. 417 Ne te magis potum, qvàm par eſt, ætas juvenum irrideat. 418 Juventus, id eſt, juvenes, qvos laſcivire magis decet, qvàm ſenes Synecd. gen. & Meton. adj.

Q. HORATII FLACCI
DE
ARTE POËTICA
LIBER.

Ad PISONES.

HUmano 1 *capiti* 2 *cervicem pictor eqvinam*
3 *Jungere ſi velit, &* 4 *varias* 5 *inducere plumas,*
6 *Undiqve collatis membris, ut* 7 *turpiter atrum*

1 Formoſæ mulieris, id eſt, fœmineo capiti, ut illa pòſt, *mulier formoſa ſupernè*, indicant. Synecd. gen. 2 Huic monſtro, cujus partes differunt ſpecie, formâ & naturâ, ſimile eſt poema, qvod non conſtat ex partibus aptis & inter ſe convenientibus. 3 Adjungere. 4 Ex variis avibus collectas: qvali varietate ſe ornaverat cornicula illa Æſopica. 5 Illi cervici eqvinæ jubæ loco ſuperinducere ac penicillo appingere. 6 Ex omnibus animalibus collectis ad hoc monſtrum conſtituendum. 7 Monſtroſè & indecorè finiatur in horribilem

Deſi-

Deſinat in piſcem mulier formoſa 8 *ſupernè :*
9 *Spectatum admiſſi riſum* 10 *teneatis* 11 *amici ?*
12 *Credite* 13 *Piſones* 14, *iſti tabulæ fore* 15 *librum*
Perſimilem, cujus , 16 *velut ægri ſomnia* , 17 *vanæ*
Fingentur ſpecies : ut nec 18 *pes, nec caput uni*
Reddatur formæ. 19 *Pictoribus atqve Poëtis*
Qvidlibet audendi ſemper fuit æqva poteſtas.
20 *Scimus* , *& hanc* 21 *veniam petimusqve damusqve viciſſim ;*

& defotmem piſcem, id eſt, ut monſtrum illud ſit infernè piſcis, vel illius pars infima ſit ſimilis piſci deformi. 8 A parte ſuperiore. 9 Qvi à pictore ad tale monſtrum, ad hanc tàm monſtroſam picturam ſpectandam adhibiti eſtis. Sic Cic. dicit, *feſſum recipere.* 10 Continere poſſitis? 11 Apoſtrophe eſt, qvâ ſermo avertitur à Piſonibus ad familiares & amicos talis pictoris. 12 Mihi. 13 Pater & filii, viri egregii Piſones. Familia *Piſonum* Romæ fuit & nobiliſſima & antiqviſſima, à *pinſendo* dicta. 14 Huic picturæ adeò abſurdæ. 15 Illud poëma. Syned. gen. 16 Veluti ſomnia ægrotorum, qvæ vana ſunt. 17 Inepta figmenta & abſurda, qvales ſunt alienæ ab argumento deſcriptiones & amplificationes. 18 Ut neqve finis neqve principium unius operis formæ proportione reſpondeat. Alleg. eſt ab animalibus monſtroſis ſumpt, ad carminis deformitatem indicandam, qvod in ſingulis partibus ſibi diſſimile videtur, nedum in primâ & poſtremâ. 19 Sed objiciet mihi hic aliqvis, qvòd æqvalis atqve eadem poteſtas qvidlibet dicendi ac fingendi Poëtis cum Pictoribus communis fuit. Procatalepſis eſt, unà cum Proſopopœiâ cujuſdam, deformitatem talis poëmatis defendentis. 20 Scimus hoc ita eſſe, Pictores & Poëtas qvidlibet impunè fingere poſſe. Reſponſio & Subjectio per Conceſſionem objectionis & reſtrictionem vocabuli univerſalis *Qvidlibet.* 21 Qvidlibet audendi & fingendi.

22 Sed non, ut placidis coëant immitia, non ut
23 Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
24 Inceptis gravibus plerumq; 25 & magna profeſſis
26 Purpureus, latè qvi ſplendeat, unus & alter
Aſſuitur pannus: cùm 27 lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aqvæ per amœnos 28 ambitus agros,
29 Aut flumen Rhenum, aut 30 pluvius deſcribitur arcus.

22 Sed tamen hoc non ita concedimus, ut crudelia cum mitibus conjungantur. & contraria inter ſe ſinè ratione confundantur. In *non* repetito eſt Anaphora. 23 Serpentes crudeles cum avibus mitibus. agni imbecilles cum immanibus tigribus copulentur, commiſceantur. 24 Grandibus exordiis & operibus. Secundum præceptum, ut illa, qvæ ornatus causâ adhibentur, ad propoſitum nihil pertinentia evitemus, ut ſunt longè digreſſiones à propoſito, & deſcriptiones rerum à themate alienæ. 25 Et illuſtria de ſe pollicentibus. 26 Splendida orationis particula, una atqve altera pulchræ rei deſcriptio ab incepto opere aliena inſeritur, qvæ poëma concinnius reddat, & legentibus magis commendet, non aliter, atqve cùm vili veſte aut pallio unus atqve alter cento purpureus, qvi ſuo ſplendore veſtem commendet, aſſuitur. Alleg. è Metaph. à veſtiariis, qvi pro decenti veſte conſuunt ſæpè centones; ubi præcipuè datur exordio poëmatis rei inanimatæ ſenſus & motus, pro ipſius auctore, qvi gravia magna initiò pollicitus, tandem levia & indecora præſtat. Qvod ſi ſeparatim conſideres, τὸ *pannus purpureus*, Synecdochicàs intellige de qvovis ornamento, ut verbum *ſplendeat* de qvavis exornatione. 27 Ut cùm ſacrum nemus, nempe Aricinum, & templum Dianæ, id eſt, cùm res leves deſcribuntur ab iis, qvorum incepta erant gravia. Synecd. gen. 28 Et cùm circuitus fontis aut fluminis per amœnos agros currentis, &c. 29 Aut Rheni flumen, qvod Belgas & Galliam à Germaniâ dividit. Sic Od. 4. l. 4. 7. [illegible] Metaurum flumen. 30 Aut arcus ille Iridis, pluviam præ-

ſd

Sed nunc non erat 31 *his locus*: & *fortaſsè cupreſſū*
Scis 32 *ſimulare*; 33 *qvid hoc*? 34 *ſi fractis enatat exſpes*
Navibus, 35 *ære dato* 36 *qvi pingitur*? 37 *amphora cœpit*
Inſtitui, 38 *currente rotâ*, *cur* 39 *urceus exit*?
Deniqve 40 *ſit*, 41 *qvid vis*, 42 *ſimplex duntaxat* & *unum*.

nuncians, magno verborum ambitu prolixè deſcribitur. Meton. 31 Pannis purpureis deſcribendis & inferendis, id eſt, eloqventiæ intempeſtivæ tempus non erat. 32 Penicillo cupreſſi, arboris feralis, nec niſi funeribus affigi ſolitæ, & pingere, id eſt, ſimilitudinem artificiosè exprimere ornamenta inania, ut deſcriptiones fluviorum, ſylvarum, aliorumqve locorum, qvæ tàm aliena ſunt à poëmate incepto, qvàm cupreſſus à naufrago, qvem pictor aliqvis depingendum ſuſcepit. 33 Quid hoc ſibi vult, & qvorsùm opus eſt, te eam cupreſſum appingere? 34 Si ille, qvi pretio datô in tabulâ à te depingitur, naufragus eſt, & fracto navigio, ſine ſpe & metu mortis anxius, navis tabulâ arreptâ, non ſinè extremo vitæ periculo ad littus enatat? Nempe naufrago, ex undis ſervato vivoqve, nihil rei eſt cum cupreſſo, qvæ non vivo, ſed funerato convenit. 35 Meton. mat. pro effecta & excuſa ex ære pecunia. 36 Cujus hominis naufragi effigies pingitur. Meton. ſubj. ſicut in *fractis navibus* eſt Synecd. gen. pro ſingulari nave fracta. 37 Vas vinarium grande, id eſt, poëma pulchrum & grande cœpit efformari. Alleg. eſt è Metaph. à figulis, cùm pro pulchro & grandi poemate redditur deforme & perexiguum. Nam *amphora* comparat inceptum grave: *urceo* confert purpureum illum aſſutum pannum. *Amphora* ſic dicta, qvòd utrinqve haberet anſam, duabusqve ferretur manibus. 38 Progrediente operis ſcriptione. Metaph. à rota figulari. 39 Vas exiguum, id eſt, cur extrema deſinunt in humilia & minuta? 40 Scriptum, aut poema. Epilogus omnium ſuperiorum. 41 Qvod ſcribere vis. 42 Unius formæ & coloris, atqve adeò

43 *Maxima pars Vatum* (44 *pater, & juvenes patre digni*)
Decipimur ſpecie recti: brevis eſſe 45 *laboro,*
46 *Obſcurus fio: ſectantem* 47 *lævia,* 48 *nervi*
Deficiunt animiqve: 49 *profeſſus grandia,* 50 *turget:*
51 *Serpit humi tutus nimium timidusqve procellæ,*
Qvi 52 *variare cupit rem* 53 *prodigialiter unam,*

non conſtans grandi & fervido exordio, medio remiſſiore, minutô verò atqve frigido exitu. 43 O præclare pater Piſo, voſqve tanti patris egregii filii Piſones, nos Poëtæ magna ex parte decipimur falsâ virtutis imagine. Nam vitia in ſcribendo pro virtutibus ſeqvimur. Tertium præceptum: ubi miſsô rudi illo pictore, ſartore & figulo, redit ad Piſones. 44 O Piſones omnes. Synecd. 45 Sic ſi verboſitatis vitium effugere, & ſuccinctus eſſe ſtudeo. Primum exemplum. 46 Poëma meum difficile intellectu fit. Meton. cau. pro effe. Cic. 2. de Div. *Nimis obſcurus eſt Euphorion Poëta, at non Homerus*, id eſt, illius poëmata nimis intellectu difficilia ſunt, ſed hujus facilia. 47 Si velim facilia & mollia in carmine meo ſectari. Secundum exemplum. Metaph. à corporibus, qvæ dùm cavamus multùm lævigando, ne ſentiantur nimis aſpera, nimis illa reddimus tenera & mollia. 48 Nervi animoſi & vividi, id eſt, vires orationis deſerunt, & ſublimis ſententiarum majeſtas. 49 Grandiloqvus, & qvi magnificè in poëmate ſuo omnia vult exponere. Tertium exemplum. 50 Elatus evadit & modum excedit. 51 Contrà qvi nimiùm cautus eſt, ſibiqve nimiùm cavet à grandiloqventia illa vana & turbulentis verborum procellis, ille humi qvaſi ſerpit, nimiſqve humilis eſt. Qvartum exemplum. Alleg. à perculſis metu tempeſtatis, qvi, ne illius turbine offendantur, ſe humi proſternere ſolent: vel à vermibus, aut pueris humi repentibus. 52 Fabulis incredibilibus unum opus narrare. Qvintum exemplum. 53 Mirabiliter & ſupra omnium hominum fidem. Alii hîc ſynchyſin ſtatuunt: nam τὸ *prodigialiter* apponunt τῷ ap-

54 *Del-*

54 Delphinũ ſylvis 55 appingit, 56 fluctibus aprũ.
57 IN VITIUM *ducit culpæ fuga, ſi caret arte.*
58 Æmiliũ circa 59 ludum 60 faber imus & 61 ungues
62 Exprimet, & molles 63 imitabitur ære 61 capillos;
64 Infelix operis ſummâ, qvi 65 ponere totum
Neſciet, 66 Hunc ego me, ſi qvid 67 componere curẽ,
Non magis eſſe velim, qvàm 68 pravo vivere naſo,
69 Spectandum 70 nigris oculis, nigroqve capillo.

pingit, ut ordo ſit: Qvi vult variare rem unam, *is* prodigialiter appingit Delphinum ſylvis, &c. 54 Qvi in aqvis degit, id eſt, inepta ſcribit, & ab ipſa natura prorsùs abhorrentia. Synecd. eſt duplex ſpe. pro qvalibet re alieno loco collocata: ac præterea continua Metaph. à pictura, ad poema ex alienis argumentis. 55 Conjungit. 56 Mari aprum, ſylvis gaudentem, id eſt, aqvatilia terris, terreſtria mari affingit. 57 Declinatio unius vitii inducit hominem in illud vitium, ſi ingenio & prudentiâ careat. Sic alibi: *Dùm vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.* 58 Æmilianum, ſive à L. Æmylio ſic nominatum: proprio pro poſſeſſivo uſus. Qvartum præceptum. 59 Circa locum gladiatorum, ubi fabri vicinas officinas habent, habitans. Synecd. gen. 60 Viliſſimus atqve infimus ſtatuarius. 61 Similitudinem unguium & capillorum, qvi in humano corpore partes ſunt minùs principales & viliores. Meton. ſubj. 62 In ſtatua qvapiam ex ære repræſẽtabit. 63 In ære efformabit. 64 Rudis & imperitus in toto corpore vel ſtatuâ abſolvẽda. 65 Facere vel fabricari univerſum corpus & totam ſtatuam ignorabit:, ita etiam vilis Poeta leviorem qvidem partem, ſed operis totum ſyſtema rectè pro cujusq; natura & qvalitate expedire non poterit. 66 Talem Poetam & ſcriptorem, qvi minùs principalem particulam tantùm abſolvere, totum autem non poſſit. 67 Conſcribere. 68 Tàm nolim eſſe, qvàm vivere incurvo & deformi nato. 69 Et intereà laudabilem. 70 Bellis. Nigri oculi olim formam com-

 71 *Sus-*

71 Sumite materiam veſtris,72 qvi ſcribitis,73 æqvã
74 Viribus,& 75 verſate diu, 76 qvid ferre recuſent,
Qvid valeant 77 humeri : 78 cui lecta potenter erit res,
Nec 79 facundia deſeret hunc, nec 80 lucidus ordo.
Ordinis hæc 81 virtus erit,& 82 Venus(aut ego fallor)
83 Ut jam nunc 84 dicat, 85 jam nunc debentia dici
Pleraq; 86 differat, 87 & præſens in tempus 88 omittat.

mendabant. 71 Sumite argumentum ſive rem, in qva tractanda occupemini atqve exerceamini. Apoſtrophe eſt ad univerſos ſcriptores qvarumlibet rerum. Eſt præterea totum hoc à gerulis ſumtum, qvi geſtanda priùs librant, qvàm ſuis humeris imponenda ſinant. Qvintum præceptum, qvòd ſcribendi argumentum cuiqve deligendum ſit. 72 Qvicunqve componitis, ſive Poetæ eſtis, ſive Oratores. 73 Parem, accommodatam. 74 Ingenii. 75 Cogitate, explorate. Metaph. continuata à bajulis, ad animum viresq; ingenii. 76 Perferre aut ſuſtinere non poſſint. 77 Ingenii veſtri. 78 Qvicunqve ſcribendi materiam pro ſui ingenii potentia, qvam ingenii vires ſuſtinere poſſint, κατὰ δύναμιν ſibi tractandam elegit. 79 Elocutio, expedita diſſerendi facultas. 80 Diſpoſitio operis univerſum opus perſpicuum reddens & illuſtrans. Metaphora à planetis, ad virtutem rectæ Methodi declarandam: qvæ rebus lumen non ſecùs affert, atqve corporibus inferioribus. Deinde Meton. effe. 81 Hujus diſpoſitionis hæc perfectio atqve præſtantia erit. Metaph. à præditis ratione ad rationis expertia. Sic Plautus dicit *virtutem mercis* pro excellentia. Sextum præceptum de Methodo. 82 Venuſtas, ſvavitas, σεμνότης, cujus parens credita eſt Venus. Meton. effic. 83 Ut ea dicat, qvæ primo loco dici debent. τὰ ὀφειλόμενα λέγειν. 84 Polyptoton. 85 Anaphora. 86 In futurum tempus. Epiſtrophe. 87 In præſenti tempore. 88 Syſtole.

89 *Hoc*

89 *Hoc amet, hoc ſpernat, promiſſi carminis auctor.*
90 *In verbis etiam* 91 *tenuis cautusq́;* 92 *ſerendis,*
93 *Dixeris egregiè,* 94 *notum ſi callida verbum*
Reddiderit junctura novum. Si fortè neceſſe eſt,
95 *Indiciis monſtrare recentibus* 96 *abdita rerum,*
Fingere 97 *cinctutis non exaudita* 98 *Cethegis*
99 *Continget, dabiturqve* 100 *licentia ſumta* 101 *pudenter.*

89 Ut ille, qvi egregium carmen ſeſe ſcripturum pollicitus eſt, hoc præſenti tempore probet, hæc autem præſenti tempore in aliud tempus rejiciat. Anaphora. 90 In vocabulis novis. Septimum præceptum ad elocutionem pertinens. 91 Si parcus & prudens eris. 92 Poëmati tuo immiſendis, in vulgus proferendis. Metaph. ab agricolis, qvi propriè dicuntur arbores & fruges ſerere. 93 Egregiè & cũ laude dixeris, elocutio tua egregia erit. 94 Si artificioſa verborũ connexio verbum, qvod novũ & obſcurum eſt, reddiderit perſpicuum, id eſt, ſi novum illud verbum ita cum aliis conjungas, ut ex antecedentibus & conſeqventibus, cum qvibus compoſitum eſt, facilè intelligi poſſit. 95 Novis vocabulis demonſtrare: nam vocabula ſunt velut indices ac nuntii eorum, qvæ abdita latent in mente. 96 Res abditas & ignotas: ut Od. 12. l. 4. *eluere amara curarum*, id eſt, amaras curas: & Sat. 2. l. 2. *Corruptus vanis rerum*, id eſt, vanis rebus. 97 Bellicoſis & militari baltheo cinctis, armatis, *vel*, loco tunicæ cinctum geſtantibus, id eſt, ſubligaculum, qvod ſolas partes infrà pectus velabat. *Cinctutis* ergo per Epentheſin pro cinctis. Fit autem *cinctutus* à *cinctu*, id eſt, veſte infra pectus corpus complectente, & à pectore ad pedes tegente. 98 Vocabula, quæ à Cethegis non audita fuerunt, id eſt, priſcis Romanis incognita, qvalis erat M. Cornelius Cethegus, qvem Cicero in Bruto poſuit inter priſcos Oratores. Synecdoche ſpe. 99 Licebit unicuiqve verbis uti recentibus. 100 Poteſtas fingendorum novorum vocabulorum. 101 Vere-

Et nova fictaqve nuper 102 *habebunt verba fidem, ſi*
Græco 103 *fonte cadant,* 104 *parcè detorta.* 105 *Qvid autem*
106 *Cæcilio, Plautoqve dabit* 107 *Romanus,* 108 *ademtum*
Virgilio, Varioqve? ego cur 109 *acqvirere pauca*
Si poſſim, 110 *invideor? Cum* 111 *lingva Catonis &* 112 *Ennî*
113 *Sermonem patrium* 114 *ditaverit, & nova rerum*
Nomina 114 *protulerit?* 115 *licuit, ſemperq; licebit,*
116 *Signatum præſente notâ* 117 *producere nomen.*

eundè, moderatè, cum pudore uſurpata. 102 Probabuntur & autoritatem obtinebunt. 103 Si è Græcâ lingvâ deriventur, & ad exemplum Græcorum in uſumLatini ſermonis deflectantur, & in caſum ſeu finem Latinum deſinant. Metaph. eſt ab aqvis perennibus, ad inexhauſtam lingvæ Græcæ copiam indicandam. 104 Moderatè ſeu paululum deflexa & derivata à Græcâ lingvâ. 105 Si licuerit veteribus Poëtis nova verba fingere, cur non liceat etiam recentioribus? Argumentum eſt à pari. 106 Alleg. eſt è continuatis Synecdochis. 107 Populus, id eſt, Romani indulgebunt. 108 Denegatum, nec conceſſum. 109 Nova & apta Latina vocabula facere, & illis Latinum ſermonem amplificare. 110 Cur ob id invidiam patior, cur ægrè ferunt? 111 Scripta priſcorum autorum rudium & impolitorum ditaverint. Alleg. eſt cauſarum pro effectis. 112 De qvo Ovidius: *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* 113 Lingvam Latinam amplificaverit & locupletiorem reddiderit. 114 Epiſtrophe. 115 Polyptoton. 116 Verbum aliqvod novum proferre, qvod præſenti uſu & communi loqvendi conſvetudine qvaſi ſignatum, ab omnibus recipiatur & uſurpetur. Alleg. è Metaph. à monetariis & ſignatoribus pecuniæ, qvibus ſemper licuit per magiſtratum novos nummos, aliis atqve aliis imaginibus notatos excudere. 117 Al. *procudere.*

Ut

Ut ſylvæ 118 *foliis* 119 *pronos* 120 *mutantur in annos,*
121 *Prima cadunt:* 122 *ita verborum vetus interit ætas*
Et 123 *juvenum ritu florent modò nata vigentqve.*
124 *Debemur morti nos, noſtraqve: ſive receptus*
Terrâ 125 *Neptunus,* 126 *claſſes Aqvilonibus arcet,*
127 *Regis opus: ſterilisve diu* 128 *palus, aptaq; remis,*
Vicinas 129 *urbes* 130 *alit, &* 131 *grave ſentit aratrũ:*

118 Per novas frondes. Al. *Ut folia in ſylvis*, &c. 119 Per annos celerrimè labentes. 120 Qvotannis. 121 Dum ſc. priora & vetera folia cadunt. 122 Ita priſca verba deſinunt uſurpari. 123 More novorum foliorum, modò natorum, vocabula nova modò excogitata uſurpantur, in uſu ſunt. 124 Nos omnes peribimus & noſtra opera: qvantò magis vocabula. Argumentum à Minori. Antecedens illuſtrat exemplis tribus maximorum operum. I. Portus Julii refecti, immiſſo mari in Lucrinum lacum. II. ſiccatæ Pontinæ paludis, ut vomere ſubigeretur, frugeſqve produceret. III. Tiberis à priori ſuo alveo in aliam partem averſi, ne urbi, nec agris noceret. 125 Mare in terram receptum. Meton. ſubj. mare enim poſſeſſione Neptuno adjunctum: & hoc rurſus pro Julio portu, qvem magnis molibus Jul. Cæſar incluſerat & intromiſerat in terram. 126 Aqvilones à navium claſſibus prohibet, & per portum à tempeſtatibus defendit, tutamqve navibus ſtationem exhibet. Hypallage, id eſt, inverſio caſuum. 127 Qvod profectò opus ſummi alicujus Monarchæ eſt, non niſi immenſis ſumtibus perficiendum, id eſt, Julii Cæſaris. Synecd. gen. alii tamen de Regibus Ægypti interpretantur. 128 Sive palus Pontina, qvæ diu aqvis obruta fuit, atqve navigationi apta, per Cethegum exſiccata, id eſt, navigabilis aqvis per aggeres ab Auguſto excluſis inqve mare per meatus deductis, in agrum convertitur. Synecd. gen. 129 Cives & incolas vicinarum urbium. Meton. ſubj. 130 Frugibus ſuis. 131 Aratur.

Seu

Seu 132 *curſū mutavit* 133 *iniqvū frugibus* 134 *amnis,*
135 *Doctus iter melius.* 136 *Mortalia facta peribunt:*
137 *Nedum ſermonum ſtet* 138 *honos, & gratia vivax.*
139 *Multa renaſcentur, qvæ jam* 140 *cecidêre,*
141 *cadentqve,*
242 *Qvæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet*
143 *uſus,* *(loqvendi.*
144 *Qvem penes arbitrium eſt, & jus, &* 145 *norma*
146 *Res geſtæ regumqve ducumq;, &* 147 *triſtia bella,*

132 Suum. 133 Hoſtilem, nocentem frugibus, qvas inundatione ſæpe obruere ſolebat. 134 Tiberis fluvius. 135 Antè per Velabrū fluens, nunc averſus in viam inoffenſam, & rectius atq; comodiùs fluere aſſvefactus. Metaph. â præditis ratione, ad rationis expertia: ut Ep. 14. l. 1. *Multâ mole* docendus *aprico parcere prato. Ita* Cic. dicit *eruditum pulverem* pro abaco Geometrarum. 136 Hæc omnia mortalium facta, qvantumvis admirāda temporis longitudine occident. 137 Tantum abeſt, ut vocabulorū, &c. i. e. qvantò minùs vocabula ſint ſempiterna. 138 Pulchritudo verborum perennis ſit, & vocabulorum venuſtas ſemper duret. Alleg. è Metaph. ab animatis ad inanimata, ad oſtendendam verborum caducam elegantiam. 139 Multa vocabula reviviſcent, inqve qvotidiano ſermone denuò uſurpabuntur. 140 Perierunt. Polyptoton, ſicut in *qvæ*, & in *qvem.* 141 Et multa contrà vocabula morientur. 142 Qvæ jam in loqvendi conſvetudine verſantur. 143 Conſvetudo loqvendi, vocabulorum pater, id eſt, hi, qvi delectum verborum habent. Meton. 144 Penes qvem uſum, id eſt, in cujus poteſtate eſt judicium & poteſtas. 145 Regula. Vide Od. 15. l. 2. *Veterumqve norma*: & Sat. 3. l. 1. *adſit Regula.* 146 Fortia Heroum facta. Octavum præceptum, Qvo genere carminis materia qvæqve tractanda ſit. Commemorat autem carminum genera qvatuor: Heroïcum, Elegiacum, Jambicum & Lyricum. E qvibus primi autorem facit Homerum: ſecundi incertum aliqvem: tertii Archilochum: qvarti verò autorem non attingit. 147 Calamitoſa, & homi-

Qvo ſcribi poſſent 148 *numero*, 149 *monſtravit Homerus.*
150 *Verſibus impariter* 151 *junctis* 152 *qverimonia primum,*
153 *Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos,*
Qvis tamen 154 *exiguos Elegos emiſerit autor,*
Grammatici 155 *certant, & adhuc* 156 *ſub judice lis eſt.*
157 *Archilochum* 158 *proprio* 159 *rabies armavit* 160 *Jambo.*

nes triſtes reddentia.Meton. eſſe. 148 Qvibus pedibus,qvo carminis genere, ſc. Heroïco. Metaph. à Mathematicis,& Synecd. gen. pro ſpecie carminis è certâ pedum qvantitate conſtantis. 149 Demonſtravit, docuit in Iliade ſuâ. 150 Carminibus Elegiacis, qvorum alterum eſt Hexametrum,ſex pedibus, alterum Pentametrum, qvinqve pedibus conſtans: qvæ tertio adhinc verſu *exigui Elegi* vocantur. Synecd. gen. 151 Ex Hexametris & Pentametris. 152 Materia lugubris & flebilis, ſive res triſtes, de qvibus funduntur qverelæ,deſcriptæ ſunt. Meton. adj. 153 Poſteà etiam res lætæ, & proſperæ, qvæ nobis ex animi ſententiâ ſucceſſerunt,cœperunt deſcribi. 154 Elegos verſus tenues & humili materiæ aptos invenerit. 155 Illâ de re iter ſe contendunt. 156 Et illa Grammaticorum contentio adhùc eſt dijudicanda, & nondum finita. 157 Archilochus, nobilis ille Poëta Græcus uſus eſt, tanqvam armaturâ, verſu Jambico ad convitia & maledicta contra ſocerum ſuum. Metaph. à præliaturis, qvi ſe muniunt armis adversùs hoſtes, vel etiam à canibus. Hinc ἰαμβίζειν pro maledicere ſumitur. 158 A ſe invento. 159 Ira, qvam ex repulsâ conceperat (dum Neobules nuptias ſperat, & ab ejus patre Lycambe, repudiatur) maledicentiâ, tanqvam armis, inſtruxit, & ſocerum ſuum Lycamben cum ſponsâ ad ſuſpendium adegit. 160 Pede, id eſt, carmine Jambico. Synecd. mem.

161 *Hunc* 162 *ſocci cepêre pedem, grandeſqve* 163 *cothurni,*
164 *Alternis aptum ſermonibus, & populares*
165 *Vincentem ſtrepitus, &* 166 *natum rebus agendis.*
167 *Muſa dedit* 168 *fidibus* 169 *Divos,* 170 *pueroſqve Deorum,*
171 *Et pugilem victorem, &* 172 *eqvum certamine primum,*

161 Jambicum, id eſt, hunc verſum Jambicum Comici in Comœdiis ſuis, qvorum ſocci ſunt, id eſt, calceamenti genus, & verborum rerumqve magnitudine illuſtres Tragici in Tragœdiis ſuis, qvorum calcei cothurni ſunt, admiſerunt & poëmatibus ſuis inſeruerunt. 162 Alleg. è Meton. adjunctorum pro ſubjectis Comœdiis & Tragœdiis, in qvibus actores induebantur ſoccis & cothurnis. 163 *Cothurni* ſunt calcei altiores, utriqve apti pedi. *Grandes* vocantur, tùm qvia altiores, tùm qvia Tragœdia ipſa grandiloqva, in qvam prodeunt Reges & perſonæ ſublimiores. 164 Utpote idoneum dialogis, mutuis interrogationibus & reſponſionibus, qvæ nunc ab hoc, nunc ab illo habentur. 165 Et in ſcenis clariùs reſonantem, & brevi atqve longâ ſyllaba ſpectatorum clamores, tumultuſqve in fabulis excitari ſolitos, ſuperantem. Metaph. ab animatis ad inanimata. 166 Inventum ad fabulas agendas. 167 Qvæ præſes eſt verſuum Lyricorum. Synecd. gen vel *Muſa* id eſt, Muſæ. Synecd. num ſing. pro plu. 168 Verſibus lyricis, qvi fidibus canuntur. Meton. adj. 169 Res à Diis, Heroïbus, Olympicis victoribus, juvenibus & compotatoribus, geſtas, qvæ ſunt Lyricorum argumenta, laudibus referendas. Alleg. è Meton. efficientium. Tales hymnos Horatius conſcripſit in Venerem, in Minervam, Cupidinem, alioſqve Deos Deaſqve. 170 Deorum filios, παῖδας τῶν θεῶν. id eſt, heroas, ſemideos. 171 Et in Olympicis certaminibus luctatores nobiles, pugnis & manibus acres. 172 Eqvitem in certamine velociſſimum, id eſt, qvi curſu vicit. Meton. ſubj.

Et juvenum 173 *curas,&* 174 *libera vina referre.*
175 *Deſcriptas ſervare vices*, 176 *operumq́, colores,*
177 *Cur ego,ſi neqveo ignoroqve, Poëta* 178 *ſalutor?*
179 *Cur neſcire, pudens pravè, qvàm diſcere malo?*
Verſibus exponi Tragicis 180 *res Comica non vult:*
181 *Indignatur item* 182 *privatis ac propè* 183 *ſocco*
Dignis carminibus 184 *narrari* 185 *cœna Thyeſtæ.*

173 Amores. Nam *Res eſt ſolliciti plena timoris amor.* Synecd. gen. 174 Liberos potores & convivas reddentia,id eſt. ſympoſia, in qvibus ebrii operta recludunt liberè, laudare docuit, ut apud Pindarum videre eſt. Meton effectorum: deinde Synecd. periphr. ἢ συμπόσια. 175 Si ſuas cujuſqve poëmatis partes, à me deſcriptas, obſervare, inqve meo carmine exprimere poſſum & neſcio. Nonum præceptum de decoro obſervando in diverſis ſententiis & affectibus ſermone & geſtu repræſentandis. 176 Multiplices poëmatum varietates, qvæ ut res pictæ, coloribus diſtinguuntur. Translatio à pictoribus, qvi gratiam & venuſtatem operibus afferunt ſuis varietate colorum, ad Poëtas. 177 Cur Poëta vocor? Anaphora. 178 Synecd. ſpe. 179 Cur turpiter & præpoſterè verecundus malo hæc neſcire, qvam diſcedere? cùm pudori nulli eſſe debeat aliqvid ignorare, ſed vitioſo atqve malo pudore impediri, qvo minùs ignorata addiſcantur. 180 Materia Comica non debet ſublimi dicendi genere tractari. 181 Non vult. Contrà probat res Tragicas Comicis verbis non includi. 182 Vulgaribus, & vilibus hominibus accommodatis, qvales ſolent eſſe homines privati, qvi magiſtratum non gerunt. 183 Stylo Comico, non autem cothurno aut grandiloqventiâ Tragicâ, id eſt, qvæ pronuncientur in actione Comœdiæ ab hiſtrione ſoccis induto. 184 In Tragœdiâ. 185 Tragœdia de Thyeſte ſcripta, cui proprius filius Philiſthenes à fratre Acreo occiſus & coctus, manducandus apponebatur, id eſt, qvavis materia Tragica & funeſta ſive Tragœdia. Meton. ſubj. & Synecd. ſpe.

186 *Sin-*

186 Singula qvæq; locum teneant 187 ſortita decenter.
Interdum tamen & vocem 188 Comœdia tollit,
189 Iratuſqve 190 Chremes 191 tumido delitigat ore;
Et Tragicus plerumq; 192 dolet ſermone 193 pedeſtri.
194 Telephus & 195 Peleus, 196 cùm pauper & exul uterqve
197 Projicit ampullas & 198 ſeſqvipedalia verba,
199 Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querelâ.
Non ſatis eſt 200 pulchra eſſe Poëmata; 201 dulcia ſunto,
Et qvocunq; volent, animũ auditoris 202 agunto.

186 Unaqvæqve materia, ſive Comica, ſive Tragica ſit, ſuo carmine decenti & proprio tractetur. 187 Ut ſors tulerit. 188 Comica perſona etiam more Tragicarum vocẽ elevat, inq; Tragicas exclamationes prorumpit: *O cælum, ô terra, ô maria Neptuni!* Met. adj. 189 Apud Terentium. 190 Senex. 191 Ore inflato, & ſtylo Tragico acriter litigat. 192 Triſtitiæ affectum exprimit. 193 Humili & ſtylo vulgari, qvalis eſt ſermo Comicus. Metaphora à viatoribus. 194 Herculis filius, Myſiæ rex, id eſt, Tragœdiæ de Telepho & Peleo ſcriptæ. Meton. ſubjectorum. Tragicum etiam pedeſtri dolere ſermone probat Tragœdiis Euripidis, apud qvem reges hi in ſcenam prodeunt. 195 Æäci filius, pater Achillis, ejectus à patre ob Phocum fratrem interfectum, exulavit. 196 Qvando uterqve in Tragœdiis introducitur inops & exul. 197 Longè à ſe rejecit, non utitur verborum tumoribus ſive verbis inflatis. 198 Longa & nimiùm producta, magnifica. Allegoria à tumore vaſorum & craſſitie liqvorum ad Poëtas notandos, qvi longis verbis & verſibus tumidis utebantur. 199 Si animum ſpectatoris qverimonia de tot ſuis calamitatibus ad ſui miſericordiam inflectere & commovere deſiderat. 200 Diſerta & venuſta verba habere. Metaphora à proportione decentiqve colore corporum ad carminis præſtantiam indicandam. 201 Svavia ſint, & ſingularem habeant gratiam in permovendis auditorum animis. 202 Impellant, moveant in hunc vel in illum affe-

Ut

Ut 203 ridentibus arrident, ita flentibus 204 adſunt
205 Humani vultus. Si vis me 206 flere, 207 dolendum eſt
Primùm ipſi tibi: 208 tunc tua me infortunia 209 lædent,
210 Telephe, vel Peleu: 211 malè ſi mandata loqvêris,
212 Aut dormitabo, aut 213 ridebo. 214 Triſtia mœſtum
Vultum verba decent: 215 iratum, 216 plena minarũ:

ctum. Epiſtrophe. 203 Cum ridentibus rident, etiam ridendi causâ ignoratâ. Paronomaſia. 204 Commiſeratione & lachrymis præſtò ſunt, id eſt, flent cum flentibus, & ſimiliter eos affici vultus prodit: qvia ſimiliter ſemper afficitur is, qvi audit, atqve is, qvi affectus commovet dicendo. 205 φιλάνθρωποι, id eſt, humanus animus, qvi mobilis & flexibilis eſt. 206 Ad miſericordiam commoveri. 207 Flendum eſt. 208 Cùm ipſe primus dolebis, & calamitates tuas mihi expoſueris, ô Telephe, vel Peleu. 209 Tuæ calamitates ad commiſerationem commovebunt. Metaphora à corpus vulnerantibus. 210 Tu hiſtrio, qvi perſonas Telephi & Pelei in actione fabulæ repræſentas ac ſuſtines. Apoſtrophe eſt à Piſonibus ad hiſtriones. 211 Si munus & partes in Comœdia tibi datas ineptè geſſis, id eſt, ſi verbis utêris à perſonâ vel fortunâ tuâ, qvam ſuſtines, alienis, & vultu hilari & magnificis verbis in ſcenam prodibis, cùm miſer ſis. 212 Aut verba tua me ſpectatorem vel auditorem non afficient, animum meum non agent in mœrorem propter tua infortunia, de qvibus conqvereris. 213 Propter tuam in pronuntiando & perſonâ agendâ ineptiam 214 Dolorem actione, qvaſi morſu, efficientia, non læta & magnifica. Meton. effe. Hactenus docuit, qvalem oporteat habere vultum: nunc qvæ verba, ut ſinguli moveantur affectus, neceſſaria ſint, exponit. 215 Vultum decent. 216 Verba furoris & iracundiæ plena.

217 Ludentem, laſciva; ſeverum, 218 ſeria dictu.
219 Format enim natura 220 priùs nos 221 intùs ad omnem
222 Fortunarum habitum; 223 juvat, 224 aut impellit ad iram,
225 Aut ad humum mœrore gravi 226 deducit & 227 angit:
228 Poſt effert animi motus interprete 229 lingvâ.
Si dicentis erunt fortunis 230 abſona dicta,
231 Romani tollent eqvites pediteſqve cachinnum.
232 Intererit multum, 233 Davus-ne loqvatur, an Herus;

217 Verba mollia, amatoria & petulantia decent vultum jocoſum, id eſt, eos, qvi riſum, non fletum, movere cupiunt. 218 Gravia & omni levitate carentia. 219 Efformat, fingit. 220 Anteqvam rem aliqvam verbis exprimamus. 221 In animo. 222 Ad omnem fortunæ, id eſt, conditionis, tùm ſecundæ, tùm adverſæ, varietatem fronte & animo, verbis & geſtibus exprimendam: ut, ſi fortuna ſecunda ſit, hilares ſimus, priùs animo, deinde etiam vultu, verbis & geſtibus: ſin adverſa, ut demiſſi atqve humiles ſimus. 223 Natura juvat nos, id eſt, ad lætitiam nos impellit, ſi fortuna ſit ſecunda. 224 Si fortuna ſit adverſa. 225 Aut valdè nos affligit. 126 Humiliat. 227 Sc. *nos*, cùm premitur rebus adverſis, è qvibus non poſſumus eluctari. 128 Poſteà natura oratione ſive verbis rerum in animo conceptarum ſignis, animi curas & perturbationes eloqvitur. 229 Eſt munus linguæ animum interpretari. 230 A ſtatu & conditione loqventis perſonæ aliena & diſcrepantia: ut, ſi fortuna adverſa ſit, verba autem ſint læta & magnifica, & contrà. Metaph. à fidibus & chordis inſvavem ſonum reddentibus. 231 Univerſus populus Romanus riſum attollet, id eſt, effusè ridebit. 232 Tranſit ad decimum præceptum de decoro, conditione & ætate cujuſqve perſonæ ſervandâ. 233 An ſervus aliqvis aſtutiſſimus

234 *Ma-*

234 Maturus-ne ſenex; an adhuc florente 235 juventâ
Fervidus; an 236 matrona potens; an 237 ſedula nutrix:
Mercator-ne 238 vagus, 239 cultor-ne virentis agelli:
240 Colchus, an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis.*
241 Aut 242 famam ſeqvere, 243 aut ſibi convenientia finge

& fallax in Comœdiâ loqvi introducatur. Synecd. ſpe. Qvidam putant Horatium alludere ad primam Terentii Comœdiam, ubi Simo herus & Davus ſervus inducuntur. Al. *Divuſ-ne loqvatur, an Heros.* 234 Ætate grandis, provectioris ætatis. Virg. 5. Æn. *ævi maturus Aceſtes.* 235 Juvenis vernante adhuc ætate calidus & vegetus. Meton. adj. ætatis Metaphoris miſta. 236 Fœmina clariſſima. Similis eſt alluſio ad Phormionem Terentii Comœdiam, ubi Nauſiſtrata matrona & Sophrona nutrix introducuntur. 237 Officioſa ac diligens in nutricandis infantibus: qvalem fuiſſe Euryclεam, Telemachi nutricem, ſcribit Homerus. 238 Paſſim errans, qvi lucri causâ qvævis maria tranſcurrit, & terras perluſtrat: Unde Ep. 1. l. 1. *Impiger extremos*, &c. 239 Agricola vel olitor ruri ſuo ſemper affixus. Synecd. gen. 240 Crudelis & inhoſpitalis, an mollis & divitiis affluens, id eſt, perſona qvævis diverſæ regionis: multum enim differt natio à natione, locus à loco. Synecd. ſpe. *Colchis* regio in Scythiâ, ubi Phaſis fluvius decurrit, unde attulit vellus aureum Jaſon, Medeæ patria, regnum Æetæ. * An Thebanus ſit, an Argivus. 241 Qvicunqve Poëta es aut aliqvid ſcribis, aut veras res geſtas & hiſtoriam ſcribe. Symploce. Decimum præceptum. 242 Hiſtoricorum. 243 Aut ſi vis aliqvid Poëtarum more fabulosè excogitare, finge veriſimilia, & in qvibus extrema cum primis, utraqve cum mediis conveniant.

Scriptor: 244 *honoratum ſi fortè* 245 *reponis Achillem:*
246 *Impiger,* 247 *iracundus,* 248 *inexorabilis,* 249 *acer:*
250 *Iura neget ſibi nata,* 251 *nihil non arroget armis.*
252 *Sit Medéa ferox,* 253 *invictaq́;* 254 *flebilis Ino,*

244 Ab ipſo Jove, id eſt, magnum & illuſtrem, & omnium pænè Scriptorum præconiis celebratum. 245 Ex gr. ſi fortè in carmine tuo, vel in ſcenam iterum introducis, jam antea ab aliis introductum. 246 Ille juxta famam vel hiſtoriam, in Iliade deſcriptam, introducatur velox & ſtrenuus. 247 Durus. Iliadem ab ejus irâ exorſus eſt Homerus: Iratus autem erat Achilles, abreptâ ſibi Briſeïde, Agamemnoni adeò, ut, depoſitis armis, domum redire deſtinaret, remqve Græcorum pænè collapſam peſſum ire, eorumqve caſtra Trojanis expilari ſineret. 248 Implacabilis. Exorari enim ab Agamemnone vix potuit, ut arma reſumeret, miſſamqve ab eodem per honeſtiſſimos viros legationem repudiavit. 249 Vehemens. Nam odiis, amoribus vehemens fuit, & ubiqve tàm violentus, ut ipſi etiam Agamemnoni formidini fuerit. 250 Qvi ſit legum contemtor. 251 Omnia putet ſe armis conſeqvi poſſe. 252 Medea, Æetæ, Colchorum regis, filia in Poëmate introducatur inhumana & crudelis, qvæ Jaſonis perfidiam ulta, filios ei comedendos appoſuit, fratremqve Abſyrtum obtruncavit. Vide Ovid. 7. Met. Juſtin. l. 42. Cic. l. 5. de nat. Deor. 253 Sic etiam inſuperabilis, utpote arte magicâ confiſa. 254 Cadmi & Hermionæ filia, uxor Athamantis, Æoli filii, qvæ maritum furioſum, & Learchum filium trucidantem fugiens, cum Melicertâ reliqvo filio ſe in mare præcipitavit, propter tales calamitates miſerabilis repræſentetur.

255 Perfidus Ixion, 256 Io vaga, 257 triſtis Oreſtes.
Si qvid 258 inexpertum ſcenæ committis, & audes
259 Perſonam formare 260 novam; ſervetur 261 ad imum,
Qvalis ab incepto proceſſerit, & 262 ſibi conſtet.
263 Difficile eſt propriè communia dicere; tuqve

255 Ixion verò ſceleratus in poëmate exhibeatur, ut qvi uxoris ſuæ Diæ patrem Deionea pro dotis compenſatione ad epulas ſumtuoſas fraudulenter invitans, in foſſam jam inflammatam eum fecit incidere, atqve ita flammis conſumtus eſt: à qvo ſcelere à Jove, miſericordiâ commoto, expiatus, inqve cœlum aſſumtus, Junonem Jovis conjugem, de ſtupro interpellavit, & ſcelus ſcelere cumulavit. 256 Inachi, primi Argivorum regis filia, qvam Jupiter amatam, ne à Junone cognoſceretur, in vaccam mutavit, qvæ ipſam Argo Centoculo cuſtodiendam dedit: à qvo cùm per Mercurium liberata eſſet, œſtro per Junonem immiſſo, agitata, multaſqve regiones pervagata in Ægyptum pervenit, ibiqve Iſis Dea poſt mortem habita fuit. Vide Ovid. 1. Met. 257 Agamemnonis & Clytemneſtræ filius, in carmine producatur anxius propter furias, à matre interfecta ſibi immiſſas, ut qvi patris ſui Agamemnonis necem, matrem Clytemneſtram & adulterum Ægyſthum interimens, ultus eſt, & ob parricidium furiis miſerè agitatus fuit. 258 Novum, inuſitatum, cujus deſcribendi periculum nullus Poëtarum adhuc fecerit, exhibes in theatro. 259 Comœdiam in ſcenam vis producere, in qva ſint perſonæ novæ. 260 A nullo Poëtâ tractatam. 261 Perſona nova talis uſqve ad extremum finem, id eſt, per omnes actus & ſcenas deſcribatur & appareat, qvalis in principio carminis formari cœperit, id eſt, neqve formam neqve mores mutet. 262 Sibi conſonet, à ſuis moribus non recedat. 263 Difficile eſt materias & argumenta, jam à multis uſurpata, ſed nondum ab aliis occupata & mancipata, & de novo tractanda, ita propriè dicere, id eſt, tam præclarè ſcri-

Rectiùs 264 Iliacum carmen deducis in actus,
Qvàm, ſi proferres ignota 265 indictaqve primus.
266 Publica materies privati juris erit, 267 ſi
Nec circa 268 vilem patulumq́; moraberis 269 orbẽ.
Nec 270 verbum verbo curabis reddere, fidus
Interpres: 271 nec deſilies imitator in 272 arctum,
Unde pedẽ proferre pudor vetet, aut operis 273 lex:

bere, ut propriè tua jure dici poſſint, ut illa tibi uni vindices, nec aliis relinqvas facultatem eadem poſteà ſcribendi. 264 Orationem, ex Homeri Iliade ſive carmine deſumtam, id eſt, belli Trojani hiſtoriam commodiùs in Comœdiam aut in Tragœdiam producis ac transfers, qvàm ſi novum argumentum tractes nunqvam ab aliis tractatum. 265 Nunqvam tractata. 266 Materia jam ab aliis publicata & tractata (qvalis eſt Ilias Homeri) tua propria habebitur, ſi argumenti tantùm ſpeciem referas, non etiam ſingula minutatim proſeqvaris. Præceptum undecimum de ratione imitandi veteres in perſonis notis. 267 Si non inhærebis in continuâ ſerie poëmatis ſeu in circulo trito, à vulgo cognito, contemto & omnibus patente, i.e. ſi tuum autorem, qvem imitaris, non ſeqvêris ita religiosè, ut nihil addas de tuo, nihil invenias, nihil immutes. 268 Reddens illaudatum imitatorem: non enim magni ingenii eſt, totam alterius inventionem ſeqvi. Meton. eſſe. 269 Metaph. à currentibus in circulum, unde non eſt facilis receſſus. 270 Et ſi non ſtudebis autorem tuum, qvem imitandum tibi propoſuiſti, verbatim exprimere, ſed ſenſum è ſenſu, perindè ac ſi fidi alicujus interpretis munere velles perfungi. Polyptoton. 271 Et ſi tu, qvi alium imitari vis, nimis longè ab illo, qvem tibi imitandum proponis, diſcedendo, ſive locum anguſtum te non conjicies, unde rurſus egredi, id eſt, diſcedere ab iis, qvæ temerè es aggreſſus, non poſſis ſine pudore & reprehenſione. 272 In anguſtias. Alleg. eſt è Metaph. à re militari, ubi pugnantes incautè in anguſtias compelluntur, unde non patet reditus ad ſalutem. 273 Na-

Ne,

Nec ſic 274 incipies, ut 275 ſcriptor cyclicus olim:
276 FORTUNAM PRIAMI CANTABO ET NOBILE BELLUM.
277 Qvid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
278 Parturient montes, naſcetur 279 ridiculus mus.
Qvanto rectiùs 280 hic, qvi nil molitur 281 ineptè!

tura aut ratio, qvæ jubet aut penitùs non incipere, aut incepta perficere. 274 Poëma tuum. 275 Poëta circumforaneus, qvi in convēticulis hominibus ſuos verſus obtrudere ſolebat in orbē coactis, ut hodieqve circumforanei cantores: hos Juvenalis & Martialis *Orbiculos* appellant. Hinc qvidam Antimachum fuiſſe autumant, qvi Tragicus fuit ſuperbus atqve arrogans, Alii Staſinum Syn. gen. 276 Infelicitatem. Inducitur hîc Cyclicus turgidè opus exordiens de decennali Trojano bello, & interitu Priami, per Proſopopœiam: qvem Poëta irridet per Addubitationem, dicens, *Qvid dignum tanto*, &c. 277 Qvid jactator hic verbis tàm ſonoris ac ſublimibus dignū proferet? 278 Reſpondet ad interrogationem præcedentem: Sc. ut eſt apud Æſopū in apologo, *montes*, &c. Nam, ſicut Æſopus fabulatur, mons horrificos ſonitus, qvaſi tonitrua emiſit; adeò ut homines & animalia illum fugerent, neſcio qvem horribilem partum editurum timentia: poſteà mus è radice montis prodiens, omnem riſum in metum ſolvit: ita etiam hic Poëta, ſi Diis placet, grandia in exordio de ſe pollicetur, atqve interim lectoribus nulla in parte operis ſatisfacit. Uſurpatur hoc proverbium in eos, qvi aureos montes pollicentur, ſed minima præſtant. 279 Qvi riſum excitet, γελωτοποιός. 280 Homerus incipit, qvi nihil imperitè ſcribere aggreditur. Proſopopœia Homeri, atqve periphraſes ſunt Synecdochicæ ejusdem & Odyſſeæ. 281 Metaphora ab exſtructionibus operoſis ædificiorum.

282 *Dic mihi, Muſa,* 283 *virum, captæ poſt tempora Trojæ,*
Qvi mores hominum multorum vidit & urbes.
Non 284 *fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem*
Cogitat, ut ſpecioſa dehinc 285 *miracula promat,*
286 *Antiphatem,* 287 *Scyllamq́;* 288 *& cum Cyclope Charybdim:*
Nec reditum 289 *Diomedis ab interitu* 290 *Meleagri,*

282 Duobus hiſce verſibus Horatius utcunqve expreſſit principium Odyſſeæ de laboribus & erroribus Ulyſſis, tribus verſibus conſtans, Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα, πολύτροπον, &c. 283 Ulyſſem. 284 Nititur non è magnis ad parva deſcendere, ſed à parvis ad majora devenire. Al. è continuatis Metaph. à corporibus & lignis, qvæ facilè qvidem flammas concipiunt, & flagrant, ſed parte illorum aëriâ igne conſumtâ, & terreâ ſolum relictâ, nigreſcunt & fumant. Idem accidit Poëtæ ſplendidam operis propoſitionem jactanti, qvàm mox ſplendore illius per omnes partes obſoleſcente conſeqvitur ridicula obſcuritas. Eſt præterea in *fumum* & *fumo* Polyptoton. 285 Res qvasvis pulcherrimas & admiratione & ſpectatu digniſſimas in operis proceſſu poëmati ſuo inſerat. Synecd. ſpe. 286 Lami filium, Læſtrigonum regem, carne humanâ veſcentem: à qvo unà cum ſociis ſuis Ulyſſes diſcerptus fuiſſet, niſi præciſis anchorarum funibus properè in altum ſe recepiſſet. 287 Phornycis & Hecatæ filiam, in marinum monſtrum converſam, cujus latera canibus latrantibus undiqve ſuccincta fuiſſe deſcribit. 288 Et monſtrum illud in mari Siculo navigantibus formidabile [ubi Ulyſſes naufragium paſſus eſt, & è caprifico ſe ſuſpendit] unà cum Polyphemo, qvi Ulyſſis tres ſocios devoravit, & qvem Ulyſſes inebriatum occæcavit. Polyphemi erga Galateam amores eleganter deſcribi. Ovidius in Met. 289 Tydei filii, Græcorum poſt Achillem fortiſſimi, à deleta urbe Troja in Græciam patriam ſuam reditum, aut aliam narrationem nimis longè petit, id eſt, non ſumit principium poëmatis à prima origine. 290 Pa-

Nec

Nec gemino bellum Trojanum 291 orditur ab 292 ovo.
Semper 293 ad eventum feſtinat 294 & in medias res,
Non ſecùs ac notas; auditorem rapit: & quæ
295 Deſperat tractata 296 niteſcere poſſe, relinqvit,
297 Atq; ita mentitur, ſic veris falſa 298 remiſcet,
299 Primo ne 300 medium, medio ne diſcrepet imum.

trui ſui: ſc. qvod Tydeus & Meleager fratres fuerint, ex qvibus Meleager è matre Althea, ſtipite in ignem conjecto, cui Parcæ æqvalem vitam cum Meleagro conſtituerant, interfectus ſit, eò qvòd Meleager occiſi apri caput Atalantæ dediſſet, & utrumqve avunculum, Plexippum & Toxea, qvi ipſi illud eripere volebant, interfeciſſet. 291 Inchoat. Metaph. à textoribus, qvi dicuntur telam ordiri, cùm illam texere incipiunt. 292 Qvomodo ſc. Jupiter Ledæ, Tyndari uxoris, amore captus in cygni forma ipſam compreſſerit, ex qvo concubitu duo ova nata ſint, ex qvorum uno Caſtor & Pollux, ex altero Clytemneſtra & Helena excluſa ſit; qvæ Helena Menelai, regis Spartanorum, uxor à Paride rapta, Trojani belli cauſam præbuerit. Hoc enim exordium longè petitum eſſet. Alleg. exponunt *gemino ovo*, pro gemino fœtu, Helena & Polluce: ut ſit Meton. effic. 293 Ad propoſitum ſcopum, ad finem & exitum rei, unde exordiendum eſt, contendit. 292 Et omiſſis rerum principiis, perinde ac ſi nota eſſent, auditorem ſuum rapit in res medias, qvæ narrandæ ſunt. 295 Non ſperat. 296 Oratione ſplendeſcere, ſeu verbis politè explicari poſſe, ut vel maximè tractata ſint, præterit. Metaphora à metallis, qvæ uſu tractata ſplendeſcunt, nec rubiginem contrahunt. 297 Atqve in toto ſuo poëmate falſa dicit, adeò artificiosè fabulas inſerit. 298 Commiſcet. 299 A primo, à principio, id eſt, ut omnia inter ſe maximè cohæreant, & primum, medium & finis optimè inter ſe conveniant. 300 Polyptoton, & ſimul Climax ſive gradatio.

301 *Tu, qvid 302 ego & 303 populus mecum deſideret, audi.*
Si 304 plauſoris eges 305 aulæa manentis, & 306 uſq;
Seſſuri, donec 307 cantor, Vos 308 plaudite, dicat:
309 *Ætatis cujusqve notandi ſunt tibi mores,*
310 *Mobilibusqve decor naturis dandus, & annis.*
* *Reddere qvi voces jam ſcit puer, † & pede certo*

301 Tu, ô Poëta, qvicunqve carmen accuratè ſcribis, audi. Præceptum duodecimum de decoro obſervando in exprimendis moribus cujusqve ætatis. 302 Qvi hoc meo ſcripto Poëtam informo. 303 Au-ditor vel ſpectator à te fieri cupiat. 304 Si ſpectatorem plauſu faventem tuamqve fabulam ac ludos approbantem deſideras. Synecd. ſpe. 305 Qvi tàm diu in theatro maneat & exſpectet te, donec tapetia, qvibus ſcena vel theatrum obtenditur & exornatur, removeantur ac tollantur. Meton. ſigni, pro fine ludorum per amotionem aulæorum ſignificato. 306 Semper uſqve ad finem maneat. 307 Donec hiſtrio vel actor fabulæ peractâ fabulâ, dicat, Vos, ô ſpectatores, plaudite. Synecd. gen. 308 Uſitata formula actum & fabulam concludentium: non enim ante populi applauſum expetebant, qvàm omnes actus eſſent expleti. 309 Obſervandi tibi cujusqve perſonæ ætas, pueritia, adoleſcentia, virilis ætas, ſenectus, & mores. Meton. adj. 310 Et ſuum cuiqve conveniens officium ac τὸ πρέπον, id eſt, decorum naturis & ætatibus creſcentibus ac decreſcentibus ſeu continuò variantibus (dum in humana vita ætas hominum creſcens & decreſcens aliam vitam, alios mores poſtulat) tribuendum eſt. De ſervando decoro vide Cic. Offic. l. 1. * Sic puer, qvi infans ampliùs non eſt, ſed ſcit jam ſingula articulatè eloqvi, & ad interrogata reſpondere. † Et firmo pede jam rectè incedit, ambulando greſſum firmat.

Signat

Signat humum, 311 geſtit paribus colludere 312 & irā
Colligit ac 313 ponit temerè, & 314 mutatur in 315 horas.
Imberbis juvenis, tandem 316 cuſtode remoto,
317 Gaudet eqvis canibusqve, 318 & aprici gramine campi:
319 Cereus in vitium flecti, 320 monitoribus aſper:
321 Utilium tardus proviſor, prodigus 322 æris:
323 Sublimis, 324 cupidusqve, & amata relinqvere 325 pernix.
326 Converſis ſtudiis, 327 ætas, 328 animusq́, virilis

311 Ille deſiderat colludere cum æqvalibus pueris, id eſt, qvi ſunt ejusdem ætatis. 312 Et ſine cauſa iraſcitur, & ſine cauſa etiam placatur. 313 Deponit. Ter. in Hecyr. *Pueri inter ſeſe qvàm pro levibus noxiis iras gerunt? Qvapropter, qvia enim, qvi eos gubernat animus, infirmum gerunt.* 314 Ob inconſtantiam animi puerilis. 315 Singulas. 316 Pædagogo ſeu præceptore, id eſt, cùm ex ephebis exceſſit, & ſuo jam arbitratu vivit. Synecd. gen. Sic Sat. 4. l. 1. *Dum cuſtodis eges.* 317 Animum ad aliqvod ſtudium adjungit, aut ad alendos eqvos, vel canes ad venandum. 318 Et delectatur juvenum ludis & exercitio in campo Martio Soli expoſito, non opaco, in qvo adoleſcentes ſe variè exercebant. 319 Flexibilis, ductilis & propenſus ad vitium, & veluti cera in omnes formas flecti poteſt, ſic ille in vitia. Metaphora à ceroplaſtis, qvi è cera molli ducunt, qvascunqve volunt, imagines. 320 Inimicus & moroſus iis, qvi eum ad bonam frugem adhortantur. 321 Ob judicii imbecillitatem tardè illa providet & proſpicit, qvæ ſibi prodeſſe poterant. 322 Pecuniæ. 323 Superbus, elatus. 324 Vehementer omnia concupiſcens. 325 Velox ad illa relinqvenda, qvæ paulò antè amaverat ac concupiverat. 326 Cùm jam cum ætate maturiore ſtudia moresqve immutati ſunt. 327 Grandior media. 328 Qvi junior æris erat prodigus.

Qværit

Quærit opes, & amicitias, 329 inſervit honori:
330 Commiſiſſe cavet, qvod mox mutare laboret.
Multa ſenem 331 circumveniunt incommoda: 332 vel qvòd
333 Quærit, & 334 inventis miſer abſtinet, ac timet uti:
Vel qvòd res omnes 335 timidè gelidèq; miniſtrat.
336 Dilator, 337 ſpe longus, 338 iners, 339 avidusqve futuri:
340 Difficilis, qverulus, laudator temporis acti
** Se puero † cenſor caſtigatorqve minorum.*
341 Multa 342 ferunt anni 343 venientes 344 commoda ſecum,
Multa 345 recedentes adimunt: ne 346 fortè ſeniles

329 Ad magiſtratum aſpirat, ejuſqve ſtudio ambitiosè occupatur. 330 Vir conſtantis ætatis cavet illa in ſe admiſiſſe, qvæ poſteà pœnitentiâ ductus mutare ſtudeat, conetur. 331 Multæ moleſtiæ decipiunt, gravant & opprimunt. 332 Anaphora. 333 Multas divitias. Idem ait Mitio Terentianus ille ſenex: *Ad omnia alia ætate ſapimus rectius: Solum unum hoc vitium adfert ſenectus hominibus, Attentiores ſumus ad rem omnes, qvàm ſat eſt.* 334 Opibus accumulatis, partis. Ter. *ut ſervet, qvod labore* invenerit. 335 Segniter & ignavè gerit. 336 Rem ſemper procraſtinans. 337 Illa ſperans, qvæ vivendo non attinget, cùm ſit morti proximus. 338 Somnolentus, ſegnis, & ad agendum ineptus. 339 Futuris inhians, vitæ cupidus, φιλόζωος. 340 Moroſus. * In pueritia ſua. Meton. ſubj. † Juniorum mores qvaſi cenſor caſtigans & objurgans. Synecd. ſpe. 341 Anaphora. 342 Adferunt. 343 Accreſcentes. 344 Gaudia & voluptates. 345 Decreſcentes, ad ſenium declinantes. 346 Idqve accuratè notandum eſt, ne fortè officium ſeni debitum attribuatur juveni, & contrà puero alicui aſſignentur officia ſe-

Man-

Mandentur juveni partes, pueroqve viriles:
Semper 347 *in adjunctis, ævoqve morabimur aptis.*
348 *Aut agitur* 349 *res in ſcenis,* 350 *aut acta refertur.*
Segniùs 351 *irritant animos demiſſa per aurem,*
352 *Qvàm qvæ ſunt oculis ſubjecta* 353 *fidelibus, & qvæ*
354 *Ipſe ſibi tradit ſpectator:* 355 *non tamen intùs*
Digna geri, promes in ſcenam, multaqve tolles
356 *Ex oculis, qvæ mox narret* 357 *facundia præſens.*
358 *Nec pueros coràm populo* 359 *Medéa trucidet:*

nibus propria. 347 In iis moribus, qvi ætati cuiqve convenientes & accommodati ſunt, immorabimur atqve verſabimur. 348 Anaphora. In *agitur* & *acta* Polyptoton eſt. 349 Tragœdia aut Comœdia repræſentatur coram, & conſpectui hominum qvaſi externis geſtibus exhibetur. 350 Aut res ab aliis acta tantùm nudo ſermone narratur, qvia res eſt viſu fœda, vel nimis incredibilis. Præceptum decimum tertium, de decoro ſervando in rebus in theatro agendis. 351 Illa, qvæ fando tantùm audimus, illa animos ſpectatorum langvidiùs & tardiùs excitant & commovent. Metaphora à canibus vel crabronibus. 352 Qvàm qvæ præſentes intuemur. 353 Qvia qvæ cernuntur, magis valent ad fidem faciendam, qvàm qvæ audiuntur. 354 Ipſe videt, non qvæ ab alio audit. 355 Qvamvis ſpectatores viſis magìs moveantur, qvàm auditis, tamen qvæ ſunt horribilia, atrocia & obſcœna, & digna qvæ intùs gerantur, remota ab externo conſpectu hominum, illa ante oculos ſpectatorum non depromes nec produces. Epanorthoſis ſive correctio dicti prioris. 356 Spectatorum aſpectu. Meton. effic. 357 Oratio diſerta coràm ſpectatoribus narret, non autem geſtus præſens demonſtret, id eſt, facundus hiſtrio. Meton. adj. 358 Exempla ſubjicit eorum, qvæ è conſpectu ſubmovenda ſunt. 359 Nec Æeta, Colchorum regis filia, dum Jaſonem, à qvo repudiata erat, ulciſci

Aut

Aut humana palã coqvat exta nefarius 360 Atreus:
Aut in avem 361 Progne vertatur 362 Cadmus in anguem:
363 Qvodcunq; oſtendis mihi ſic, 364 incredulus odi.
365 Ne-ve 366 minor, neu ſit qvinto 367 productior actu
368 Fabula, qvæ 369 poſci vult, & ſpectata 370 reponi.
Nec 371 Deus interſit, niſi dignus vindice 372 nodus

vult, Mermerum ac Medum filios palàm occidat. Alleg. cum Anaphora è continuatione qvatuor Meton. ubi *Medea, Atreus, Cadmus, Progne* ſumuntur pro adjunctis perſonis & hiſtrionibus, qvi duorum primorum crudelitatem, & reliqvorum totidem turpiſſimam metamorphoſin exprimant. 360 Pelopis filius ſceleratus membra Pliſthenis, fratris filii, coram populo non coqvat. Qvod facinus adeò atrox fuit, ut ipſe etiam Sol, ne id videret, & pollueretur, obſcuratus retrò fugerit, nedum ut illa hominum oculis exponantur. 361 Pandionis filia coràm populo in hirundinem non convertatur, dum illa adulterium mariti Terei, cum ſorore Philomelâ commiſſum, vindicatura, Ityn filium occidit, & coctum patri comedendum apponit. Qvo cognito ſcelere Tereus Prognen uxorem gladio inſecutus, Deorum miſeratione in upupam converſus eſt, & Itys in phaſianum, Progne in hirundinem, Philomela in avem ſui nominis. Vide Ovid. Met. 6. 362 Agenoris filius, dùm à Zetho & Amphione regno pulſus ad Illyrios ſe confert, & Deorum miſericordiâ cum Harmoniâ uxore ſuâ in ſerpentem convertitur, illud etiam non fiat coram populo. 363 Inhumanum & atrox facinus. 364 Non credens contemno & odio habeo. 365 Anaphora. Præceptum decimum qvartum, qvibus partibus debeat fabula conſiſtere. 366 Brevior. 367 Longior qvinqve Actibus, id eſt, non nimis brevis & prolixa ſit. 368 Tragœdia vel Comœdia. 369 A populo, ut iterum agatur. 370 Iterum doceri, agi. 371 Perſona imitans Deum aliqvem in fabulâ introducatur. Met. ſubj. 372 Res nimis ardua & ſublimis, &

inci-

Inciderit: 373 nec qvarta loqvi perſona laboret.
374 Actoris partes chorus officiumq́ 375 virile
Defendat. 376 neu qvid medios intercinat actus,
Qvòd non propoſito conducat, 377 & hæreat aptè.
378 Ille bonis 379 faveatq́; & 380 conſilietur amicis,
381 Et regat iratos, & amet peccare 382 timentes.
Ille 383 dapes laudet menſæ 384 brevis: 385 ille 386 ſalubrem
Juſtitiam, legeſqve, & apertis otia 387 portis.
Ille tegat 388 commiſſa, Deoſq́ precetur & oret,

nimia qvædam difficultas, negotiumqve nimis magnum ab homine non expediendum, occurreritDeo liberatore dignum, qvi rem difficillimam explanet. Metaph. ab arctiſſimis vinculis. 373 Nec plures perſonæ uno eodemqve tempore in ſcenam prodeant locuturæ, qvàm tres. 374 Chorus ex qvocunqve ſexu virorum, mulierum, ſenum, juvenum, anuum, virginum conſtet, partes & officium actoris viriliter agat, & qvaſi unus ſit è reliqvis actoribus. Al. *auctoris*, id eſt, ſvaſoris & monitoris munus. 375 Viriliter, κατὰ τὸ δυνατὸν: ut *ſvave rubere, torvum tueri.* Præceptum 17. de officio chori. 376 Neu qvid chorus canat inter medios actus, id eſt, in mediis actibus, qvod ab argumento fabulæ alienum ſit, qvod ad rem propoſitam non pertineat. 377 Aut aptè cum ipſo cohæreat. 378 Chorus, cujus officium breviter docet Horatius. 379 Laudet viros honeſtos, eoſqve benevolentiâ proſeqvatur. 380 Det conſilium. 381 Et moderetur ac mitiget homines irâ incenſos, demonſtrans qvantum mali ſit in iracundiâ. 382 Innocentes. 383 Convivium è dapibus inſtructum, id eſt, parſimoniam & continentiam in victu. Meton. mat. 384 Frugalis. 385 Anaphora. 386 Utilem, ſalutarem, utilitatem & ſalutem civibus adferentem. Nam ut ſalubritas corpus, ſic JuſtitiaRemp. conſervat. Meton. effe. 387 Pacem. Nam portæ clauſæ bellum, apertæ pacem indicant. Synecd. 388 Arcana ſuæ fidei commiſſa occultet, ne-

389 Ut

389 Ut redeat miſeris, abeat 390 fortuna ſuperbis.
391 Tibia non, 392 ut nunc, orichalco 393 vincta, tubæqve
394 Æmula; ſed 395 tenuis 396 ſimplexqve, foramine 397 pauco
398 Aſpirare & adeſſe choris erat utilis atqve 204
Nondum 399 ſpiſſa nimis complere 400 ſedilia flatu.
401 Qvò ſanè populus 402 numerabilis, utpote parvus,
Et 403 frugi, caſtusq́, verecundusqve 404 coibat.
Poſtqvam cœpit 405 agros extendere 406 victor, & 407 Urbem

prodat, id eſt, taciturnitatem laudet. 389 Ut Dii fortunent miſeros, & ſuperbos deſerant. 390 Secunda fortuna à ſuperbis. 391 Qvæ ad cantum chori adhiberi ſolet. 392 Eſt rebus Romanorum amplis & ſuperbis, id eſt, qvando res Romana erat pauper olim, non erant tàm ingentes tibiæ, ſicut nunc, nec ita ornatæ, nec tàm multis foraminibus. 363 Circumdata, ornata fuit. Al. *juncta.* 394 Et tubam magnitudine ſuâ & gravitate ſoni imitans. Metaph. ab animatis ad inanimata. 395 Vilis & exigua. 396 E ſimplici ligno, non ex orichalco. 397 Eratqve utilis ad eam rem, ut qvatuor tantùm foraminibus chororum ſonitum juvaret, id eſt, aſpirando ſeu concinendo chorus canentes adjuvaret. 398 Metaph. qvâ tribuitur actus & motus rei inanimatæ. 399 Nondum nimis ſpectatoribus plena. Sic Ep. 19. l. 1. Spiſſis *indigna theatris Scripta pudet recitare*: & infrà *ſpiſſa caterva.* 400 In qvibus ſedebant ſpectatores, nondum theatro ædificato, id eſt, ut aures ſpectatorum conſidentium ſonitu ſuo compleret. Meton. ſubj. 401 Ad qvæ ſedilia, ad qvem locum. 402 Adeò paucus, ut facilè poſſet numerari, non, ut nunc, innumera hominum multitudo. 403 Religioſus & modeſtus. 404 Congregabatur, conveniebat. 405 Imperium ac potentiam propagare imperii limites amplificare. Synecd. ſpe. 406 Populus Romanus, id eſt, Romani jam univerſi orbis victores. Alleg. è Synecd. 407 Romam.

Lati-

Latior 408 amplecti murus, 409 vinoqve diurno
410 Placari 411 Genius feſtis 412 impunè diebus;
Acceſſit 413 numeriſq; modiſq; 414 licentia major.
415 Indoctus qvid enim ſaperet, 416 liberq; laborum
Ruſticus, urbano confuſus, 417 turpis honeſto?
*418 Sic 419 priſcæ 420 motumq; & * luxuriam addidit arti*
Tibicen, 421 traxitq; vagus per 422 pulpita veſtem.

Synecd. gen. 408 Circumdare. Hiſtoriæ memorant primo Urbis ſpatio qvatuor tantùm colles comprehenſos Romulo imperante, Eſqvilinum, Aventinum, Palatinum, Capitolinum: deinde Servio Tullio, ſexto rege, tres alios incluſos, Qvirinalem, Viminalem, & Cœlium. 409 De die convivari & potare. 410 Curari, ſacra Genio fieri vino diurno tempore, non victimis. 411 Natalis Deus, id eſt, natura cujuſqve. Meton. 412 Sine metu Cenſorum, qvi hujuſmodi luxum & turpitudinem notarent: *Vel*, citra pœnam legis ſumtuariæ, id eſt, qvæ legem ſumtibus præſcribebat, qvæqve interdiu epulari ac potare vetabat. 413 Carminum ſc. id eſt, & rhythmis & cantibus. 414 Luxuria. 415 Qvid enim homines indocti atqve imperiti, & agreſtes à re ruſticâ, ab agriculturâ liberati, jamqve in urbem translati, cum populo urbano docto & honeſto in ſcenâ commiſti, ſaperent? Alleg. è Synecd. 416 Sic Od. 17. l. 3. *Cum famulis* operum ſolutis. 417 Livius ſcribit, populum promiſcuè cum Senatoribus ſpectâſſe ad A. U. C. DVIII. neqve diſcretos fuiſſe ordines Senatores inter & Eqvites, Plebem & Magiſtratum: nam ut locum qviſqve occupabat, ita tenebat. 418 Sic etiam. Anaphora. 419 Simplici & uniformi. 420 Geſtum corporis & ſaltationem. * Multa foramina, & nimium ornatum tibiis addidit. 421 Et paſſim per ſcenam vel per tabulas ſcenæ hùc & illùc circumerrans oblongâ veſte ad talos uſqve demiſsâ uſus eſt, & poſt ſe, tanqvam caudam, traxit. 422 Scenam: in-

Sic etiam 423 *fidibus voces crevêre* 424 *ſeveris,*
425 *Et tulit* 426 *eloqvium inſolitum* 427 *facundia* 428 *præceps;*
429 *Utiliumqve ſagax rerum,* 430 *& divina futuri*
431 *Sortilegis* 432 *non diſcrepuit* 433 *ſententia* 434 *Delphis.*
Carmine 435 *qvi tragico* 436 *vilem* 437 *certavit ob* 438 *hircum,*

frà, *& modicis inſtravit* pulpita *tignis.* 423 Cytharis, qvæ ſacris tantùm adhibebantur, plures ſoni, id eſt, chordæ acceſſerunt, id eſt, cùm initio qvatuor tantùm chordæ fuerint, ſeptem conſecutæ ſunt. 424 Auſteris, non mollibus, ob res ſeveras, qvas numero & harmoniâ citharœdus imitatur. 425 Et protulit, produxit. 426 Eloqventiam inuſitatam & inflatam, id eſt, eloqventem & diſertum Poëtam. Meton. adj. 427 Eloqventia, qvæ initio fuit ſimplex & moderata. 428 Immoderata & celeriter fluens, qvæ brevi attulit novum eloqventiæ genus: unde populus Rom. Ep. 1. l. 2. dictus fuit mirifico & acri ingenio ad celeriter perdiſcendum. Al. *præſens.* 429 Et ſententia, id eſt, prudens oratio perſonarum (ex qvibus chorus conſiſtit) qvæ in choris anteà rerum utilium provida erat, & magnâ prudentiâ de rebus honeſtis & utilibus ſpectatores admonebat, ſermonis ambiguitate, vel veritate parùm ab Apollinis oraculo deſtitit. 430 Et futura ſapienter prædicebat, qvæ mala facta pœnæ, qvæ bona facta præmia manerent. 431 Oracula ſive reſponſa dantibus, qvorum ſententia dubia & obſcura eſt, & à nemine fermè intelligi poteſt. 432 Non minùs pro verâ ac divinâ fuit habita, qvàm ſi pronuntiata eſſet ab Apolline Delphico. 433 Vaticinatio. Synecd. gen. 434 Reſponſis & oraculis Apollinis, qvæ per ſortes etiam Delphis, urbe Bœotiæ, edebantur. Meton. ſubj. 435 Qvicunqve primus omnium Tragœdiam ſcripſit. Synecd. periphra. Tragœdiæ auctoris. Tranſit jam ad præceptum 18. de decoro obſervando in Satyris.

439 *Mox*

439 Mox etiam agreſtes 440 Satyros nudavit, & 441 aſper
Incolumi gravitate jocum 442 tentavit: eò qvòd
443 Illecebris erat, & gratâ 444 novitate 445 morandus
Spectator, 446 functusq́; ſacris, & potus, & exlex.
Verùm 447 ita 448 riſores, ita 449 commendare 450 dicaces
Conveniet Satyros, 451 ita vertere ſeria ~~ſeria~~ ludo;

Primùm narrat, qvæ fuerit origo Satyrorum: deinde de decoro in iis obſervando præcipit. 436 Vel propter tenuitatem Tragicæ compenſationis, vel propter teterrimum beſtiæ odorem, vel qvòd jam communis fuerit multorum Tragicorum donatio. 437 Cum æmulis ſuis contendit. 438 Conſeqvendum: hic enim Tragœdiarum ſcriptorum præmium erat, vel (ut alii dicunt) uter ex corio hirci vino plenus. Τράγος apud Græcos *hircum* ſignificat: indè Tragœdiam dictam volunt. 439 Ille etiam paulò pòſt Tragœdias recitatas ſylveſtres Faunos nudos introduxit, qvi ridiculis & obſcœnis geſtibus ac verbis triſtem auditorum ſeveritatem riſu mitigaret. 440 Perſonas Satyrorum. Meton. ſubj. 441 Et Tragœdiæ auctor primò ſeverus in Tragœdiâ, mox aſperitatem, ſalvâ Tragœdiæ ſeveritate, facetiis ac novo hoc ridiculorum Satyrorum ſpectaculo condivit. 442 Epiſtrophe. 443 Jocis Satyricis. 444 Satyræ. 445 Detinendus in attentione & benevolentiâ, ne obrepto tædio abiret: ut infrà; *Valdiùs oblectet populum, meliuſqve* moratur. 446 Utpote poſt peracta ſacrificia & epulas ebrius, & ſine lege vivens, qvi non facilè per ſeria & ſevera Tragica in attentione & benevolentiâ retineri poterat. 447 Anaphora. 448 Qvi humana rident vitia. 449 Auditorum auribus, id eſt, inducere. 450 Petulantes. 451 Et ita poëma Tragicum ſive ſeverum cum jocis Satyricis convertere & mutare, &

452 *Ne*, 453 *qvicunqve* 454 *Deus, qvicunq;* 455 *adhibebitur* 454 *heros,*
Regali conſpectus in 456 *auro* 457 *nuper &* 456 *oſtro,*
458 *Migret in obſcuras humili ſermone tabernas,*
Aut, 459 *dum vitat humũ, nubes & inania captet.*
460 *Effutire leves indigna* 461 *Tragœdia verſus,*
Ut feſtis matrona 462 *moveri juſſa diebus,*
Intererit Satyris paulùm pudibunda protervis.

ita in Tragœdiam inducere oportet. 452 Is. 453 Anaphora. 454 Perſonam Dei aut herois referens: qvales heroës etiam in Homero memorantur, Agamemnon, Neſtor, Achilles, Priamus, Hector. In Virgilio Æneas, Turnus, Latinus, & ſimiles. Alleg. ex Meton. ſubj. 455 In Tragœdiâ loqvi introducetur. 456 Veſtibus aureis & purpureis. Alleg. ex Meton. mat. 457 Paulò antè. 458 Ne abjecto Satyrorum ſermone viles opifices & tabernarios loqvendo imitetur, qvi obſcuras latebras incolunt, & vili etiam ſermone utuntur. Alleg. è Metaph. ab inqvilinis & domicilia conducentibus, conventiculisqve vulgaribus. 459 Dum humilitatem ſermonis vult defugere, ne nimis elato & vano ſermonis genere utatur, & nimiùm ſe attollat, qvaſi inter nubes & cœlum verſans. Metaph. ab avibus, qvæ mòdò terris advolare, modò in cœlum ſubvolare videntur, ad inconſtantiam perſonarum Satyricarum notandam. 460 Ineptè loqvi, id eſt, Tragœdia, qvæ indigna eſt, qvæ temerè effundat verſus jocoſos, petulantes & Satyricos, aliqvantulùm differt ab obſcœnis & petulantibus Satyris, & ab illarum impudentiâ, utpote verecunda & honeſta, ſi ad levitatem Satyricam referatur: velut honeſta fœmina, qvæ diebus feſtis ſaltare coacta eſt, pudicè & verecundè ſaltat, non ut leves & impudentes meretrices. Metaph. à vaſe baſis anguſtæ & latioris, ideòqve ad effuſionem expediti. Præceptum 19. ut ſc. in Satyris ſervetur decorum perſonarum, & cuiqve conveniens ſermo tribuatur. 461 Tragicus. Meton. effe. 462 Synecd. gen.

Non

Non ego 463 *inornata &* 464 *dominantia nomina ſolùm,*
Verbaq;, Piſones, 465 *Satyrorum ſcriptor amabo:*
Nec ſic 466 *enitar Tragico differre* 467 *colori,*
468 *Ut nihil interſit,* 469 *Davus-ne loqvatur, &* 470 *audax*
471 *Pythias,* 472 *emuncto lucrata Simone talentũ,*
473 *An cuſtos famulusq;* 474 *Dei Silenus alumni.*
475 *Ex noto fictum carmen ſeqvar, ut ſibi qvivis*

463 Ruſtica, propria, ſimplicia. 464 Qvibus res, qvamvis obſcœnæ, ſine ullâ circuitione propriis nominibus appellantur. Metaph. à juſtis rerum dominis & poſſeſſoribus, qvi è poſſeſſione non dejiciuntur, ut aliò transmigrent, ad demonſtrandam verborum propriam ſignificationem, minimeqve translatitiam. 465 Si ego Satyras in Tragœdiâ ſcriberem: *Vel*, cùm Satyrarum ſcriptor ſim. 466 Studebo differre à Tragicis ſermonis ornamentis, qvibus ille velut coloribus pingitur. 467 Sumtum eſt à pictoribus, ad translationem verborum & orationis elegantiam indicandam. 468 Inter Satyram & Comœdiam. 469 Servus Comicus. 470 In decipiendo ſene. 471 Ancilla Comica. 472 Poſtqvam Simonem ſenem deceptum pecuniâ emunxiſſet, id eſt, ſpoliâſſet. Metaph. à mucoſis naribus: qvemadmodum Geta apud Ter. in Phor. jactat ſe emunxiſſe ſenes argento. 473 An verò aliqva perſona Satyrica loqvatur, qvalis fuit Silenus, qvi Bacchi alumni ſui cuſtos & miniſter nutritius fuit, utpote qvem tanqvã alumnum cuſtodiit & nutrivit. 474 Bacchi. Synecd. gen. 475 Ego autem, ſi Satyrographus ſim, carmen aliqvod ex re & materia vitæ humanæ multis cognitâ & tractatâ, non autem abſtrusâ, formatum ſcribam & deſumam: ita ut, qvia è communi vitâ depromptum eſt, qvivis ſperet idem ſibi poſſe contingere, id eſt, ſe tale carmen poſſe effingere. Præceptum

476 *Speret idem,* 477 *ſudet multum,* 478 *fruſtràq;*
laboret
479 *Auſus idem:* 480 *tantum ſeries juncturaqve*
pollet!
481 *Tantum de medio ſumtis accedit honoris!*
482 *Sylvis deducti caveant (me judice)* 483 *Fauni,*
Ne, velut 484 *innati triviis, ac penè forenſes,*
Aut nimium 485 *teneris* 486 *juvenentur verſibus*
unqvam,
487 *Aut immunda* 488 *crepent,* 489 *ignominioſa-*
qve dicta.
490 *Offenduntur enim, qvibus eſt* 491 *eqvus, & pa-*
ter, & res;

20. in tractandis argumentis notis. 476 Epanodos. 477 Multum laboris inſumat in illo carmine imitando. 478 Et tamen omne oleum atqve operam perdat. 479 Qvamvis idem conatus & expertus ſit. 480 Tantùm rerum diſpoſitio in carmine, & verborum compoſitio & ſtructura valet, ut difficile ſit imitari: Anaphora, atqve adeò eſt indicium rei perdifficilis. 481 Tantum elegantiæ & ornatus vulgaribus materiis & è mediâ hominum vitâ ſumtis accedit! 482 Qvi qvaſi è ſylvis in urbem deducti, utpote ruſticorum Dii, inqve ſylvis nati & educati, id eſt, perſonæ Satyricæ. Præceptum 21. qvod rurſum ad Satyras pertinet. 483 Satyri, qvorum princeps eſt Pan. 484 Nati eſſent in triviis, id eſt, locis celeberrimis in urbe, ac penè in medio urbis foro. 485 Mollibus & venuſtis. 486 Juveniliter exultent ac laſciviant. Metaph. ab innata juvenibus confidentia & licentia qvidvis inconſideratè agendi, ad Faunos in fabulis Satyricis ab inſolentia hujusmodi revocandos. 487 Aut ne verba nimis obſcœna magna cum voce eloqvantur. Anaphora. 488 Vide Od. 18. l. 1. 489 Flagitioſa, qvæ alicujus exiſtimationem lædant. 490 Obſcœnitatibus & calumniis. 491 Eqvites & Patritii Senatorii ordinis ſeu nobiles, & locupletes, qvibus

Nec

Nec, ſi qvid 492 *fricti ciceris probat, &* 493 *nucis emptor,*
494 *Æqvis accipiunt animis,* 495 *donant-ve coronâ.*
496 *Syllaba longa* 497 *brevi ſubjecta, vocatur Jãbus,*
Pes 498 *citus:* 499 *unde etiam trimetris* 500 *accreſcere * juſſit*
Nomen Jambeis, 501 *cùm ſenos redderet* 502 *ictus,*
503 *Primus ad* 504 *extremum* 505 *ſimilis ſibi:* 506 *non ita pridem,*

divitiæ ſunt. Alleg. è Meton. adjunctorum. 492 Emptor fricti ciceris, id eſt, aliqvis de plebe, pauper & infimæ ſortis, qvi cicere & nucibus, dum agebantur fabulæ, famem levaret, approbat, qvia obſcœnitate delectatur. 493 Synecd. periphr. pauperum. 494 Nec illi qvoqve nobiles & divites illud ſtatim patienter audiunt. 495 Remunerant palmâ, tanqvam rem pulcherrimam & alicujus pretii. Nam bonos Poëtas hederâ coronabant. 496 Jambus conſtat duabus ſyllabis, priore brevi, poſteriore longâ. Præceptum 22. de carmine Jambico: in qvo monet cavendum, ne ſpondéus locis paribus recipiatur, &c. 497 Brevi ſyllabæ poſtpoſita. 498 Celer, utpote à brevi incipiens, præ cujus nimiâ velocitate duæ menſuræ pro una reputantur. Od. 11. l. 1. *& in celeres iambos Miſit furentem.* 499 Ex qvo, qvòd Jambus ſit ita citus, juſſit Jambeos verſus ſenarios, qvi ſex pedibus conſtant, vocari trimetros, qvaſi tribus menſuris tantùm conſtarent. 500 Addi, adjungi. * Datur rei inanimatæ ſenſus & intellectus per Metaph. continuatam, ut ſit Alleg. uſqve ad verba, *in ſcenam,* dum Jambo vis jubendi & reddendi, veniendi, recipiendi, cedendi & comparandi tribuitur, præter nomen ipſius ab animalibus ſumtum. 501 Cùm haberet ſex pedes, ſeu ſex menſuras ſonorum referret. 502 Pedum. Meton. effic. pro effe. ſono ab icto aëre voce animalis. 503 In ſenariis vel Jambicis trimetris à principio uſqve ad finem totus ex meris Jambicis olim conſtans. 504 Sextum pedem. 505 Fuit. 506 Non diu eſt, qvòd inſeri cœperunt

507 Tardior ut paulò graviorqve 508 veniret ad 509 aures,
Spondéos 510 ſtabiles in jura 511 paterna 512 recepit
513 Commodus & patiens: non ut de 514 ſede ſecundâ
515 Cederet aut qvartâ 516 ſocialiter: 517 hic & in 518 Accî
519 Nobilibus trimetris apparet rarus, & Ennî
520 In ſcenam miſſus magno cum pondere verſus,
Aut 521 operæ celeris nimium, 522 curâq; carentis,

ſpondéi inter Jambos. 507 Propter ſpondéos admixtos. 508 Ut verſus Jambicus ſenarius, ſpondeis onuſtus, non tàm celeriter curreret, ejusqve ſonus & pronuntiatio tardiùs audiretur. 509 Spectatorum. 510 Tardos & conſtantes. 511 In ſua jura, qvæ à primo patre & inventore habet. Sumtum à conſvetudine hæredum. 512 Jambicus ſenarius vel pes Jambus ſpondeis ſuo jure & loco ceſſit. 513 Se patientem & commodum in loco ſpondeis dando exhibens. 514 Loco, regione. 515 Diſcederet, & ſpondeo qvoqve ſociali amore locum daret. 516 Pariter, id eſt, hac conditione, ut è ſecunda aut qvarta ſede non depelleretur, ſed illam ſibi retineret, inqve eo ſocialiter & amicè ſeſe gerere noluit, ut de illis qvoqve locis migraret, & ſpondeo aliisqve pedibus locum daret. 517 Jambus: vel hìc, id eſt, in ſecunda ſede aut qvarta, id eſt, Jambus in nobiliſſimis Accii & Ennii verſibus etiam *hìc*, id eſt, in ſecunda ſede aut qvarta rariſſimè apparet. 518 Accius & Ennius in Tragœdiis, qvas ſcripſerunt, raros Jambos adhibuerunt. 519 Senariis à Romanis tantoperè laudātis propter excellentes illorum ſententias, qvas cùm Virgilius colligeret, dicitur reſpondiſſe qværenti, qvid ageret, ſe aurum è ſtercore Ennii colligere. 520 Verſus Jambicus in ſcenam miſſus cum multis ſpondeis premit Poëtam crimine turpi, aut operæ nimium celeris, aut artis ignoratæ, &c. Al. *miſſos*, id eſt, verſus Jambicos trimetros theatris commiſſos. 521 Laboris nimium in abſolvendo opere properantis. 522 Induſtriâ: cùm illa, qvæ feſtinata ſunt, ela-

Aut

Aut ignoratæ 523 premit 524 artis crimine turpi.
Non qvivis videt 525 immodulata poëmata judex,
Et data Romanis 526 venia eſt 527 indigna Poëtis.
528 Idcirco-ne 529 vager, ſcribamqve 530 licenter?
an omnes
Viſuros 531 peccata putem mea, tutus & 532 intra
Spem veniæ cautus? 533 vitavi deniqve culpam,
534 Non laudem merui. 535 Vos exemplaria 536
537 Nocturnâ verſate manu, verſate diurnâ. (Græca
538 At noſtri 539 Proavi Plautinos, & 540 numeros, &

borata eſſe non poſſint. 523 Qvod Poëta ignoraverit, ſecundo & qvarto loco Jambos tantùm eſſe adhibendos, id eſt, verſus Jambici, ex ſpondeis conſtantes, excuſari non poſſunt, eorumqve auctores vel ignorantiæ, vel ſocordiæ meritò accuſantur. 524 Poëticæ. Synecd. gen. 525 Suis numeris pedibusqve parùm abſoluta non animadvertit. Procatalepſis eſt, qvâ mali Poëtæ objectio & excuſatio refutatur, ac ejudem objicientis Proſopopœia brevis ac imperfecta. 526 Erratorum ſuorum. 527 Indignè, immeritò. 528 Vel qvia, ſi errem, veniam conſeqvor, vel qvia nemo me errare animadvertit. 529 In pedibus. 530 Negligenter, ſine arte. 531 Vitia mei carminis animadverſuros putare debeo, idqve in eum finem, ut ſim tutus à reprehenſione. 532 Ut nihil ſcribam veniâ dignum, ſed per ſe laudem merebitur. Nam *intra ſpem veniæ* eſſe, eſt ad ſpem veniæ non pervenire, nec qvidqvam ſcribere veniâ dignum. 533 Reprehenſionem effugi & probrum. 534 Is ſolus laudem meretur, qvi rectè facit, non qvi culpam vitavit. 535 O Piſones. 536 Græcorum ſcripta; qvia Græci cautè & optimè ſcripſerunt. 537 Manibus aſſiduè contrectate, legendo evolvite. Symploce. 538 Procatalepſis eſt, ac brevis Proſopopœia. 539 Majores, qvi ab ætate Plauti perpetuo ſucceſſu ferè devenerunt ad ætatem Horatii. Al. *veſtri*, qvòd Horatius proavos liberos aut ingenuos habere non potuerit, qvippe qvi ex libertino patre natus eſſet. 540 Metra & verſus.

Laudavêre 541 *ſales: nimium patienter* 542 *utrumq́;,* 271
[543 *Ne dicam* 544 *ſtultè*] 545 *mirati: ſi modo ego,* 546 *& vos*
Scimus 547 *inurbanum lepido ſeponere dicto,*
548 *Legitimumq́; ſonum* 549 *digitis* 550 *callemus,* & 551 *aure.*
552 *Ignotum Tragicæ genus inveniſſe* 553 *Camœnæ* 275
554 *Dicitur, &* 555 *plauſtris vexiſſe poëmata* 556 *Theſpis,*
557 *Quæ* 558 *canerent* 559 *agerent ve perunƈti fæcibus* 560 *ora.*

541 Facetias, jocos. 542 Numeros & ſales. 543 Epanorthoſis eſt ante dictæ patientiæ & negligentiæ. 544 Qvia Plauti verſus non ſatis numeroſè ſcripti ſunt; & ſæpè obſcœni ſunt. 545 Sunt in Plauto. 546 O Piſones. 547 Incivile & ſcurrile dictum ab eleganti & civili joco diſtinguere & ſeparare, poſthabere. 548 In verſibus illorumqve pedibus. 549 Digitis digerere verſus in pedes ac metiri. 550 Probè ſcimus. Metaph. Sicut enim pes ex longo viæ labore callum facit: ita mens longâ experientiâ facit habitum qvendam rerum, in qvibus verſatur. Vide Od. 9. l. 4. 551 Dijudicare, an verſus ſit numeroſus. 552 Priſcis inuſitatum. 553 Carminis Tragici, id eſt, Tragœdiæ à Camoenis & Muſis & ipſius auctoribus effectæ. Metonymia efficient. 554 A veteribus Grammaticis. 555 Circa vicos in plauſtris egiſſe, & docuiſſe, anteqvàm ſcena eſſet inventa. Undè Prov. *De plauſtro loqvi*, id eſt, omni licentiâ primum qvemqve occurrentem convitiis lacerare. 556 Alii Epigenem fuiſſe contendunt. 557 Poëmata. 558 Ipſi Poëtæ; actores Tragici: qvod erat Chori munus, ut *agere* Hiſtrionum. 559 In ſpectaculis. 560 Habentes facies ſuas fæcibus vini perunctas, ne agnoſcerentur. Nondum enim erat uſus perſonarum.

561 *Poſt*

561 *Poſt hunc 562 perſonæ pallæqve repertor 563 honeſtæ*
564 Æſchylꝰ, & modicis inſtravit 465 pulpita tignis,
Et docuit 566 magnumqve loqvi, 567 nitiqve cothurno.
Succeſſit vetus 568 his Comœdia, non ſine multâ
Laude; ſed 569 in vitium 570 libertas excidit, 571 & vim
Dignam 572 lege regi: 573 lex eſt accepta, 574 chorusqve
575 Turpiter obticuit, 576 ſublato jure nocendi.
577 Nil intentatum noſtri liqvêre Poëtæ,
578 Nec minimũ meruêre decus, 579 veſtigia Græca
Auſi deſerere, & 580 celebrare domeſtica facta;

Synecdoche membr. 561 Theſpin. 562 Larvæ, qvâ vera hiſtrionum facies fuit tecta, ne agnoſceretur. 563 Veſtis tragicæ decoræ, qvæ ad imos uſqve pedes eſſet demiſſa. 564 Secutus eſt. 565 Scenæ gradus, id eſt, ſcenam modicam conſtruxit. Synecd. mem. 566 Tragicè, id eſt, magnâ verborum grandiloqventiâ uti. 567 Et calceamentum Tragœdorum geſtare, qvo nituntur incedentes. 568 Tragœdiis & Satyris vetus Comœdia fuit poſterior, in qva modeſtè vitia hominum in initio perſtringebantur. 569 Contumelioſæ maledicentiæ erupit, poſtqvam cœperunt honeſtos maledictis nominatim inſectari. 570 Dicendi in veteri Comœdiâ, παῤῥησία. 571 Et in tantam violentiam ac maledicentiam. 572 Qvæ digna fuit, qvæ judicio coërceretur. Polyptoton. 573 De cohibendâ maledicentiâ veteris comœdiæ. 574 Veteris Comœdiæ. 575 Legis pœnâ perterritus. 576 Ademtâ licentiâ & poteſtate maledicendi. 577 Noſtri Poëtæ Latini nihil in ſcribendo prætermiſerunt. 578 Et ob id magnam laudem conſecuti ſunt. 579 Græcorum veſtigia. Metaph. à venatoribus. 580 Scribere Romanorum ge-

581 *Vel qvi* 582 *Prætextas*, *vel qvi* 583 *docuêre* 584 *Togatas.*
Nec 585 *virtute foret clariſ-ve* 586 *potentius armis,*
Qvàm 587 *lingvâ,* 588 *Latium* 589 *ſi non offenderet unum-*
Qvemqve Poëtarum 590 *limæ labor,* 591 *& mora. Vos ô*
592 *Pompilius* 593 *ſanguis carmen* 594 *reprehendite, qvod non*
595 *Multa dies, & multa litura* 596 *coercuit, atq;*

ſta & egregia bella. 581 Anaphora. 582 Latinas fabulas, in qvibus prætextati, id eſt, perſonæ nobiles & duces Romani, introducebantur, qvos decet prætexta: qvæ Græcis Tragœdiis, & Græcorum Diis & heroibus reſpondebant. Epanodos. Cic. Prætextam *ſi Voles legere, Gallum Cornelium familiarem meum poſcito.* 583 Scripſerunt. Cic. *Vidi etiam ſenem Livium, qvi cum ſeptem annis antè, qvàm ego natus ſum, fabulam* docuiſſet, &c. 584 Fabulas tabernarias, in qvibus viliores è plebe Romanâ perſonæ introducebantur, ad qvas communiter attinet toga: qvæ Comœdiæ Græcæ reſpondet. 585 Militari, id eſt, fortitudine. Synecd. gen. 586 Præſtantius. 587 Eloqventiâ & eruditione. 588 Latini non minùs eloqventes eſſent, qvàm fortes & ſtrenui nunc habentur & ſunt. Meton. ſubj. 589 Si unuſqvisqve Romanorum Poëtarum ſua ſcripta accuratiùs emendaret. 590 Emendandi cura. Metaph. ab artificibus mechanicis, qvi opus ſuum inchoatum ſæpiùs limâ expoliunt. Ovid. *Defuit & ſcriptis ultima* lima *meis* Cic. Acad. 1. *Politius* limare *opus.* 591 Poëmatum editio in aliud tempus differenda. 592 Qvi Pompilius ſangvis eſtis, id eſt, qvi à Numa Pompilio, ſecundo Romanorum rege, originem ducitis. 593 Meton. effic. pro ſobole indè factâ. Rationem repete ab Od. 20. l. 2. 594 Non probate illud carmen, qvod longum tempus non abſolvit & emendavit. 595 Epizeuxis. 596 Et

597 Perfectum 598 decies non 599 caſtigavit ad 600 unguem.
** Ingenium † miſerâ qvia 601 fortunatius arte*
Credit, & 602 excludit ſanos 603 Helicone Poetas
604 Democritus: 605 bona pars non ungves ponere curat
606 Non barbam: 607 ſecreta petit loca: 608 balnea vitat:
609 Nanciſcetur enim 610 pretium nomenq; Poetæ,
Si 611 tribus Anticyris caput inſanabile nunqvã

accurata ſive freqvens emendatio ac deletio non repreſſit, & vitioſis qvaſi amputatis, perfectiſſimè abſolvit. Metaph. à vinitoribus, qvi coërcent ferro vitem ſerpentem, ne ſylveſcat ſarmentis. 597 Et non perfectiſſimè polivit. 598 Sæpiùs, iterum atqve iterum. 599 Correxit. Metaph. ab animalibus, maximeqve ab hominibus, ad inanimatum. 600 Metaph. à marmorariis artificibus, qvi unguibus juncturas probant & opus perpoliunt. Vide Sat. 1. l. 1. ad hæc verba: *Factus ad unguem.* * Naturæ bonitatem. † Qvàm artem, id eſt, laborem ac diligentiam miſerè eos torqventem, qvi ipſam ſtudent obſervare. Meton. eſſe. 601 Sc. *eſſe*, id eſt, multo melius eſſe ad ſcribenda poëmata. 602 Et negat, eos eſſe bonos Poëtas, qvi mentis compotes ſunt, neqve habet in numero Poëtarum. 603 Bœotiæ monte, Muſis ſacro, id eſt, Muſis Heliconiadibus, è qvarum conſortio excluduntur ſani Poëtæ. Meton. ſubj. 604 Nobiliſſimus ille Phyſicus. 605 Magna pars eorum, qvi volebant haberi Poëtæ, datâ operâ furioſa haberi ſtudet, non ſinit ungves, neqve barbam per tonſorem deponi atqve præſecari. 606 Epanodos. 607 Solitudines, uti furioſi ſolent. 608 In balneis non lavatur. 609 Obtinebit. 610 Dignitatem & autoritatem Poëtæ, ſi ab omnibus inſanus habebitur. 611 Caput, qvod ſanari non poſſit tribus Anticyris in-

Tonſ.

Tonſori 612 Licino 613 commiſerit. 614 O ego 615 lævus,
616 Qvi purgabilem 617 ſub verni temporis horam!
Non alius faceret 618 meliora Poemata. Verùm
619 Nil tanti eſt. 620 Ergo fungar vice cotis, acutũ
Reddere qvæ ferrum valet, 621 ex ſors ipſa ſecãdi:
622 Munus & officium, nil ſcribens ipſe, docebo:
Unde parentur 623 opes: 624 qvid alat 625 formet-que Poetam;
Qvid deceat, qvid non: qvò 626 virtus, qvò 627 ferat error.
628 Scribendi rectè, ſapere eſt & principium & fons.

ſulis, id eſt, omni elleboro, in illis proveniente, qvo furioſi ſanari ſolent. Meton. ſubj. loci. 612 Chirurgo opulentiſſimo, qvi poſteà factus eſt ſenator à Cæſare, qvòd odiſſet Pompejum. 613 Tondendum curaverit. 614 O qvàm ſtultus ego Horatius ſum. Ironica eſt exclamatio & reprehenſio ſui ipſius per fictam virium extenuationem. 615 Metaphora ab infauſto augurio, ad facultatem artis Horatianæ indicandam. 616 Qvi etiam inſanus eſſe nolo, ut tàm nobilis Poëta repentè evadam, ſed ab inſaniâ me liberem. 617 In vere. 618 Qvàm ego, niſi me purgarem. 619 Nihil tanti æſtimo, nec ullum Poëtæ nomen tanti apud me eſt, ut ejus obtinendi gratiâ inſanire cupiam. 620 Ergo ſanus cùm ſim, & ob id Poëta non ſim, ego cotis munus obibo. 621 Sine ſorte & facultate ſecandi. 622 Sic etiam ego Poëta non exiſtens, munus Poëtæ & officium ſcribendi alios docebo. 623 Poëtarum, i.e. materia & facultas Poëticæ comparentur. 624 Qvid producat, ſc. Inventio argumentorum. Metaph. ab animantibus, qvæ fœtum producunt, & nutriendo perficiunt. 625 Expoliat & erudiat, nempe Elocutio & reliqvæ partes. 626 Ars Poëtica. 627 Artis & virtutis ignoratio Poëtam deducat. 628 Ipſa ſapientia & rerum experientia, non autem inſania, ut Democritus ſomniavit, eſt origo Poëtices. Synecd. gen.

629 Rem

629 Rē tibi Socraticæ poterunt oſtēdere 630 chartæ,
*† Verbaq; proviſam * rem non invita ſeqventur.*
631 Qvi didicit, 632 patriæ qvid debeat, & qvid 633 amicis:
Qvo ſit amore 634 parens, 635 qvo 636 frater amandus & 637 hoſpes:
638 Qvod ſit 639 conſcripti, qvod 640 judicis officium: qvæ
641 Partes in bellum miſſi ducis: 642 ille profectò
Reddere perſonæ ſcit 643 convenientia cuiqve.

Continuatio 23. præcepti. *629* Rerum copiam, materiam, qvam debes ſcribere. *630* Philoſophorum ſcripta, vel libri à Socratis diſcipulis ac præcipuè à Platone, ſcripti Meton. ſubj. † Et elocutio conveniens hanc materiam deſcribendam, qvam præparâſti & excogitâſti, ſponte ſeqvetur. *Rerum enim copia verborum copiam gignit.* Cic. l.3. de Orat. * Materiam & argumentum fabulæ ex Philoſophorum libris depromtum. Synecd. gen. *631* Polyptoton, ac periphraſis Ethicæ doctrinæ. *632* Conterraneis, popularibus ac civibus. ſc. defenſionem, honorem, & totam vitam. Sic Paulus Æmilius antepoſuit Reip. ſalutem ſuæ. Legatur Crito Platonis. *633* Debeat, ſc. omnia officia. Vide Plat. 5. de Leg. *634* Cui nihil pro meritis, dignum à filio retribui poteſt. Vide Plat. 4. de Leg. *635* Amore colendus ſit. *636* Qvem nobis ipſa natura devincit. Lege Plat. 4. de Leg. *637* Cui benevolentia & humanitas debetur. Vide Plat. 5. de Leg. *638* Lege Plat. 6. de Leg. Periphraſis eſt Politicæ doctrinæ & magiſtratus. *639* Patris, i.e. Senatoris, qvi unus è cētum & viginti ſenioribus, qvi qvotidiè in Senatum veniunt, de ſalute & incolumitate Reip. deliberaturi. *640* Qvi in foro controverſias & lites cognoſcit, & cauſas dijudicat. *641* Sint. *642* Hæc omnia qvi novit & didicit, qvid in rebus & perſonis decorum ſit, ſcit etiam decorum in verbis unicuiqve perſonæ accommodandis. *643* Τὰ πρέποντα, id eſt, decora.

Re-

Reſpicere 644 exemplar vitæ morumqve jubebo
Doctum 645 imitatorem, & 646 vivas 647 hinc
ducere 648 voces.
Interdum 649 ſpecioſa locis 650 morataqve rectè
Fabula, nullius 651 Veneris, 652 ſine pondere, & arte,
653 Validius oblectat populū 654 meliusq; moratur,
Qvàm verſus 655 inopes rerum 656 nugæq; canoræ.
657 Grajis ingenium, Grajis dedit ore 658 rotundo

644 Inſpicere conſvetudinem & uſum inter homines, & ideam ſeu perfectam ſpeciem vitæ morumqve humanorum, non tàm libros & præcepta, ſi unicuiqve perſonæ verba convenientia aſſignare velit. 645 Vitæ humanæ, id eſt, Poëtam. Synecd. gen. 646 Naturales. Nam nemo rectè ſcribit, niſi animos hominum exploraverit. Nemo novit, qvomodo exprimendus regius animus, niſi qvi in aulâ verſatus ſit; vel ruſticus qvâ ratione fingendus, niſi qvi ruri. 647 Ex cōmuni vita & moribus hominum. 648 Philoſophicas ſententias elicere, & perſonis aptè aſſignare. Synecd. gen. 649 Qvæ locis communibus, ſententiisqve è Philoloſophia petitis, ornata ac referta eſt. Al. *jocis*. 650 Qvæ mores perſonarum ſcitè exprimit. 651 Qvamvis ſit ſine ulla verborum venuſtate & elegantia, cujus eſt parens Venus. Meton. effic. 652 Verborum gravitate & eloqventiâ. Metaphora à corporeis. 653 Validiùs, id eſt, vehementiùs. Syncope, & Epanodos. 654 Et magis illum in theatro remoratur, ne tædio objecto abeat. 655 Sententiarum expertes & inanes. 956 Verſus viles, nullis locis communibus illuſtrati, nullo ſapientiæ ſucco imbuti, etiamſi verſus ſint cultiſſimi. Metaph. ab his, qvi nihil adjumenti afferunt rebus ullis promovendis. 657 Græci eloqventiam cum ſapientia conjunxerunt. Anaphora, illuſtrans Græcos tali iteratione. Præceptum 24. ut Poëta futurus ſeſe à puero in carmine ſcribendo exerceat, & laudem expetat præclari Poëtæ. 658 Ornato & polito, id eſt, eleganter, ſvaviter & expeditè. Meta-

Muſa

Muſa loqvi, præter laudem 659 nullius avaris.
660 Romani pueri 661 longis rationibus 662 aſſem
Diſcunt in partes 663 centum diducere. 664 Dicat
Filius 665 Albini, ſi de 666 qvincunce remota eſt
Uncia, qvid 667 ſuperat? poteras 668 dixiſſe; 669 Triens; 670 eu,
671 Rem poteris ſervare tuam: 672 redit uncia: qvid fit?
673 Semis. 674 At hæc 675 animos 676 ærugo, & 677 cura peculî

phora à Mathematicis figuris, qvarum orbiculata perfectiſſima & præſtantiſſima eſt, qvam cœli fabrica nobis refert, ad eloqventiam Græcorum indicandam. *659* Nullius rei cupidis. *660* Romani pueri à primis incunabulis in ludum mittuntur, ubi Arithmeticam, avaritiæ inſtrumentum, & alias artes, ad qvæſtum comparatas, docentur, Græci non item. *661* Addendo, dividendo, diminuendo, multiplicando, ſubtrahendo, qvæ partes ſunt Arithmeticæ. *662* Duodecim uncias, vel talem rem, qvæ in duodecim partes æqvales dividi poſſit. *663* Plurimas & minutiſſimas dividere. Synecd. ſpe. *664* Tibi. Apoſtrophe eſt una cum Proſopopœia & Dialogiſmo. *665* Fœneratoris avari, id eſt, qvilibet Arithmeticæ magiſter. Synecd. ſpe. *666* Qvinqve unciis una uncia ablata eſt. *667* Relinqvitur, ſupereſt? *668* Ipſi reſpondere. *669* Supereſt tertia pars aſſis, id eſt, qvatuor unciæ. *670* Eugè, benè. Exclamatio eſt patris vel populi reſponſum pueri approbantis. *671* Si hoc noviſti, nunqvam pauper eris; Ironicãs hæc dicit. *672* Si ad qvincuncem, id eſt, ad qvinqve uncias una rurſus addatur uncia: qvæ ſumma inde exiſtet? *673* Dimidia pars libræ, id eſt, ſex unciæ exiſtent. Sic pueri nobilium Romanorum in rationibus ſubducendis exercebantur ab hoc Albino. *674* Depoſitâ Proſopopœiâ, Horatius ad Piſones, vel potiùs ad reliqvos Romanos cives ſermonem convertit. *675* Puerorum Romanorum. *676* Avaritia, qvæ tanqvam ærugo ferrum, ſic animos puerorum teneros corrumpit & exedit. Metaph. à vitiis metallorũ. Vid. Sat. 4. l. 1. *677* Pe-

Cùm ſemel 678 *imbuerit, ſperamus carmina* 679 *fingi*
Poſſe linenda 680 *cedro, & levi ſervanda* 681 *cupreſſo?*
Aut prodeſſe 682 *volunt, aut* 683 *delectare Poetæ,*
Aut ſimul 684 *& jucunda & idonea dicere vitæ.*
Qvicqvid 685 *præcipies, eſto brevis, ut citò* 686 *dicta*
687 *Percipiant animi* 688 *dociles, teneantq;* 689 *fideles.* 336
690 *Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.*

cuniæ cupiditas. 678 Suo qvaſi veneno infecerit. 679 A talibus animis ſcribi poſſe. 680 Succo è cedro illinenda, id eſt, qvæ æternitate digna ſint, & perpetuò vivant, ne unqvam à vermibus corrodantur, neqve computreſcant. Nam ea, qvæ cedri ſucco aut oleo linuntur, non putreſcunt, neqve à carie, neqve à tineis læduntur. Ob hanc arboris facultatem David comparat virum pium *cedro* & *palmæ* Pſ. 92. ad illuſtrandam illius felicitatem atqve vitæ immortalitatem. Alleg. è Meton. cauſarum pro effecta inde diuturnitate carminis. Perſ. Sat. 1. *&* cedro *digna locutus.* 681 Et qvæ conſervanda ſint in capſa aliqva expolita ex cupreſſo arbore, qvæ odore ſuo tineas removet, & nunqvam computreſcit. 682 Poſſunt & debent, ut qvi de moribus, agricultura, aliisqve rebus in vita utilibus ſcribunt. In *aut* eſt Anaphora. Triplex genus Poëtarum indicat. 683 Dum multa fabulosè & jucundiſſimè non ſine inſigni legentium voluptate ſcribunt. 684 Dulcia & utilia vitæ humanæ ſcribere. 685 Hominum vitæ præſcribes. Præceptum 25. ſumtum ex primo membro diviſionis, qvomodo ſc. Poëta debeat utilia docere. 686 Hujuſmodi præclara tua dicta. 687 Epanodos. 688 Qvod eſt ingenii. 689 Et fideliter in memoria retinebant: qvod eſt memoriæ. 690 Quicqvid in dictis & ſententiis redundat, illud de tædiosâ & faſtidiosâ memoriâ auditoris facilè effluit. Metaph. à vaſis, qvæ dum nimis implentur, ſe è reſpuunt qvicqvid ſuper infunditur: ſic aures rejiciunt redundantiam præceptionis.

691 Ficta voluptatis cauſâ, 692 ſint proxima veris.
Nec qvodcunqve volet, 693 poſcat ſibi fabula credi:
694 Neu pranſæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.
695 Centuriæ ſeniorum agitant expertia 696 frugis:
697 Celſi prætereunt auſtera poëmata 698 Rhamnes.
Omne tulit 699 punctum, qvi miſcuit utile dulci,

691 Præceptum 26. ex altero diviſionis membro ſumtum, qvomodo ſc. Poëta debeat delectare figmentis Poëticis. 692 Veriſimilia eſſe debent. 693 Poſtulent, id eſt, audeat etiam abſurda & monſtroſa ſpectatorum oculis atqve auribus ſubjicere. 694 Ex. gr. Poeta in ſuo carmine fingere non debet, qvod Lamiæ, mulieri in Ponto, vivus puer rurſus ex alvo extractus ſit, qvem paulò antè mortuum devoraverat, & pranſa erat, gravidæ mulieris alvo ferro aperto exemtum. Hoc enim abhorreret à fide & naturâ. Vide Diod. Sicul. l. 20. 695 Conventus ſenum ſive Senatorum Romanorum aſpernantur poemata inutilia, & ad ſolam voluptatem comparata. Alludit ad Centurias, in qvas ſingulæ tribus à Romulo erant diviſæ. Metaph. à conſvetudine veterum judiciorum: nam olim populus Romanus diviſus fuit in tribus 35. è qvarum ſingulis delecti ſunt terni ad judicandum, qvi duo numeri inter ſe gignant licet 105. nomen tamen *centuriæ* remanſit in ordine judicum notando. 696 Utilitatis. Metaph. ab agricolis, qvi ſteriles agros ſolent incultos relinqvere. 697 Elati & ſuperbi eqvites Romani juniores, ſublimes eqvis inſidentes, oderunt nec libenter audiunt illa poëmata, qvæ utilia tantùm ſunt, nulla jucunditate temperata. Seniores enim honeſtis & utilibus, juniores jucundis & dulcibus delectantur. 698 Eqvites Romani à Romulo ſic appellati. Synecd. ſpec. pro ſpectatoribus ſuperbis & faſtidientibus auſteritatem poëmatis. 699 Ille Poëta, qvi in ſuo poëmate honeſtum cum jucundo temperavit & conjunxit, ille omnium ſuffragium promeruit, omnium tam ſenum, qvàm juvenum, &

Lectorem 700 *delectando, pariterqve* 701 *monendo.*
Hic 702 *meret æra liber* 703 *Soſiis:* 704 *hic & mare tranſit,*
705 *Et longum noto ſcriptori prorogat ævum.*
706 *Sunt delicta tamen, qvibus ignoviſſe* 707 *velimus:*
Nam neqve 708 *chorda ſonum reddit, qvem vult* 709 *manus & mens,*
710 *Poſcentiqve gravem perſæpe* 711 *remittit acutum:*
Nec ſemper 712 *feriet, qvodcunqve* 713 *minabitur,* 714 *arcus.*

favorem abſtulit, omniumqve judicio optimus Poëta exiſtimatur. Unde hoc ſumptum ſit, vide Ep. 2. l. 2. ad hæc verba: *Diſcedo Alcæus puncto illius.* Tertium diviſionis membrum ex effectis commendat. 700 Dulcibus & jucundis fabulis. Epanodos. 701 Egregiis ſententiis & præceptis in vitâ humanâ utilibus inſtruendo. 702 Talis liber, id eſt, tale poëma, qvi & utilitate & jucunditate temperatus eſt, pretium promeretur bibliopolis, & multos reperit emtores, ac bibliopolas ditat. Alleg. è Metaph. ab animatis ad inanimata. 703 Bibliopolis ſeu ſcriptoribus librariis, qvi maximum qvæſtum vendendis libris faciebant: qvorum etiam mentio Ep. 20. l. 1. *Scilicet ut proſtes* Soſiorum *pumice mundus.* 704 Hic liber etiam ad alios populos & externas gentes defertur. 705 Et Poëtæ ſuo nobili longum vitæ tempus prolongat, ſuiqve memoriam poſt mortem apud poſteros ſempiternam efficit. Nam præſtantes Poëtæ etiam mortui vivunt. 806 Sunt tamen qvædam Poetarum errata. Procatalepſis eſt eorum, qvæ objici Horatio poterant ex interdicta poëmatis mediocritate, ad duritiem legis molliendam. 707 Oportet. 708 Fides in cithara. Ut Muſici aliqvando errant, ſic etiam Poetæ. 709 Manus & voluntas tangentis citharœdi, id eſt, ipſe citharœdus deſiderat. Synecd. mem. 710 Citharœdo, qvi poſcebat gravem vocem. 711 Reddit ſonum acutum: ut priore verſu. 712 Tanget. 713 Ferire, id eſt, qvò oculos ſagittarii dirigitur. Metaph. ab animatis ad inanimata. 714 Sa-

Re-

Verùm ubi 715 plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar 716 maculis, qvas aut 717 incuria ſudit,
Aut humana parùm cavit 718 natura. 719 Qvid ergò?
Ut ſcriptor ſi peccat 720 idem 721 librarius uſqve,
722 Qvamvis eſt monitus, 723 venia caret: 724 & citharœdus
725 Ridetur, 726 chordâ qvi ſemper 727 oberrat eâdẽ:
Sic mihi, 728 qvi multum ceſſat, fit 729 Chœrilus ille,
730 Qvem bis terqve bonum cum riſu miror † & idem

gittarius, τοξότης. Meton. adj. 715 Plurima illuſtria & egregia ſunt, id eſt, pars major poematis eſt illuſtris. Metaphora à corporibus munditiâ ſplendentibus, ad elocutionem puram. Cic. *illorum, vides, qvàm niteat oratio.* 716 Vitiis, erratis. 717 Negligentia imprudenter effudit, id eſt, qvas ſcriptor aliud agens non animadvertit. 718 Homo, qvi proclivis ad erratum, evitare potuit. Meton. effic. 719 Dicendum. 720 Vitiosè ſemper ſcribit, & in una eademqve re ſemper peccat. 721 Qvi libros deſcribit: cujus operâ uſi veteres ante Typographiæ inventum. 722 Etiamſi ſæpè de ſuo errore admonitus eſt. 723 Indignus eſt, cui ignoſcatur. 724 Et ſicut, &c. 725 Irridetur. 726 In chordâ. 728 Semper unam eandemqve fidem tangit. Metaph. à viatoribus, qvi ſæpè à recto itinere deflectunt aliò, atqve inſtituerant. 727 Ille Poeta, qvi plerumqve vitiosè & negligenter ſcribit. 729 Eodem loco eſt, qvo Chœrilus, vel ſimilis eſt Chœrili mali illius Poëtæ, qvi Alexandri Magni res geſtas ſcripſit, & cui Alexander dixit, malle ſe Homeri Therſiten eſſe, qvàm Achillem Chœrili. Synecd. ſpec. pro qvovis Poeta identidem peccante in poemate condendo. 730 Qvem cum riſu mirari ſoleo, ſi duobus vel tribus locis verſum rectè ſcribat, tàm malus Poeta eſt: qvippe qvi in toto ſuo opere ſeptem tantùm bonos verſus habuiſſe dicitur. † Et ego idem, qvi demiror, ſi Chœrilus bonum verſum ſcribit, ægrè fero, cùm terſum illum Poetam Homerum, vel alium excellentem Poetam lapſum eſſe & er-

Indignor, qvandoqve bonus 731 dormitat Homerus,*
Verùm 732 operi longo fas eſt 733 obrepere ſomnũ.
734 *Ut pictura, Poëſis 735 erit; 736 qvæ, ſi propiùs ſtes,*
Te 737 capiet magis: 738 & qvædã, ſi longiùs 739 abſtes.
740 *Hæc amat obſcurum: 741 volet hæc ſub luce videri,*
742 *Iudicis 743 argutum qvæ non formidat acumẽ:*

râſſe animadvertam. * Qvandocunqve: ut Od. 1. l. 4. qvandoqve *potentior Largis muneribus riſerit æmuli.* 731 Errat, malum verſum inſerit, parùm diligens & attentus eſt in ſcribendo. Metaph. Sed Homeri dormitatio in his notata fuit, qvòd præter decorum in contentione Deorum & hominum affinxerit, his magna & memorabilia facinora, illis parva & parùm laudabilia. Item qvòd Menelaum & Paridem fecerit in conſpectu Helenæ præliantes, cùm Paris & Helena, tempeſtate in Ægyptum jactati, tum illic fuiſſent. Item qvòd promiſsâ Trojani belli deſcriptione, præterierit ſilentio urbis expugnationem, & citò tranſierit ad Ulyſſem. 732 Qvale Homerus ſcripſit? 733 In errorem incidere. Metaph. ab animalibus tacito gradu incedentibus. 734 Poema ita ſe habet, ut pictura. Nam pictura eſt Poeſis loqvens, Poeſis autem tacita pictura. 735 Eſt Enallage futuri. 736 Exponit paucis diſcrimina picturarum. Aliæ enim cominùs, aliæ eminùs placent: aliæ in tenebris, aliæ in propatulo videri cupiunt. 737 Delectabit: ut illa pictura eſt, qvæ ſuis numeris abſoluta eſt, qvàm qvò in luce magis intueris, eò magis placet. Alleg. è continuatis Metaph. ab animatis ad inanimata. 738 Et contrà qvædam pictura te magis capiet & delectabit. 739 Si eminùs illam contempleris, qvalis rudis eſſe ſolet delineatio, qvæ procul ſpectata laudari poteſt. In *ſtes* & *abſtes* eſt Paronomaſia. 740 Pictura deterior obſcurum locum amat. Anaphora. 741 Pictura melior. 742 Docti poematis æſtimatoris & reprehenſoris. Synecd. gen. 743 Subtile & politum judicium.

744 *Hæc*

744 *Hæc* 745 *placuit ſemel, hæc* 746 *decies repetita placebit:*
747 *O major juvenum, qvamvis &* 748 *voce paternâ*
749 *Fingeris ad rectum, & per te ſapis,* 750 *hoc tibi dictum*
751 *Tolle memor: certis medium & tolerabile rebus*
Rectè concedi: 752 *conſultus juris, &* 753 *actor*
Cauſarum mediocris, abeſt 754 *virtute diſerti*
755 *Meſſalæ,* 756 *nec ſcit qvantum Caſſelius Aulus:*
Sed 757 *tamen in pretio eſt.* 758 *Mediocribus eſſe Poetis*

744 Artificioſa pictura ſæpè, iterum atqve iterum ſpectata, magis magisqve placebit: ſic etiam Poeſis mala ſemel; at bona decies repetita placebit. 745 Polyptoton. 746 Synecd. finiti. 747 O Piſo, qvi ex duobus fratribus inter Piſones ætate grandior es. Apoſtrophe. Inſtituta enim fuerat oratio ad omnes Piſones: à qvibus nunc avertitur ſermo ad natu grandiorem. 748 Præceptis patris tui optimi carminum cenſoris. Procatalepſis Poetæ ad objectum alium auctorem conſilii ſeqventis. 749 Formaris ad rectam Poetices imitationem. Metaphora à figulis. 750 Qvòd tibi dicam. 751 Sume tibi, & memoriâ tene. 752 Qvòd in qvibusdam rebus vitæ humanæ, in qvibusdam artibus & diſciplinis mediocritas & tolerabilitas, id eſt, non excellens cognitio, rectè dari poſſit: in Poeſi autem non poſſit. 753 Patronus vulgaris. 754 Ab eloqventia & prudentia Meſſalæ Corvini Juriſconſulti multùm abeſt, id eſt, Meſſalâ diſerto multò eſt inferior. 755 *Meſſala* & *Caſſelius* dicuntur Synecdochicas pro excellentibus jurisprudentiæ & actionis forenſis profeſſoribus. 756 Non eſt tàm doctus in jure civili, qvàm Aulus Caſſelius, & ipſe præſtans JCtus. 757 Eſt tamen in ſuo honore, qvamvis mediocris ſit. 758 Verùm ut Poetæ ſint mediocres ac vulgares. Α'ντίπτωσις, id eſt, nulli permittunt Poetas eſſe me-

*759 Non 760 homines, non * Dî, non conceſſére*
† columnæ. *(diſcors,*
761 Ut 762 gratas inter 763 menſas 764 ſymphonia
765 Et craſſum unguentum, & 766 Sardo cum mel-
le 767 papaver
768 Offendunt, poterat 769 duci qvia 770 cœna ſine
iſtis; *(vandis,*
Sic 771 animis natum inventumqve poema 772 ju-
Si paulùm 773 à ſummo diſceſſit, 774 vergit ad imũ.
775 Ludere qvi neſcit, 776 campeſtribus abſtinet
armis,

diocres. 759 Anaphora. 760 Spectatores. Synecd. gen. ✱ Apollo & Muſæ Poetarum Dii. † Ad qvas vel libri venales proſtant, vel Poetæ carmina ſua recitant, id eſt, bibliopolæ, qvi in tabernis ad columnas opera Poetarum vendebant. Met. ſubj. 761 Adfert rationem à ſimili, cur mediocres non patiamur Poëtas. 762 Grata convivia, ſive menſas afferentes voluptatem convivis. Meton. effe. 763 Epulas appoſitas. Meton. ſubj. 764 Muſica nullum concentum reddens. Tibicines & cantores in conviviis & Deorum & hominum adhibebantur: ut crinitus Iopas apud Virg. in convivio Didonis. 765 Et ſicut malum & ingratum ungventum, qvo veteres in cœnâ caput ſibi unxerunt. 766 Amaro & deterrimo, propter amaras herbas, ex qvibus apes mel conficiunt. 767 In placentâ mixtum. 768 Convivis parùm grata ſunt. Metaph. à viatoribus & ambulantibus, qvi impingunt in lapides. 769 Produci, traduci. 770 Convivium. 771 Hominum. 772 Delectandis & exhilarandis. 773 Si paulùm à perfectione ſive ab excellentiâ receſſit, id eſt, inconcinnum & ineptum eſt. Metaph. à corporeis, qvæ locis vel ſummis, vel mediis, vel imis continentur, ad aſſumtionem poëmatis per tales gradus indicandam. 774 Contemnitur, & vix ullo eſt numero. 775 Luctari, haſtam jacere, currere, ſalire & ſimilia. 776 Ab exercitiis & armis, qvæ in campo Martio, Mar-

777 *In-*

777 *Indoctusqve pilæ 778 diſci-ve 779 trochi-ve 780 qvieſcit,*
781 *Ne ſpiſſæ riſum tollant impunè coronæ;*
782 *Qvi neſcit, verſus, tamen audet 783 fingere 784 Qvidni?*
785 *Liber & ingenuus, præſertim 786 cenſus eqveſtrẽ*
Summam nummorum 787 vitioq; remotus ab omni.
788 *Tu nihil invitâ dices ſacies-ve 789 Minervâ;*

ti conſecrato, tractabant. Seqvitur ad illuſtrandum præceptum 27. qverela de audaciâ qvorundam ſuæ ætatis, qvi Poëticæ artis imperiti, verſus tamen fingere & in lucem edere audebant. Huic præcepto aptum Proverb. *Qvam qviſqve nôrit artem, in illâ ſe exerceat.* 777 Et qvi pilæ jaciendæ & agitandæ rudis eſt. In ſublime projiciendi. 778 Vide Od. 8. l. 1. 779 Agitandi. 780 Otium agit. 781 Ne ſpectatorum circumſtantium multitudo, qvæ in Campum Martium ſpectatum venerat, ſe ſublato cachinno ſine prohibitione ſeu meritò irrideat. 782 Contrà in Poëſi, qvi neſcit verſus confingere. 783 Conſcribere. Metaph. à figulis. 784 Cur verſus non faciam, cùm ſim liber & ingenuus? Proſopopœia Poëtæ indocti. 785 Cùm ſim mei juris, & jus faciendi habeam, qvicqvid libet. *Liber* eſt, qvi in præſens non ſervit: *Ingenuus*, qvi nunqvam ſervit: *libertus* idem, qvi manumiſſus: *libertinus* verò, qvi indè natus. *Liber* itaqve facit omnia, niſi impediatur legibus. 786 Qvi dum cenſerer à Cenſore, repertus ſum habere in bonis meis qvadringenta ſeſtertia, id eſt, decem millia coronatorum Gallicorum. 787 Liber ab omni infamiâ, nullis vitiis coopertus, nec infamis. 788 O major natu Piſonum. 789 Repugnante naturâ, id eſt, tuo ingenio reluctante, ſi Minerva artium præſes tibi parùm indulgeat. Meton. effic. pro effectâ & inventâ arte à Minervâ: qvæ naturæ & ingenii tarditatem maturat & juvat.

790 Id tibi judicium eſt, 791 ea mens: ſi qvid tamen
792 olim
Scripſeris, in 793 Metii deſcendat judicis aures,
794 Et patris, & 795 noſtras, 796 nonumqve pre-
matur in annum,
797 Membranis intus poſitis; delere licebit 389
Qvod non 798 edideris; neſcit 799 vox miſſa reverti.
800 Sylveſtres homines 801 ſacer interpreſq; Deorum
802 Cædibus & victu fœdo deterruit 803 Orpheus:
Dictus 804 ob hoc 805 lenire tigres, 806 rabidoſq; leones,

790 Polyptoton. Per te ſatis illud intelligis. 791 Ea eſt tibi prudentia & ſolertia, ut nihil unqvam impoſſibile ſis tentaturus. 792 In poſterum, aliqvando. 793 Spurii Metii Tarpæ, critici docti (de qvo Sat. 10. l. 1.) judicio & cenſuræ ſubjiciatur. 794 Patris tui Piſonis. 795 Meas Horatii aures. 796 In multos annos domi contineatur, ut accuratè emendatum ſit ante editionem. Synecd. ſpe. id eſt, finiti pro infinito. 797 Palimpſeſtis, qvibus carmen inſcriptum eſt, domi tuæ poſitis, id eſt, ſi libros domi contineas, ne foras exeant. 798 miſeris. 799 Sententia in carmine emiſſa & ſemel divulgata revocari non poteſt, ut Ep. 20. l. 1. ad librum ſuum: *Non erit emiſſo reditus tibi.* Synecd. par. Virg. *Volat irrevocabile verbum.* 800 Feros, moribus ferinis præditos, in ſylvis & campis ferarum more errantes. Meton. 801 Vates divinus, divinorumqve carminum ſcriptor. Metaph. à divinis rebus ad humanas, & ad præſtantiam hujus Poëtæ extollendam. 802 A mutuis cædibus, & victu ferino ſeu *ἀνθρωποφαγίᾳ*. Humanâ enim carne ſylveſtres homines veſci ſoliti. 803 Calliopes & Apollinis filius, Poëtarum primus & parens. 804 Ob hoc eximiuum & admirandum factum, qvòd ſc. homines brutos ac feroces in communem traxerit civilis vitæ ſocietatem, dictus eſt à Poëtis hic Orpheus, &c. Anaphora in *dictus*. 805 Lyræ dulcedi-

Dictus

Dictus & 807 Amphion Thebanæ conditor 808 arcis
809 Saxa movere 810 ſono teſtudinis, & 811 prece blandâ
Ducere qvò vellet. 812 Fuit hæc ſapientia qvondam,
Publica privatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere 813 vago: 814 dare jura maritis:
815 Oppida moliri: leges incidere 816 ligno.
817 Sic honor & nomen divinis vatibus atqve
818 Carminibus venit. 819 Poſt hos 820 inſignis Homerus,
821 Tyrtæusqve 822 mares animos in Martia bella

ne mitigare homines feros & crudeles. Ovid. 3. de Art. *Saxa feraſqve lyrâ movit Rhodopeius Orpheus, Tartareoſqve lacus, tergeminumqve canem.* Alleg. eſt è Metaph. explicata priùs verbis propriis *ſylveſtres homines.* 806 Feroces. 807 Jovis & Antiopæ filius, frater Zethi, Muſicus præſtantiſſimus. 808 Al. *urbis.* 809 Homines duros & inhumanos permovere. Metaph. 810 Citharæ ſuæ cantu. 811 Svavi oratione & dulci carminis alloqvio pro libitu ſuo impellere. 812 Olim fuit hæc ſapientia in Poëtis, hoc ſapientis officium erat, ut doceret publica à privatis ſeparare, &c. *Publica* totius ſunt populi: *privata* ſingulorum. 813 Concubitu communi & incerto, qvem primi ſylveſtres homines pro libitu promiſcuè ferarum more rapiebant, interdicere. 814 Maribus & fœminis leges conſtituere, qvibus fœdus conjugii retinerent, & matrimonii caſtitatem inviolatam ſervarent. 915 Urbes ingentibus ædificiis exſtruere. Sic. Od. 1. l. 3. *cur ſublime moliar atrium*: & Virg. 1. Æn. *arcem moliri.* 816 In ligneis tabulis leges deſcribere, cunctiſqve legendas proponere. Apud Romanos in æs incidebantur leges, affigebanturqve in foro, ut populus legeret. 817 Ex honeſtis actionibus parta eſt ingens gloria & æternum nomen Poëtis. 818 Qvibus vitæ humanæ præcepta continentur. 819 Duos, Orphea, & Amphionem. 820 Magnus ac nobilis. 821 Poëta Athenienſis. 822 Fortes & ſtrenuos militum ſuorum a-

Ver-

Verſibus 823 exacuit; dictæ per carmina 824 ſortes,
Et vitæ monſtrata 825 via eſt; & gratia regum
826 Pieriis tentata modis; 827 ludus; repertus,
828 Et longorum operum finis: 829 ne fortè pudori
Sit tibi 830 Muſa lyræ ſolers, & cantor 831 Apollo.
Naturâ fieret 832 laudabile carmen, an 833 arte,
834 Quæſitum eſt: ego nec 835 ſtudium ſine divite venâ,

nimos. Metaph. 823 Excitavit, inflammavit, & tanqvam ad cotem acuit. Cic. *ad vos exacuendos accommodavi orationem meam.* Cùm enim Lacedæmonii à Meſſeniis impugnarentur, ducem, qvem non habebant, ab Athenienſibus ſibi dari petebant, qvi ipſis invidentes in contumeliam miſerunt Tyrtæum Poëtam luſcum & claudum, ſed ſapientiſſimum. Qvi, Heroïco carmine conſcripto, ita militum ſuorum animos accendit, ut de hoſtibus ſuis facilem victoriam reportârint. 824 Oracula ſive reſponſa ab Apolline data. Virg. 4. Æn. *Italiam Lyciæ juſsére capeſſere* ſortes. 825 Ratio vivendi à Poëtis indicata eſt, qvâ ad virtutem, ſapientiam, & ipſam beatitudinem tenderetur. In *vitæ* & *via* Paronomaſia eſt. 826 Carminibus etiam à Muſis, qvæ Pierides appellantur, homines experti ſunt, poſſent-ne regum benevolentiam & amicitiam ſibi comparare. Meton. effe. 827 Oblectatio animorum in Tragœdiis, Comœdiis & Satyris per carmina inventa eſt. 828 Et reqvies animi poſt longos labores. Animos enim feſſos verſus & lyra relaxant. 829 Hæc ideò recenſui, ô Piſo, ut, qvàm olim res arduas Poetica tractaverit, cognoſcas, & ne in Poetarum numerum referri erubeſcas. 830 Carminum inventrix, lyricorum modorum perita, id eſt, divinum, elaboratum & eximium poema. Alleg. è Meton. cauſarum. 831 Apollo cytharæ inventor, qvi Muſis præeſt. 832 Egregium, illuſtre. Tractat hîc qvæſtionem de cauſis efficientibus Poëſeos. 833 Præceptis & inſtitutione. 834 Diu diſceptatum eſt, utrum Poeta naſcatur, an fiat. 835 Ars ſine fœcundo ac bono ingenio, ſine naturæ bonitate. Metaphora à venis metallicis, vel à corpore anima-

Nec

Nec 836 *rude qvid proſit video ingenium:* 837 *alterius ſic*
Altera poſcit opem res, & 838 *conjurat amicè.*
Qvi ſtudet optatam curſu contingere 839 *metam,*
Multa tulit fecitqve 840 *puer,* * *ſudavit, & alſit,*
Abſtinuit 841 *Venere &* 842 *vino,* 843 *qvi Pythia cantat*
Tibicen, didicit prius, 844 *extimuitqve* 845 *magiſtrum.*
846 *Nunc ſatis eſt dixiſſe, Ego mira Poemata* 847 *pango.*

lium benè habito & ſucci pleno, ad ingenii bonitatem. 836 Naturæ bonitas nullâ arte doctrinâve expolita. Metaph. ab aſperis corporibus & impolitis. In *nec* eſt Anaphora. 837 Et ſic alterum alterius auxilio eget, ſic natura & doctrina mutuis ſe opibus juvant. Polyptoton. 838 Socialiter conſentit. Metaph. à conſociatione fœderatorum populorum ad mutuam & ſubſidiariam opem & operam. 839 Labore & opere ad finem pervenire ſibi propoſitum. Locus unde curſus initium erat, *carcer*; ubi finis, *meta* dictus. Alleg. ergò è Metaph. à certaminibus Olympicis, qvorum victoria tanti fiebat olim, ut, qvi illam retulerat, immortalitatem crederetur conſecutus. 840 Cùm puer adhuc eſſet, παῖς ὢν. * Calorem ſenſit, & frigus perpeſſus eſt. 841 A libidine. Meton. effic. 842 Al. *Baccho*, id eſt, vino, ebrietate. Ter. *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Romæ pueri vino abſtinebant. 843 Tibîcen etiam, qvi adhibetur ad canendas laudes in Pythiis, id eſt, in ludis, celebratis in honorem Apollinis, qvi Pythonem ſerpentem occiderat (de qvibus ſic Ovid. 1. Met. *Inſtituit ſacros celebri certamine ludos, Pythia perdomita ſerpentis nomine dictos.*) didicit, id eſt, diſcipulus fuit, anteqvam magiſter. Meton. ſubj. 844 Reveritus eſt. 845 Doctorem auletices. Synecd. gen. 845 His verò miſeris temporibus in Poëticâ arte Romanis ſatis eſt, ſi tantum poſſint dicere. Apparatus eſt ad Proſopopœiam cum Ironiâ Poëtæ: ubi iners Poëta inducitur hoc hemiſtichio, & duobus proximis verſibus excuſans ſuam inertiam & imperitiam. 847 E-

848 *Oc-*

848 *Occupet extremum ſcabies: mihi turpe* 849 *relinqvi eſt,*

850 *Et, qvod non didici, ſanè neſcire fateri.*

851 *Ut* 852 *præco, ad merces* 853 *turbam qvi* 854 *cogit emendas,*

855 *Aſſentatores jubet* 856 *ad lucrum ire Poeta,*

857 *Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis.*

858 *Si verò eſt,* 859 *unctum qvi rectè ponere poſſit,*

go poſſum admiranda poëmata componere. Hic Tropus notatus eſt Ep. 18. l. 1. in hæc verba: *poemata panges.* 848 Ultimum in hoc Poëtarum ſtadio currentem ſcabies aut aliud malum maneat, id eſt, qviſqvis inter Poëtas infimus & poſtremus eſt, ille per me infelix ſit. Exclamatio eſt imprecantis, & ſimul Metaph. à luſu puerorum ſe mutuò ad currendum cohortantium, qvi ſcabiem imprecantur ei, qvi ultimus ad calcem pervenerit. Sic indoctus & glorioſus Poëta non vult in extremo ordine verſari, ſed ſuam ignorantiam tegit jactatione & audaciâ. 849 In curſu relinqvi, ἀπολείπεσθαι, poſt alios currere, non antevertere, aliisqve Poëtis poſteriorem eſſe. 850 Et ſanè turpe eſt mihi illud fateri ignorare, qvod nunqvam didici, meqve Poëtam eſſe negare, cùm Poëticen nunqvam exercuerim. 851 Horatius, depoſitâ Proſopopœiâ, reſpondet ineptæ excuſationi: ſimulqve hîc eſt præceptum 29. qvales carminum noſtrorum auditores ac judices adhibere debeamus, nempe non adulatores, ſed ſinceros. 852 Rerum venalium. 853 Hominum multitudinem. 854 Congregat, invitat. 855 Sic etiam Poëta locuples adulatores ad poëmata ſua vel indoctiſſima laudanda beneficiis provocat. 856 Ad munera, qvæ Poëta imperitus dat Criticis aſſentatoribus. 857 Anaphora. Hic verſus fuit Sat. 2. l. 1. 858 Si verò ſit Poëta aliqvis. 859 Qvi ſplendidum & ſumtuoſum convivium, vel menſam delicatis ac ſvavibus epulis inſtructam adulatoribus rectè poſſit apponere ac dare. Simili Tropo dixit Ep. 15. l. 1. *ubi qvid melius contingit &* unctius,

860 Et

860 Et ſpondere levi pro paupere, & 861 eripere atris
Litibus 862 implicitum; mirabor, 863 ſi ſciet inter-
Noſcere mendacem, verumqve beatus amicum.
864 Tu, ſeu 865 donaris, ſeu qvid donare velis 866 cui,
Nolito ad verſus 867 tibi factos 868 ducere plenum
Lætitiæ; clamabit enim, 869 Pulchrè, benè, rectè.
Palleſcet 870 ſuper his; etiam 871 ſtillabit amicis
Ex oculis rorem: 872 ſaliet: 873 tundet pede terrã.
Ut qvi 874 conducti 875 plorant in funere, dicunt

id eſt, ſumtuoſius & ſplendidius. 860 Et ſe pro paupere obærato inſido, qvi qvavis emolumenti ſpe venalis eſt, pecuniam, qvam debet, expoſiturum promittere, vas & ſponſor fieri ſuamqve fidem interponere. 861 Suo patrocinio vel opibus ſolvere. 862 Exitioſis, noxiis litibus involutum, undè ſe expedire neqvit. Metaphora à retibus venatorum, qvibus feræ involutæ capiuntur & interficiuntur: ſic res domeſtica litigando vehementer laborat, & ad aſſem tandem & reſtim ſolet redire. 863 Si talis dives, qvi ſe beatum cenſet eſſe, falſum a vero amico poſſit diſtinguere; qvippe qvi ex amicis aſſentatores fecerit, & judices qvaſi corruperit. 864 O Piſo. Apoſtrophe ad unum Piſonem. Docet Horatius, qvomodo adulatores poſſint cognoſci. 865 Polyptoton. 866 Alicui Critico munus. 867 Adverſus te factos judicandos. 868 Tecum adducere, adhibere adulatorem lætum ob munera à te accepta, vel ob utilitatis ſpem. 869 Verba ſunt aſſentatoris, poemata tua fictè approbantis. 870 Ad hæc, ἐπὶ τούτοις ſtupeſcet, qvaſi novo genere poematis obſtupefactus. 871 Effundet lacrymas (qvæ ſunt ros oculorum) ſimulans ſe gaudere. Alleg. è Metaph. à cœli deſtillatione. 872 Præ lætitia exultabit propter elegantiam & artificium tui poematis: in qvo tamen nihil eſt hujusmodi. 873 Præ gaudio ſaltabit. 874 Ut mortuum lugeant & defleant. Olim mulieres præficæ mercede conducebantur ad mortuum, cujus funus efferebatur, lugendum, & lachrymis decorandum, & hæ copioſiùs falſas profundebant lachrymas, qvàm qvi animo lugebant. 875 Ejulant.

Et 876 *faciunt propè plura dolentibus ex animo: ſic*
877 *Deriſor verè plus laudatore* 878 *movetur.*
Reges dicuntur multis urgere 879 *culullis,*
Et 880 *torqvere mero, qvem* 881 *perſpexiſſe laborent,*
An ſit amicitiâ dignus. Si carmina 882 *condes,*
Nunqvam te fallant animi 883 *ſub vulpe latentes.*
884 *Qvintilio* 885 *ſi qvid recitares,* 886 *Corrige, ſodes,*
887 *Hoc (ajebat) & hoc:* 888 *meliùs te poſſe,* 889 *negares,*
Bis terq; expertum fruſtrà: 890 *delere jubebat,*
Et malè tornatos 891 *incudi reddere verſus.*

876 Plus lachrymantur ac dolent, qvàm illi, qvi verè ἐκ τῆς καρδίας, ſine fuco; ut ſunt conſangvinei, proximi, parentes, liberi, fratres & ſorores. Ter. Eun. *Utinam verè & ex animo iſtud diceres.* 877 Aſſentator, qvi gerit ſpeciem deriſoris. Synecd. gen. 878 Majori gaudio ac laudationis affectu percellitur. 879 Poculis grandibus illi inſtare: diminutivum à culeis. 880 Vino, qvod lene ingeniorum tormentum eſt, varias hominum naturas, qvantumvis tectas, explorans, inebriare, obruere, & inde penitus cognoſcere & elicere animi ſui ſecreta. Metaph. à cruciatu reorum, à qvibus veritas alicujus criminis vi tormentorum profertur in lucem. 881 Explorare, ad plenum cognoſcere ſtudeant. 882 Componas. 883 Duplices, doloſi. Metaph. ab aſtutia vulpium, ad dolos aſſentatoris indicandos. 884 Qvintilio Varo Cremonenſi, alienorum ſcriptorum ſincero & candido judici: de hoc vide Od. 18. & 24. l. 1. Synecd. ſpe. pro qvolibet fideli & ſincero judice & emendatore: ubi eſt qvoqve apparatus ad Proſopopœiam. 885 Carminis. 886 Emenda. Metaph. à corporibus pravis. 887 Hunc & illum locum in carmine tuo vitioſum. Epanodos. 888 Si tunc negares te, poſtqvam bis & ter, id eſt, ſæpiùs tentâſſes, meliùs poſſe illos verſus facere. 889 Epiſtrophe in *recitares* & *negares.* 890 Qvintilius jubebat te verſus obliterare vel corrigere. 891 Et verſus non ſatis rotundos, id eſt, malè

Si

Si defendere 892 delictum, qvàm 893 vertere, malles,
894 Nullum ultrà verbum aut operam 895 ſumebat inanem,
Qvin 896 ſine rivali 897 teqve & tua ſolus amares.
Vir bonus & prudens verſus reprehendet 898 inertes,
Culpabit 899 duros: 900 incomptis allinet atrum 446
901 Tranſverſo calamo ſignum; 902 ambitioſa recidet

perpolitos, incomtos de integro qvaſi recudere, formare & emendare. Alleg. è Metaph. a fabris lignariis & fabris ferrariis, qvi opus aliqvod impolitum, inelaboratum, malè teres ſolent limare, recudere, rotundare, & novam qvaſi formam inducere, ad inelegantes & incomtos verſus arguendos. 892 Vitium carminis tui. 893 Corrigere, mutare. 894 Tùm nullum ampliùs verbum dicebat. 895 Inſumebat fruſtrà laborem, ſc. ad te tuamqve ſtultitiam emendandam. 896 Sine ullo æmulo. Metaph. ab amantibus, qvi eandem puellam amant, qviqve nullius ferunt ſocietatem in amore puellæ, qvem Latini *rivalem* vocant, qvòd qvaſi ad unum eundemqve rivum potum veniat: qvâ oſtenditur in tali poëmate nihil eſſe omninò, qvod amore dignum ſit, & ambitioſiùs videatur & per æmulationem expetendum, ſed plurimum, qvod repudietur. Vel translatio ſumta eſt à beſtiis inter ſe de primâ in rivo aqvatione certantibus 897 Qvò minus & tua carmina ſolus magni faceres. 898 Non ſatis accuratos, arte carentes vel à Poëta inerti & imperito factos ſincerus ac peritus judex carminis reprehendet: ut ſuprà *ſine pondere & arte.* 899 Malè ſonantes. Metaph. à corporum duritie, qvæ ut tangentes offendunt impreſſione ſui: ſic verſus lædunt audientes. 900 Malè factis verſibus nigrâ lineâ aut virgulâ notabit, eoſqve delebit. 901 In latus ducto. 902 Crebriora Epitheta & ornatus nimios atqve ſuperfluos amputabit. Metaph. ab hominibus honores præter æqvum & ſupra modum cupidè conſectantibus, ad ſignificandum luxum & redundantiam poëmatis amputandam.

Ornamenta; 903 parum claris lucem dare coget:
904 Arguet ambiguè dictum; mutanda 905 notabit;
Fiet 906 Ariſtarchus 907 nec dicet, Cur ego amicũ
Offendam 908 in nugis? 909 Hæ nugæ ſeria ducent
In 910 mala, deriſum ſemel exceptumqve ſiniſtrè.
911 Ut 910 mala qvem ſcabies, aut 912 morbus regius urget,
Aut 913 fanaticus error, & iracunda 914 Diana;
915 Veſanum tetigiſſe timent, fugiuntq; Poëtam,
916 Qvi ſapiunt; 917 agitant pueri, 918 incautiqve ſeqvuntur;

903 illis, qvæ brevia & ob id obſcura ſunt, lucem adferet & illuſtrabit. *904* Amphibologias vituperabit. *905* Signo calami. *906* Caſtigator aliqvis & ſeverus alienorum ſcriptorum fiet; qvalis Ariſtarchus fuit, qvi verſus aliqvot Homeri, qvos non probabat, liberrimè reprehendit. Synecd. ſpe. pro qvolibet libero & incorrupto judice ſcriptorum. *907* Ut adulatores conſveverunt, *908*. In re levi reprehendam? *909* Imò verò hæc vitia (inqvit Horatius) qvas tu nugas eſſe ducis, Poëtam ſemel ab aſſentatoribus deceptum, & malè deceptum in vera mala, id eſt, in publicam reprehenſionem præcipitabunt: cùm ſc. vanâ adulatorum aſſentatione inductus, optimum Poëtam ſeſe arbitrabitur, cùm ſit vaniſſimus, & ob id aliis ludibrio erit. *910* Epanodos. *911* Qvi ſapiunt, non ſecùs timent fugiuntqve malum Poëtam, qvàm illum, qvem mala ſcabies, &c. *912* Icteritia, qvâ tota hominum facies fit crocea, premit, vexat. *913* Morbus fanaticus, qvo laborant furioſi. *914* Morbus dementiam hominibus immittens, morbus qvem Luna incutit. Meton. effic. *915* Poëtam ſua mala carmina omnibus obviis recitare volentem, vel furore qvodam, non ſtudio & doctrinâ cum ingenio conjunctâ, excitatum, tangere, tanqvàm ſcabioſum, verentur. *916* Viri ſapientes. *917* Contrà autem pueri tamen furioſum Poëtam perſeqvuntur. *918* Et

919 His

919 Hic, dū ſublimis verſus 920 ructatur, 921 & errat,
922 Si, veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foveam-ve; 923 licet, 924 Succurrite, longùm
Clamet, Io cives, non ſit qvi tollere 925 curet.
Si qvis curet 926 opem ferre & 927 demittere funem,
Qvi ſcis, an 928 prudens 929 huc ſe dejecerit, atqve
930 Servari nolit? 931 Dicam, 932 Siculiqve Poëtæ
Narrabo interitum: 933 Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem 934 frigidus 935 Ætnam

imprudentes illius carmina audiunt & collaudant. 919 Malus & inſanus Poëta. 920 Dum faſtu plenus, & plurimum ſibi tribuens, μετέωρος, vultu in cœlum ſublato incedens, putidos verſus qvaſi ructus, furore & ſine ratione effundit. Metaph. ab iis, qvibus ægrum ſtomachum mala copia eſculentorum & poculentorum ſollicitat, ut loqvitur Sat. 2. l. 2. undè poſteà ſpiritus putidus, multaqve & tetra eructatio erumpit. Tales ſunt verſus, qvos malè coctos & indigeſtos copioſe fundit Poëta. 921 Hallucinatur animo & corpore. 922 Si, perindè ac auceps, in aëra proſpiciens, merulis avibus volantibus inſidias ſtruit, in foveam, id eſt, in perſpicuos errores, incidit. 923 Qvamvis diu clamet. 924 Io cives, opem mihi ferte. Brevis eſt Proſopopœia lapſi aucupis. 925 Nemo tamen ſit, qvi eum è puteo curet attollere: qvia ignorat, an ultrò ſe dejecerit, an ſi extractus eodem ſe præcipitabit. Anadiptoſis. 926 Ipſi. 927 In foveam, ut ipſum extrahat. 928 An ſciens & de induſtriâ, moriendi conſilio præhabito. Sic Ep. 2. l. 2. Prudens *emiſti vitioſum.* 929 In hanc foveam. 930 Ne emendetur. In *dejecerit* & *nolit* eſt Epiſtrophe. 931 Hâc occaſione. Dialogiſmus eſt Poëtæ cum qvodam, qvi tùm aderat. 932 Empedoclis Agrigentini, Phyſici Poëtæ. Synecd. gen. 933 Ratus ſe dignitate verſuum, qvos de naturâ ſcripſerat, immortalem fore. 934 Inſanus, & atrâ bile affectus. Eſt enim Melancholia frigidiſſima. Metaph. ab intemperie corporis, ad illam mentis, qvæ gignit inſaniam. 935 Sici-

Inſiluit. 936 *Sit jus, liceatq́;* 937 *perire* 938 *Poëtis.*
939 *Invitum qvi ſervat,* 940 *idem facit occidenti.*
* *Nec ſemel hoc fecit: nec* † *ſi retractus erit, jam*
941 *Fiet homo,* 942 *& ponet famoſæ mortis amorem.*
943 *Nec ſatis apparet, cur verſus factitet: utrum*
Minxerit 944 *in patrios cineres, an triſte* 945 *bidental*

ciliæ montem, ut ſc. ita à nemine inveniretur, & in cœlum ſublatus crederetur. 936 Conceſſum ſit. Permiſſio eſt illius, qvod neqvit impediri. 937 Mori. 938 Furioſis, qvi ſe nolunt corrigi. 939 Hominem invitum & mox volentem. Sic Ep. 20. l. 1. *Qvis enim invitum ſervare laboret?* 940 Ille idem facit, ac ſi occideret, vel idem facit, qvod ille, qvi hominem occidit. *Idem*, id eſt, ſimile. Helleniſmus: τ' αὐτὸ ποιεῖ τῷ κτείνοντι. * Empedocles, ſc. ut moreretur ita, ut nulli de morte ſuâ conſtaret, inqve cœlum ſublatus eſſe videretur. In *facit, fecit, fiet*, Polyptoton eſt, ut in *nec* iterato Anaphora. † Etſi ex ignitâ foveâ Ætnæ montis, in qvam ſe præcipitare voluit, retractus erit. Metaph. à ſervis fugitivis, qvi deprehenſi ad herum ſuum reducuntur. 541 Fiet tamen rationis particeps & ſanus, ut alii homines. Inſanus enim non videtur dicendus homo. 642 Nec deponet amorem, id eſt, curam non abjiciet mortis infamis, infamiam apud omnes inurentis ei, qvi ſibi mortem conſcivit. Nam ſe ipſum occidere (qvod fecit Empedocles) infame eſt. Meton. eſſe. Sic *famoſum carmen* dixit Ep. 19. l. 1. 943 Nec ſatis cuivis perſpicuum eſt, utrius ſceleris pœnam luat malus Poëta, dum verſus factitat, ſepulchri-ne violati, an ſublati bidentalis. 944 In ſepulchrum patrium, in qvo cineres parentum reconditi ſunt, id eſt, an violârit ſepulchrum patris, id eſt, furore divinitùs plectatur propter violatum ſepulchrum patris. Nihil tàm ſanctum, qvàm religio ſepulturarum: unde in medio belli tumultu petebant victi inducias ad ſepelienda mortuorem cadavera, qvod illis non negabatur. 945 Locum, in qvem fulmen decidit, bidentibus ovibus à ſacerdote expian-

Moverit 946 *inceſtus:* 947 *certe furit, ac velut* 948 *urſus,*
Objectos caveæ 949 *valuit ſi frangere clathros,*
950 *Indoctum doctumqve fugat* 951 *recitator* 952 *acerbus.*
953 *Qvem verò arripuit, tenet, occiditq; legendo,*
954 *Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo.*

dum, & à nullo alio homine tangendum. 946 Poëta ipſe pollutus flagitio, in ſororem Veſtalem, vel cognatam commiſſo, polluerit, tetigerit ac concitaverit eum locum fulmine tactum, & jam conſecratum, in ſe ipſum: undè poſtea fuit actus in furorem. 947 Hoc ſaltem planum eſt eum furere, dum inſanus omnibus occurrentibus carmina ſua ad ravim uſqve recitat. 948 Sc. *incluſus.* 949. Si fortè ſepimenta, cancellos, vel robuſtas trabes & poſtes, qvi caveæ objecti ſunt, ne egredi poſſit, frangere potuit, & ex illa cavea erumpere, omnes homines longè à ſe immanitate ſuâ fugat & abigit. 950. Paronomaſia. 951. Ita etiam Poëta aliqvis in recitandis carminibus ſuis odioſus & ingratus omnes ſibi obviàm factos à ſe abigit. 952 Metaph. ab immaturis fructibus. 953 Qvem verò auditorem nactus fuerit, illum obtundit, & tædiosâ malorum carminum recitatione enecat. 954 Tanqvam ſangviſuga, animal reptile aqvatile, qvæ tàmdiu hæret corpori affixa, & crùs aut pedem, qvem ſemel occupavit, non priùs dimiſſura, donec cruore plena ſit, & ſangvine diſtenta decidat ebriis ſimilis: ſic etiam malus & furioſus Poëta auditorem, qvem nactus eſt, non priùs à ſe dimittit, qvàm ejus auſcultatione probè ſatiatus ſit.

Alleg. è Metaphoris.

F I N I S.

Index qvorundam, qvæ in Horatio obſervatione digna ſunt, ſive qvod ad loqvendi genera (ex qvibus proverbialia qvædam ſunt) ſive qvod ad res attinet.

Ep libros Epiſtolarum, Ser. autem, Sermonum Epo. Epodωn librum, Ar. carmen de arte Poëtica ſignificat. Quæ autem nullius libri nomen adſcriptum habent, ſunt ex Odis.

A

Ab Achille ſecundus heros Ajax, 2. ſer. 3
Ab imo ad ſummum, totus moduli bipedalis. 2, ſer. 3.
Ab ovo usqve ad mala, 1. ſer. 3
Abominatus Parentibus Anibal, Epod. 16
Abrotonum ægro dare. 2. ep. 1
Acceptum referre 2. ep. 1
Accipiter adurget molles columbas 1. 37
Accipiter laqveos timet 1. ep. 16
Aceto Italo perfuſus 1. ſer. 7
Achæmeniæ opes 2. 12
Achæmenium coſtum 3. 1
Achæmenia nardus epo. 13
Acheronta perrumpere 3. 3
Achillem etiam mors abſtulit. 2. 16
Achilles latuit 1. 8
Achillem Priamus movit epo. 17
Ad Aſſem perdere 2. ep. 2
Ad DEos evehere 1. 1
Ad imos talos manans ſudor 1. ſer. 9
Ad Tanaim usqve 3. 4
Ad ungvem 1. 5. & 1. ſer. 10
Ad ungvem caſtigare Ar.
Addere opus pigro 1. ep. 14
Adducere ad umbilicum epo. 14
Ædificare, vide in Diruere.
Ægæi maris tumultus, 2. 16 & 3. 29
Æqva tellus pauperi & Regi recluditur 2. 18
Æqvo pede 1. 4
Æqvo jure 3. 1
Æra lupinis diſtant 1. ep. 7
Ære perennius 3. 30

Æs

Æs circum pectus 1. 3
Æſculo rigidior, 3. 10
Ætas currit 2. 5
Ætolæ plagæ 1. ep. 2
Ævo extento vivere 2. 2
Afra avis 2. epo.
Africæ fertilitas 3. 16
Africi procellæ 3. 29
Agave 2. ſer. 4
Agna fugit lupos 12. epo.
Alcæi plectrum 2. 13
Ales albus 2. 20
Alga vilior. 3. 17. & 2. ſer. 5
Aliena negotia curo, excuſſus propriis 2. ſer. 3
Alite bono 4. 3. & 6. epo.
Alite carminis, 1. 16
Alite Serpente fugit, 3. epo.
Alitibus & canibus addictus 17. epo.
Alpes 4. 4. epo. 1. 4. 14
Alte cinctus 1. ſer. 8
Alto vultu rejecit dona 4. 9
Alyattici regnum 3. 16
Amando perdere 1. 8
Amantium perjuria 2. 8
Amare ſine rivali art.
Amne rapido ferventius 4. 2 1. ſer. 10
Amor furiat matres eqvorũ 1. 25
Amor ancillæ 2. 4
Amoris mala epo. 2
Amor ſenum 4. 1
Amori ludum dare 3. 12
Amores ſpirare 4. 13
Amphora cœpta inſtitui, urceus exit, ar.
Amphora fumum bibere inſtituta 3. 8
Ampullas projicere art.
Animum reddere 1. 16
Animus atrox Catonis 2. 1
Animus fert 1. ep. 4
Animæ meæ dimidium 1. 3
Anticyras naviget 2. ſer. 3
Antrum Dionæum 2. 1
Anus, qvæ vult formoſa videri 4. 13
Anus ſolicitans Cupidinẽ 4. 13
Aper Lucanus 2. ſer. 8
Apes Calabræ 3. 4. & 16.
Matinæ 4. 2
Apollinis capilli intõſi 15. epo.
Apollo non ſemper arcum tendit. 8, 8. 10
Apollo promiſit 1. 7
Apollo me ſervavit 1. ſer. 9
Apparatus Perſici 1. 38
Appulorum fertilitas 3. 16
Appulis agris cultior 4. 14
Appulus miles 1. 22. epo. 2
Appula uxor 2. epo.
Appulia ſiticuloſa epo. 3
Apris & lupis relinqvere epo. 18
Aper currens horret, epo. 5.
Aprum fluctib9 appingere, art.
Aqva aſpergere 1. ſer. 4
Aqvilæ columbam non progenerant 4. 4
Aqvila acutum cernit, 1. ſer. 3
Aqvilo impotens 3. 30
Aqvilonibus objicere 30. 10

Aqvi-

Aqvilone ſecundo 2. ep.2
Aqvilonibus qverceta laborant 2.9
Aqvilonibus decertans Africus 1.3
Arabum divitiæ 1. ep.7
domus plenæ 1.12
gazæ, 1.29
theſauri intacti, 3.24
Arbor nova collibus inhærens ep. 12
Arcadiæ colles nigri, 4.12
Archilochus in Lycamben, 1. ep. 20
Arcus Cydonius 4.9
Arcus non ſemper ferit, art.
Arena numero carens, 1.29
Argenti ſitis importuna, 1. ep. 2
Ariſtippi præcepta, 1. ep.1
Arma inter canebat Lesbius civis, 1.32
Arma uncta cruoribus, 2.1
Armenta cum leonibus epo.16
Artem omittere, 2. ſer.5
Aſino fabulam narrare, 2. ep.1
Aſinus malè parens in rupes protruſus, 1.ep.20
Aſinum docere parentem fræno currere, 1. ſer. 1
Aſſis unius pretio, 1. ſer. 6
Aſtra perambulare epo.17
Atria ſervantem clientem poſtico fallere, 1.ep.5
Attali regia, 2.18
Attalicæ conditiones, 1.1
Attalicæ urbes, 1.ep.11
Aufidus violens, 3.30
tauriformis, 4.14
Aurarum metu, 1.23
Auræ fallacis neſcius, 1.5
Auræ popularis arbitrio, 3.2
Auris purgata, 1. ep.1
Aures demittere, 2.13
Aures opponere, 1.9
Auribus bibere, 2.13
Auribus obſeratis preces fundere, epo.17
Auribus Jovis ſervare, 1.ep.19
Auriculas demittere, 1. ſer. 9
Auro non venale otium, 2.16
Auro non exorabilis eſt Orcus 2. epo. 2
Aurum potentius ictu fulmineo, 3.18
Aurum veſtibus illitum 4.9
Auſtris adverſis, 2.ep.2
Auſtri motus, 3.27. & epo.10

B.

Babylonii numeri 1.11
Bacchæ fraxinos manibus vertentes, 3.25
Bacchari, 2.7
Bacchus aureo cornu decorus 2.19
Barathrum, 1.ep.15.& 2.ſer.3
Bella cytharæ aptanda non ſunt, 2.12
Bella ſub Ilio pugnata, 3.19
Bella matribus deteſtata, 1.1

Belli

Belli calamitas, 2. 13
Bellua ferro petita epo. 5
Bidental triſte, art.
Biformis vates, 2. 20
Bilis in jecore, 1. 13
in præcordiis, epo. 11
Bionei ſermones, 2. ep. 2
Bis die 4. 1
Bis patiar mori, 3. 9
Bitumen flagrans, epo. 5
Bona verba loqvi, 1. 33
Boni unà cum malis puniuntur, 3. 2
Bosporum inſanientem tentare, 3. 4
Brachia armis livida, 1. 8
Brenni veloces 4. 14
Buccas ambas inflet Jupiter iratus, 1. ſer. 1
Bupalus, epo. 6

C.

Cadi cum fæce ſiccati 1. 35
Calabriæ armenta 1. 3
& 2. 11.
Calabri hoſpitis munera, 1. ep. 7.
Calamo transverſo ſignum allinere art.
Calcar addere 2. Ep. 1.
Calliopes melos 3. 4.
Campana ſupellex 1. ſer. 6.
Campis atqve Neptuno ſuper fuſus ſanguis Epo. 7.
Cane pejus & angve vitare 1. ep. 17
Cane ſagacior Epo. 12.
Canis jejunæ ab ore rapta oſſa Ep. 5
Canis angit 2. ſer. 2
Canis à corio 2. ſer. 5
Canis Laconicus epo. 6
Moloſſus ibid. &. 2. ſer. 6
Canes ſuburbanæ epo. 5
Canis adverſum lupos epo. 6
Canis prægnantis occurſus 3. 27
Canum vigilum triſtes excubiæ 3. 16
Canicula flagrans 3. 13
Canidiæ dapes. epo. 3. & 2. ſer. 8
Canidiæ potiones epo. 5
Canuſini bilingves 1. ſer. 10
Capellæ injuſſæ ad mulctra venientes epo. 16
Caput perfidum votis obligare 2. 8
Capitis minor 3. 5.
Capitis nives 4. 13
Caput charum 1. 24
Caput ſcabere 1. ſer. 10
Capreæ lupis junctæ 1. 33
Capreæ pavent leones epo. 12
Capreæ ſimilis 3. 15
Caper libidinoſus epo. 10
Capti victorem capiunt 2. ep. 1
Captivam dominus amat 2. 4
Cardines movens janua 1. 25
Caſſa nux 2. ſer. 5
Caſtus nimis Bellerophon, 3. 7

Catenas nectere hoſti non victo 1. 29
Catenæ trecentæ cohibent 3. 4
Catulus militat 1. ep. 2
Caucaſus inhoſpitalis epo. 1
Caudam trahere 2. ſer. 3
Celſæ graviore caſu decidunt turres. 2. 10
Cementis occupare mare 3. 24
Centaurorum rixa 1. 18
Centum puer artium 4. 1
Centuriæ ſeniorum art.
è Centurionibus magnis orti pueri. 1. ſer. 6.
Ceratis pennis niti. 4. 2
Cerberus carminibus ſtupet. 2. 13
Cerberus ceſſit Mercurio 3. 11
Cerebri felix 1. ſer. 9
Cerebroſus 1. ſer. 5
Cerea brachia 1. 13
cereas imagines movere epo. 17
Cereus in vitium flecti, art
Cereris ſacrum 3. 2
Cerite cera dignus 1. ep. 6
Ceritus. 2. ſer. 3
Cerva extricata plagis pugnat 3. 5
Cervus fugit lupum 1. 15
Cervis ocyor. 2. 16
Cetaria creſcent 2. ſer. 5
Charybdis 1. 27
Chimæræ illigatus 1. 27
Chimæræ igneæ ſpiritus 2. 17
Chloris mater Pholöes 3. 15
Chorus Pleiadum 4. 14
Chremes avarus epo. 2
Cibus projectus epo. 6
Cicutis nocentius alliū epo. 3
Cimex Pantilius, 1. ſer. 10
Cincti Cethegi ar.
Circe pelles mutās 1. 17. epo. 17
Ciſtam effractam plorans 1. ep. 17
Cithara conviviorum ſodalis 3. 2
Clamor montium 3. 29
Clarior Ilia 3. 9
Clavi trabales 1. 35
Clavi Adamantini 3. 24
Cliens atria ſervans. 1. ep. 5
Clypeum abjicere 2. 7
Coæ veſtes, 14. 13
Cocytus ater 2. 14
Codri mors 3. 19
Cœlo tenus 1. 1
Cœlo devocare ſidera. epo. 17
Cœlum non animum mutare. 1. ep. 11
Cœlum imbribus nigreſcit. 1. 5
Cœlum inferius mari ſidet epo. 7
Cœlum tentare 1. 28
Cœnæ dubiæ 2. ſer. 2
Cœnæ Deorum. 2. ſer. 6
Cœno evellere plantam 2. ſer. 7
Collinere crines pulvere 1. 15
Colubros metuentes capellæ. 1. 17
Columen rerum 2. 17

Co-

Columba mollis 1.37
Columba adulteratur milvio epo. 16
Columnam ſtantem proruere 1. 35
Columnæ Africanæ 2. 18
Comæ Nereidum 3. 28
Compede teneri 1. 33. & 4. 11.
Conchylia Lucrina ep. 2
Concilio Jovis inſerere. 3. 35
Concordia diſcors 1. ep. 12
Condere diem 4. 5
Conjugis imperium 3. 24
Conjugibus loqvenda bella. 4. 4
Conopeum inter ſigna militaria epo. 9
Conſul non unius anni 4. 9
Contra ægida Palladis ruere. 3. 4
Copia nimia merſat 2. ſer. 2
Corde & genibus tremens hinnuleus 1. 23
Cornicis anni 3. 17
cornici vetulæ ſimilis 4. 13
Cornu pleno copia 1. ep. 12. & carm. ſec.
Cornua tollere epo. 6
Cornua pauperi addit vinum 3. 21
Coronam detrahere 1. ſer. 10
Corpore major ſpiritus 2, ſer. 3.
corpus ſine pectore 1. ep. 4
corpus qvale Thraces moveat. epo. 5
Corrugare nares 1. ep. 5
Cortice levior 3. 9
Corvi canentis vox 3. 27.
Coſtum Achæmenium 2. 2. & 3. 1.
Cothurnus Cecropius 2. 1
Crepare aliqvid veri 2. ſer. 3.
Creſſa nota 1. 36.
Cucullum compellare 1. ſer. 7
Culpam pœna premit comes 4. 5
Cum prole matroniſqve 4. 15
cum victore contendere durum eſt, 1. ſer. 9
Cupido pulcris in genis excubans 4. 12
cupreſſum ſimulare art.
Cura in naves aſcendit 2. 16
curam Lyæo ſolvere epo. 9
curæ circum tecta volantes 2. 16
curioſus epo. 17
Curſu canem ſuperare 1. ep. 18
curſus relictos iterare 1. 34
curſus Ulyſſis 1. 6
cuſpis Achillis 4. 5
Cyathos centum ſumere 3. 8
Cyclopem ſaltare 2. ep. 2
Cygni ſonus 4. 3
Cygni Veneris currum trahentes 3. 28
Cyri ſolio redditus Phraates 2. 2
Cyrus qvidam Pholöes amator in eum declinare dicitur 1. 33

Daci

D.

Daci Cotiſonis agmen cecidit. 3.8
Dædali pennæ. 1.3. & 4.2
Damæ in æqvore, 1.2
Danaidum hydriæ 3.11
Dapes Saliares 1.37
Dare manus, ep.17
dare verba, 1. ſer.3
De tenero ungvi meditari, 3.6
Decidere pennas, 2. ep.2
Dejicere è ſaxo, 1. ſer.6
Deliis ornatus foliis, 4.3
Delphinum ſylvis appingere, art.
Dente notam labris imprimere, 1.13
dente petere, epo.6
dente rodere, 4.3
dente Theonino circumrodi, 1. ep.18
Deorum ſangvis, 4.2
Deſinet imparibus certare, ep.2
Devium ſcortum, 2.2
Deum ſeqvi dulce periculum eſt, de Baccho dictum, 3.25
Deus hæc fortaſſe benigna reducet in ſedem vice, epo.13
Dextris aptare enſes, epo. 6
Diana celer, dicta Cynthia, 3.28
Dianæ tutela, 4.6
Dianam tentare. 4.3
Dic aliqvid dignum promiſſis, 2. ſer.2
Dicenda tacenda loqvi, 1. ep.7
Dicto citius, 2. ſer.2
Diem frangere 2.7
die, veſperi, 2.9
dies volucris, 3.28
Digito monſtrari. 4.3
Dignus meliore flamma, 1.27
Dii audiunt, 2.18. & 3.27. & 22. & 4.13
Dii pedes laneos habent, 3.2
dii mutati 1.5
diis miſcere ſuperis, 1.2
divis bonis ortus, 4.5
Dimidium facti, qvi cœpit, habet 1. ep.1
Dionæum antrum 2.1
Diris agere ep.5
diruit, ædificat, mutat qvadrata rotundis 1. epo.1
Disparem vites 4.11
Dives in plena domo 4.13
Dives & pauper 2.3
divitibus inſulis conſecrari 4.8. epo.16
Doloſi ferre jugum amici 1.35
Domos juvenum expugnare 3.1
domus Plutonis 1.4
Dona Medeæ Epo. 3
dona Muſarum 2. ep.1
Dormire in medios dies 1. ep.2
Dotales agri 1. ep.6
Dracones reluctantes aqvilæ 4.4
Dulce eſt deſipere in loco 4.12
dulce periculum 3.25

Dulcis

Dulcis inexpertis cultura potentis amici 1. ep. 18
Dum res patitur 2. 3
Dum favet nox & Venus 3. 11
DyotaSabina 1. 9

E

Ebur Indicum 1. 31
Eburnea porta 3. 27
Echinus aſper epo, 5. & 2. ſer. 4
Elea palma 4. 2
Emptor ciceris & nucis. art.
Enſis Noricus epo. 17
Eois timendus & Oceano 1. 35
Epicuri de grege porcus 1. ep. 5.
Epulis Jovis intereſt Hercules 4. 8
Epulæ blattarum ac tinearum 2. ſer. 3
Eqva trima 3. 11
Eqves melior Bellerophonte 3. 2
Eqves metuendus haſta 3. 2
Eqvis albis præcurrere 1. ſer. 7
Eqvitare in arundine longa 2 ſer. 3
Eqvus optat aratrum 1. ep. 14
eqvus ut me portet, alat rex 1 ep. 17
Eripiet qvivis oculos citius mihi 2. ſer. 5
Esqvilinæ alites epo. 5
Esqvilina veneficia epo 17
Eſto beata ep. 8
Evias ex ſomnis ſtupet 3. 25
Eurus tempeſtuoſus 3. 17. & epo. 10
Eurus niger 1. 5. & epo. 10
Examen ditis domus, vernæ, epo. 2
Extra numerum modumqve nihil feciſſe 1. ep. 18

F

Fabri fabrilia tractant 2. ep. 1
Fabula fias 1. ep. 13
Fabula per urbem epo. 11
Face mutua torrere 3. 9
Facies fucata crocodili ſtercore ep. 12
facies gratarum artium 4. 13
Fæce tenus poti cadi 1. 15
Falce recidendum 1. ſer. 3
Fallere cineres matris opertos 2. 8
Fama creſcit inſtar arboris 1. 12
Fames miſera 1. 21
Faſces Tarqvinii 1. 12
Fas magnum nefasqve epo. 5
Fata dederunt Cynaræ breviores annos 4. 13
Fata tardiora te votis manent epo. 18
Fata acerba Romanos agunt epo. 7
Fata recludere precibus 1. 24
Fati volucris alas tandavit 2. 17
Faunus Nympharum fugientum amator 3. 18

Fauſtis

Fauſtis ſub penetralibus 4. 4
Fax in cineres dilapſa epo. 7
Febrium cohors 1.3
Felix cerebri 1. ſer.9
Ferre jugum 1.35. & 2.5
Ferrum Noricum epo. 17
Feſtæ dapes Epo. 9
Fides Æoliæ 2.13. & 3. 30
Fides Cyllenæa epo. 13
Fides audita arboribus 1. 24
Fides velata albo panno 1. 35
Fidibus qvercus ducere 1. 12
Filix innaſcitur agris neglectis 1. ſer. 3
Flagitio damnum addere 3. 5
Flammæ Colchicæ. Epo. 5
Flammæ Ætnææ epo. 17
Flumina prætereunt 4. 7
Fluminis ritu feruntur cætera 3.29
Fœnum habet in cornu 1.ſer.4
Foliis brevioribus ornare 1. ep. 19
Foliorum metus 1. 23
Fons vitro ſplendidior 3. 13
Fontes ad flumina redeunt 1.2
Forma Ajacem movit 2. 4
Forma vincere Nerea epo.15
Fortuna dulci ebria 1. 37
fortuna ſævo leta negotio 3.29
Fortuna incerta 1. 34.& 3.29
Fortuna non mutat genus 3. 29
Fortunam magnam benè ferre 3. 27
Fortunæ ſuperbæ reſponſare 1. ep. 14
In qvem fortuna manca ſemper ruit 2. ſer. 7
Dum fortuna vultum benignum ſervat 1. ep. 11
Fortunæ Filius 2. ſer.6
Fortunæ ludus 2.1.& 3.29
Fortunæ rivus 1, ep. 12
Fortunæ ſtridor 1.34
Fræna vaganti licentiæ injecit 4. 15
Fronde decorus 4.2
Frontem explicare 3. 29
Frontem exarare epo. 8
Frontem obducere epo. 13
Fructus Siculi 1. ep. 12
Fruſtrà pius 1. 24
Fuco medicata lana 3. 5
Fugientia captare 1. ſer. 2
Fulmina ſummos montes ſæpius feriunt 2.10
Fulmine potentius 3.3. & 16
Ex fumo dare lucem art.
Fumum ex fulgore dare art.
Funeri propinqvus 3. 15
Funis it retro currente rota 3.10
Furi prodeſt copia 1.ep.6
Furor eqvarum 1. 25
Furor Bacchicus ibid.
Furor Corybantum ibid.
Furor Dindymenus ibid.
Furor Pythius 1.16
Fuſius ebrius Ilionam edormiens 2. ſer. 3

G

Gætula leæna 3. 20
Gallia non pavens funera 4. 14
Gallici eqvi 1. 7
Gallica paſcua 3. 16
Ganymedes flavus 4. 4
ab Ida raptus 3. 20
Gaude ſorte tua epo. 14
Genauni implacidum genus 4. 14
Genium curare 3. 17
Genua virent epo. 13
Genibus tremere 1. 23
Germania fera, epo. 16
Geryon ter amplus, 2. 14
Getæ rigidi 3. 24.
Gigantum cohors impia 2. 19
fulmine acuto ſublati 3. 4
ubi vocantur Titanes.
Glacies non ſtat menſes per omnes 2. 9
Gladius ſuper cervice 3. 1
Græcari 2. ſer. 2
Grajorum labor 2. 4. & ep. 10
Gramen Martium 3. 7
Gratia rixarum metuens 3. 19
Gratiæ nudæ 4. 7
Gratiæ ſegnes nodum ſolvere 3. 21
Gratia Nymphis juncta 1. 4
Gregis tui ſcribe hunc 1. ep. 9
Gyges centimanus 2. 17

H

Hæredis luxus 2. 14
Hæredis manus 4. 7
Hæres potitur 2. 3. & 3. 24
Hannibal (vel Annibal) perfidus 4. 4
dirus 2. 12. & 3. 6. ejus minæ 4. 8
Harpyis gula digna 2. ſer. 2
Hectoreæ opes 3. 3
Hedera ambitioſior 1. 36
Hedera arctior epo. 15
Hedera coronare 1. 1
Helenæ mariti 4. 9
Helena non ſola amat 4. 9
Herculis labor 1. 3
Herculis manus 2. 12
Hic foſſa eſt. 2. ſer. 3
Hic niger eſt 1. ſer. 4
Hinc illæ lacrymæ 1. ep. 19
Hinnuleo ſimilis 1. 23
Hippolyti pudicitia. 4. 7
Hircum olere 1. ſer. 2.
Hircus in alis epo. 12
Hircus in æqvore epo. 16
Hirundinis infelicitas 4. 12
Hœdo laſcivior 3. 13
Hœdus ereptus lupo ep. 2
Homo ficulnus 1. ſer. 8
Homine nihil audacius 1. 3
Homini nunqvam ſatis cautū eſt in horas, qvid qvisqve vitet 2. 13
Honores tergemini 1. 1
Hora tota abit 1. ſer. 8
Horarum viciſſitudo 4. 7
Horrea Sulpitia 4. 12

Hoſpi-

Inter opes magnas inops. 3.16
Inter vilia fortis 1. ep. 15
Hoſpites immerentes vexare epo. 6
Hoſtibus notus 3. 2
Hoſtis vetus 3. 8
Hoſtes ſentiant 3. 27
Humeris inimicis vectari epo. 17
Humi ſerpere art.
Hydra ſecto corpore creſcens. 4. 4.
Hydrops creſcit 2. 2
Hylæus ebrioſus 2. 12
Hymetti mel 2. 6
Hyperborei campi 2. 20
Hypſea cæcior 1. ſer. 2

I.

Janua limen amat 1.25
Janua excluſo patet 3.19
Japeti poſteritas 1. 3
Jaſon Candidus epo. 3
Ibericæ loricæ 1. 29
Iberici funes epo.4
Iberia venenorũ ferax, epo. 5
Ibimus, utcunqve præcedes. 2. 17.
Jecur anſeris 2. ſer. 8
Jecur torrere 4. 1
Jecur urebat bilis 1. ſer. 10
Ignis, mare, ferrum. 1 ſer. 1
Igni purgandum 1. 16.
Ignem gladio ſcrutari. 2. ſer. 3.
Ignes Theſſali 1. 10
Ignes cineri doloſo ſuppoſiti 2. 1.
Iliacos muros intra peccatur & extra 1. ep. 2
Ima ſummis mutare 1. 34
Imagines triumphales epo. 8
Imber edax 3. 30
Imis ſenſibus oblivionem diffudit inertia epo. 13
Immunem venire epo. 11.
Imo de gradu tollere 1. 35
Impiis accidat 3. 27
In diem vivere 3. 29
In fumum & cinerem vertere 1. ep. 15
In morem Salium. 1. 36. & 4. 11
In mare mittere 3. 24
In pelle propria qvieſcere 1 Ser. 6.
In rupes protrudere 1. ep. 10
In Sylvam ligna ferre 1. ſer. 10
In verba alicujus jurare. epo. 15. & 1. Ep. 1.
In ultimum tempus deductus 2. 6.
In ſinu ferre 2. 11
Inania captare. art
Incerto mari epo. 9
Incolumi Jove 3. 5
Incudi reddere ar.
Indiæ theſauris opulentior 3 24
Indice digito monſtrare 2 Ser. 8.
Indis bellum parare 1. 29
Ingenium pingve 2. ſer. 6
Inſanire ratione 2. ſer. 3
Intentata nites 1. 5
Inter lances & menſas. 2. ſer. 2

Inter

Inter æqvales eqvitare 1. 8
Invidiam placare 2. ſer. 3
Invidia major 2. 20
Invita Minerva art.
Invitum ſervare art.& 1 Ep. 20
Jove æqvo judicare 2. ep. 1
Jove firmius. 3. 3
Jove minor. 1. ep. 1
Jove non probante 1. 2
Jovem averſum precari epo.10
Jovis auribus ſervare 1. ep. 19
Jovis ſupercilium 3. 1
Ira Thyeſtea 1. 16
Ira maris epo. 2
Ira muliebris implacabilis epo 17.
Ira furor brevis 1. ep. 2
Ira urit 1. ep. 2
Iras nihil deterret 1. 16
Ire qvò pedes rapiunt 3. 11
Ire ſecundo omine 3. 11
Italum robur 2.13
Iter per Caucaſum 1. 22
Iter per fluctus 3.27
Iter per ignes 1. 1
Iter per Syrtes 1. 22
Judicium Aiacis 2. 13
Jugera immetata ferunt fruges 3. 24
Jugulo porrecto 1. ſer. 3
Jugum aheneum 3. 9. & 1. 33
Jugum alligare, epo. 13
Jugum ferre 1. 35
Jupiter hyemes reducit & ſummovet 2. 10
Juventæ poplites 3. 2
Juventutis fuga 2. 11
Juvenum ardor 4. 13
Jurare in verba 1.ep.1.& epo.15
Ixion & Tytius rident 3. 11

L

Labeone inſanior 1. ſer. 3
Laborare in Charybdi 1. 27
Labor Siſyphi 2. 14
Labor Iſthmius 4. 3
Labore nobis vendunt bona dii 1. ſer. 9
Lacte depellere 4. 4
Lana muricibus Tyriis iterata epo. 12
Lanæ Lucerinæ 3. 15
de lana caprina rixari 1.ep.18
Lapithæ ſævi 2. 12
Lapis Phrygius 3. 1
Lapides movere cavendo 3. 11
Lætus in præſens animus 2. 16
Latus fodere 1. ep. 6
Latus peruſtum funibus epo. 4
Latus in circo ſpatiere 2. ſer. 3
Laudantur ſimili prole puerperæ 4. 5
Laurum morte petere 3. 14
Lauro cinctus 3. 30. & 4. 3
Laureâ Apollinari donandus 4. 2
Leænæ catulos movere 3. 20
Leænæ nactæ vitulos 3. 11
Leges ſine moribus 3. 24
Leges Jovis epo. 18
Leo 3. 2.

Leo lacte depulſus 4. 4
Leones Mauritani 1. 22
Leones Gætuli 1. 23
Leones inter errare 3. 27
Leonem tactu laceſſere 3. 2
Leonem imitata vulpes 2. ſer. 3
Lepus pavidus epo. 2
Lesbium acetum 2. ſer. 8
Lesbium vinum 1. 17
Lesboa barbitos 1. 1
Leuconöe 11. 1
Libertas Decembris 2. ſer. 7
Libelli Stoici epo. 8
Libido maſcula epo. 5
Libitinam vitare 3. 29
Libra farris 1. ſer. 5
Libros loricis mutare 1. 29
Liburnis ferocior 1. 37 & epo. 1
Libyam Gadibus jungere 2. 2
Limina ſuperba civium potentiorum epo. 2
Limis rapere 2. ſer. 5
Lingvæ patruæ verbera metuentes 3. 12
Linqve ſevera 2. 8
Lippis ac tonſoribus notum 1. ſer. 7
Lis eſt ſub judice art.
Literæ Bellerephonteæ 3. 7
Litus premere iniqvum 2. 10
Locare ſecanda marmora 2. 18
Loliginis nigræ ſuccus 1. ſer. 4
Ludus Martis 1. 2
Ludere par impar 2. ſer. 3
Lucellum partita tecum 2. ſer. 5
Lucernas in lucem profere 3. 8
Lucernas oleo fraudare ſer. 5
Lucro apponere 1. 9
Luculli chlamydes 1. epo. 6
Luna inter ſtellas 1. 12. epo. 15
Luna pura nitidior 2. 5
Luna uno vultu non ſemper nitet 2. 11
Lunæ novæ intereunt 2. 18
Lunæ celeritas 4. 7
Lunam polo deripere epo. 17
Lupæ occurſus 3. 27
Lupi Appuli 1. 22. & 23
Luporum & agnorum diſcordia 4. ep. 15
Lupi membra different epo. 5 & 16
Lupum metuunt hœdilia 1. 17
Lupus ſervum ſectatur 4. 4
Lupus cautus foveam metuit 1. ep. 16
Lupus inter agnos 3. 18
Lupus hac urget, hac canis angit 2. ſer. 2
Lux patriæ 4. 5
Lydia 1. 25
Lydia perdit Sibarim amando 1. 8. & 13
Lymphatus vino 1. 37
Lymphæ loqvaces 3. 13
Lymphis iratis extructa Gnatia 1. ſer. 5
Lynceus 1. ep. 1
Lynces fugaces 4. 6
Lynces timidæ 2. 13
Lyram miſcere cum tibiis 3. 19 & epo. 9.

Magna

M.

Magna lingva 4.5
Magna modis tenuare parvis 3.3
Magnas inter opes inops 3.16
Magna loqvi art. & 1. ſer. 3
Magnum narrare 1. ſer. 9
Mala avi 1.15. & epo. 10
Malobathro Syrio nitens 2.7
Malus Africo ſaucius 1.14
Malis (id eſt, buccis) ridere alienis 2. ſer. 3
Mane & veſperi 2.9
Manes fabulæ 1.4
Manus aënea 1.35
Manus ſacrilega 2.13
Manibus tritum 1. ſer. 3
Mare rubens ſangvine 2.12
Mare & ſylvæ ſonant aqvilone epo. 13
Mari terraqve epo. 9
Marito unico gaudens mulier 3.14
Mariti olentis uxores 1.17
Marmore Pario ſplendens purius Glycera 1.19
Marſæ voces epo. 5. & 17
Marſus aper 1.1
Matiales lupi 1.17
Matris ab ubere 4.4
Matris vota & deſiderium 4.5
Matris ſeveræ ad arbitrium recisi fuſtes 3.6
Matrem ſeqvi 1.23
Maura jacula 1.22
Maurus angvis 3.5. & 10
Maura unda 2.6
Maurus miles 1.2
Medios per ignes mittere eqvum 4.14
Mella Calabra 3.16. Hymettia 2.6. Poëtica 1. ep. 19
Melli eſt 2. ſer 6
Memor ignium nigrorum 4.12
Memor noſtri vivas 3.27
Merces Cypriæ 3.29
Mercurius communis 1.10
Mercurius ſuſtulit 2.7
Mercurii virga 1.10. & 24
Mercuriales viri 2.18
Meridies inclinat 3.28
Mero torqvere 3.21. & art.
Meta evitata fervidis rotis 1.1
Mevius epo. 19
Milvius hamum opertum metuit 1. ep. 16
Mingere in patrios cineres art.
Minimo provocare 1. ſer. 4
Miniſter ornatus myrto 1.38
Minoïs arbitria 4.7
Miſcere Chio Falernum 1. ſer. 10
Miſcere ſacra profanis 1. ep. 16
Molle ductu atqve facetum epos 1. ſer. 10
Monſtrum Colchicum 4.4
Monſtrum Thebanum ibid.
Montes montibus imponere 3.4

Morbus Campanus 1. ſer. 5
Mores aurei 4. 2
Mors Centaurorum 4. 2
Mors etiam fugacem perſeqvitur 3. 2
Mors ultima linea rerum 1. ep. 16
Mors parcit nemini 1. 28
Moriemur inulti 2. ſer. 8
Mortis laqvei 3. 24
Motus Ionici 3. 6
Movens omnia ſupercilio Jupiter 3. 1
Mugiunt venti. 3. 10
Mulierculam vincere mollicia Epo. 1
Munera duces navium illaqveant. 3. 16
Munia comparis æqvare 2. 5
Munus Neſſi Epo. 3
Murex Afer 2. 16
Murus aëneus 3. 3. & Ep. 1
Muſæ ſacratus 1. 26.
Muſis amicus Ibid.
Muſis dicenda prælia. 4. 9
Mutare lares Epo. 18
Mutare veſtem 1. 35
Mutare qvadrata rotundis 1. Ep. 1.
Mutatur in horas 2. ſer. 7. & art.
Mycenæ dites. 1. 7.
Mygdoniæ opes 2. 12
Mygdonii campi 3. 16
Myrrheus crinis 3. 14
Myrtus fragilis 3. 23

N

Nænia Cea 3. 3
Nænia puerorum. 1. Ep. 1
Nardus Aſſyria. 2. 11
Nardus Achæmenia Epo. 13
Nare ſine cortice 1. ſer. 4
Naribus uti 1. Ep. 19
Naris emunctæ. 1. ſer. 4
Naris obeſæ Epo. 12
Naſo adunco ſuſpendere. 1. ſer 6. & 2. ſer. 8
Naturam expellas furca, tamen usqve recurret. 1. Ep. 10
Natura negat 1. ſer. 10
Nave ferri 2. Ep. 2
Navis tua in alto eſt 1. Ep. 2
Naves Idææ 1. 15
Naves pictæ 1. 14
Navibus & qvadrigis. 1. Ep. 11
Navigare inter Cyclades 1. 14
Navigare inter Syrtes Epo. 9
Navita Hiſpanus 3. 6
Navita Pœnus. 2. 13.
Nautis & inſtitoribus amata 3. 6. & Epo. 17.
Nautis ſudor inſtat Epo. 10.
Neæra Epo. 15
Neapolis otioſa Epo. 5
Nec munera nec preces curvant 3. 10
Neceſſitatis æqva lex 3. 1
Neceſſitatis clavi 3. 24
Nectar Veneris. 1. 13
Nemo ſine vitiis 1. ſer. 3

Nepos

Nepos diſcinctus Epo. 1.
Neptuno & campis ſuper. Epo. 7.
Nereus 1. 19. & Epo 15
Nervi atqve cutis 1. 28
Neſcius auræ fallacis 1. 5
Neſſi cruor Epo. 17
Nihil aſtra præter & undas 3. 27
Nihil eſt ab omni parte beatum 2. 16
Nil admirari felicitas 1 Ep. 6
Nil conſcire ſibi 1. Ep. 1
Nil dulce niſi tecum. Epo. 1
Nil intentatum relinqvere. art.
Nil intra oleam 2. Ep. 1
Niobæa proles 4. 6
Noctes longas dormire 1. 27
Nodum ſolvere 3. 21
Nomina dominantia art.
Non cuivis homini contingit adire Corinthum 1. Ep. 7.
Non idem floribus ſemper eſt honor 2. 11
Non omnes eadem mente 2. Ep. 2.
Non ſemper pluit 2. 9
Non ſemel vexata Troja 4. 9
Non ſine diis 3. 4
Non Teucer ſolus pugnat 4. 9
Non tuæ fortis 4. 11
Nota interior Falerni 2. 3.
Notus albus 1. 7
Notus non parturit imbres 1. 7
Novercæ vultus Epo. 5
Nubes captare art.
In Nubes tendere 4. 2
Nubem demere ſupercilio 1. ep. 18
Nubibus propinqvus 3. 29.
Nudus nil cupientium caſtra peto 3. 16
Nugis addere pondus 1. ep. 19
Numantiæ feræ bella 2. 12
Nos Numerus ſumus 1. ep. 1
Numina Deorum lædere epo. 15.
Numina Dianæ non movenda epo. 17
Nunc eſt bibendum. 1. 37
Nunc mihi, nunc alii benigna fortuna. 3. 29

O

Obſeqvio graſſari 2. ſer. 7
Obſeqvium ventris 2. ſer. 7
Obſoleta paternis ſordibus epo. 17
Obſonia omnia nummis conductis coemens 1 ſer. 2
Obſtinatas aures applicare 3. 11
Occaſionem de die rapere. epo. 13
Occidis rogando. epo. 14
Occidit & Pelops. 1. 28
Oculis carius 2. ſer. 5
Oculis inunctis pervidere 1. ſer. 3
Oculo irretorto ſpectare. 2. 2.
Oculi nigri 1. 32
Oculo obliqvo limare. 1. ep. 14
Oculos deponere in aliqvem. 1. 36

Ocyor cervis 2.16
Ocyor Euro Ibid.
Ocyor Icaro 2.20
Odi profanum vulgus 3.1.
Odoror ſagaciùs qvam canis acer epo. 12.
Officinæ Cyclopum 1.4
Olet hircum 1. ſer.4
Oleum addere camino. 2 ſer. 3
Oleum Venafranum 2. 6. & 2. ſer. 8.
Omnes eodem cogimur 2, 3
Omnium verſatur urna 2. 3. & 3. 1
Omnes una manet nox. 1. 28
Operam perdere 1. ſer. 1
Operæ pretium 1. ſer. 2
Opprobriis morderi 1. ep. 16
Optat ephippia bos piger 1. ep. 14
Opus muſis politum 2. ep. 2
Ora pallor inficit epo. 7
Orci ſatelles 2. 18
Orci victima 2. 3
Orco invidere 4. 2
Orco morari 3. 27
Ore rotundo loqvi dedit Græcis Muſa. art.
Orionis tumultus 3. 27. & epo. 15
Ornare pulvinaria dapibus 1. 37.
Orpheo blandiùs moderari fidem 1. 12. & 24.
Os Pindari 4. 1
Oſcula dulcia barbarè lædere 1. 13
Oſſa pelle amicta epo. 17
Oſſa ab ore rapta jejunæ canis epo. 5
Oſtrum regale art.
Otia non rectè ponere 3. ſer. 7
Oves infirmæ. epo. 2
Ovo eodem prognatus. 2. ſer. 1.

P

Pacantur vomere ſylvæ incultæ 1. ep. 2
Pacem duello miſcere. 3. 5
Pacis belliqve medius 2. 19
Pactolus tibi fluat licet epo. 15
Padus laverit Matinum. epo. 16.
Palato annoſo balba verba ferit. 2, ſer. 3
Palladis ira 1. 15
Palma ſub pedibus. 3, 20. & epo. 10
Palma Elæa 4. 2
Parcæ prohibent 2. 6
Pardus cum bove 3. 18
Parium marmor 1. 19
Parræ vox 3. 27
Pars animæ 2. 17
Partes priores tenere 4. 9
Parthi celer fuga 2. 13
Parthis mendacior 2. ep. 1
Parthos vexare 3. 2
Parturiunt montes. art.
Parva vela in magno mari. 4. 15
Parvum parva decent 2. ep. 7

Paſcua Calabra epo. 1
Paſcua Lucana Ibid.
Paſtillos olere 1. ſer. 2
Paterna rura arare epo. 2
Patinas cœnare 1 Ep. 15
Patruæ lingvæ verbera 3. 12
Patruus ne eſto 1. ſer. 3
Paucorum hominum 1. ſer. 9
Pauper in meo ære 2. ep. 2
Pectus æneum 1. 3
Pecuniæ obediunt omnia. 4, 9
Pede æqvo 1. 4
claudo 3. 2. incerto epo. 11
Pede injurioſo proruere 4. 4
Pede in uno ſtare 1. ſer. 4
Pede ſuo ſe metiri 1. Ep. 7
Sub Pede ponere 3. 20
Pejus letho 4. 9
Pelignæ anus epo. 18
Peligna frigora 3. 19
Pelion imponere Olympo 3. 4
Pelei abſtinentia 3. 7
Pelopis infidelitas epo. 17
Pelopis domus infelix 1. 6
Pelopis potentia 1. 28
Pellem detrahere. 2. ſer. 1
Pellice Pieriâ ſaucius 3. 10
Pelliculam curare 2. ſer. 5
Penelope 1. 17. & 3. 10
Penna famæ 2. 2
Pennæ fortunæ 3. 29
Pennæ fati 2. 12
Per hoſtes iter facere 1. 22
Per ignes eqvitare 4. 14
Per ignes incedere 2. 1
Per ignes fugere 1. 1
Per mare per ſaxa 1. ep. 1
Per medios ſatellites 3. 16
Per obſtantes catervas 3. 20. & 4. 9
Perdere litem 1. ſer. 9
Peregrinum qvære 1. ep. 17
Perſarum rege beatior 3. 9
Perſici apparatus 1. 38
Perſta atqve obdura 2. ſer. 5
Pes calcei modulus 1. ep. 10
Petilli furta 2. ſer. 4
Phæax 1. ep. 15
Phocenſium execratio epo. 16
Phœbus increpuit 4. 15
Phrygiæ opes 2. 12.
Pietas furore victa 3. 27
Pinus ingens agitatur ventis 2. 10
Pinus Pontica 1. 14.
Piſcatio hiberna 2. ſer. 3
Piſces Eoi epo. 2
Piſces muti 4. 3
Piſces in ulmo 1. 12
Placentas totas abſorbere 2 ſer. 8
Planus pro impoſtore 1. ep. 17
Platanus cœlebs 2. 17
Plebs eris 1. ep. 1
Plectrum Lesbium 1. 26
Ploſtello adjũgere mures 2. ſer. 3
Plumâ levius 4. 10
Plures thunni annabunt 2. ſer. 5
Plus vice ſimplici 4. 14
Plus nimio 1. 37
Plus juſto 1. 33. & 3. 7

Pollicem rodere epo. 5
Polliceri magna 1. 29
Pontificum cœnæ 2. 14
Poſteri negabitis epo. 9
Poſtico falle clientem 1. ep. 5
Potare totas noctes 3. 21
Præmia fortium Grajorum 4. 8
Præmia frontium doctarum ederæ 1. 1.
Prece pretioqve 2. ep. 2.
Precibus non linqvar inultis 1. 28
Priami fortuna art.
Procellæ non ſemper vexant mare 2. 9
Procellæ ſe credere 3. 27
Procyonis furor 3. 29
Prœti crudelitas 3. 7
Promethei furtum 1. 3. & 16
votum epo. 17
Proſerpina nullum caput fugit 1. 28
Proteus mutabilis 1. ep. 1. & 2. ſer. 3
Proteus in montibus 1. 2
Puer ales 3. 12
Pueris concedere ludum 2. ep. 2
Pulveres diſſipare epo. 17
Pulvere niger, ſeu ſordibus 1. 6. & 2. 1
Pulvis olympicus 1. 1
Pulvis & umbra ſumus 4. 7
Punctum horæ 2. ep. 2
Punico lugubre ſagum mutare. epo. 9
Purpuræ certans uva epo. 2
Pyramidum ſitu altius 3. 30
Pythagoræ arcana epo. 15
Pythagoræ ſomnia 2. ep. 1
qvi Pythia cantat art.

Q

Qvadrata rotũdis mutare 1. ep. 1
Qvadrante uno minus locuples 1. ſer. 3
Qvadrigis & navibus petimus benè vivere 1. ep. 11
Qværere parem epo. 15
Qvære peregrinum 1. ep. 17
Qvercui aridæ ſimilis 4. 13
Qvid facias illi? 1. ſer. 1.
Qvid iſte fert tumultus? epo. 5
Qvid ultra? 2. 18
Qvid vis amplius? epo 17.
Qvirinus 1. ſer. 10
Qvis Parthum timeat? 4. 5
Qvis ſcit craſtinum? 4. 7
Qvocunqve ferent pedes epo. 16
Qvocunqve notus vocabit epo. 16
Qvod omnes rideant epo. 5
Qvò fert fortuna 1. 7

R

Rapere dona præſentis horæ 3. 8
Recantare opprobria 1. 16
Recepto amico dulce furere 2. 7
Recoctus ſcriba 2. ſer. 5

Recto

Recto talo ſtare 2. ep. 1
Remex Argous epo. 16
Remis & rudentibus fractis epo. 10
Remorſurum petere. epo. 4
Repens per humum 2. ep. 1
Res tua agitur 1. ep. 2
Rex alit, eqvus portat 1. ep. 17
Rex eris 1. ep. 1
Rex regum ibid.
Regum epulis nondum abacta omnis pauperies 2. ſer. 2
Regina penſum herile carpit 3. 27
Regna vini ſortiri talis 1. 4
Rhœti viderunt Druſum bella gerentem. 4. 4
Rivi relabuntur montibus 1. 29
Rivi lactis 2. 19
Rivos morari 3. 11
Rixari de lana caprina 1. ep. 18
Robur circum pectus 1. 3
Romanus ſervit fœminæ epo 9
Roſa pulchrior 4. 10. & 3. 15
Roſæ epulis ne deſint 1. 36
Roſam caducam ne qværas 1. 30
Rude donatus 1. ep. 1
Rumore ſecundo 1. ep. 10
Ruſticus urbano confuſus art.

S

Sabellus 1. ep. 16
Sabina epo. 2
Sacra Cotyttia epo. 17
Sacra Cereris ferens 2. ſer. 8
Sacra ferre Iunonis 1. ſer. 3
Sagittæ celeres 3. 20
Sagittæ Sericæ 1. 29
Sagittæ ſimilis 3. 27
Saliorum in morem 1. 37 & 4. 1
Sal niger 2. ep. 2
Sapientia inſaniens 1. 34
Sapientum octavus 2. ſer. 3
Sapphonis calores 4. 9
Sarculis agros ſidere 1. 1
Sardiniæ ſegetes 1. 3
Sarmentus ſcurra 1. ſer. 5
Satis ſuperqve epo. 17
Saxis ſurdior ibid.
Scabies extremum occupet art.
Scaphæ præſidium 3. 29
Sceleſtum antecedentem rarò deſeruit pœna pede claudo 3. 2
Scopuli infames 1. 3
Scopulis ſurdior 3. 7
Scriba ex qvinqveviro 2. ſer. 5
Scyphi nati in uſum lætitiæ 1. 27
Scyphis pugnare ibid
Scytharum domus 3. 24
celeritas 4. 14
Scythiæ gelu 4. 5
Se digna ſeqvi 4. 12
Seculum Pyrrhæ 1. 2
Secundis dubiisqve temporibus rectus 4. 9
Secures ſumere 3. 1
Securis Amazonia 4. 4
Senex adulter epo. 5

Serius, ocyus 2.3
Seria ludo vertere art.
Serpens Epidaurius 1.ſer.3
Serpens iter inſtitutum rumpat 3.27
Serpentes tractare 1.37
Serpentis viſus 1.ſer.3
Serva Achillem movit 2.4
Servis amicus perfidis epo.9
Servilis manus epo.4
Servitus creſcit nova 2.8
Sic diis placidum 2.ſer.6
Sic Jovi gratum epo.9
Sic placitum juſtitiæ 2.17
Sic viſum Veneri 1.33
Siccis omnia dura propoſuit Deus 1.18
Siculæ vaccæ 2.16
Siculæ dapes 3.1
Sidera cælo deripere epo.5
Sidera ferire 1.1.
Sidere clarior 3.1.&9
Signa latè ferre 4.1
Signa ponere 2.ſer.4
Silentii tuta merces 3.2
Siliqvis & pane ſecundo vivere 2.ep.1
Simius 1.ſer.10
Sine clade victor 4.14
Sine corpore velox animus 1.ep.12.
Sine cæde arma deripere 3.5
Siniſtrorſum citæ puppes epo.9.
Siren improba, deſidia 2.ſer.3
in Sinu ferre 2.18
Sis felix ubicunqve 3.27
Siſyphi votum epo.17
Socratici ſermones 3.20
Sodalis hyemis Hebrus 1.25
Soles meliùs nitent 4.5
Solus vult ſcire videri 2.ep.1
Somnia 4.1
Somnus Lethæus epo.14
Somnus perpetuus 1.24
Sorte tuâ gaude epo.14
Spadonibus ſervire epo.9
Spectacula Martis 1.28
in Speculo te videris alterum 4.10
Sponſæ ſuſpirium 3.2
Sponſos nuptæ perdunt 3.ep.11.
Statuâ taciturnior. 2.2
Status Porphyrionis 3.4
Stellis inſerere 3.25
Stellis nebulam ſpargere 3.15
Sthelenus non ſolus pugnat 4.9
Stomachus Achillis 1.6
Stultitiam brevem conſiliis miſcere 4.12
Suâ perire dexterâ epo.7
Sub alio cœlo 2.16
Sub cultro linqvere 1.ſer.9
Sub laurea ponere 2.7
Sub Orco 3.11
Succus loliginis 1.ſer.4
Supercilio movens cuncta Jupiter 3.1
Superis par 1.6
Surdo narrare 2.ſer.1

Sylvas

Sylvas cantu ducere 3. 11
Syra merce reparata vina 1. 31
Syrtes barbaræ 2. 6

T

Taberna vinum præbens 1. ep. 14
Taberna nulla meos libellos habeat neqve pila 1. ſer. 15
In Tabernas obſcuras migrare humili ſermone art.
Tacent, & ora pallor albus inficit. epo. 7
Tanaim bibere 3. 10
Tantali dapes epo. 17
potentia 1.28. votum epo. 17
Tanti es, qvantum habes 1. ſer. 1.
Tauris Vulcaniis juga illigare. epo. 3
Taurum amare 3. 27
Taurus in ſylva epo. 12
Tecum vivam tecum obeam 3. 9.
Te ipſum concute 1. ſer. 3.
TelephusAchillē movit. epo. 17.
Telephus pro laſcivo 1. 25. & 3. 19. & 4. 11
Tellure marique 2. ſer. 6
Tellus prius ſuper cœlum porrigetur epo.
Tempe Theſſala. 1. 7.
Tempora ærea epo. 16.
Tempora aurea 4. 2. & epo. 6
Tempora ferrea epo. 16.
Temporum fuga 3. 30.
Tenues non conamur grandia. 1. 6
Tenui filo 2. ep. 1.
Ter & amplius felix 1. 13. & 2. 14. & 1. ep. 1
Ter qvaterqve 1. 31. & 2. ſer. 7
Teſtudinis aureæ dulcem ſtrepitum temperans Muſa 4. 3
Theſſalus pro Mago epo. 5
Theſſalus victor 2. 4
Thracio vento magis bacchari. 1. 25
Thracū more bacchari 2. 5. & 7
Thracum impietas epo. 5
pectora, ibid.
Threicia amyſtis 1. 36
Thyade concitatior 3. 15
Thyeſtea cœna art.
Thyeſteæ preces epo 5
iræ 1. 16
Thyoneus cum Marte confuſus 1. 17
Thynâ merce beatus 3. 6
Tiberim reverti 1. 29
Tibi tua dona relinqvo 1. ep. 7
Tibia Berecynthia 4. 1
Tibiis Lydis carmen remiſtum 4. 15
Tiburni lucus 1. 7.
Tiburis amœnitas ibid.
Tigres ferunt jugum 3. 3
Tigres ducere 3. 11
Tigres cum cervis jungere epo. 16

Tigres

Tigres paſcere 4.14
Tigride aſperior 1.23
Timor & minæ ſcandunt eodem qvò Dominus 3.1
Tineas paſcere 1.ep.20
Titanum impietas 3.4
Tithoni ſenectus 1.28.& 2.16
Tonſoris umbra vacua 1.ep.7
Lippis & tonſoribus notum 1.ſer.7
Balnea, tonſores 1.ep.1
Toral turpe, ſordida mappa 1.ep.5.
Toralia illota circum dare veſtes Tyrias 2.ſer.4
Tormentum lene ingenio duro admovet Bacchus 3.21
Tornatos malè verſus incudi reddere art.
Torqvere mero art.
Torret amor 1.33.& 3.19
Torrentia agros ſidera 3.1
Torvus Mars 1.28
Trabales clavi 1.35
Trabs Cypria 1.1.& 4.1
Trabes Hymettiæ 2.18
Tragœdia ſevera 2.1
Tragicus color art.
Tribus aut novem miſcentur cyathis pocula commodis 1.ep.19.
Tribus urſis qvod ſatis eſſet 1.ep.15.
Triumphus ſuperbus 1.12
Io Triumphe 4,2.& epo.9
Triumpho giganteo clarus
Jupiter 3.1
Triumphos ſuperbos vertere funeribus 1.35
Triumviralibus flagellis ſecti epo.4
Troes malè feriati 4.6
Troja non ſemel vexata 4.9
Trojæ fortuna 3.3
Trojæ funera prædicta 1.15
Truditur dies die 2.8
Truncus ficulnus 1.ſer.8
Trutinâ eâdem penſare 2.ep.1.& 1.ſer.3
Tuberibus offendere 1.ſer 3
Tunica adamantina 1.6
Turbinem retrò ſolvere epo.12
Turdi edaces epo.2
Turpes viri 1.37
Turris ahenea 3.16
Tuſculum tangit Tibur epo.1
Tutor finium Sylvanus epo.2
Tuta & parvula laudo 1.ep.16
Tutum iter & patens 3.16
Tydides melior patre 1.15
Tydides ſuperis par 1.6
Tympano pulſo concita Thyas 3.15
Tyranni inſtantis vultus 3.3
Tyrrheni crudeles 3.10
Tyrræus art.

V

Vaccæ Siculæ 2.16
Vacuum attollere verticē 1.18
Vas ſincerum incruſtare 1.ſer.3

Vecta-

Vectabor humeris inimicis eqves epo. 17
Vela contrahere 2. 1
Vellere barbam 1. ſer. 3
Vellera Gallica 3. 16
Venator urget leporem 1. 37
Venafrani agri 3. 5
Venena Colchica 2. 13. & epo. 17
Venenatæ Sagittæ 1. 22
Venereum jus jurandum 2. 3
Veneris muneribus potens 4. 10
Veneris chori 1. 4
Venire in votum 1. ep. 11
Ventis debere ludibrium 1. 14
Ventis dividere epo. 11
Venti ferunt epo. 17
Ventis ire non ſuis epo. 9
Ventis ingratum otium. 1. 15
Ventis portandũ tradere. 1. 26
Ventorum aliæ aliàs procellæ 2. 9
Venus damnoſa 1. ep. 18.
Venus decens 1. 18
Venus marina 4. 11. & 3. …
Venus priſca redit 1. 19. & …
Verba devolvere
Verba ſerere
Verba ſ… pedalia
V…
Verſum concludere 1. ſer. 4
Verſus malè nati 2. ep. 1
Vertere fraxinos 3. 25
Vertice tangere 1. 1
Verticem tollere 3. 16
Vertumnis iniqvis natus 2. ſer. 7
Veſpero puro … 3. 19
Veſtigia terrent 1. ep. 1
Veterum norma 2. 15
Viâ negatâ ire 3. 2.
Vicinum morti lu… 3. 15
Victorem prornere 4. 4
Vilis amicorum eſt annona bonis ubi … 1. ep. 12
Vincula Piri… 4. 7.
Vindicta Archilochæa epo. 6
Vindicta Hipponactea ibid.
Vindicta Nio… 4. 5
Vineta propria … 1. ep. 1
Vino lymphatus 1. 37
Vino mala lavare 3. 12
Vino pavimentum tingere 2. 14
… veritas 3. 2
… ecare 1. 21

STAATL. BIBLIOTHEK
REGENSBURG

Viribus aprum ſuperare 1.ep.18
Virginum culpæ 3. 27
Virtus parentium, dos magna 3. 24
Virtutē incolumē odimus 3.24
Virtute ſua ſe involvere 3.29
Virtus repulſæ neſcia 3. 2
Virtus neglecta redit epo. 18
Virtus ſpectata belli domiqve 2. ep. 2
Vita post mortem 4.8
Vitare humum art.
Vitro perlucidior 1. 18. & 3. 13
Vivere aut mori tū aliqvo 3. 9
Vive memor noſtri 3. 27
Vivere intra naturę fines 1.ſer.1
Vivitur parvo benè 2. 15
Ultra limites ſalire 2. 18
Ultra fas trepidare 3. 29
Ulyſſis labores epo. 16
Umbræ mirantur 2. 12
Unda undā ſupervenit 2. epo.2
Unde non times 3. 11
ad Ungvem factus 1. ſer. 5
Ungves rodere
Ungvi ...
Votis paciſci 3. 29
Urbem nomine implere epo.17
Urget diem nox ibid.
Urna aqvæ non ditior 1. ſer. 5
Urna Minois 4. 7
Urna ſicca Danaidum 3. 11
Utroq; pollice laudare 1. ep.18
Ut vivas, vigila 2. ſer. 3
Uvæ immitis cupido 2. 5
Vulgus profanum odi 3. 1
Vulnus qvi fecit, curat epo.17
Vulpes cauta 1. ep. 1
aſtuta 2. ſer. 3
Vulpis gravidæ occurſus 3. 27
Vultu alto rejicere 4. 9
Vultu invito ridere 3. 11
Vultu mutabilis, albus & ater 2. ep. 2
Vultus lubricus aſpici 1. 19
Uxor qværitur beata pueris creandis 1. ep. 2
Uxor cū dote 1. ſer. 4. & 1. ep. 6
Uxores olentis mariti 1. 17
Uxor Jovis eſſe neſcis 3. 27
Uxorius amnis 1. 2

X

... amne lavans crines 4. 6

49 b

6 7 8 12 5
24 21 16 24

[illegible]
[illegible]

STAATL. BIBLIOTHEK
REGENSBURG

Digitized by Google